Vitia plerumque se esse uirtutes mentiuntur. c. 34. nu. 37. f. 130
Viuerè usque ad centum annos quilibet præsumitur. cap. 7. numero. 22. f. 26
Viuerè ultra triginta annos quis non præsumitur in materia Falcidie detrahendæ. ibi. nu. 23. f. 26
Viuerè centum annos nullos leges habemus quæ dicant hominem præsumi, ibi. nu. 24. f. 26
Viuerè usque ad centum annos non præsumitur quis, quando vi-

- ta incidenter deducitur. ibid. nu. 27. f. 26*
Viuis uno tempore, non præsumitur alio tempore uiuus. ca. 12. nu. 34. fol. 36
Vlpianus fuit a dignitate remotus. c. 44. nu. 110. f. 174
Vnitas corporis præsumitur, nisi pluralitas probetur. c. 12. numero. 41. fol. 45
Vna hiuendo non facit uer. c. 26. nu. 10. f. 95
Vnus ex dominis quando possit cogere dominum ad diuisionem iurisdictionis. c. 36. nu. 58. f. 142
Vniuersitas est triplex, & quæ dicatur de iure communi habere iurisdictionem. c. 45. nu. 14. f. 165
Vniuersitas puta mercatorum, an sibi iudicem possit constituere, ibidem. in additionibus.
Vocandi absentes mortuo prelato, pertinet cura ad illos qui sunt præsentis. c. 30. nu. 22. f. 119
Vocandi forma absentes, quæ sit. ibid. f. 119
Vocatus a maiori Iudice excusatur si non comparet coram minore. c. 47. nu. 67. f. 198
Vocare, & inuitare quem ad hereditatem diuidendam, est actus verbalis. c. 12. nu. 8. f. 35
Voluntas legislatoris sufficit pro ratione. c. 7. nu. 53. f. 27
Voluntates hominum percutunt propter nimias subtilitates. c. 41. nu. 85. fol. 160
Vrbanus quintus admisit Imperatorem Constantinopolitanum, et eum pro Imperatore honorauit. c. 35. nu. 57. f. 137
Vsucapio pro herede, non competit filijs, sed extraneis. c. 3. num. 178. fol. 15
Vsurpatio officij non potest facere quem officialem. c. 21. numero. 27. fol. 70
Vsufuctus alternis annis legatus duobus, ille prior incipiet frui qui prior est nominatus. c. 25. nu. 46. f. 91
Vtilitas versatur in tuto, ac honesto. c. 41. nu. 93. f. 160
Vulnæ mulierum quinque receptacula possunt habere. c. 11. numero. 1. fol. 32
vulgus aurum gratius intuetur, quam solem. c. 28. nu. 46. f. 110
uxor potest probare uirginitatem contra iuramentum mariti. c. 2. nu. 15. fol. 2
uxor, quæ diu habitauit cum uiro, quando uult se probare uirginem, sunt adhibendæ septem obstetrices. ibi. nu. 26. f. 3
uxor nondum carnaliter cognita non potest à uiro rari, quando ipsa uult monachari. c. 3. nu. 23. f. 7
uxor est in potestate patris, non mariti. ibi. nu. 33. f. 8
uxor instituta hæres in casu, quo partus non perueniat in lucem, si moriatur prægnans, non transmittit hereditatem. c. 9. numero. 109. fol. 30
uxor potest donare marito causa honoris adipiscendi. c. 42. numero. 3. f. 162
uxore, & uiro simul morientibus, qui dixit maritum superuixit se pro lucranda dote, tenetur superexistentiæ probare. ca. 8. nu. 20. f. 29
uxori habitanti duobus mensibus cum uiro, & tacenti non creditur, si dixerit ab eo non fuisse cognitam. c. 2. nu. 22. f. 3
uxori, & concubinæ dicentibus, se prægnantes ex marito, & concubinario est credendum. c. 16. nu. 40. f. 50

X


X Enoparochi sunt idem quod parochi, & latine copiarj dicti sunt ob copiam rerum, quas legatis Regum dabant, in additionibus. e. 31. f. 122



FVLVII PACIANI
IVRISCONS. MUTINENSIS.
PRACTICABILIS TRACTATVS.
DE PROBATIONIBVS.

Pars Secunda.


S V M M A R I V M.

- 1  IBER primus est difficillimus, hic secundus est laboriosissimus.
- 2 In positione exemplorum intelligentia rerum consistit.
- 3 Leges non possunt omnes casus comprehendere.
- 4 Ordo huius libri quis sit.
- 5 Elegancia verborum, an sit necessaria.
- 6 Culpa carere melius est, quam culpam deprecari.
- 7 Autor à quibusdam Grammaticis in qua re fuerit iniuste reprehensus.
- 8 Autor nullam curam elocutionis habet.
- 9 Difficile est in elocutione satisfacere, quando sola attenditur.
- 10 Titus Linius fuit Patavinitatis ab A. Iulio Pollione reprehensus.
- 11 Theophrastus fuit ab Attica femina affectatione notatus.
- 12 Cicero puerilis copiae fuit damnatus.
- 13 Autor maualt cum Bartolo esse barbarus, quam cum alijs Ciceronianus.

A R G V M E N T V M.

Exponitur, quid in hoc libro contineatur, una cum operis diuisione.

C A P. I.

 Vperiore libro exposuimus huius Tractationis primam partem et difficillimam, cum sub quatuor generales regulas subicerem totam materiam, qua in vniuersum declaratur, cui incumbat onus probandi. nunc reliquum est, ut veniamus ad secundam partem destinati operis laboriosissimam, quae singulatim continet quam-

Pars Secunda.

plures casus eorum, qui probare debent. Cuius quidem partis onus si tanti ponderis futurum esse ab initio coniecturari potuissem, quanto me premi nunc sentio in colligendis eis, quae varijs in locis dispersa sunt, prudentius forsitan consuluissem, quid humeri mei ferre valuissem. sed postquam effusis velis in altum fumus egressi, nihil est, quod desperemus, aut à profecunda nauigatione desistamus: nam benignitas Dei, intercedente B. Virgine M A R I A, Dña mea colendissima, quae per tot difficultates me sustentauit, etiam felici aura ad portum me deducet, & casus, vel exempla mihi subministrare dignabitur, quibus ea, quae vniuersim tradita sunt, confirmari, ac declarari poterunt, quae traditio pluri me vtilitatis erit, quia in positione exemplorum facilis, & manifesta consistit rerum intelligentia, ut habetur in l. pretor, §. quories, C. de collat. bonor. & in §. haecenus, Instit. de gradibus, & notat Ang. in rep. l. sciendum, num. 25. ver. restat igitur solum, col. antep. ff. de verbor. oblig.

Non tamen animo concepi me omnes casus, qui in iure scripti reperiuntur, posse amplecti, tum quia hoc esset infiniti operis, tum et quia feliciori, ac diuino propè ingenio opus foret, quo tot casus dispares, tot varia exempla in tot voluminibus sparsa, ac vage disiecta possent ita diligenter colligi, ut singulis materiae regulis accommodari, ac subijci possint;

Sufficiet nos igitur communiore, & quotidianos casus attingere: nam quemadmodum et neque vlla leges, neque vlla senatusconsulte. ita unquam potuerunt scribi, ut omnes casus sigillatim comprehenderent, sed satis fuit in illis ea, quae plerumque accidunt, contineri, ut ad eorum exemplum cetera, quae eandem similitudinem habent,

suppleantur, ita etiam mecum optime actum existimabo, si quae frequentiora sunt, exempla colligere, & enarrare poterō; quibus demonstratis optimi lectoris erit officium, industria suam adhibere, ut non solum utatur his, quae hic tradita sibi vfu obueniēt, verum et, ut inueniat ea, vel quae ipse omisi, vel quae similia erūt, ut quaeq; litiū cōdō postulare videbit.

Ordo aut huius Tractationis hic erit: nā sicut ius vniuersum, quo utimur, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinet: ita primò de iure personarum, deinde de reliquis ordinatim tractabo, & singulis iuribus, singula exempla, vel singulos casus, prout mihi succurrent, adaptare conabor.

Vnum tñ a benigno lectore cogor in hoc loco postulare, ut equi, boniq; consulat, si Latinae orōnis candor in hoc opere desideretur: nos enim precipuum studium in rerum inuentione posuimus, non in verborum electione, quorū elegantia licet multum decoris afferat his, quae scribuntur, mihi tñ imitandus fuit is mos scribendi, quem nrae scholae frequens vsus approbavit, & veteres oīum doctissimi illi Bartoli, & Baldi, ac ferè vniuersi deniq; siue superiores, siue posteriores iurisperiti sibi in hac scientia vindicauerunt, quos si in rebus arduis nos sequi conuenit, non satis intelligo: quare elegantiori elocutione in referendis eorū traditionibus, oporteat nos uti, quae quantū ad ipsam rerum vtilitatem spectat, nulla in re potest esse adiumento; sed ne mihi possit opponi, maluisse me culpā deprecari, quā culpa t carere, quod fuit Aulo Albino a Marco Catone obiectum, sciendū est, me hmoi veniam non sine cā postulare: nā cum ego sepius mecum anxie cogitarem, quā sit res ardua libros in manus hominum edere, aduocaui in consiliū quosdā amicos meos, quibus primū librum legēdū tradidi, ut accuratè examinarent, an is esset editione dignus; sed dum ab illis expectabā audire, quid ipsi de inuentione, quid de ordine, quid de vniuerso, quid de partibus operis sentiret, ecce posthabitis predictis oībus, in quibus robur, & nervus compositionis cōsistit, adnotauerunt quāplures locos partim ab illis male intellectos, partim a me cōsultò neglectos, in quibus grāmaticas artes, & Latini sermonis puritatē me non obseruasse asseuerabant. quae res quā prae ter oēm expectationem accidit, hinc factum est, ut ego existimauerim necessarium esse, ut more aduocatorū prae missa quadā protestatione oībus intimarē, me nullam t elocutionis curam habuisse, nec abhorruisse ea proferre vocabula, quae licet barbara sint, a vulgari tñ usu, & a cōi nostrorū interpretum consuetudine plurimū auctoritatis habent: quod quidē libentius feci, quod difficilius esse scio, posse quē in elocutione satisfacere lectoribus, quā ipsa sola attenditur. & mehercule si Titus L. iuius, cuius lacteam dicendi ubertatē antiqua, & noua etas admirata est, non satis impleuit t aures Asinio Pollioni, qui quandā in ipso Patauinitatem inesse putauit: & Theophrastus omnium Atticorum disertissimus in patria sua fuit t ab Attica femina pro hospite habitus ob notatā

b vnius uerbi affectationem: & Cicero, b qui pater elegantiarum fuit, nimium redundantis, ac uelut puerilis copiae fuit t damnatus. quis erit ille, qui praesumat tam perspicuū, tam purum, ac ornatum genus orationis inueniri posse, ut scribendo, uel loquendo curiosis, aut otiosis satisfacere queat? Dicant quantum uelint, ego curam uerborū pertinacibus relinquam: & si licitum est mihi, quod mens mea ualdē cupit apire, ego desidero, ego precor, ut potius mihi contingat esse t cum Bart. barbarus, quā cum Rabula indocto Ciceronianus.

ADDITIONES.

- a Asinio. Vide Quintil. in cap. 1. quae in oratione spectanda, lib. 8. & Caelium Rhodiginum in cap. 3. lib. 25. lectione antiquar.
- b Cicero. Non defuerunt Ciceroni obrectatores, quibus inflatus, & tumens, nec satis pressus, supra modū exultans, & superfluens, & parum antiquus uideretur. Caluus enim Ciceronem reprehendebat tanquam solum, & enercum; Brutus autem tanquam fractum, atq; elumbem. Contra Cicero Caluum dicebat esse exsanguem, & attritum; Brutum autem otiosum, atque difunctum, ut refert Marcus Aper apud Quintil. in dialogo, an sui saeculi orator. antiquis concedant. Rursus eundem Ciceronem Gallus Asinius, & Largius Licinius arguebant tanquam parum integrè, atq; improprie, atque inconsideratè locutum, ut refert Aul. Gel. in c. j. lib. 17. Noct. Attic.

S Y M M A R I V M.

- 1 Matrimonium est quoddam ciuitatis seminarium.
- 2 Matrimonium uidetur humano generi immortalitatem introducere.
- 3 Mas, & femina fuerunt coniuncti, ne genus humanū occideret.
- 4 Virginitas est qualitas naturalis.
- 5 Qualitates naturales praesumuntur semper inesse.
- 6 Virginitatem neganti incumbit onus probandi.
- 7 Clericus coniugatus petens se remitti ad Iudicem ecclesiasticum, quid probare debeat.
- 8 Episcopus an Iudex secularis iudicare debeat, quis sit habitus clerici. ibidem in additionibus.
- 9 Virginitatem alienam alleganti, an incumbat onus probandi.
- 6 Stuprator uirginem tenetur eam ducere uxorem, uel eā dotare.
- 7 Dos uirginis stupratae constituenda est secundum facultates stupratoris, & dignitatem puellae. ibi in additionibus.
- 10 Stupratori incumbit onus probandi, puellam non fuisse uirginem.
- 11 Mulieri dicenti se uirginem, an ei credatur sine iuramento in odium stupratoris.
- 12 Obstetricibus dicentibus aliquam esse uirginem magis creditur, quā tot alijs dicentibus esse corruptam.
- 13 Obstetricibus deponentibus de corruptione magis creditur, quando uerisimiles coniecturae sunt contra puellam.
- 14 Marito iuranti se cognouisse uxorem magis creditur, quā uxori dicenti contrarium, si diu tacuit.
- 15 Uxor potest probare uirginitatem contra iuramentum mariti.
- 16 Virginitas probatur per inspectum corporis ab obstetricibus.
- 17 Obstetricum officium est non solum inspicere, sed etiam tangere pudenda mulieris in probanda uirginitate.
- 18 Obstetrices inuita muliere non possunt ventrem tangere, quando inspicunt, an sit praegnans.
- 19 Virginitas non cognoscitur solo visu, nisi tactus intercedat.
- 20 Mulier inspicienda, & tangenda est, quando dubitatur, an sit, uel futura sit gibbosa.

Obste-

- 21 Obstetrices tres eliguntur, quando agitur de ventre inspiciendo, & mulier, se negat grauidam.
- 22 Obstetrices quinque eliguntur, quando mulier se grauidam confitetur, ibid.
- 23 Uxori habitanti duobus mensibus cum viro, & tacenti non creditur, si dixerit ab eo non fuisse cognitam.
- 24 Vir, cum impotentia arguitur, inspiciendus est.
- 25 Marito, & uxore consentientibus se nunquam potuisse carnaliter commisceri propter frigiditatem uiri, quid agendum.
- 26 Triennium indultum impedito ob frigiditatem, an sit dandum impedito ad coeundum ob maleficium, & an incontinenti coniuges possint separari, ibid. in addit.
- 27 Septima manus propinquorum, quid debeat iurare.
- 28 Uxor, quae diu habitauit cum viro, quando uult se probare uirginem, sunt adhibenda septem obstetrices.
- 29 Manu obstetricum, & oculus sepe fallitur.
- 30 Indices ad cautelam ultra obstetrices solent adhibere iuramentum septima manus propinquorum.
- 31 Obstetrices duae, uel tres sufficiunt, quando maritus assentit uxori dicenti se uirginem.
- 32 Obstetrices duae, uel tres sufficiunt ad probandam uirginitatē, ubi non agitur de solutione matrimonij.
- 33 Obstetricibus duabus creditur dicentibus uirginem non fuisse corruptam a viro.
- 34 Viri, an, & quando possint eligi ad inspiciendum uirginem.
- 35 Dorothea filia Ludouici Marchionis Mantuae, quae fuit Galeatio filio Ducis Mediolani desponsata, fuit obiectum illam esse gibbosam ad solutionem sponsaliorum.
- 36 Gibbositatis non potest plene percipi, nisi puella nuda inspiciatur, ibid. in addit.
- 37 Dixit Parmae filiam Principi Mantuae maritauit, & matrimonium fuit dissolutum, quia puella uisa est nimis arcta.
- 38 Virginitas probatur ex signis.
- 39 Signa ostendunt signatam, ibid.
- 40 Virginitatis signum est, quando puella integra inuenitur.
- 41 Arcta puella, quomodo possit praegnans fieri.
- 42 Virgo praesumitur ea esse, quae est arcta, ibid.
- 43 Virginitatis signum est, quando in primo concubitu lintea sanguinolenta apparent.
- 44 Femina, etsi millies sit corrupta contra sanguinem linteo tñ scit remedium inuenire.
- 45 Virginibus primo coitu collum grossum efficitur, & hoc erat signum antiqui probandi uirginitatem.
- 46 Uirginis desoratio probatur per testes de visu, uel de auditu.
- 47 Virginitas seminarum Madianitarum, probata fuit per signū a Deo datum.
- 48 Corruptionis signum est, quando mulier habet lac in mamillis, ibid. in addit.
- 49 Sacrificium Telotypiae, quale fuisse apud Hebraeos.
- 50 Virgo uestalis in probationem suae uirginitatis aquam cribro tulit, & altera nauem zona mouit.
- 51 Probatio prohibita est, quae fiebat ferro candente, uel aqua feruente.
- 52 Spiritus sancti miracula non sunt trahenda in exemplum.
- 53 Miracula Deus suo arbitrio reseruat.
- 54 Virginitas est uirtus animi, cuius comes est fortitudo.
- 55 Virginitas supergreditur conditionem humanae naturae.
- 56 Angeli sine carne uiuunt: Virgines in carne triumphant, ibid.
- 57 Felicitatis est esse angelum, sed uirtutis est esse uirginem.
- 58 Virgines sine corpore uiuunt in corpore.
- 59 Virginitas habuit initium in caelo empyreo in creatione angelorum.
- 60 Iesus Christus D. N. plus amat uirgines, quā alios.
- 61 Maior est gratia offerre, quā non debeat, quā reddere, quā exigeris.
- 62 Virginitas est res magis uoti, quā praeccepti, ibid.
- 63 Virginitatis quatuor sunt gradus.
- 64 Virginitas Beatae Mariae fuit cum uoto.
- 65 Virginitas soror angelorum dicitur, & templum Dei.

- 58 Virgines semper agnū sequuntur, & soli cantant nouum canticū.
- 59 Virginibus fructus centesimus datur.
- 60 Virgines corona laudis, & splendoris coronantur.
- 61 Virginitas filij prodest parentibus ad salutem.
- 62 Virginitas replet Paradisum.
- 63 Omnia bona opera imperfecta sunt, ubi saltem mentis uirginitas non adsit.
- 64 Virginitas corporis, quae mentis custodia non habet, est odibilis.
- 65 Virgines fatuae, quae fuerint in euangelio, ibid.
- 66 Melius est habere mentem uirginem, quā carnem.
- 67 Virgo prostitui potest, adulterari non potest.
- 68 Violentia non maculat corpus uirginis, sed uoluntas, ibid.
- 69 Virginitas non acquiritur propria uirtute, sed gratia diuina.
- 70 Virgo praecedere debet uiduas, & coniugatas.
- 71 Virginis testimonio magis creditur, quā uiduae, uel maritatae.
- 72 Dos maior debet dari a uidua, quā a uirgine.
- 73 Melius est ducere uxorem uirginem, quā uiduam.
- 74 Mulier uirum, qui primum eam deslorauit, praecipuo amore ueneratur, & quae sit ratio.
- 75 Vidua sua, & alia uirtia sciunt.
- 76 Virginitas, an sit excellentior matrimonio.
- 77 An uirgo, an uidua patiatur maiorem difficultatem a carnalibus desiderijs.
- 78 An exigatur maior castitas in uxore, quā in viro.

ARGUMENTVM.

De uirginitate, & an affirmanti, an eam neganti incumbat onus probandi.

C A P. II.



Equum est, ut a Matrimonio exordiamur, cum ex eo nascantur personae, ad quas iura nostra pertinent, & propterea Aurelius Augustinus, quantum attinet ad genus mortalium, dixit, Matrimonium t esse quoddam ciuitatis seminarium, ut refert Cael. Rodig. in c. 19. lib. 28. lect. antiq. & traditur in c. cū igitur. §. copulatio ergo maris, 35. q. 5. Sic et Iustin. Imperator in Authent. de nupt. in prin. scripsit, quod matrimonium humano t gñi vī immortalitatem artificiosè introducere, cum ex filiorum procreatione renouata gña maneat. & Calistratus ait, ex prole nostra diuturnitatis memoriam nobis in aeuū relinqui, ut patet in l. liberorū, in fine, ff. de verb. sign. & Columel. in lib. 12. de re rust. in princ. dixit, matrem cum femina fuisse t coniuuctum, ne genus humanum temporis longinquitate occideret.

Verum quā matrimonium contrahitur aut a uirginibus, aut a corruptis: conueniens est, ut a uirginitate primum initium faciamus in honorē B. Mariae uirginis, cui iste liber dicatus est. Proinde oportet scire t uirginitatem esse intrinsecam qualitatem, quae naturaliter inest hoībus, ut supra dixi in c. 53. lib. j. & iō sicut ea, quae naturaliter infunt, sp inesse praesumuntur, nisi mutata probentur, ut ait egregia gl. in c. si forte, in uerbo, scientiae, de elect. in 6. Ita et negati uirginitatē incubitonus probandi, quae mulier in dubio praesumitur esse uirgo, cum sit ista qualitas, quae a natura praeficitur, ut not. Frac. in c. j. nu. 2. de cle. cōi. in 6. & añ ipsū gl. i. d. c. si forte, i uerbo, sciētig, & Abb. i. c. 1. nu. 5. uerf. sed quae ro, ext. de adulter. & ibi egregiè Socin. nu. 6. col. 1. ubi

ubi dicit hanc esse com opinionem. & Iacob. de S. Georg. in l. circa. nu. 6. uerf. ego tñ in quæstione. col. 2. ff. de proba. & Bermond. Chouer. in rub. de stupro. nu. 9. uerf. sed qd si stuprator, de public. concub. & Alba in consi. 37. quamuis, nu. 2.

Ex quibus infertur, non rectè sensisse (si fas est dicere) Dominos de Rota, in decis. 3. alias 202. si clericus coniugatus, de senten. excom. ubi dixerunt clericum t coniugatum, qui fuit captus à iudice seculari, si facta fide de clericatu petat se remitti ad iudicem Ecclesiasticum, non aliter esse remittendum, nisi prius coram Ecclesiastico probauerit, se portasse habitum, & tonsuram, & contraxisse matrimonium cum unica, & uirgine, quam decisionè nuncupatim sequitur Domin. in c. si iudex, in fi. de senten. excom. in 6.

Nam quod attinet ad probationem faciendam de matrimonio contracto cum uirgine, satis efficaciter dicitur, illum clericum coniugatum intentionem suam fundatam habere ex eo, q uirginitas ex præsumptione naturali præsumitur inesse, nisi contrarium probetur, ut dixi, & in specie contra Rotā notat Iacob. de S. Georg. in d.l. circa. nu. 6. col. 2. ff. de pb. & Franc. in d.c. 1. in prin. de cle. coi. i. 6.

Propter qd vñ malè cõsuluisse Cra. in cõf. 166. sicet plurimi, nu. 5. uerf. & si dicat, col. 2. ubi ait, q mulier aut propriã uirginitatē allegat, & tunc uirgo psumit; aut aliã uirginitatē mulieris allegat, & tunc nō psumitur, nisi pbetur, qm alienæ uirginis tatis quis non pōt esse certus. rñdetur enim, q imò uirginitas psumitur et qñ quis alienam uirginitatem allegat, cum sit qualitas psonę naturaliter ad hærens, quæ non cõsetur amissa nisi probetur. nec obst. q quis non possit esse certus alienæ uirginitatis, quia rñdetur sufficere certitudinē, q proficiscitur ex psumptione naturæ, quæ non solū transfert onus probandi in aduersarium, ut aliàs dixi, uerū et pro liquidissima pbatione habetur, vbi contrarium nō probatur, & in terminis, q alleganti uirginitatem alienã credatur, nisi cõtrarium doceatur, yltra notata per Iacobinū, & Francum, tenuit etiã Soc. in c. 1. nu. 6. uerf. sed quæro. extra de adult. vbi ait, q mulier præsumitur uirgo non solum quãdo ipsa hoc asserit, sed etiam quando parentes eius hoc dicunt, de qua re mox infra dicam.

Secundo infertur, q cū stuprans uirginē teneatur t uel eã ducere vxorē, uel si ducere nō potest, debeat eam dotare vltra alias penas, de quibus hñ in c. 1. & 2. extra de adult. de qua materia uide Grat. in consi. 43. in pñti, nu. 28. uerf. circa secūdū, vol. 2.

Si tñ stuprator dixerit, mulierem à se stupratã non fuisse uirginē, & mulier, uel parentes eius cõtrariū affirmauerint, onus t pbãdi incūbet ipsi stupratori, quia p uirginitate psumitur, ut iquit Ab. in d.c. 1. nu. 5. uerf. sed qro, de adul. & latè Soc. nu. 6. col. 1. & Crau. i d. cõf. 166. nu. 5. uer. nō obst. col. 2.

Et quãuis in tali casu sint, qui dicãt, oportere, ut mulier iuret se fuisse uirginē, nam tunc ei creditur affirmanti, & non stupratori negãti, cuius opinio nis in eodem loco Io. And. & Ant. de But. & Ana;

& Petrus de Anch. & Bermód. Choue. in rub. de stupro, n. 9. uerf. sed quid si stuprator, de pub. cõc.

Mihi tñ magis placet opinio Soc. nullū iurm c requiretis ex parte mulieris, qui solū mouetur ex eo, q cum uirginitas nascatur cum persona, psumitur semper adesse, donec probetur cõtrariū: nisi fortasse dixeris, iurm in hoc casu exigendum esse à puella, hac speciali rōne, quia ex pñti turpitudine oritur quædam sinistra opinio aduersus eã, q iurō purganda est, iuxta illa, quę sup. dixi in c. 7. lib. 1.

Ex quibus patet malè cõsuluisse Grat. in d. cõf. 43. nu. 31. & col. fi. uol. 2. ubi uoluit, q onus pbãdi uirginitatem, incumbat stupratę, & nō stupratori.

Tertiò infertur, q si duę obstetrices deposuerit aliquam esse uirginē, & aliæ duę deposuerint esse t corruptã, magis erit credendum illis, q pro uirginitate deponunt, cū habeant psumptionē naturę, & iuris cõis in fauorē, ob quam debent alijs pferri, cum censeantur deponere rem uerisimiliorem, ac naturæ magis aptam. arg. tex. in c. pterea, in fi. extra de testib. & l. ob carmē. §. si testes. ff. eo. & Curt. in conclus. 19. & in conclus. 32. de testibus.

Et hæc quidem cõclusio absq; dubitatione pcedit, qñ essemus in dubio, nam tunc ob naturalem psumptionē præferendæ forent illę obstetrices, quæ uirginitati fauerent: at ubi aliquæ uerisimiles coniecturæ aduersus puellam extarent, tñ t magis esset credendum obstetricibus de corruptione quã de uirginitate deponentibus, ut supra declarauit in cap. 50. in conclus. 3. lib. 1.

Hinc est, q viro iuranti se cognouisse uxorem suã, t magis creditur, quã mulieri dicenti, se non fuisse cognitã, & consequenter esse uirginem ob psumptionē, quæ aduersus mulierē insurgit, eo quia non statim reclamauit, sed diu tacuit, ut habetur in c. 1. extra de frigid. & malef. & in c. continebatur, extra de despons. impub. & in c. si quis acceperit, & ibi optima glos. 33. quæst. 1.

Potest tñ in contrarium mulier t probare uirginitatem, cuius probatio pferitur iuramento uiri, ut habetur in c. proposuisti, & ibi glo. in uer. puellæ, extra de prob. & glo. in d. cap. continebatur, in uerbo, uiri, ex. de despons. impub. & in d.c. si quis acceperit, in uerbo, tempore, & in d. cap. 1. in uerbo, caput, extra de frig. & malef.

Quæ quidē uirginitas probatur p aspectū corporis t ab obstetricibus, quæ sint honestæ, prouidæ, ac prudentes matrone, ut habetur in c. causam, & in d.c. proposuisti, extra de prob. de quarū honestate satis dixi sup. in c. 47. lib. 1. & notat Bald. in d.c. causã, in fi. ext. de pb. & ibi Fel. nu. 5. col. fi.

Officium autem istarum obstetricum t est, ut non solum inspiciant, sed etiam ut tangãt uentrē, & pudēda mulieris, cum sit ista materia, quæ percipitur non solū oculis, uerum etiam tactu, ut hñ in d.c. cãm. in uerbo, sæpè manus fallit. extra de pba.

Et licet aliquando cautum sit, ut non possint obstetrices, quando inspiciunt inuita t muliere uentrem tangere, ut habetur in l. j. §. mittantur autem mulieres, ff. de uentre inspiciendo.

Illud

Illud tñ procedit, qñ probatio rei pōt haberi sine tactu, ut est pgnatio, quæ p solam uentris inspectionē cognosci pōt: sed secus in pbatione uirginitatis, quæ nō solo visu cognoscitur nisi tactus intercedat, ut ait Are. in consi. 142. ex facto proponitur, in quarto dubio, nu. 20. uer. item si probatio sufficiens, col. 1. vbi infert similiter esse tangendã mulierem, qñ inspicitur, an sit, t uel futura sit gibbosa, & in probatione uirginitatis, idem tenuit Fe ly. in d.c. causam, extra de prob. in quinto not.

Quot uerò obstetrices debeant eligi, non est certo numero æqualiter determinatū, nam aliqñ agitur de uentre inspiciendo, & mulier negat se grauidam, & tunc tres t sufficiunt, ut habetur in l. 1. §. si igitur. ff. de uentre inspiciendo.

Aut confitetur se esse grauidam, & tunc quinque obstetrices adhibere oportet ad remouendã suspicionē, quæ insurgit ex eo, q mulier confitendo se grauidam, vñ quodammodo se ingerere, & se facere suspectam, & notatur in d. l. 1. §. mittantur autem mulieres. & ibi glos. in uerbo, quinque. ff. eo.

Interdum agitur de matrimonij dissolutione, & tunc distingue plures casus.

Primus est, qñ vxor t non erat uirgo eo tpe, quo nupsit viro, à quo dicit se non fuisse cognitã ob impedimentū ipsius uiri, & tunc si diu cum ipso habitauit, ut puta per duos mēses, & tacuit, magis creditur viro affirmãti eã se cognouisse, q mulieri neganti, se fuisse cognitã, nec in hoc casu tractãdū est de inspiciendã muliere, cū prius corrupta fuisset, sed de inspiciendũ est uir, de qua materia nō loquor, & ita no. gl. in d.c. si quis acceperit, i uer. tpe, 33. q. 1.

Secundus est casus, qñ uerque. i. tam uir, q vxor fatentur se nunq̄ potuisse carnaliter cõmisceri p frigiditatem ipsius uiri, & tunc debent uerq; iurare, se bona fide dedisse operã per triennium scopulæ carnali, nec vnã carnē effici potuisse, quod sacramentum præstabitur tactis sacrosanctis euãgelis vnã cum septima manu propinquorum, uel uicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, qui propinqui t iurabunt, se credere, q ipsi coniuges uerum iurauerint, nec in tali casu inspicienda est vxor ab obstetricibus, cū prius corrupta psumponatur, & ita pcedit tex. in c. laudabilē, & ibi gl. in uer. uerque, ext. de frig. & malef. & in c. fin. ext. eo.

Tertius casus est, qñ vxor erat uirgo eo tpe, quo nupsit, & tunc si diu habitauit cum viro, & tacuit, credendū est potius viro iurãti se cognouisse illã, q vxori dicenti, se non fuisse cognitã, ut sup. dixi: poterit tñ in tali casu mulier probare, se esse uirginem p aspectū corporis, & t obstetrices adhibendæ erunt, quarum testimonijs unã cum iurō ipsius puellæ plena fide creditur ad dissoluendũ matrimonium, c. proposuisti, extra de probat. & glo. in c. 1. in uerbo, caput, extra de frig. & malef.

Sunt tñ, qui dicunt ad cautelã, & nō de necessitate, septē obstetrices esse adhibendas, cum duæ, uel tres sufficere possint, ut notat Bald. in d. c. pposuisti, nu. 3. uer. item quia in dubio, col. fi. & ante ipsū gl. in c. nec aliqua, in uerbo, obstetricum, 27. q. 1.

Sed ego credo necessariū esse, ut septē adhibeantur, si possent in loco reperiri. si. n. qñ agitur de uentre inspiciendo, debent quinque obstetrices adhiberi, ubi suspicio est cõtra mulierē pgnatē, ut sup. dixi, multo magis in nostro casu septē sunt necessariae, tum quia de re grauiori agitur, i. de matrimonio dissoluendo, tum etiam quia maior psumptio insurgit aduersus mulierem eo, quia diu tacuit, & eo pferim, cū sit ista materia, in qua facilliter errari potest, quia manus t obstetricū, & oculus sæpè fallitur, d.c. nec aliqua, in princ. 27. q. 1.

Imò propter hanc rōnem solent aliqñ iudices non solum requirere obstetrices, sed et ad cautelam t præter illas adhibere iurm septimæ manus propinquorum, ut dñ in c. fi. ex. de frig. & mal. ubi glo. finalis inquit, in his maioribus esse cautius agendum, oemq; cautelã, quæ adhiberi pōt, in talibus esse adhibendam p periculum animæ. & si textus ibi, & glossa talem cautelam adhibent, qñ vxor, & maritus confitebantur non potuisse carnaliter copulari, ut inf. mox dicã, multo magis septē obstetrices dñt adhiberi in nro casu, i quo uir affirmabat se cognouisse, & uxor negabat se cognitã.

Quartus est casus, quando uterque, i. quæ dicit se uirginem, & maritus eius fatentur, non potuisse carnaliter commisceri, & tali casu cū non sit diffinitum, quot obstetrices ad uxorem inspicienda sint aduocandæ, ego puto, quod duæ, uel tres sufficere t possint unã cum septima manu propinquorum iurantium se credere, quod uxor, & maritus uerum iurauerint, & ita manifestè loquitur textus in d. cap. fin. extra de frigid. & malef.

Et licet ibi glossa finalis dicat, non esse necessarium, ut septima manus propinquorū interueniat, nec uitiari sententiam, si omitteretur, tamen ibi subiungit Abbas in sine, non esse de facili recedendũ à forma illius capituli, uel dicere potes illum textum loqui in casu speciali, quando uir fatebatur se impotentem, quo ad uxorem, sed potentē quo ad alias mulieres: nam cum in tali casu maior sit suspicio contra ipsum, accuratior probatio requirenda est, secundum formam ibi expressam.

Quintus, & ultimus casus est, qñ non agitur de matrimonio dissoluendo, sed solum requiritur, an uirgo t fuerit uiolata à uiro extraneo, & tunc absq; dubitatione tenendum est, q duæ, uel tres obstetrices sufficiãt, ut colligitur ex textu, qui loquitur in puella non maritata, in ca. nec aliqua, 27. q. 1. ubi glo. in uerbo, obstetricū, notauit, q si duæ, uel tres nobiles probat mulieres dicunt uirginem nō esse corruptam à uiro, harum testimonio staretur, & hoc modo potest saluari Bald. in d.c. proposuisti, nu. 4. extra de probat. ubi uoluit, quod duæ obstetrices sufficiant ad probandam uirginitatem. de quibus obstetricibus, & alijs peritis in arte, uidebis ea, quæ supra dixi in cap. 27. lib. 1.

Hoc autē addendū est, q & si regulariter in mulieribus inspiciendis, debeant propter honestatē foemine peritæ eligi, attamen hoc debet intelligi, quando agitur t de tali qualitate, cuius mulieres

à communiter accidētibus possunt esse peritæ: sed qñ est talis qualitas, in qua discernenda est altior peritia, quæ non est in mulieribus, tñc ne facultas probationum pereat, in subsidiũ possunt, & debēt viri periti adhiberi, ut tradit Aret. in d. cōf. 14. 2. in 4. dubio, sub nu. 15. uers. uenio nunc ad quartum, col. 10. vbi eleganter ait, Dorotheã filiã Ludouici Marchionis Mantuæ Galeatio Ducis Mediolani filio desponsatã inspiciendã esse a medicis nudã, ut hñc cognosci possēt, an illa puella esset gibbosa, uel aliud uitiũ corporis haberet, pp qđ esset, uel futura esset deformis, cuius traditionē sequitur Decius in c. propofuisti, nu. 3. in 2. notab. ext. de pb. De cuius consilij ueritate licet Tiraquel. quid ipse sentiret, aperire noluerit in l. 4. nu. 28. uersicu. proinde non rectè, de legib. connub. Mihi tñ uerissimam esse hanc conclusionem, ut. s. uiri debeant adhiberi ad inspiciendas, & tangendas mulieres, qñ agitur de re, cuius obstetrices sufficientem peritiã non haberent, ut probatur in c. ex literis, ext. de frig. & malef. ubi dñ, non aliter dissolui matrimoniũ ob impedimētũ mulieris inhabilis ad coitum, nisi prius cōstet illud ope medicorum nõ posse adiuuari, & hoc uidimus ætate nostra fuisse obseruatũ in filia Ducis Parme, Principi Mantuæ & maritata, cuius matrimoniũ fuit dissolutum, cũ esset adeo arcta, ut uiro suo non posset carnaliter cōmisceri, nisi per incisionem, quæ iudicio medicorũ ad illam inspiciendam electorum nõ poterat fieri, nisi cum periculo mortis ipsius puellæ, de qua incisione habetur in ca. fraternitatis. §. per autem quæstionem, extra de frigid. & malef. 35 Virginitas aut probatur ex signis, nã signa ostēdunt signatum, sicut stigmata ostendunt militem, habitus clericum, stola sacerdotem, purpura regē, toga aduocatum, cuculla monachũ, & marca mercatorem, ut ait Bal. in d. c. causam, nu. 2. uer. ibi, signa uirginitatis, col. 2. extra de prob. & ibi Fely. in quarto notab. & Decius nu. 4. in 3. notab. col. 1. 1. Efficax uerò signum dñ esse, qñ puella integra & inuenitur, i. arcta, eo quia rupta non habet claustra pudoris, ut probatur in c. fi. in ver. integra per manebat, ext. de frig. & malef. quod idem expresse cōprobauit Zabar. in cle. 1. nu. 2. uer. decimoquin ro quero, de cōsang. & affn. ubi tradit, qđ ecclesia p m aspectũ corporis iudicat eam uirginē, quæ arcta est, & rupta claustra non habet. licēt. n. dari possit casus, ut arcta & possit prægna fieri, ueluti, qñ uir immittit semē extra claustra, qđ itus postea lapsũ est, ut euenisse, inquit, in Francia, subdit tñ, qđ alio non apparente, ea, quæ est arcta, cēsētur esse uirgo. Aliud uirginitatis signum est, qñ in primo spōn forum concubitu lintea sanguinolēta & apparēt, ut tradit gl. in c. satis hic, in uerbo, lapidaretur, 33. q. 5. & Abb. in c. pposuisti, nu. 2. uer. nota bonum tex. ad instruedum, ext. de prob. & ibi Aret. nu. 5. uer. secundo nota, col. 3. & Alex. ad Bart. in litem apud Labeonē, §. si quis uirgines, in uer. qui uerberat, ff. de iniur. & Affic. in decis. 236. Petrus, nu. 3. Et quidem fuit hæc probatio in lege ueteri ad-

missa pp difficultatem probandi hanc rem ualde secretã, ut inquit Arch. in c. hæc imago, nu. 7. uers. sanguinolenta, 33. q. 5. ubi ait, qđ qñ uir accusabat uxorem fornicationis antea cōmissæ, signum probationis erat, ipsam esse uirginem, qñ linteũ sanguinolentum ostendebatur iudicibus ciuitatis, sicut è conuerso, qñ non erat sanguinolentũ, habebatur pro corrupta: subiungit tamen, satis uilem fuisse hanc probationem, nam foemina, & si millic fuisset corrupta, bene scit contra hoc remedia inuenire, de cuius probationis leuitate, & fallacia idem notauit Abbas in d. cap. propofuisti, nu. 2. col. 2. & ibi Aret. num. 5. colum. 3. 39 Quidam dicunt apud Gentiles antiquã opinio nem fuisse, ut uirginibus primo coitu collũ grossius efficeretur, ideoq; ad probandã uirginitatem die pcedenti antequã cum marito spōsa coiret, filo collũ puellæ circueundabant, & post coitũ mane sequenti eodē filo collum metiebantur, & si illud grossius factũ inueniebant, sponsam fuisse uirginē arbitrabantur, ad quem morem uerũ alluisse Catul. in epithalamio Pelei, & Tetidos in illis uersiculis. Non illam nutrix orienti luce reuifens Hesterno collum poterit circundare filo. 41 Potest et defloratio uirginis probari per testes de uisu, uel de auditu, secundũ normam traditam in c. præterea, extra de testib. & dictum est in c. 10. nu. 10. supra lib. 1. & tradit Aret. in cons. 82. factũ super quo, in tertio dubio, col. fin. in prin. Sed mirandis, occultisq; signis probatio uirginitatis apud Hebræos facta fuit: nã cum iussi essent Hebræi oēs feminas & Madianitarum, exceptis uirginibus interficere, nec uirgines a mulieribus discernere scirent, fecerunt oēs feminas transire ante arcã dñi, & tñc ex signo à Deo dato cognoscebāt, quænam essent uirgines, & quæ corrupte, ut tradit Nicol. de Lyra in cap. 3. lib. Nume. Sicut et occulta Dei uirtute illa uirginitatis, uel castitatis probatio introducãta fuit, quæ in sacrificio Zelotypiæ apud Hebræos fiebat, in qua spōsa, uel uxor adulterij suspecta post uarias maledictiones aquã bibebat amarissimã: quam cũ bibisset, si polluta erat, istato uentre cōputrescebat illi femur, eratq; mulier i maledictionē, & in exēplũ oĩ populo: at si polluta nõ fuisset, erat innoxia, & faciebat liberos, ut hñ Num. c. 5. & in c. in lib. nãque, 2. q. 4. Eodemq; Dei iudicio, sed occultissima quadã pmissione, illa uirgo Vestalis i pbationē suę uirginitatis aquã cribro tulit, & altera nauē zona mouit, q nullis uiribus moueri poterat. Sed hæc oĩa sicut ad gloriã diuinã pntinent, ita nequaquã trahi dñt in consequentiã, quia nobis nõ licet tētare Dñm, & ppea hmōi probationes in iudicio nro non exiguntur, sicut et illud genus probationis interdictũ fuit, quo ferro candente, uel aqua feruente, aut frigida quis purgabatur, ut patet in c. Mennam, & in c. auditum, & in c. consului, 2. q. 4. & in c. fin. extra de purgat. uulg. de quibus notat Afflic. in constit. 1. in 4. notab. de legib. parilib. sublat. li. 2. Constit. & Mascad. in q. 4. lib. 1. de probat. Quibus

Quibus accedunt ea, quæ tradit Præposit. in d. c. consului, sub nu. 4. 2. q. 4. ubi ait, quod quamuis scriptum sit, non nullos transuisse per medios ignes sine læsione ad probationem faciendam nostræ fidei, tamen talia experimenta non sunt faciēda, quia quæ spiritus sancti & gratia facta sunt, non sunt trahenda in exemplum, quod idem notauit Anchar. in d. c. fin. nu. 2. extra de purgat. uulg. ubi dicit, non esse sperandum in miraculis, quia Deus ea & suo arbitrio reseruaui, & eum temerè agere, qui querit, ut ab igne calido, uel ab aqua feruente non lædatur. Porro uirginitatis multa sunt præconia, si quidem uirtus est & animi, cuius comes è fortitudo, 48 gladium enim prudētiæ secum semper habet, quo trūcat opera carnis, & superat uoluptates sensus, ut patet in c. ita ne aliquem, 32. q. 5. & not. Belle. in c. 1. nu. 15. col. fin. extra de summa Trin. 49 Supergreditur enim uirginitas conditionē humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur: imò maior est uictoria hominum, quam angelorum. angeli enim sine carne uiuunt, uirgines autem in carne triumphant, & sicut in carne præter carnem uiuere non æterna uita est, sed cęlestis, ita in carne cęlestē uitam acquirere, maioris meriti est, quam habere, qñ & esse angelũ fœlicitatis est, esse uero uirginem, uirtutis, dum quis totis uiribus nititur hoc obtinere ex gratia, qđ habet angelus ex natura, ut notat Ambr. in libro de uidiis, & Hieronymus ad Pau. & Eustoch. & Bellem. in d. c. 1. in fi. extra de summa Trin. & Cassan. in 3. parte de glor. mundi, in consil. 39. nu. 25. cum seq. Quocirca Hieronymus iure merito exclamat, contra naturam, imò ultra naturam esse, non exercere, qđ nata sis, interficere in te radicem tuam, & sola uirginitatis poma decerpere, & nescire thorum communem, uirorum horrere contractum, & in corpore & uiuere sine corpore, cuius meminit Lucas de Pen. in l. fi. sub nu. 25. C. de incol. lib. 10. Et huius quidem uirtutis excellentia non ex eo solo consistit, quod habuerit & initium in celo empyreo in creatione angelorum, qui uirgines facti sunt, quia in cęlis neq; nubent, neq; nubentur, ut dicitur apud Matth. in c. 22. & glo. in c. nuptiæ, in uerbo, uirginitas, 32. q. 1. Sed in hoc præcipuè commendatur, qđ ipse Dñs noster Iesus Chr̄s non solũ uirginitatem seruauit, sed etiam matrem uirginē, ex qua nasceret, eligere uoluit, propter quod ipse dñ plus amare uirgines, qđ alios, tum quia ipsius uirginitatis imitatores sunt; tũ et quia sponte tribuunt, quod illis non fuit imperatum, cũ & maioris sit gratiæ offerre, qđ non debet, qđ reddere, quod exigeris, quod profecto faciunt uirgines, quia uirginitas pro consilio suadetur, nõ pro imperio p̄cipitur, cum sit res magis uoti, qđ p̄cepti, ut dñ in c. qui sitit. 33. q. 5. & in c. integritas. 32. q. 1. & notat etiam gl. in d. c. 1. in fi. in uerbo, coniugati, extra de sum. Trin. Et propterea Paulus de uirginibus inquit, p̄ceptum Domini non habeo, consilium autem do,

tanquam misericordiam cōsequutus a Domino, ut patet in cap. 7. ad Corinth. 1. 55 Verum sciendum est, quatuor esse gradus & uirginitatis, primus est ante usum rōnis; Secundus, quando actu integritas corpori seruetur, cũ proposito tñ nubendi, & tales sunt uirgines materialiter; Tertius, qñ uirginitas cum proposito seruetur sine uoto, & talis est etiã formalis, sed imperfecta; Quartus, & quidem perfectus est, qñ uirginitas seruetur cum uoto, nam ista est propriè, & p̄fectè uirginitas B. Mariæ Virg. ut ait Sum. Tabien. in uerbo, uirginitas, nu. 2. in fi. Ita et hæc est uerè illa uirginitas, quæ non solũ & soror angelorũ dñ, ut tradit gl. i c. nuptiæ. 32. q. 1. Sed etiam templum Dei facta est, ut patet in c. tolerabilibus, 32. q. 5. Cum talibus enim Deus uelut in tēplo suo degit, & tales in cęlis semper agnum sequuntur, quocunq; ierit, quibus conceditur cantare illud nouũ canticum, quod dicere non possunt, nisi qui uirgines sunt, ut inquit Ioan. Apoc. c. 14. 59 Illisq; constituitur & non solum fructus centesimus, cuius promissio facta est apud Matt. in c. 13. & notat Ioan. Fran. Pauin. de Visitationibus, in fi. nu. 129. uers. uirginibus etiam datur. 60 Verum etiã laureola & coronantur pp uictoriã, quam de stimulis carnis, & de mudi uoluptatibus habuerūt, quæ est corona laudis, & splēdoris, quo mediante ab alijs uelut splendidiore discernētur, ut inquit Io. de Imo. in c. causam, in fi. ext. de p̄ba. Imò tanti est meriti apud Deũ hæc angelica uirtus, ut etiam & pro sit parentibus ad salutem, quãdo proles eorum in uirginitate perseuerat, ut patet in cap. tunc saluabitur, 33. q. 5. ubi dicitur, qđ tunc saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui uirgines p̄mansuri sint, ex quo iure merito dicere possumus uirginitatem esse illam, quæ replet & paradysum, ut dictum est in c. nuptiæ. 32. q. 1. Replet enim, quia non solum prodest sibi, sed et alijs, & tanto magis, qñ omnia bona opera imperfecta sunt, ubi saltem & mentis uirginitas non adsit, ut est expressum in c. hoc solum, 33. q. 5. Nam uirginitas, quæ solũ corpus tuetur, & mētis custodiã non habet, est odibilis, ac inuisa Deo, nec uirtus dñ, sed fatuitas appellatur, sicut dictum legimus de illis decem uirginibus, quarũ quinque erant fatuæ, nam uirgines erant carne, non spiritu, uirgines stultæ, quæ quoniam oleum bonę operationis nõ habuerunt, exclusæ fuerunt a sponso, ut habemus apud Matth. in c. 25. & in c. si Paulus, 32. q. 5. & facit text. in d. c. hoc solum. 33. q. 5. Bona est castitas corporis, sed melior mentis, qđ si potest utraque custodiri, uictoria est plena, at si non licet, melius est habere mentem uirginem, quam carnem: nam quamuis corpus uiolenter corumpatur, tamen castitas duplicatur, si pudicitia mentis seruetur illæsa, quia uirgo & prostituta potest, adulterari non potest, cum sit illud certissimum, quod corpus mulieris non maculat uiolenti-

tia, sed voluntas, ut habetur in c. 1. & in c. tolerabilius, cum seq. 32. q. 5.

Nec putet quis tantam gratiam sua virtute posse consequi, nisi gratia diuina iuuetur: quoniam in hac carne viuere, & opera carnis non facere, non est opus humanum, sed celeste, ut inquit glos. in c. nuptiarum, in verbo, celestis, 27. q. 1. & notat Lucas de Pen. in d. l. fin. nu. 25. C. de incol. lib. 10.

Sed quamuis in celo virginitati tot sint consti- tuta priuilegia, tamen in terris suas quoque prærogatiuas habet: & quemadmodum in celo virgines alijs choris præferuntur, ita quoque in terris virgo præcedere debet in itinere, ac in mēsa non solum viduas, ut ait Bald. in c. causam, num. 4. vers. item nota de priuilegio, extra de probat. & ibi Felyn. sub nu. 4. col. fin.

Verum etiam cæteras alias mulieres coniugatas, ut inquit Cassan. de gloria mundi, in 3. parte, confid. 39. num. 45. & ante ipsum Decius in d. ca. causam, nu. 10. vers. & per istum textum, col. 1.

69 Rursus magis creditur testimonio virginis, quam viduæ, vel maritatae, ut de vidua tradit Bald. in d. c. causam, sub nu. 4. col. 1. & ibi Felyn. col. fin. & de coniugata, Cassan. & Decius in locis supracitatis.

70 Item maior dos debet dari a vidua, quam a virgine, quia virginitas pro parte dotis habetur, ut inquit Bald. in conf. 102. mulierem, vers. secundo casu, vol. 4. & Abb. in c. 1. nu. 4. extra de adul. vbi ait virginitatem esse secundam dotem.

71 Vltimo melius est ducere uxorem quam virginem, quam viduam, secundum consilium Hesiodi Poetæ, tum quia flexibilis puellæ simplicem animum facillimè quocumque voluerimus, trahemus, ad nostramq; vitæ normam sine difficultate instruere poterimus: tum etiam quia mulier & virum, qui prius eam deflorauit, præcipuo amore veneratur, vel quia verecundia amorem prosequitur, cum rationabile sit, ut mulier illum, qui sui pudoris vincula relaxauit, vehementer admiretur, & amet, vel quia præcipuæ voluptatis initium maximam alterationem inducit in toto, qua potestates animæ, maxime oblectantur, & ei immobiliter adhærent, & acquiescunt, ut ait M. Antonius Zimar. in problem. 30.

72 At viduæ, quæ sua, & aliena vitia sciunt, sicut difficilius reformantur, ita priorum maritorum moribus assuefactæ mores noui mariti fastidiunt, & aspernantur, etiam si prioribus maritis nouus vir præstantior esset: id enim videtur a natura comparatum, ut non solum omnia prima nos magis delectent, verum etiam ut præterita semper meliora præsentibus censcantur, ut inquit Tiraq. in li. 6. nu. 4. de leg. connub.

73 Vtrum verò virginitas sit excellentior matrimonio, quæstio est trita, in qua Theologi communiter tenent, quod sic, de qua re vide textum in d. c. nuptiarum, 27. q. 1. & latè Cass. de gloria mundi, in 3. parte, confid. 39. & summa Tabien. in verbo, virginitas, nu. 5.

75 Vtra verò patiatur maiorem difficultatem abstinendo à carnalibus desiderijs, an virgo, dum dulcius esset putat, quod nescit: an uidua, dum præteritæ recordatur uoluptatis, uide Tiraqu. in l. 9. nu. 17. vers. maxime autem uirgines, de legibus connub. & summa Tabien. in uerbo, uirginitas, nu. 6. vers. quinto quis patiatur.

76 At an maior castitas exigatur in uxore, quam in uiro, uide glos. in c. debitum, in uerbo, cognita, de bigam. non ordin.

ADDITIONES.

- a Habitum. Quid si coniugatus fuerit captus sine habitu, an erit remittendus ad episcopum, & an iste episcopus cognoscat. an fuerit in habitu, dic, q. non, ut ait Guido Papæ in decis. 138.
- b Dotare. Quæ dos constituenda est secundum facultates stupratoris, & dignitatem puellæ, ut ait Cacheran. in decis. 107.
- c Iuramentum. Idem tenet Alex. nec iuramentum exigit, in conf. 229. nu. 2. uol. 6.
- d Obstericibus. Debent autem deponere puellam esse uirginem, quia uiderunt. & inspexerunt eam in locis, ubi deprehenditur uirginitas, nec est necesse ut magis in specie reddant causam scientiæ, ut ait Abb. in ca. proposuisti, num. 2. de probat.
- e Tangere. Hoc fuit inductum speciali ratione, ne tactu læderetur partus, ut ait Alber. in l. Imperator, l. 2. nu. 4. vers. c. & pro hoc facit. ff. de statu homin. & ibi Angel. nume. 2. col. 1. quæ ratio non concurrat in uirginitate probanda.
- f Vir. Sicuti enim mulier inspicitur, ita uir debet inspicere in suis impedimentis, ut ait Abb. in c. 1. sub nu. 5. vers. nam tria sunt argumenta, extra de frig. & malef.
- g Triennium. An triennium indultum impedito ob frigiditatem, sit dādum impedito ob maleficium? uide gl. in c. fin. in uerbo, continuum. extra de frig. & malef. sed an incontinenti possint separari non expectato triennio, uide Abb. in c. 1. col. 1. sub nu. 6. col. 2. de frig. & malef. & in c. laudabilem, col. 2. extra eo.
- h Septima. Etiam duo sufficerent, si septem haberi non possent, ut ait gl. in c. requisisti, in uerbo, septima, 33. quæst. 1.
- i Cautelam. In hac materia debet iudex esse discretus, & semper potius exigere probationes superfluas, quam defectiuas, cum agatur de periculo animæ, ut inquit Abb. in c. 1. col. 1. in fi. de frig. & malef.
- K Gibbosa. Non potest gibbositas plene percipi, nisi puella nuda inspicatur, quoniam gibbositas potest procedere aut ex causa extrinseca, ut est percussio, casus, impulsio; aut ex causa intrinseca, sicut sunt exituræ, quæ egrediuntur in osse dorsi, ideo locus affractus subijciendus est oculis medici, ut ait Serapio in ca. 26. tract. 5.
- l Integra. Nunquid ualeat ista conditio, te accipio in uxorem, si uirgo es, & quando, & quomodo probanda sit uirginitas. uide Aret. in conf. 82. in 3. dubio, col. fin.
- m Arcta. Quia in prima defloratione dilatatur collum matricis, ut dicam in seq. addit. ergo si mulier est laxa, signum est corruptionis.
- n Linteæ sanguinolenta. Dicit Galenus, quod in prima defloratione dilatatur collum matricis, & rumpuntur quædam uenæ subtiles, quæ sunt in dextera parte ipsius colli, & sanguis exit, ut patet in lib. de anatom. uiuorum, in cap. de anatom. matricis.
- o Corruptæ. Signum corruptionis est, quando mulier habet

bet lac in mamillis, ut inquit Baldus in Rubr. C. de probat. num. 19. vers. exemplum de primo, col. 3.

Virtus. Idem dicitur in c. j. & in c. de pudicitia, 32. q. 5.

Fortitudo. Nam abstinentiæ uacare, est opus magnorum, ut dicitur in c. quod proposuisti, 32. q. 7.

Virginitas. In uirginitate uiuitur gloriosè, in matrimonio pudicè, in uiduitate castè, in concubinato impudicè, in stupro damnabiliter, in adulterio damnabilius, in incestu damnabilissimè, & in peccato contra naturam pessimè, ut inquit Bald. in c. causam, nume. 7. extra de probat.

SVMMA RIVM.

- 1 Alleganti matrimonium incumbit onus probandi. Matrimonium an possit contrahi per procuratorem, & quibus uerbis uti debeat procurator. ibidem in additionibus. Matrimonium est quid facti. ibidem.
- 2 Fornicatio potius præsumitur, quam matrimonium.
- 3 Matrimonium de iure civili præsumitur ex mutua cohabitatione.
- 4 Periculosum est diuinare matrimonium per signa.
- 5 Matrimonium præsumitur ad fauorem filiorum, quando ipsi sunt in possessione filiationis legitimæ.
- 6 Practica probandi matrimonium quæ sit.
- 7 Iura canonica præsumunt stuprum ex mutua cohabitatione.
- 8 Agenti ad restitutionem mulieris incumbit onus probandi matrimonium.
- 9 Mulier petens aliquem uirum in maritum debet plene probare matrimonium, nec sibi semiplenè probanti deferretur iuramentum suppletorium.
- 10 Causa matrimonij dicitur esse causa status hominis, in qua agitur de seruitute constituenda.
- 11 Accusatus de adulterio absoluitur, nisi accusator probauerit matrimonium adulteris, uel adulterantis.
- 12 Accusans iure mariti, uel iure extranei, an debeat probare uerum matrimonium, an præsumptum.
- 13 Consensus, & non concubitus facit matrimonium.
- 14 Consensus matrimonij potest copulam carnalem præcedere, & in tali contractu habet locum animi destinatio.
- 15 Deprehensus cum aliqua muliere probando matrimonium penam stupri uitabit.
- 16 Adulter iurans mulierem nuptam adiurasse, euitat penam adulterij.
- 17 Adiurare mulierem, quid sit.
- 18 Confessio mutui consensus probat matrimonium, si qualitas personarum, & alia inditia id patiantur.
- 19 Mulier nupta, & uir solutus, si constentur matrimonium inter eos fuisse contractum, nunquid penam euitabunt.
- 20 Fisco incumbit onus probandi adulterum accusatum habuisse scientiam alieni matrimonij.
- 21 Mulier nupta constans matrimonium cum ipsa adulterum contraxisse, torquetur ad inuestigandum, nunquid hoc sit uerum.
- 22 Constantes matrimonium contraxisse non liberantur à pena raptus.
- 23 Uxor nondum carnaliter cognita non potest à uiro rapi, quando ipsa uult monachari.
- 24 Sponsus rapiens sponsam non incidit in penam raptus.
- 25 Mulier rapta præsumitur fateri matrimonium, metu præcedentis rapinæ.
- 26 Raptus punitur non obstante, quod matrimonium postea subsequatur.
- 27 Puella rapta debet reponi in pristinam libertatem.
- 28 Maritus potest impunè rapere uxorem suam.
- 29 Uiro potenti uxorem suam incumbit onus probandi matrimonium. & supra num. 8.

30 Maritus potest uindicare uxorem.

31 Maritus potest agere interdicto de uxore exhibenda, uel quasi unde ui.

32 Iudicis officium competit sponso ad recuperandam sponsam, etiam de futuro.

33 Uxor est in potestate patris, non mariti.

34 Libellus sistitur, in quo uir simpliciter uendicat uxorem, quando æquitas canonica non attendit iuris subtilitates.

35 Matrimonium spirituale probandum est ab allegante.

36 Prælati non præsumuntur, nisi probentur.

37 Ordinatus ad sacros ordines nemo præsumitur.

38 Matrimonium spirituale contrahitur inter clericum, & beneficium.

39 Clerico beneficiato agenti ad recuperandum beneficium incumbit onus probandi canonicam institutionem.

40 Clericus petens ecclesiam, debet probare se fuisse in quasi possessione ecclesie.

41 Monachus probandus est ab eo, qui se monachum dicit.

42 Matrimonium præsumptum, quibus coniecturis probetur.

43 Matrimonij substantia consistit in libera uoluntate nubentium.

44 Matrimonium non iure fori, sed iure poli iudicatur. Consuetudo nihil potest statuere contra substantiam matrimonij. ibidem. Statuta disponentia circa substantiam matrimonij non ualent. ibidem.

45 Iura ciuilia cedunt iuri canonico in materia matrimoniorum.

46 Matrimonium est res spiritualis. Laici in rebus spiritualibus nihil auctoritatis habent. ibidem.

47 Leges ciuiles dicentes filium non posse matrimonium contrahere sine consensu patris, sicut correcte.

48 Patris consensus in matrimonio filij requiritur de honestate, sed non de necessitate. Filia se nubens sine patris consensu potest cogere patrem, ut sibi congruam dotem assignet. ibidem.

49 Leges ciuiles prohibentes matrimonium inter Rectorem Prouincie, & Prouincialem, ac inter tutorem, & pupillam, non ualent.

50 Leges ciuiles non ualent, quæ damnant matrimonium inter raptorem, & raptam, & prohibent ne mulier nubere possit intra annum lactus.

51 Lex Iulia prohibens Senatorem, & eius descendentes contrahere matrimonium cura femina ignobili, non ualeat.

52 Meretricem ducere in uxorem, est opus meritorium.

53 Condemnatus ad mortem liberatur, si meretrix illum in matrum petierit.

54 Peccata remittuntur ei, qui ducit in uxorem meretricem.

55 Leges ciuiles prohibentes matrimonium inter seruos, ac inter liberum, & ancillam, sicut correcte.

56 Matrimonium factum per metum non ualeat.

57 Ritus, & ceremonie in faciendis nuptijs secundum mores patriæ, debent seruari. Consuetudo seruanda est, quæ non est contra fidem. ibidem.

58 Superstitiosus, & sui intemperans est, qui non seruat mores eorum, cum quibus uiuit.

59 Omissio solemnitas, an inducat peccatum.

60 Peccatum mortale inducitur, quando per omissionem solemnitatis incerta relinquitur Ecclesia de contractu matrimonij.

61 Statutum Principis laici circa solemnitates matrimonij seruandum est. Superiori suo quilibet obedire tenetur. ibidem.

62 Leges humane obligant in foro conscientie, quando sunt iustæ.

63 Statutum an possit de non peccato facere peccatum.

64 Statutum, & consuetudo, an circa matrimonia differant.

65 Filij, uxores, & subditi, quando teneantur obedire patri, marito, & Principi.

66 Leges iustæ, dicuntur uenerandæ.

67 Statutum ualeat, quo cautum est, ut ducens uxorem non possit inuitare ad conuiuium nisi duodecim matronas.

- 68 Constitutio Regis valet, ut nullus contrahat matrimonium sine bene dictione sacerdotis.
- 69 Consuetudo civitatis non est violanda. Principi licet in civitate, in qua regnat, inbere aliquid, quod nullus ante ipsum iusserat. ibidem.
- 70 Consuetudo laicorum potest statuere circa accidentia matrimonij, ut est dos.
- 71 Dos est quid temporale.
- 72 Princeps secularis potest introducere usucapionem pro dote.
- 73 Princeps potest statuere, ut maritus lucretur dotem.
- 74 Statutum potest taxare summam dotis dande maritis.
- 75 Veneri decreverunt, ut nulla dos sex millia ducatorum excedere posset.
- 76 Statutum valet, ut mulier disponere non possit de dote, nisi in tertia parte. Mutineses statuerunt, ut mulier non possit relinquere plus filijs secundi matrimonij, quam primi. ibidem.
- 77 Dos confiscatur ob delictum mulieris.
- 78 Mulier propter adulterium amittit dotem.
- 79 Pœna imposta odio nubentium ad impediendam libertatem matrimonij, non valet.
- 80 Mulier transiens ad secundas nuptias tenetur relinquere filijs primi matrimonij quicquid ex primo connubio, vel ex successione filiorum sibi obvenit.
- 81 Mulier, que transiens ad secunda vota non petijt tutores filijs suis, nec tutelam rationem reddidit, priuatur successione filij impuberis.
- 82 Statuta pœnalia ubiq; existant, que pœnam imponunt mulieribus nubentibus extra territorium statuentium.
- 83 Statutum valet quo cauetur, ne matrimonium inter homines diuersarum terrarum sub pœna contraheretur.
- 84 Statutum civitatis potest prohibere, ut nemo accipiat Gebellinam in uxorem.
- 85 Statutum imponens pœnam filio contrahenti matrimonij absq; patris consensu valet.
- 86 Prohibito à statuto contrahere matrimonium cum certo genere hominum, non dicitur auferri libertas contrahendi.
- 87 Statutum valet ad impediendum ius patrie potestatis, & effectus successionis.
- 88 Laicus non potest punire matrimonium in quantum est matrimonium, sed illud potest punire in sua qualitate.
- 89 Homicidium est contra naturam. Accidens plerumq; magis consideratur, quam natura, quia accidentia naturam obnubilant, ibidem.
- 90 Testator potest interdicare legatario facultatem contrahendi matrimonium cum aliquibus personis. Argumentum valet de voluntate testantis ad voluntatem statuentis, ibidem.
- 91 Consuetudo, vel pactum valet, ut feudum dari non possit in dotem.
- 92 Constitutio regni valet, ex qua vasallus feudo priuabitur, si maritus set fororem sine regio consensu.
- 93 Consuetudo varia potest esse, tam in quantitate dotis, quam in lucris.
- 94 Statutum addens aliquam solennitatem in matrimonio adijciendo pœnam, non valet.
- 95 Statutum Laicorum disponens, ut contrahens matrimonium cum filia, sine consensu patris non valet. Index ecclesiasticus poterit inibere Iudici laico volenti punire eos, qui matrimonium contraxerunt, ibidem.
- 96 Iurisdictiones ecclesiasticæ, & seculares, sunt distinctæ.
- 97 Statutum requirens consensum patris in matrimonio, congruit iuri canonico.
- 98 Lex postiva potest legem diuinam distinguere, & modificare.
- 99 Pater capit utile consilium pro filijs.
- 100 Mulieres sunt imbecillioris ingenij, & contra propria commoda laborant.
- 101 Matrimonium, & eius causa, & dependentia ab illis, sunt ec-

- clesiasticæ iurisdictionis.
- 102 Statutum laicorum, non est seruandum, quando imponit pœnam retrahendo à contractu matrimonij, & illa pœna dimi- nituit patrimonium, vel famam contrahentium.
- 103 Statutum non valet, ut nullus Florentinus possit conducere in uxorem aliquam mulierem de domo Vbertinorum.
- 104 Ius civile debet in matrimonio cum suis appendicibus sequi ius canonicum.
- 105 Maior potestas requiritur in adiectione pœnæ, quam in dispo- sitione principali. Disponere, qui non potest principaliter, non poterit disponere pœnaliter, ibidem.
- 106 Statutum imponens pœnam contrahentibus matrimonium, sine consensu patris, non valet.
- 107 Communis opinio est, ut statutum prohibens contrahi matri- monium sine consensu patris, non valeat.
- 108 Non sufficit legem esse honestam, quando potestas legis con- denda deficit in statuentibus. Honestas statuti nihil operatur, quando potestas in statuente non erat, ibidem.
- 109 Statutum prohibens fœminam nubere, sine consensu patris, va- lebit in filia admodum iuvene.
- 110 Aetas in fœminis respectu ad consentiendum matrimonio non consideratur ex ætate duodecim, vel quatuordecim annorum, sed ex potestate cocundi. Malitia aliquando supplet ætatem, ibidem.
- 111 Aetas perfecta secundum ius canonicum est illa, que est apta ad coitum.
- 112 Matrimonium potest prohiberi ad tempus ex pacto.
- 113 Quicquid potest fieri per pactum, potest fieri per statutum.
- 114 Matrimonium de iure canonico non potest prohiberi ad tempus.
- 115 Statutum puniens filiam contrahentem matrimonium sine cõ- sensu patris, habet locum, quando filia nubit indigno.
- 116 Dos non potest filie denegari à patre, nisi quando in corpus suum peccauit.
- 117 Statutum puniens filios contrahentes matrimonium sine con- silio parentum valet.
- 118 Obligatus requirere consilium, non est obligatus illud sequi, si sibi non placet.
- 119 Statutum priuans fœminas dote, & successione, quando nubunt extra territorium non valet.
- 120 Statuta punientia nubentes extra territorium dote, & suc- cessione, dicuntur indirectè matrimonij libertatem impedire.
- 121 Statutum disponens contra libertatem dotis, est ipso iure nul- lum.
- 122 Reipublice intereest mulieres esse dotatas.
- 123 Statutum mandans dotem taxari arbitrio boni viri, valet.
- 124 Statutum mandans dotem taxari, & reliquis bonis iam acquisitis priuans nubentem extra territorium, non va- let.
- 125 Statutum Brixie circa nubentes extra iurisdictionem, non valet.
- 126 Statutum Ferrarie puniens nubentes extra territorium, non valet.
- 127 Timor pœnæ soluenda impedit libertatem consensus in matri- monio.
- 128 Statutum priuans nubentes extra iurisdictionem rebus acqui- rendis valet.
- 129 Statutum priuans successionibus nubentes extra territorium est factum favore publico.
- 130 Reipublica intereest civitatem magis hominibus, quam diuitia- rum copia repleri.
- 131 Maximum ornamentum civitatis sunt pueri, & turres.
- 132 Statutum valet, ut extantibus agnatis, fœminæ non succe- dant.
- 133 Reipublica causa potentior est causa agnationis.
- 134 Statutum potest auferre lucrum à lege civili proueniens.
- 135 Succedere posse dependet à lege civili.

- 136 Pactum fieri potest, ut res non transeat in ecclesiam.
- 137 Reipublica equiparatur ecclesia.
- 138 Pœna imposta nubenti valet, si respiciat fauorem filiorum.
- 139 Statutum Mediolani priuans hæreditate mulierem nubentem extra territorium, quomodo sit intelligendum.
- 140 Mulier nubens forensi contra formam statuti ita demum pri- uatur successione si potuit in territorio honestè nubere.
- 141 Legatum relictum sub hac conditione, si in civitate Arutia non nupsit, quomodo sit intelligendum.
- 142 Mulier hæres instituta sub conditione, si Titio nupsit, intelli- gitur, modò Titius sit dignus nuptijs eius.
- 143 Statutum pœnale prohibens contrahi matrimonium cum ho- minibus diuersarum terrarum, quomodo debeat intelligi.
- 144 Soror Principis, an sit supposita statutis Principis.
- 145 Lex neminem obligat ad impossibile.
- 146 Inhonestum, ac impossibile equiparantur.
- 147 Mulier nubens forensi, non incurrit pœnam statuti, quando ma- ritus venit ad habitandum in territorio.
- 148 Statutum puniens mulierem se nubentem extra territorium, non habet locum in ea, que fuit nupta à patre, vel à fra- tre.
- 149 Statuti una pars declarat aliam.
- 150 Statutum puniens mulierem nubentem extra territorium, cum hæreditate, intelligitur de illa, que dat hæreditatem in dotè, secus si eam pro se retineret.
- 151 Statuta prohibentia matrimonium contrahi cum forensibus sunt exorbitantia.
- 152 Statutum loquens de nubente cum hæreditate, extra territo- rium, non procedit in ea muliere, que post aditam hæredita- tem nupsit.
- 153 Hæreditas adita, non est amplius hæreditas. Hæreditas propriè dicitur, cum est iacens, ibidem.
- 154 Hæreditas adita, secundum alios, etiam propriè dicitur hære- ditas.
- 155 Statuta debent intelligi secundum communem usum loquendi.
- 156 Statutum prohibens mulierem nubere cum hæreditate extra iurisdictionem, procedit, quando hæreditas est delata, & an- tequam adeatur, matrimonium contrahitur.
- 157 Statutum prædictum, nunquid possit priuare mulierem hæredita- te de proximo acquirenda.
- 158 Pœna damni non valet, nec pœna lucri amittendi ad impedi- dam libertatem matrimonij contrahendi. Pœna amissionis lucri, non est consideranda in matrimonijs. ibidem.
- 159 Statutum puniens se nubentes extra territorium cum hæredita- te, non procedit, quando post aditam hæreditatem, matrimo- nium contraheretur.
- 160 Hæreditas adita, propriè non est hæreditas, & supra 153.
- 161 Statutum valet priuans nuptias extra territorium, hæreditate acquirenda.
- 162 Statutum loquens de muliere nubente forensi, non habet locum in hæreditate paterna.
- 163 Filius succedens patri, dicitur acquirere nouam rerum admini- strationem, & non dominium.
- 164 Statutum grauens hæredem ad soluendum gabellas pro hæredita- te, non procedit in filio succedente patri.
- 165 Filius decimam non tenetur soluere de paterna hæreditate, si de lucro soluenda est.
- 166 Hæreditas paterna, an, & quando pro lucro habeatur.
- 167 Lucri appellatio non continetur paterna hæreditas.
- 168 Hæreditas paterna in aliquibus casibus pro lucro accipitur.
- 169 Statutum mandans de quolibet lucro solui gabellam non com- prehenditur hæreditas relicta filiis.
- 170 Equiparatio lucri, & quasi lucri, non procedit generaliter.
- 171 Hæreditas propriè dicitur extraneorum, quando est iacens.
- 172 Hæreditas iacens non datur in filijs.
- 173 Filius ubi est, ibi non datur curator hæreditati iacenti.
- 174 Sitas operatur in fauorem filiorum, non autem in damnum.

- 175 Actor debet probare, quod filius sit hæres patris, quando agitur contra filium.
- 176 Curator hæreditati iacenti ubi est filius, non datur, quando hoc est filio fauorabile.
- 177 Inter mortem patris, & immisionem filij, non est dare mediū.
- 178 Usucapio pro hærede, non competit filijs, sed extraneis.
- 179 Possidens fundum alienum sine titulo, non potest præscribere longo tempore.
- 180 Hæres extraneus titulo pro hærede, potest præscribere fundum possessum à defuncto sine titulo.
- 181 Filij non habent titulum pro hærede.
- 182 Filij, in quo sint deterioris conditionis, quam extranei hære- des.
- 183 Aditio hæreditatis non competit filijs, sed sola immisio.
- 184 Immiscere & abstinere pertinet ad filios, adire & repudiare ad extraneos.
- 185 Patris hæreditatem filius non potest adire.
- 186 Hæreditas paterna non intelligitur à filio recusata dicente quod eam repudiabat.
- 187 Hæres extraneus rem hæreditariam surripiendo, crimen hære- ditatis expulata committit.
- 188 Filius rem hæreditariam surripiendo, amittit beneficium absti- nendi.
- 189 Statutum prohibens fœminam nubere forensi cum hæreditate, non procedit in hæreditate paterna.
- 190 Fœmina minor nubens cum forensi contra formam statuti, po- test petere restitutionem in integrum versus pœnam.
- 191 Minor presumitur habere iuris, & statutorum ignorantiam.
- 192 Lex vult obligare scientem, & non ignorantem.
- 193 Ignorantia iuris excusat minorem etiam in lucro captando.
- 194 Minoribus restitutio conceditur in delictis, que sine dolo emit- tuntur.
- 195 Damnum sua culpa sentiens, sibi debet imputare.
- 196 Minoribus non datur restitutio in his, que casualiter proue- niunt.
- 197 Minoribus restitutio non datur aduersus leges, & statuta.
- 198 Minor non est restituendus, si non probetur lasus.
- 199 Casus fortuitus est superuivere promoventi.
- 200 Que fortuitis casibus accidunt, nullo bonæ fidei iudicio præ- stantur.
- 201 Mulier minor, que omnia bona dedit in dotem, potest petere re- stitutionem in integrum aduersus statutum concedens lu- crum dotis marito.
- 202 Mulieri minori non petenti infra annum tutorem dari filio suo impuberi succurritur.
- 203 Minor restituitur etiam aduersus culpam.
- 204 Minor non restituitur ex damno propter casum accidentalem contingente.
- 205 Minor restituitur aduersus conuentionem dotis, quando omnia bona dedit in dotem.
- 206 Mulier minor dans omnia bona in dotem, non restituitur in in- tegrum, quando non fuit lasa.
- 207 Mulier minor dans omnia bona in dotem, non dicitur lasa, quæ- do dedit persone merenti.
- 208 Lex in casu speciali non comprehendit minores.
- 209 Statutum generaliter loquens comprehendit minores.
- 210 Statutum puniens fœminam nubentem forensi cum hæreditate, non procedit in fœmina nubente cum dote materna.
- 211 Dos est quid diuersum ab hæreditate.
- 212 Statutum prohibens relinqui ex testamento fœminis nuptis ex- tra territorium bona immobilia, non habet locum in estimati- one.
- 213 Statutum prohibens immobilia transire in forenses, an procedat in rebus immobilibus extra territorium sitis, & an in bonis in genere, & in quantitate consistantibus.
- 214 Mobilia, & nomina debitorum extra territorium sita possunt effici à statuto territorij. Confiscatio bonorum, an extendatur ad bona sita extra territo- rium

- rium confiscantis, ibidem.
- 215 Statutum dans penam femina nubenti extra territorium, non procedit, quando pena veniret applicanda ei, ex cuius facto mulier se nupsit.
- 216 Causanti culpam non est deferendum lucrum proueniens.
- 217 Pena ex delicto commissa si venit applicanda Principi, non ei applicabitur, si delictum fuit commissum de consensu Principis.
- 218 Maritus non potest lucrari dotem, quando ipse fuit causa, ut uxor sua moreretur. Nemo ex suo facto culposo debet premium reportare, ibidem. Procurans aliquid malum factum fieri, non debet factum ei prodesse, ibid. Ambasciarum quis affectans, priuilegiis ambasciarum non gaudebit, ibid.
- 219 Femina nubens forensi, quem credebat esse ciuem, non incurrit in penas Statuti.
- 220 Contrahens cum aliquo, debet esse certus de conditione ipsius.
- 221 Credens bono viro excusatur.
- 222 Ignorantia facti excusat.
- 223 Restitutio in integrum ex clausula generali danda est mulieri aduersus Statuta de lucro doris existentia in domicilio viri.
- 224 Ignorantia probabilis excusat eum, qui non est certus personam contrahentis secum.
- 225 Ignorantia Statuti excusat ciuem nouellum.
- 226 Cui nouello parcurit quo ad penam statuti.
- 227 Vidua, quae nupsit forensi potest succedere, non obstante punitente nuptas extra territorium.
- 228 Statutum priuans hereditate nuptam extra territorium, non habet locum in legitima.
- 229 Statuta excludentia nuptas extra territorium, non habent locum in filiabus primi gradus.
- 230 Exhereditatio hominis, & exhereditatio legis, non extenditur ad non nominatos.
- 231 Successiones parentum utriusque sexus aequali iure filiis hodie deferuntur.
- 232 Haeres ascendens non tenetur soluere gabellam de hereditate, licet non sit in potestate defuncti.
- 233 Suietas non consideratur in hereditate materna.
- 234 Institutio filiorum non videtur prohibita, quando alienatio prohibetur.
- 235 Alienatio quoquomodo prohibita comprehendit etiam alienationem necessariam.
- 236 Statuta excludentia nuptas extra territorium, non habet locum in hereditatibus paternis, quando successio est deferenda proximioribus agnatis.
- 237 Statuta loquentia de agnatis, vel propinquis, debent intelligi de agnatis illius, de cuius successione agitur.
- 238 Filia, an sit agnata, & propinqua matri suae.
- 239 Ductio, alius, est relatiua, & repetitiua praecedentis qualitatis.
- 240 Inclusio unius, est exclusio alterius.
- 241 Cui non conueniunt verba legis, non conuenit eius dispositio.
- 242 Praesumitur quis facturum esse illud, quod redundat in ipsius utilitatem.
- 243 Filius est sui patris agnatus, & cognatus.
- 244 Appellatione propinquorum, filij continentur.
- 245 Filio excluso, admittitur alius eiusdem gradus per ius accrescendi, si est de liberis. Successionum edictum, quo casu habeat locum, ibidem.
- 246 Proximitas in fideicommissis, an sit consideranda respectu testatoris, an respectu grauati.
- 247 Statutum priuans hereditate nuptas extra territorium, non habet locum in muliere instituta in re certa.
- 248 Hereditas est successio iuris vniuersi.
- 249 Successor iuris, & successor rei particularis, non sunt pares.
- 250 Haeres in re certa, non est proprie haeres, nec proprie legataarius.

- Statutum loquens de hereditate, non comprehendit institutionem rei certae, ibidem.
- 251 Species mixta non continetur in dispositione simplicium.
- 252 Appellatione heredis, non continetur haeres in re certa.
- 253 Mater testando de dote, non dicitur testari de hereditate.
- 254 Statutum loquens de hereditate, comprehendit legatum factum in fraudem statuti.
- 255 Prohibitus facere legatum, an sit prohibitus facere haerem vniuersalem.
- 256 Prohibitus alienare in testamento, an sit prohibitus alienare in codicillis. Testamentum facere prohibitus, an possit facere codicillos, ibidem.

ARGUMENTVM.

De Matrimonio, & ei, qui dicit illud extare, incumbit onus probandi.

CAP. III.

POST virginitatem, de matrimonio dicens, in cuius tractatione facies hanc regulam, quod allegati matrimonium extare, incumbit probatio, quia matrimonium est quid facti, quod non praesumitur, nisi probetur, ut notat Bart. in conf. 42. v. inquisitione, in prin. & Corn. in conf. 68. placet mihi, in lit. p. v. prout dicimus, vol. 1. & Alcia. in conf. 9. veritas, nu. 8. tomo 1. lib. 1. Bald. in l. 1. in 2. lect. sub nu. 2. v. sed nunquid in matrimonio, ff. d. probat. & Decius in l. emancipati, nu. 3. v. praedictis tamen non obstantibus, C. de collat. & Paris. in c. 61. Vincentia, in prin. vol. 4. & Alexan. in conf. 150. in causa, & lite, in prin. & in conf. 154. v. the mate, in prin. vol. 5. & Beroius in conf. 19. in causa, col. fin. vol. 2. & Cephal. in conf. 82. hereditas, nu. 53. v. praecipue cum sit, uol. 1. & Menoch. in c. 1. 99. matrimonialis, in prin. uol. 2. & in pres. pt. 1. lib. 3. de presump. & Gramat. in conf. 26. in causa matrimoniali, nu. 18. v. & ideo dicit, & Cephal. in conf. 384. causa, nu. 7. uol. 3. & Natta in conf. 431. est, nu. 9. uol. 2.

Quibus accedit egregius textus in c. aliter, 30. q. 5. ubi glo. notabilis ait, quod lex canonica semper considerat periculum animae, & ob id in dubio potius iudicat esse fornicationem, quam matrimonium, & ideo Bald. recte locutus est in l. 2. nu. 80. v. hinc est, quod nemo, col. 15. C. de feruit. & aqua, ubi dixit, quod nemo praesumitur esse maritus. Ad quam materiam facit, quod notat Abb. in c. illud, in fine, extra de presump. ubi dixit, quod licet de iure ciuili, ex mutua cohabitatione matris, & foeminae, pbe matrimonium, in l. liberae, ff. de ritu nupt. Attamen secus est de iure canonico, quod ex cohabitatione iudicat fornicationem, per textum, & gl. in d. c. aliter, 30. quest. 5. & Socin. in conf. 39. uilis, sub nu. 5. v. nec etiam probatur, uol. 1. ubi dicit hanc esse com opinionem, & Alex. in conf. 150. in causa, sub nu. 7. v. quartus testis, vol. 5. & Dec. in conf.

in conf. 310. v. visis, num. 5. col. pen. & Couarr. in c. 1. num. 5. v. ex praefata etiam diffinitionis interpretatione, lib. 4. decret. in 2. par.

Quo circa Bald. sapienter adnotauit, esse periculosum diuinare matrimonium per signa: licet enim quis teneat mulierem in lecto, & in mensa, eamque honorifice tractet, hoc ipsum tamen non concludit, quoniam huiusmodi actus etiam sine matrimonio consueuerunt exerceri, & hoc scriptum reliquit in c. ex transmissa, col. 1. v. item periculosum, extra de restit. spoliat. & sequitur Felyn. in d. c. illud, sub nu. 11. v. adde istis, col. 4. extra de praesumpt.

Sed aduersus praedicta facit elegans textus in cap. lator, extra, qui filij sint legitimi. ubi habetur, quod ei, qui dicit matrimonium illegitimum, incumbit onus probandi. & sic apparet, quod matrimonium in dubio praesumitur.

Cui obiectioni respondetur, illud esse verum respectu filiorum, in quorum fauorem matrimonium praesumitur legitimum extitisse inter parentes eorum, quando ipsi sunt in possessione filiationis legitima, & qui contrarium dicit, probare debet, ut notauit glo. in d. cap. lator, in verbo, probare.

Quae glossa pulcherrima traditio facit ad limitationem practicae, quam Bartolus in probanda filiatione posuit in l. filium, ff. d. his, qui sunt sui, uel alieni iuris, vbi uidetur velle ad probandam filiationem esse necessarium, ut probetur matrimonium praecedens fuisse legitimum, & tamen ex dicto textu, & ex dicta glossa colligitur, satis esse, si possessio filiationis probetur absque eo, quod legitimitas matrimonij sit a filio probanda, ut inquit Abb. in d. c. lator, num. 6. col. 2. & sequitur Dec. in conf. 54. in causa Domini Antonij, u. non obstant allegata, col. pen. & u. ult. non obstat, col. fin. & Fely. in d. c. illud, num. 13. col. fin. extra de praesumpt.

Sed secus est respectu ipsorum uiri, & mulieris cohabitantium, quoniam ex illa cohabitatione iura canonica iudicant stuprum, & fornicationem, nisi ab ipsis matrimonium probetur, ut ait Abb. in d. c. lator, num. 6. col. 2. & Decius in c. ecclesia Sanctae Mariae, num. 139. v. & ista conclusio, extra de constit. & in l. nuptias, num. 3. v. & hoc uerum intelligitur, ff. de reg. iur. & Felyn. in d. c. illud, num. 13. v. & adde D. Abbatem, col. fin. & in c. per tuas, col. fin. in fi. u. septimo no. extra de probat. & Alciat. in praesumpt. 5. num. 2. v. si. sed tamen puto primam, reg. 2. de praesumpt. & Illustriffi. Paleot. in c. 5. num. 7. & in c. 16. in fine de Nothis, spurijsque filijs, & D. Menoch. in d. praesumpt. 1. num. 9. cum sequi lib. 3. praesump. & Cephal. in conf. 435. consultationem, num. 64. v. ficu. nona cimestura, uolum. 3. & uide quae dixi, in cap. 15. infra cod. nu. 44. cum seq.

Pro qua parte faciunt ea, quae scripsit Bald. in l. non epistolis, sub num. 11. v. ficu. sed nunquid quasi possessio matrimonialis, C. de probat. ubi

8 dicit, quod agentij ad restitutionem mulieris incumbit onus probandi matrimonium, ut infra quoque dicam, num. 29. quia concubina praesumitur, nisi probetur titulus, id est quod matrimonium fuerit contractum per uerba de presenti, quoniam ad probandam quasi possessionem matrimonij uerba narratiua, uel assertiua non sufficiunt, si non constat, quod per interrogationem, & responsum fuerit contractum matrimonium, facit, quod notauit glo. in c. mulieri, extra de iureiur. ubi dicit, quod quando mulier petit aliquem uirum in maritum, si non probat plene matrimonium, uir absoluitur, nec in tali casu licet probaret intentionem suam per unum testem semiplenem, sibi esset deferendum iuramentum in supplementum probationis, quantuncumque persona sit honesta, quia agitur quasi de statu hominis, cum per hoc seruitus in ipso constituatur, cuius glossa traditionem dicit Dec. esse communiter approbatam in conf. 133. uiso, num. 2. col. 2.

Hinc notabiliter infertur, quod accusatus de adulterio debet absolui, nisi accusator, uel fiscus probauerint matrimonium extitisse inter eos, qui adulterij arguuntur, quoniam accusatus habet praesumptionem in fauorem, ut matrimonium non sit contractum, ut notat Bal. in l. ita demum, in fine. C. de procur. & Bartol. in l. si uxor, §. sed si ea, ff. ad l. Iuliam de adul. & Iason in l. si cui serui, §. si a filio, sub nu. 7. u. & per hoc sequitur, ff. de leg. j.

In hoc autem casu, an oporteat probare uerum matrimonium, an praesumptum, id est quod habebatur, & tractabatur, ut uxor, uide Bartolum distinguentem inter accusantem iure mariti, & accusantem iure extranei, in d. l. si uxor, §. sed si ea, ff. de adul. & Socin. in d. conf. 39. num. 5. uolum. 1. & Bartol. in l. non ignorat, col. 3. u. & si maritus accuset, C. de his qui accus. non possunt.

Secundo infertur, quod is, qui carnaliter cognouit mulierem, debet pro euitanda poena probare, quod sub praecedente matrimonij consensu ad copulam accesserunt, quoniam consensus, & non coebitus matrimonium facit. l. nuptias, ff. de reg. iur. & ita scripsit eleganter Barbat. in conf. 6. scriptum est praclare, col. 11. u. licet autem haec conclusio, uolum. 1. ubi dicit, quod quamuis copula clandestina reputetur, uel praesumatur fornicatio secundum ius canonicum, tamen ista praesumptio tollitur, si fuerit probatum, quod consensus utriusque ad matrimonium contrahendum, uel in copula interuenit, uel copulam praecessit, & sic iura canonica, & ciuilia inuicem concordant, ut scilicet in utroque iure habeat locum animi destinatio, de qua traditur in l. 3. & l. 4. ff. de concubin.

Et ideo glossa singularis in l. pen. in uerbo, confessus, C. de fideiussorib. elegantissimè dixit, quod si quis deprehensus fuerit cum aliqua muliere, pernam stupri uitabit, si probauerit matrimonium inter eos extitisse, & in tali casu loco probationis sufficiet, si iurauerit dictam mulierem se iurasse, propter cuius glossa traditionem dixit Baldus, quod si iuuenis

iuuenis carnaliter cognouerit iuuenulam, & ambo accusati fuerint de stupro, debent euadere poenam, si confitebuntur, se ante inuicem matrimonium contraxisse, & hoc fuisse de facto attestatur in l. vnica, num. 17. vers. quæro fuit quæstio, C. de confess. & idem tenuit in l. 1. in prin. C. de collus. detegen.

Imò, quod fortitus est, idem Bal. in d. l. pen. in 4. C. de fideiuss. subiungit, se defendisse quendam in adulterio reperit, eo quia quandam mulierem nuptam retinebat, nam fecit eum inquisitum iurare, quod dictam mulierem adiurauerat, & sic euasit poenam, cum ipse esset solutus. quæ decisio tamen non est tuta, cum uideatur esse necessarium iuramentum vtriusq; idest viri, & mulieris, vt fateatur ibi Baldus, & notat etiam Roma. in consi. 506. in re præ senti, nu. 10. vers. sed aduertendum.

Sed tamen idem, vt supra, videtur tenuisse idem Bald. in l. quicumque, nu. 28. uers. item facit ad statutum, C. de seru. fugit. vbi dicit, quod ei, qui tenet alienam vxorem parcitur, si matrimonium ignorabat, & idem tenuit Angel. in d. l. pen. C. de fideiuss. vbi videtur velle, q̄ duo sint necessaria, idest quod iuret matrimonium ignorasse, & iuret se dictam mulierem adiurasse.

Adiurare autem mulierem dicitur is, qui cum ea matrimonium contrahit, vt colligitur ex dicta glossa, & ita exponit Cepol. in consi. 56. querela, in prin. lib. conf. crimin.

Sed tu tamen in hac re conclude, vt infra dicā in prima limitatione, & adde, quod supradictam opinionem glossæ sequitur etiam Angel. in tract. malef. sub verbo, c'hai adulterato la mia donna, vers. pone quod quidam iuuenis, & Lāfran. de Oriano in c. quoniam contra, in verbo, confessiones, sub nu. 18. vers. quæro, Petrus, & Berta, extra de proba. & Alex. in consi. 24. animaduersis, sub nu. 15. vers. pro hoc facit, vol. 2. & in consi. 1. num. 19. uers. pro hoc quod stari debeat, vol. 3. & Barbat. in d. consi. 6. colum. 9. vers. faciat quod voluit, uol. 1. & Marfil. in l. vnica, nu. 69. uers. item desponsatio, C. de raptu virg. & Illustriss. Paleot. in cap. 19. nu. 2. de Nothis spurisq̄ue.

Limitatur tamen huiusmodi conclusio, ut scilicet ita demum consentibus matrimonium fuisse contractum credatur, si qualitas personarum, & alia indicia id patiatur, ut ait Bald. in d. l. 1. in prin. C. de collus. deteg. & Alex. in d. consi. 24. sub num. 15. vol. 2. & Marfil. in sing. 22. confessio offensi, & Barbat. in d. consi. 6. col. 9. vers. faciat quod voluit, vol. 1.

Est tamen pulchrum scire, quæ nam sit ista qualitas personarum, & quomodo alia indicia id patiatur. Circa primum, idest qualitatem personarum, est glossa pulchra in d. c. aliter, 30. q. 5. vbi videtur hoc exponere in paritate, & in imparitate personarum, & hoc idē videtur sentire Barbatius nouissimè citatus. Sed amplius ad hæc adde, quod prædicta qualitas etiam debet intelligi pro habilitate personarū, vt scilicet vterq; sit solutus. si enim

vir alias esset vxoratus, tunc ex dicta iurata confessione non adiuuaretur, cum intelligeret committere adulterium, vt Bald. & Angel. adnotauerunt in d. l. pen. C. de fideiuss.

19 Sed quid erit, si mulier sit maritata, & vir solutus, & uterq; confiteatur matrimonium inter eos fuisse contractum, an huius facti matrimonij prætextus eos à poena excusabit? Ista quæstio videtur esse difficilis propter auctoritates supradictas, & maximè propter Baldum, qui dicit se defendisse adulterum ob hanc simplicem ipsius confessionem, in d. l. pen. C. de fideiuss. & ibi Angel. eum sequitur.

Tu autem conclude, quod cum matrimonium illius mulieris consistat in facto alieno, ob id vir solutus habet in fauorem præsumptionem ignorantia, l. verius, ff. de probat. & notat Angelus, ut supra citatus.

20 Et ideò fisco, vel accusatori incumbit onus probandi scientiam alieni matrimonij fuisse in accusato. At è conuerso quoniam dicta mulier nupta in contrarium habet præsumptionem, vel potius probationem adulterij, & scientiam proprii matrimonij, ob id ipsa torquetur ad inuestigandum, nunquid ipsi secretò matrimonium contraxerint. & ista est pulchra decisio Baldi in d. l. quicumq; sub nu. 27. vers. sed pone quod non habeo, C. de seru. fugit. & eum sequitur Cepol. in d. consi. 56. uers. sic. & propterea dicit, col. 3. in prin. & hoc modo intelligendi, & declarandi sunt Baldus, & Angelus in d. l. pen. C. de fideiuss. & huius casus decisio poterit etiam adaptari ad casum proximè præcedentem, quando vir erat vxoratus, & mulier soluta, ut scilicet ipse quoq; vir ad integram mulieris excusationem torqueatur.

Nunc quod attinet ad secundum, idest quomodo alia indicia id patiatur, tu pone exemplum in mutua, & longa amantium affectione, & in aliis, quæ ponit Alex. in d. consi. 1. sub nu. 16. vers. ergo cum Dominica, vol. 3.

Secundo limitatur prædicta conclusio, vt scilicet illa confessio excuset duntaxat à poena stupri, & non à poena raptus, hac ratione, quoniam rapina est signum, quod mulier non consenserit, & vbi sunt signa in contrarium, tunc viri confessio non attenditur, ut ait Bald. in d. l. pen. C. de fideiuss. vbi dicit etiam, quod si mulier fuerit inuenta plorare, tunc erit signum in oppositum. quæ limitatio ampliatur, vt habeat etiam locum in vxore rapta nondum carnaliter cognita, si modo certum fuisset, illam velle monachari, vt inquit Corn. in consi. 80. placet mihi, in lit. g. vol. 2.

Et supradictam Baldi doctrinam sequitur Angel. in d. tract. de malef. in verbo, c'hai adulterato la mia donna, uers. pone quod quidam iuuenis, & Barbat. in consi. 71. sapienter magnus, col. 6. sub nu. 7. uers. & si dicatur, quod ista puella, uol. 2. & Cepol. in d. consi. 56. uers. nec possunt excusari, col. 2. ubi vult, quod confessio vtriusq; nihil operetur: & si quoquomodo esset attendenda, tunc

operatur,

operantur, quando ipsi confiterentur, se matrimonium contraxisse ante raptum, cuius opinio uideatur adiuuari per ea, quæ tradit Corn. in d. consi. 80. uol. 2. vbi dicit, sponsum rapientem sponfam non incidere in poenam raptus, quam conclusionem late examinavit Marfil. in l. vnica, nu. 68. uers. modo redeundo, C. de raptu virg. vbi concludit illud esse verum, quando sponsalia contracta fuissent per verba de præ senti, secus si per verba de futuro.

24 Sed ego in hoc casu dico, quod si alia indicia fortiora non concurrerint, non stare illorū confessioni, quod ipsi ante raptum matrimonium contraxissent, tum quia mulier præsumitur id fateri ex metu præcedentis rapinæ, vt considerat Cepol. in d. consi. 56. vers. ideò propter has coniecturas, col. 3. & Barbat. in d. consi. 71. col. 7. vers. & si dicatur quod dicta puella, vol. 2. tum etiam quia facile fieret fraus, & collusio legi, & sic delicta remaneret impunita, & fisco iure quæsito excluderetur, vt tradit Barbat. in d. consi. 71. nu. 8. vers. & adduco ad prædicta, col. 7. vol. 2. & Cepol. in d. consi. 56. col. 3.

Imò per hanc rationem voluit in eodem consilio Cepolla, vt semper puniatur raptus, non obstante quod matrimonium realiter postea subsequatur, licet contrarium in hoc casu tenuerit Castren. in l. raptores, num. 5. vers. item quæro, col. 2. C. de episcop. & cler.

Nisi saluando Castrensem diceres, illius opinionem dumtaxat habere locum, quando post raptū, & puella, & ipsius parentes reconciliata gratia cū raptore dictum matrimonium contraxissent, vt ibi concludit. Quinimò ad purgandum omnem præcedentem metum, & ad tollendam poenam raptus, voluit Barbatias, ut puella rapta reponatur in pristinam libertatem, & suis parentibus omnino restituatur, ut sic apertè videri possit, an prior dissensio in consensum postmodum transferat, quæ rem latius explicauit in d. consi. 71. col. antepen. vol. 2. & sequitur Bossius in tit. de rap. mulier. nu. 18. col. pen.

27 An autem maritus, qui est in possessione matrimonij, possit impunè rapere vxorem suam, concludit quod sic, vt notat Alex. & Iason in l. miles, §. qui iudicati, in fine, ff. de re iud.

28 Tertio infertur, quod viro petenti restitutionem vxoris incumbit onus probandi matrimonium inter eos fuisse contractum, vt patet in c. ex transmissa, & ibi glossa, & Abbas, extra de resti. spoliat. & supra dixi, nu. 8.

Et idem iuris est in eo, qui vendicat suam uxorem, nam uedicatio adiecta causa de iure diuino, & canonico competit etiam marito pro uxore, & è contrario, ut late disputauit Abb. in c. illud, sub nu. 10. uers. secundò oppono, extra de præsumpt. ubi inter cætera notat, quod licet vir possit uxorem uedicare, attamen non per hæc cessant alia remedia competentia, ut est interdictum de uxore exhibenda, vel iudicis officium, uel interdictum quasi unde ui, de quo meminit Bald. in l. non epistolis, sub nu. 11. uers. quæro an sit reperire, C. de probat.

ubi dicit, quod si sponsa de futuro nondum duodecim annorum deducta sit ad domum sponsi, & per uim rapiatur, uel clam auferatur, sponso competit officium iudicis ad eam recuperandam: at si talia in uxore carnaliter cognita eueniant, tunc uiro cõpetit interdictum quasi unde ui. & licet multi contrarium teneant, affirmantes uendicationem non competere marito, cum mulier non sit in eius absoluta potestate, sed remaneat in potestate patris, l. si uxorem, C. de cond. infert.

Attamen Imola dixit, quod facillimè sustineretur libellus, in quo uir simpliciter uendicaret uxorem, quoniam simplicitas, & æquitas canonica non attendit iuris subtilitates, & nomina actionum, prout hæc scripsit in d. c. illud, in 2. notab. col. 1. & in glos. 2. col. 2. extra de præsumpt. & ibi latissimè Felyn. in primo notab. col. 1.

Quarto infertur, ut ea, quæ dicta sunt in matrimonio carnali, intelligatur etiam habere locum in matrimonio spirituali, vt scilicet ei, qui illud allegat, incumbat onus probandi, tum quia procedit argumentum a matrimonio carnali ad spirituale, ut ait Iason in auth. si qua mulier, nu. 11. vers. ego circumscripta, C. de sacrosan. eccle. & Ripa in l. ex facto, nu. 2. uers. infertur etiam, ff. de uulg. & pup. & Euerard. in loco 33. de modo arg.

Tum etiam quia matrimonium spirituale, & ipsum quoq; est quid facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur, l. in bello, §. factæ, ff. de captiu. & c. cum in iure, extra de off. deleg.

36 Hinc Baldus ait, quod Prælati non præsumuntur, nisi probentur, in l. 2. nu. 80. uers. hinc est quod nemo, col. 15. C. de seruit. & aqua, & facit textus, & ibi glo. in c. presbyteri, distinct. 68. ubi dicitur, quod in dubio quis potius præsumitur non ordinatus, quam ordinatus. de qua re latius infra separatim dicitur in cap. 34. de Clericis.

Vnde quoniam inter clericum, & beneficium dicitur contrahi spirituali matrimonio, ut habetur in c. sicut, 31. q. 2. & notat Abb. in c. accedēs, sub nu. 7. uers. & nota èt ex glossa, extra de præb. d.

37 Iccirco Clericus beneficiatus agens ad recuperandum suum beneficium tanquam maritus uxorem, debet in possessorio, uel petitorio probare matrimonium, id est titulum, & canonicam institutionem, ut ait Anto. de Butr. in c. ex insinuatione, in quinto notab. extra de procurat.

Aut saltem ad exemplum matrimonij carnalis debet probare diutinam cohabitationem, id est quod longo tempore tenuerit ecclesiam, & habitus fuerit in commune pro vero Rectore, prout eleganter tradit Felynus cum quinque declarationibus in c. illud, sub nu. 5. uers. sed per istum textum infertur pulchrè, col. 3. extra de præsumpt. & infra suo loco dicitur in cap. 20. nu. 29. & in cap. 34. inf. cod.

Ultimò quoniam & per ingressum religionis dicitur ipsum quoq; matrimonium spirituale contrahi, ut Baldus, & Imola scripserunt in l. ex facto, in prin. ff. de uulg. & pup. & textus est in c. si quis episcopus, & in c. q̄ Christo spiritualiter, 27. q. 1. Ideò

41 Ideò dicenti se monachum,† vel monachari, incumbit onus probandi, cum sit ista qualitas præternaturam, quæ non præsumitur, nisi probetur, vt infra suo loco dicetur, vbi de clericatu agemus, in d. cap. 34.

42 Quibus verò coniecturis † præsumptum matrimonium probetur, non est præsentis tractationis, tu vide Cephal. in conf. 435. consultationem, nu. 56. vol. 3. & latissimè Menoch. in præsumpt. 1. lib. 3. præsumpt. & latè Salyc. in l. quidam, nu. 3. vers. ego autem, col. 2. ff. de probat.

Sed cum in hoc capitulo de matrimonio loquuti simus, non minus vtile, quàm necessarium est, in hoc loco querere, Nunquid Princeps secularis circa matrimonia possit aliqua statuta facere? De qua materia cum ego aliàs fuissèm a quodam Principe interrogatus, eam volui in hoc loco tractare, cum sit ardua quæstio, & difficilis, & quæ in practica sæpissimè contingat propter Principes, qui in hac re spirituali plurimum auctoritatis sibi vsurpare cõtendunt.

Dico igitur in matrimonio, quod est antiquissimum sacramentum ecclesiæ, duas res esse, quæ in hoc proposito considerari debent. Prima est substantia matrimonij: Secunda est qualitas, aut accidentia eiusdem.

43 Nunc quod attinet ad primum caput, idest ad matrimonij substantiam, quæ potissimum † in ea versatur, vt libera voluntas in nubentibus existat, vt expressum est in c. cum locum, & in c. requisivit, & in c. Gemma, extra de sponsalibus, & in c. 1. 31. quæst. 2.

Ego dico, quod nullus Princeps secularis, nullus Rex, nullus deniq; Imperator potest aliquam dispositionem facere, propter quam supradicta libertas adimatur, aut impediatur, vt manifestis verbis cautum est in c. 1. extra de sponsalibus, & in c. Euphemium, §. quod etiam de ea, 2. q. 3. vbi dicitur, quòd matrimonium † non iure fori, sed iure poli, idest non secundum leges ciuiles, sed secundum canones regi debet, & hoc idem notat Innocent. in d. c. 1. vbi dicit, ex consuetudine nihil statui posse, quod sit contra substantiam matrimonij, & Innocentium ibidem Ioannes Andreæ sequitur, & latius ibi hoc tenuit Antonius de Butrio in vers. ad secundum dic quod quandoq; col. 2. vbi notat, quòd statuta disponentia circa substantiam matrimonij, quod ecclesia approbat, nihil valent, quia disponunt de materia ad ecclesiã pertinente, quã doctinam sequitur ibi Abbas, nu. 7. in glo. 3. & Fely. nu. 9. vers. & quantum ad primum, & Federicus de Sen. in conf. 36. casus talis est, maritus vxori.

44 vbi scripsit, quod quicquid leges dicant circa prohibendum, vel permittendum matrimonium, non statamus illis, sed canonibus, & ad idem facit illud, quod inquit Baldus in l. 2. C. de institut. & substit.

45 vbi notauit, quòd iura ciuilia, & iura † municipalia, & consuetudinaria cedunt iuri canonico in materia matrimoniorum, & ita consuluit Anchar. in conf. 21. pro resolutione dubiorum, & Alexan. in

conf. 97. principalis dubitatio, vol. 1. & latissimè Curtius senior in conf. 27. & plenissimè Calcan. in consi. 3.

46 Huius autem conclusionis certissimum, & verissimum fundamentum hoc est, quia (vt diximus) matrimonium est res spiritualis, & in rebus spiritualibus laici nullam † auctoritatem, vel potestatem habent, quia in messem alienam falcem mittere non possunt, vt abundanter demonstrauit Fely. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, sub nu. 40. vers. prima est, vt non procedat, extra de constit. & ibi Decius, & repetentes in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure.

Stante igitur hac conclusione firma, & immobili, infertur ex ea ad declarationem plurium, quæ quia vsu sæpissimè eueniunt, ideò scitu, & notatu dignissima esse existimantur.

47 Infertur itaq; in primis non valere leges † ciuiles, sed in ea parte correctas esse, in qua dicunt filium, vel filiam non posse matrimonium contrahere sine consensu patris, vt dixit Iustinianus in §. masculi quidem, Instit. de nupt. ibi voluit adeò necessarium esse iussum parentis in nuptiis filij, vt omnino matrimonium præcedere debeat, quoniam per canonica iura talis paterni consensus necessitas prorsus sublata est, ad hoc, vt matrimonia libera sint, vt constat in c. hoc sanctum, 32. quæst. 2. & hoc etiam notat glossa in c. sufficiat, 27. q. 2. vbi dicit consensum patris † requirendum esse de honestate, sed non de necessitate, & hoc pariter notauit Ioannes Fab. in d. §. masculi, & Areti. in §. 1. nu. 5. Instit. de nupt. vbi amplius subiungit, quòd filia matrimonium contrahens sine paterno consensu potest cogere patrem, vt sibi congruam dotem assignet, & hoc idem retulit etiam Feder. in d. consi. 36. & latius hoc sequitur Abbas in d. c. 1. nu. 7. & 8. & Anchar. in d. conf. 21. num. 4. vers. his non obstantibus, & Alex. in d. conf. 97. num. 2. & Curtius in d. conf. 37. & Decius in conf. 231. viso casu, col. 4. vers. non obstant allegata in contrarium, & tu videbis illa, quæ dicam in 2. capite, vers. in contrariam tamen sententiam, nu. 94. & nu. 107.

48 Secundo infertur, leges ciuiles, quæ prohibent matrimonium inter Rectorem † Prouinciæ, & Prouincialem, & inter tutorem, & pupillam, non valere, de quibus habetur in C. de interd. matr. & in C. si quacunq; præditus, & in lege, præfectus, ff. de ritu nuptiar.

49 Et ista correctio facta à iure canonico fundata est in eadem causa, vt matrimonia libera existant, vt ait Federic. in d. conf. 36. in principio, & Abbas in d. c. 1. nu. 7. extra de sponsalibus, & ibi latè Fely. nu. 9. vers. secundo declaratio est, & in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 62. vers. sexta declaratio, extra de constit. & Calcan. in d. conf. 3. col. 13. & col. 14.

Tertio rursus per eandem rationem libertatis, quæ matrimonijs inesse debet, infertur, leges ciuiles non valere, quæ damnant matrimonium inter † raptorem, & raptam, & prohibent, ne mulier nubere possit intra annum luctus, vt de primo notatur in c. tria, 36. q. 2. & de secundo dicitur in d. c.

50 Euphe-

Euphemium, in fine, 2. q. 3. & in c. pen. extra de secundis nuptiis, & Feder. de Senis in d. conf. 36. & de vtroq; scripsit Abbas in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, sub nu. 15. vers. quintus casus est, & melius per Fely. in d. c. 1. num. 15. extra de sponsalibus, & Couarru. in §. 9. cap. 3. in 2. parte, de sponsalibus, & circa raptorem, & raptam nouissimis temporibus satis abundè prouisum fuit à Concilio Tridentino, in c. 6. sess. 24.

51 Quarto infertur esse correctam legem Iuliam, quæ prohibebat Senatorem, & descendentes ex eo, † masculos, & feminas matrimonium contrahere cum libera, aut alia femina ignobili, cuius partem artem ludricam exercuisset, aut cum meretrice, aut cum publico iudicio damnata, vt habetur in l. semper, cum duabus seq. ff. de ritu nupt. & ita notat Angel. Perusin. in conf. 29. ex themate tria eliciuntur, col. 2.

52 Quinimò, qui ducit hodie in vxorem † meretricem, apud Deum meretur, quoniam inter opera charitatis non minimum est errantè ab erroris sui semita reuocare, vt textus est egregius in cap. inter opera, extra de spons. & notat glo. in c. 1. 32. q. 1.

53 Hinc etiam forsitan colligi potest ratio illius consuetudinis, quæ apud vulgum sæpissimè iactatur, vt. sille, qui est damnatus propter maleficia commissa ad mortem, debeat liberari, si meretrix illum † in maritum petierit, pro vt hoc in Hispania obseruari Paris de Puteo attestatur in cap. an si iudex aliquem condemnauerit, col. 2. vers. & aliam quæ non omitto, de sindicatu, fol. mihi 80. vbi dicit, q. hanc rem practican Hispani, & quod talem practicam ipse de iure reperire non potuit, nisi quòd illam multum cõfirmare videtur textus in d. c. inter opera. vbi habetur, quòd omnia peccata remittuntur † ducenti in vxorem meretricem, & illam à lupanari extrahenti, quod opus quàm sit meritorium, satis apertè tradit Præposit. in d. c. inter opera, col. si. & Couar. in §. 11. nu. 3. vers. libet equidem, cap. 8. in 2. parte de sponsalibus.

54 In hoc tamen casu videre poteris Clarum in q. 98. nu. 5. vers. quæro etiam, Pract. crimin. vbi dicit de consuetudine non seruari, vt condemnatus ad postulationem meretricis liberetur. Et redeundo ad eam, quæ nubit personæ indignæ, vide illa, quæ dicam in secundo capite, in prima cõclusionione, vers. rursus limitatur, nu. 115.

55 Et hinc adde, quòd etiam leges ciuiles † correctæ sunt, quæ prohibebant matrimonium contrahi inter seruos, & inter liberum, & ancillam, de quibus habes textus, & glossas in tit. extra de coniug. ser. & notat Cyn. in l. 1. C. de secund. nupt.

56 Vltimò cum tota substantia matrimonij præcipuè consistat in mera nubentium voluntate, merito adhuc infertur, q. matrimonia facta per metum, aut per violentiam, nullius † roboris existunt, & cõtrahentem incticulosum non obligant, etiam si fuerint à iuramento confirmata, quoniam nihil magis contrarium est libertati, quàm metus, aut violentia, vt apparet in d. cap. cum locum, extra de

spons. & latissimè notat Couar. in cap. 3. §. 5. in 2. parte de sponsalibus.

Et ita ex prædictis manifeste constat, quòd in hoc primo capite leges ciuiles non habent locum, nec Principes seculares vllam iurisdictionem sibi vsurpare possunt, quod arctius etiam nouiter à sacro Cõcilio Tridentino prohibitum est in sess. 24. cap. 9. vbi sub anathematis pena præcipitur omnibus temporalibus Dominis, vt nullo modo directe, vel indirecte subditos suos, vel quoscũq; alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant, quæ verba terribilia sunt, & memoriter tenenda.

Nunc videndum est de secundo capite circa qualitates, vel accidentia matrimonij, quæ versantur in quibusdam ceremonijs, vel solemnitatibus extrinsecis, in conuiujs, pompis, in dote, hæreditatibus, & alijs similibus, & in hoc articulo facienda est generalis conclusio, vt in talibus accidentibus possint consuetudines laicales, & Principum aliquando valere secundum ea, quæ dicuntur.

Et in primis de ceremonijs, vel solemnitatibus extrinsecis est textus apertus in c. aliter, & in c. nostrates, & in c. femina, 30. q. 5. vbi traditur, quod

57 † ritus, & ceremoniæ in nuptiis faciendis tam in associanda, & custodienda sponsa à paranympis, & proximis secundum patriæ consuetudinẽ, quàm circa mores, & ritus velandi nubentes, debent seruari, & idem rursus confirmatur in c. consuetudo, & in c. nos consuetudinem, distin. 12. vbi habetur, quòd consuetudo, & ratio, quæ cõsuetudinem suam, tenenda est, modo nihil vsurpare cognoscatur contra fidem catholicam, quinimò qui non seruat † mores eorum, cum quibus viuit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est, vt dicitur in c. clericus, & in c. quisquis, distin. 41.

58 Et in proprijs terminis hoc apertissime constitutum fuit à sacro Concilio Tridentino in c. 1. §. si quæ prouinciæ, sess. 24. vbi traditur, quòd si quæ prouinciæ alijs, vltra prædictas, laudibilibus consuetudinibus, & ceremonijs in matrimonio vruntur, eas omnino retineri sancta synodus vehementer optat.

59 Præterea, quod maius est, licet omissio talium † solemnitatum regulariter non inducat peccatũ, vt habetur in c. nostrates. 30. q. 5.

Attamen ibi glossa subiunxit hoc esse verum, si prædictæ solemnitates non potuerunt adhiberi, sed si potuerunt adhiberi, & omissæ sint, tunc peccatum committit, qui eas omisit, quod idem confirmauit Innoc. in d. c. 1. extra de spons. & ibi Ioannes Andreæ, vbi refert Goffredum, qui dixit, quòd

60 omittere † tales consuetudines est peccatum mortale, quando per illarum omissionem incerta relinqueretur ecclesia de contractu, & hoc idem confirmauit ibi Anto. de Butr. in col. 2. vers. quandoque statutum disponit, & sequitur Abbas, nu. 9. vers. quandoq; circa solemnitates, & latissimè Fely. nu. 17. vers. quinto fallit.

Et q. dicimus de consuetudine, idem quoque dicendum est de laudabili statuto Principis, ut

61 ipsum quoq; in huiusmodi solēnitatib. † seruandū sit, nec possit sine peccato omitti, quoniā quilibet tenetur suo superiori obedire, vt ait Apostolus ad Roma. in cap. 13. vbi dicit, quod Principes constituuntur à Deo, qui dat illis potestatem in terris. Vnde qui resistit superiori, Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem acquirit. Proinde Beatus Thomas dixit, quod leges humanæ † obligant in foro conscientię, quando sunt iustæ, propter legem æternam, à qua deriuant iuxta illud: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quando autem lex iusta dicatur, & obliget in foro conscientię, uide summam Tabienam, quæ prædicta refert, in §. lex, nu. 24. q. 24. & late Fely. in c. 1. nu. 47. uers. extra prædictos tres casus, extra de cōstit. in d. c. eccl. sanctæ Mariæ, nu. 39. uers. & dicuntur iustæ, extra eo. tit. ubi quoq; habes, an statutum † possit de non peccato facere peccatum, & latius eundem uide in d. c. 1. nu. 17. uers. quarto fallit, extra de spons. & Dec. in d. c. 1. nu. 62. uers. successiue Abbas querit, extra de constitut.

Et quamuis, quod attinet ad propositū matrimonij, nonnulli uideantur constituere differentiā inter consuetudinem, & statutum, ut. s. illa † ualeat in matrimonijs, quia in ea interuenit consensus Episcopi, & totius cleri, & statutum non debet ualere, cum totum consistat in voluntate laicorū, qui circa spiritualia nō possunt se ingerere, prout fuit huius opinionis auctor, Abbas in d. c. 1. nu. 9. uers. quandoq; circa solēnitates, extra de spōs. & sequitur Alex. in d. conf. 97. nu. 6. uers. non obstat sextū argumentū, vol. 1. & Præposi. in d. c. 1. uers. aut statutum non apponit pœnam, col. 3. extra de spons.

Attramen aduertendum est, q̄ ista differentia nō uidetur indistincte uera, stante iustitia statuti, propter quam diximus illud in foro conscientię obligare, quæadmodū ultra prædicta manifesta quoq; probatur in c. si dominus, 11. q. 3. ubi dicitur, q̄ si bonum est, quod præcipit Imperator, iubentis uoluntas † omnino sequenda, sicut idem serui erga dominos, & uxores erga maritos, & filij erga parentes obseruare debent, ut. s. in illis duntaxat debeant dominis, & maritis, & parentibus esse subiecti, quæ iusta sunt, & mandatis Dei altissimi non aduersantur. Quinimō, quod fortius est, quando leges seculares iustæ sunt, tunc dicuntur † uenerandæ, & diuinitus promulgatæ, prout leges Romanas ita Papa Ioannes appellat in c. nemo de annorum numero, 16. q. 3.

Et q̄ de consuetudine, & de statuto idem iudicandum sit in prædictis accidentibus, tradit Anto. de Butr. in d. c. 1. extra de spons. ubi loquitur de statuto, & uult esse peccatum si omitteretur, & idē tenuit ibi Felynus, cum quadam modificatione, num. 17. uers. quarto fallit, cum seq.

Sed quod maius est in pœnibus circa pompas nuptiales, idem tenuerunt Bartolus, & Angelus in l. inficiando, §. infans, in fine, ff. de furt. ubi uolunt statutum † Pisanum ualere, ex quo cautum erat, ut ducens uxorem, non posset sub pœna expressa in-

uitare ad conuiuium, nisi duodecim matronas, & in cerimonia idē tenuit Aflit. in c. sancimus, sub nu. 13. uers. vtrum autem, in fine, ff. de mat. publicè contrahen. lib. 3. de constit. regni, ubi audacius loquendo dixit, ualere constitutionem regis, ut nullus contrahat † matrimonium sine benedictione sacerdotis, & multas rationes allegat, quas uidebis, an tibi arrideant. & pro confirmatione prædictorū circa obseruantiam statuti, bonū præstat argumentum textus in c. qui contra mores, distin. 8. vbi traditur, q̄ turpis est omnis † pars, quæ uniuerso suo non congruit, & ob id pactum gentis, aut ciuitatis cōsuetudine, aut lege firmatum nulla ciuis, aut peregrini libidine violandum est. nam sicut regi licet in ciuitate, cui regnat, iubere aliquid, quod neque ante ipsum quisquam, nec ipse unquā iusserat, ita contra societatem fit, si ei non obtemperetur, quia generale pactum est societatis humanæ obtemperare regibus suis, si iusta præcipiant, vt dictum est, & habetur in c. qui resistit, cum seq. 11. q. 3.

Hęc igitur generalis firmanda est conclusio, ut circa huiusmodi accidentia matrimonij ualeat siue consuetudo siue statutum, vt dixi, pro quo facit doctrina Innocentij in d. c. 1. extra de spons. ubi dixit, q̄ licet † consuetudo laicorum nihil statuere possit circa substantiam matrimonij, tamen quo ad accidentia forte poterit, & dat exemplum in dote, & eundem ibi sequitur Ioan. Andreæ, & Fely. nu. 16. uers. tertio fallit, col. 9. ubi dicit omnes hanc opinionem indistincte tenere, & Ioan. Brunel. in conclus. 1. 9. in limit. 3. tract. de spons. ubi dicit hęc esse communem opinionem, & Dec. in d. c. eccl. sanctæ Mariæ, nu. 32. uers. in sexto casu, & ibi Fely. nu. 58. uers. tertia declaratio.

Ratio autē huius conclusionis hæc est, quia cum dos sit quid † temporale, merito in ea tanquam in re subdita potest Princeps suam iurisdictionē exercere, ut habetur per gloss. in c. de prudentia, extra de donat. inter uir. & uxor. & Dec. in d. c. eccl. sanctæ Mariæ, nu. 33. uers. & ista conclusio, & Alex. in l. 1. ff. sol. matr. & copiosè Felyn. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 58. uers. tertia declaratio.

Et propterea ex prædictis infertur, q̄ Princeps secularis poterit introducere † vsucapionem pro dote, ut argumentū est in c. Raynutius, extra de testam. & titulus est in l. 1. C. de usucap. pro dote.

Item poterit statuere, vt maritus † dotem lucretur, ut ait Butr. in d. c. 1. col. 2. uers. quandoque, & tertio principaliter, & ibi Abbas, num. 11. uers. aut consuetudo, col. fin. & ibi Fely. nu. 24. uers. secunda conclusio, & Francif. Cremens. in sing. 154. statuto cauetur, & Decius in conf. 19. & pro tenui facultate mea. ubi quod fortius est subiungit, tale statutum ualere etiam si fiat in præiudicium filiorum, & Rolan. à Valle in q. 1. & in q. 24. de lucro dotis.

Item rursus Princeps statuere, & ordinare † poterit, quanta dos danda sit maritis, & taxare summam, quæ non possit excedi, ut olim statuerunt Veneti, & Bononienfes, quæ statuta licet impugnet Marfil. in sing. 589. alias de anno.

Attamen

Attamen cum hoc non tendat in prohibitionem matrimonij, nec ullam pœnam contrahentibus imponat, rationabilius esse uidetur, vt Princeps hanc taxam, & huiusmodi limitationem possit facere, prout sentit Couarruu. in cap. 3. §. 9. in 2. parte, de sponsalib. vbi refert Carolum Hispaniarum † Regem, similem constitutionem fecisse, & etiam Venetos decreuisse, vt nulla dos sex millia ducatorum aureorum excedere posset, quæ res maxime laudanda est, cum in Reipublicæ utilitatem redundet, ne parentes cogantur in dotandis filiabus omnibus bonis familiam spoliare. & pro confirmatione huius opinionis ego adduco auctoritatem Innocentij in c. fin. in fine, extra de donatio. inter uir. & uxor. vbi dicit, quod consuetudo varia potest fieri, tam in quantitate dotis, quam in lucris. & licet ipse loquatur in consuetudine, tamen idem iuris est in statuto, secundum ea, quæ dixi: & certe temporibus nostris huiusmodi reformatione quælibet Italiæ ciuitas indigeret, nam in tantum hodie creuit dotium summa, & quantitas, vt non minus dantium, quam accipientium extremam calamitatem pariat: nam sicut dantes in soluenda dote prorsus excoriantur, ita etiam accipientes in ornanda concedente sponsa funditus domos euertunt. Illud enim omnibus notissimum est, quod in magnis dotibus (vt Plautus ait) multæ sunt incommoditates, sumptusq; intolerabiles, de qua re multa tradit dosi, & eleganter Tiraq. in l. 5. in prin. de legibus connub.

Item Princeps poterit statuere, vt mulier disponere † non possit de dote, nisi in tertia parte, & residuum filiis teneatur relinquere. item ut non possit relinquere plus filiis secundi matrimonij, quam primi, vt fecerunt Mutinenses, de quibus traditur per Doct. in Rubr. ff. sol. matr. & ibi nouissimè Bolognetus, nu. 154. & 155.

Sed iuxta prædictorum occasionem in hoc loco magna difficultas oritur: nunquid Princeps possit aliquam pœnam circa dotes imponere. Et in hac quæstione ego dico inspiciendam esse causam pœnæ. Quoniam aut pœna imponitur respectu criminis, aut respectu matrimonij.

Primo casu indistinctè affirmandum est, pœnalem Principis constitutionem ualere, quandoquidem satis in iure nostro constat ob delictum mulieris dotem † quandoq; confiscari, vt textus est in l. quinque legibus, & ibi glossa, & Bartolus, ff. de bonis damnat.

Hinc est quod leges, & statuta ualent, ut mulier propter adulterium † amittat dotem, l. cum dotem, ff. sol. matrim. & ibi notant Doctores, & late Alexan. in conf. 189. in causa, & lite, uol. 6. & tradunt Doct. in rubr. C. de eden. uide tamen Cephal. in conf. 214. sequor, uol. 2.

Secundo casu, quando pœna imponitur respectu matrimonij, tunc dico, quod plures casus considerari debent.

Primus est, quando pœna † imponitur odio nubentium ad impediendam libertatem uoluntatis,

quæ libera debet esse in matrimonijs, & tunc pœna nihil ualeat, cum sit contra substantiam matrimonij, ut supra late dictum fuit, & notat Præposit. in d. c. 1. sub num. 7. de spons. Secundus est, quando pœna imponitur non odio nubentium, sed fauore filiorum, qui ex primo matrimonio nati fuerant, & tunc statutum, uel pœna † statutaria ualeat, ut exemplum est in l. foemina. C. de secun. nupt. ubi dicitur, quod mulier transiens ad secundas nuptias, tenetur relinquere filiis primi matrimonij illa omnia, quæ tam ex primo coniugio sub titulo lucratiuo, quam ex successione filiorum primi matrimonij sibi obueniunt, quam legem non esse à iure canonico correctam omnes Doctores affirmant, ut Decius attestatur in conf. 230. proponitur, quod ex Petro, & in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 122. uers. secunda conclusio, & latissime Gabriel. in conclus. 6. & conclus. 2. & conclus. 3. de secun. nupt.

Tertius casus est, quando pœna † nubentibus imponitur non quidem principaliter respectu matrimonij, quod nullo modo improbat, sed respectu negligentie, uel culpæ commissæ in officio, qd̄ ante matrimonium competebar, & per matrimonium competere desinit, & tunc pœna ualeat, ut exemplum est in matre, ad quam munus tutelæ pertinebat: nam si tutela suscepta ad secundas nuptias euoluerit, & per negligentiam tutorem filiis suis nō petierit, nec tutelæ rationem reddiderit, tunc ob pœnam talis culpæ secundum ius ciuile priuatur successione filij impuberis, ut est textus in l. omnem, C. ad Tertyll. & late tradit Gabriel in concl. 9. de secun. nupt.

Quartus casus est, quando pœna † imponitur nō ad cogendum, uel impediendum liberum coniugium, sed solum ad limitandam uniuersitatem, uel iurisdictionem, inter cuius homines matrimonij liberè celebrari debeat, ut exemplum est in eo Principe, qui pœnam imponit nubentibus extra iurisdictionem suam: an dicemus talem constitutionem ualere?

Quandoquidem in hoc iuris articulo totum illud, quod quærimus, uersatur: & tanto magis, quia per uniuersam ferè Italiam statuta pœnalia ubique existunt, quæ pœnam imponunt illis mulieribus, quæ nubunt extra territorium statuentium, quod genus statuti requiritur esse Florentiæ, ut ait Alex. in l. 1. §. ueteres, nu. 10. uers. inducitur etiam, ff. de acquiren. possess. Item est Venetiis, ut ait Socin. senior in conf. 35. circa prædictam, uol. 1. Et Ferrariæ, ut ait Curtius senior in conf. 27. magnificus uir. Nec non & Mutinæ, ut constat in rubrica 156. lib. 2. stat. ciuil. Est etiam Mediolani, ut ait Baldus in confil. 357. nulla mulier, uolum. 1. & Parmæ, ut ait Ruinus in confil. 49. uiso, uolum. 3. & Nouarię, ut tradit Plotus in confil. 108. casus super quo petitur, num. 77. uers. trigesimo quarto, uol. 1. inter confil. crimin. diuers. Item est Laudę, super quo late consuluit Calcan. in confil. 3. & Brixie, ut ait Riminal. senior in confil. 427. uisa.

B 2 facti,

facti, volum. 3. & Guastalla, super quo latissime
altas ego in causa magna consului, & iudicavi, &
Mantua, ut constat in decreto Ducali, die 3. Octo-
bris 1566.

In hac igitur quaestione opinio Bartoli fuit, ut
83 tale statutum valeat, prout hoc ipse scripsit in l.
edicimus, in secundo notab. C. de murileg. lib. 1. r.
vbi referendo quoddam statutum, ex quo caueba-
tur, ne matrimonium inter homines diuersarum
terrarum contraheretur, concludit, quod illud va-
let, non quidem ad hoc, ut faciat matrimonium ir-
ritari: quia cum sit res spiritualis, hoc laici facere
non possunt, sed bene valet quantum ad hoc, ut
contrahens statuto incidat in poenam, si modo
poterat honeste nubere seruata forma statuti, &
hanc opinionem sequitur Angelus ibi, & Baldus,
& Lucas de Penna in col. 2. nu. 9. vers. sed an hac
lex, & latius de auctoritate Principum secularium
in his poenis idem Lucas tractauit in l. mulieres,
col. 7. vers. contrarium tenet. C. de incol. lib. 10.
Et praedictam Bartoli opinionem sequitur An-
gelus Aretin. in §. 1. num. 4. vers. quæro an statu-
tum, Instit. de iure natur. & idem tenuit Corsetus
in singularib. in verbo, statuto cauetur, quod in-
ter homines, & hanc partem amplexus est etiam
Baldus in l. 1. §. ius naturale, num. 10. vers. sed hic
quæritur, ff. de iustit. & iure, vbi disputando, an
84 statutum quod ciuitatis possit prohibere matrimoni-
um sub poena, ut scilicet nemo accipiat Gebellinam in
uxorem, concludit, quod tale statutum valebit re-
spectu poenæ, si fiat propter aliquam publicam
utilitatem, vel æquitatem, & idem rursus tenuit in
l. omnem, num. 15. vers. Innocentius enim, C. ad
85 Tertyl. ubi tenet, quod valet statutum quod imponens
poenam filio contrahenti matrimonium absque
patris consensu, hac ratione, quia statutum non
verat substantiam matrimonij, cum laici non pos-
sint hoc facere, sed solum punit malos mores filij,
& seminantes facinora in republica, & hanc par-
tem tenuit Lopus, prout eum refert Francus in c.
statutum, il primo, de hæret. in 6. & idem sequitur
Cardinalis, & Gaspar Calderinus, & Iacobus in d.
c. Gemma, quos refert Felynus in d. c. 1. num. 20.
vers. sexto fallit, extra de spons. & in d. cap. ecclesia
sanctæ Mariæ, sub nu. 62. vers. secundus effectus,
extra de constit.

Et idem pariter tenuerunt Abbas, & Iacobus
de Sancto Georg. in d. c. statutum, quos refert Fe-
lyn. in d. c. 1. nu. 13. sub vers. quarta declaratio, ex-
tra de spons. & idem tenuit Roman. in Rubr. ff. sol.
matrim. num. 3. 1. vers. quæritur an ualeat, in pri-
ma lect. & nu. 38. vers. & quia dixi, in secunda lect.
86 vbi dicit, quod quod ei, qui prohibitus est à statuto
contrahere matrimonium cum certo genere ho-
minum, non auferatur libera potestas contrahen-
di, quia non prohibetur contrahere cum omnib.
& idem Angelus sentire videtur in d. l. 1. §. ius na-
turale, in fine, ff. de iustit. & iure, ubi dicit, quod
licet statutum impediens matrimonium contra-
hi cum agnatis, & similibus personis, non valeat,

quoniam istud est de iure diuino, tamen bene va-
let ad impediendum quod ius patriæ potestatis, & ef-
fectus successionis, quia sunt de iure ciuili. & rur-
sus hanc partem tenuit Baldus in c. clerici, in prin-
cipio, extra de iud. vbi dicit, quod in matrimoniis
87 laicus non potest punire quod matrimonium in quan-
tum est matrimonium, sed potest illud punire in
sua qualitate, & idem quoque confirmauit in Ru-
bri extra de constit. nu. 46. vers. quæro an ualeat.
ubi notauit, quod substantia matrimonij non po-
test sub poena prohiberi à laicis, sed eius qualitas.
Vnde si reipublice interest talia connubia non fie-
ri, ne scandalum fiat in populo, tenet adiectio pe-
næ, quemadmodum tenet, ne malis moribus ciui-
tas informetur, sicut etiam dicimus, quod homi-
cidium est contra naturam, & tamen per accidens
88 permittitur, quia plerumque magis consideratur ac-
cidens, quam natura, quia accidentia naturam ob-
nubilant, ac tegunt, l. Gracchus, C. de adult. & in
quodam statuto Mediolani idem Baldus eandem
opinionem confirmauit in l. si mater, num. 2. vers.
extra quæro, C. de suis, & legitim. & illius doctri-
nam sequitur Franciscus Cremens. in sing. 127.
statuto cauetur, & dictum Baldum in terminis eius-
dem statuti sequuntur Aretinus, & Cumanus, &
Ludouicus Romanus in l. hæres per seruum, ff. de
acquir. hæred. & Corn. in consi. 30. in hac consul-
tatione, col. 5. in lit. e. vers. prout in simili, uol. 4.
& rursus idem expressius tenuit Bald. in l. ipsis re-
rum, num. 7. vers. sed quid si statutum, C. ut in
possess. leg. ubi dicit, ualere statutum, ut filie nu-
ptæ extra territorium nihil possit relinquere, & in
terminis praefati statuti Mediolanensis idem Bal-
dus consuluit in consi. 357. nulla mulier, uol. 1.
& in consi. 393. quæritur utrum hereditas, uol. 5.
Et in hanc eandem opinionem transiit quoque
Marianus, Socinus senior in consi. 35. circa prædi-
ctam consultationem, uol. 1. ubi tenet ualere sta-
tutum Venetorum, quo cauebatur, ut nulla mu-
lier, cui constitueretur, uel esset constituenda dos
super imprestitis, posset extra ciuitatem, uel di-
strictum nubere, & pro hac parte stetit etiam Ale-
xan. in consi. 15. viso themate, num. 4. vers. præ-
terea est videndum, uol. 2. vbi late disputat ualere
statutum Laudæ, quod prouidebat, ut illa mu-
lier, quæ se nuberet extra territorium esset inca-
pax cuiuscumque successionis, & sequitur hanc ean-
dem partem in terminis statuti Mediolani Crot-
tus in l. omnes populi, colum. 15. vers. limitatur
secundo, ff. de iustit. & iur. vbi fortius arguendo
89 dixit, quod sicut quod testator potest interdiceret lega-
tario facultatem contrahendi matrimonium cum
aliquibus personis, illi auferendo lucrum, l. cum
ita, ff. de conditio. & demonstrat. ita etiam potest
hoc facere statutum arguendo de voluntate testan-
tis ad voluntatem statuentis, quod argumentum
ualere probat, & idem statutum dixit ualere Bru-
nus in quaest. 3. artic. 1. & in quaest. 11. in 9. ar-
ticulo. princip. tract. de statut. excluden. foemin.
& etiam simile statutum Parmense præsupponit
ualere

ualere Præstantissimus Doctor Hippolytus Rimi-
naldus in consi. 23. Illustris, & generosus Comes,
num. 121. vers. ad secundum uerò circa statutum,
uol. 1. & plene Lupus in c. per vestras, in §. tertio,
incipit, sed si filia, nu. 9. vers. ex istis infertur, col. 3.
extra de donat. inter vir. & vxor. & facit pariter in
hanc partem illud, quod notauit Afflictus in c. im-
perialem, in 13. notab. nu. 82. vers. sed in contra-
rium, de prohib. feudi alien. per Feder. vbi dicit va-
91 lere quod pactum, vel consuetudinem, ut feudum non
possit dari in dotem sine voluntate domini, nec
est timendum, quod hoc sit impedimento matri-
monij, cum propter hoc matrimonium non im-
pediatur, sed sola res, quæ prohiberi potest, cum
sit de iurisdictione non ecclesiastica, sed tempo-
rali, & sequitur Iason in l. cum dubitatur, num.
109. vers. quid autem sit in feudo, C. de iure
emphit.

Sed imò quod fortius est alibi Afflictus subiun-
xit, quod valet quod constitutio regni, in qua uasallus
92 feudo priuabatur, si maritasset sororem sine regio
consensu, ut hoc ipse scripsit in cap. 1. §. præterea.
num. 2. uers. sed in quantum dicit, quibus modis
feud. amitt. ubi nectur hoc eodem argumento,
quod Princeps, quia dominus est feudi, potest
imponere legem rei suæ, quam ipse uult, l. in re
mandata, C. mand. & rursus hoc idem confirma-
uit in cap. 1. §. donare, num. 25. uers. sed certe si
bene aduertatur, qualiter poter. olim feud. ubi di-
cit, quod in tali casu si matrimonium erit contra-
ctum contra prædictam constitutionem ualebit,
& filij erunt legitimi ad Burgensatica, sed non ad
feuda, ad quæ prædicta constitutio inhabilitat fi-
lios, & punit fratres maritantes suas sorores, &
quod talia statuta poenalia, saltem quo ad poenam,
ualeant, si modo facta sint ex iusta causa, tenuit ad-
ditionator ad Alexan. in consi. 97. principalis du-
bitatio, uol. 1. & idem uoluit Barbatiæ in addi-
tionibus ad Baldum in d. l. omnem, num. 15. C. ad
Tertyll.

Quæ conclusio magnopere confirmari uidetur
per doctrinam Innocentij in d. c. fin. in fine, extra
de don. inter uirum, & uxorem, ubi dicit, quod ap-
poni non potest pactum, ut deterior fiat condi-
tio mulieris uolentis iterum nubere, siue fiat ante
93 nuptias, siue post, sed bene quod consuetudo uaria po-
test esse tam in quantitate, quam in lucris.

Adeò ut ex tot. & tantorum patrum auctori-
tate, qui communem opinionem sine dubio faciunt,
merito concludendum esse uideatur huiusmodi
statuta poenalia circa dotes, uel hæreditates nu-
bentium extra iurisdictionem, uel contra ordi-
nes præscriptos ualere, & esse omnino seruanda,
non quidem respectu matrimonij, quod semper
ualidum est, & infringi, uel dissolui non potest, sed
solum respectu poenæ euitandæ, ut copiosè demon-
stratum fuit.

In contrariam tamen sententiam multi alij in
94 hoc iuris articulo transferunt, concludentes quod neque
statutum, neque poenam ualere, & primus omnium

allegatur ab omnibus Ioannes Andreæ in d. c. sta-
tutum, il primo de here. in 6. ubi dicit, quod non ualeat
lex Principis secularis addens aliquam solennita-
tem in matrimonio adiiciendo poenam, nam talis
poenæ impositio impedit libertatem matrimonij,
in quo laici disponere non possunt, & per hoc in-
ferendo ad quoddam statutum laicorum dispo-
nens, quod contrahens matrimonium quod cum filia
sine consensu patris incidat in poenam, concludit,
quod talis poenæ irrogatio non ualeat, & quod lu-
dex ecclesiasticus poterit inhibere iudici laico, ut
non procedat ad exactionem poenæ, & subiungit,
quod ista quaestio fuit disputata Bononiæ, & licet
fuisset determinatum, quod tale statutum ualebat:

95 Primo, quia iurisdictiones sunt distinctæ, cap. no-
uit, extra de iudiciis: secundo, quia dictum statutum
in consensu patris adhibendo est consonum quod non
solum iuri ciuili, l. 2. ff. de ritu nupt. sed etiam con-
gruit iuri canonico, c. honorantur, 32. q. 3. Tertio
quia tale statutum non est super substantia matri-
monij, sed super forma contrahendi. Quarto, quia
licet lex positua legem diuinam tollere non pos-
96 sit, tamen illam distinguit, & modificat, iuxta no-
tata in cap. fin. extra de consuet. Quinto, quia ex-
actio illius poenæ est separata, iuribus uulg. Sexto
quia dictum statutum uiget quasi in omnibus ci-
uitatibus Italiae, & habet æquitatem, quia pater
97 quod capit utile consilium pro filiis, l. nec in ea, ff. ad l.
Iul. de adult. Ultimo, quia mulieres sunt imbecil-
98 lioris ingenij, & contra propria commoda quod ni-
tuntur, & agunt ea, quæ parant ipsis tristem exit-
um. l. ultima, §. filiis. C. de bon. quæ liberis, &c.

Attamen prædictis omnibus non obstantibus
ipse Ioannes Andreæ dicit, quod male fuit iudica-
tum, quia matrimonium, & eius causa, & depen-
99 dentia quod ab illis sunt ecclesiasticæ iurisdictionis,
cap. tuam, extra de ord. cogn. Ideò laici non pos-
sunt de illis quicquam disponere, item quia matri-
monia debent esse prorsus libera, d. c. Gemina,
& tamen metus illius poenæ adiunctæ illam liber-
tatem impediret, si non directè, at saltem indire-
ctè, quod est contra textum in d. cap. statutum, &
nouissime contra concilium Tridentinum supe-
rius allegatum: & quamuis consensus paternus
adhibendus congruat iuri canonico, tamen illud
est de honestate, & non de necessitate, & leges ciui-
les aliud suadentes correctæ sunt, ut diximus in su-
periori parte, nu. 47. It sic prædicta Ioannis An-
dreæ argumenta referentis eiusdem doctrinam se-
quuntur Dominicus de Sancto Geminiano, Phi-
lippus Francus in d. cap. statutum, ubi concludunt
100 quod statutum laicorum non esse seruandum, quando
imponit poenam retrahendo à contractu matrimo-
nij, & illa poena dimittit patrimonium, uel fam-
am contrahentium, quod non alia ratione pro-
cedit, nisi ex defectu potestatis laicæ, quæ in tali-
bus non potest se ingerere, cum sit quod non so-
lum matrimonium, & causa matrimonij pertinet
ad forum ecclesiasticum, sed etiam omne acces-
sorium, dependens, consequens, & quod conse-
quitur,

quitur, & per quod peruenitur ad illud, ut dictum fuit, & notat etiam Federicus de Senis in consil. 275. statuto cauetur, nu. 7. vers. omne itaq; colum. fin. & in d. consil. 36. num. 2. vers. ex his ergo, col. 2. & hoc idem sequitur in terminis Ancharan. in d. consil. 21. in secundo dubio, col. 2. Hanc etiam partem tenuit Baldus sibi contrarius in l. nemini, nu. 3. vers. queritur vtrum, in prima lect. C. de nupt. 103 vbi dicit statutum non valere, ut nullus Florentinus possit ducere in uxorem aliquam mulierem de nobili domo Vbertinorum, & an tales contrahentes debeant puniri pena statutaria faciente filios illegitimos ad successionem. videtur tenere, quod non, dum se remittit ad notata in d. c. statutum, quam rem latius ipse expressit in l. Paulus, nu. 5. vers. opponitur, ff. de statu homin. vbi tradit, quod ius civile debet in matrimonio cum suis 104 appendicibus sequi ius canonicum, & si nuptiae essent prohibita per statutum ciuitatis, nihilominus filij essent legitimi, & successibiles, & si statutum diceret contrarium, non valeret, & pro hac parte facit illud, quod notauit idem Baldus in l. omnes populi, nu. 47. vers. sed nunquid statutum, ff. de iustit. & iure. vbi querit, an statutum inuaidum possit iuari adiectione pena. & concludit quod non, quia in prohibitis ille, qui non potest disponere, reducitur ad instar priuati. Præterea 105 maior potestas requiritur in adiectione pena, quam in dispositione principali, ergo qui non potest disponere principaliter, nec etiam potest disponere penaliter, & in hanc sententiam transiit etiam Antonius de Butr. in d. c. 1. col. 2. vers. quandoque verò disponunt, extra de spons. vbi loquitur in prædicto statuto prohibente filiam contrahere sine consensu patris, & ibi sequitur Abbas, nu. 8. vers. quandoque statutum, & Angelus sibi contrarius in l. consulta, C. quemad. testam. ordin. & Alexander sibi contrarius in consil. 59. viso instrumto, nu. 5. vers. pro hoc bene facit, & in d. consil. 97. vol. 1. & in Rubr. ff. solu. matrim. in fine, vbi dicit, hæc esse magis communem opinionem, & hanc partem cum multis argumentis disputando idem Alexander tenuit in additionibus ad Baldum in d. l. omnem, nume. 15. in ver. an valeat statutum, C. ad Tertyl. & rursus eandem confirmauit in l. Seius, & Augerius, in principio, ff. ad l. Falcid. & Iason in l. 1. §. huius studij, num. 12. vers. & an valeat statutum, ff. de iustit. & iure. vbi dicit, quod communiter concluditur, prædictum 106 statutum imponens penam contrahentibus matrimonium sine consensu patris non ualere, & hoc idem tenuit prolixè Felynus in d. cap. 1. nume. 13. vers. quarta declaratio, extra de sponsalibus, & in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 59. vers. quarta declaratio, extra de constitut. & Brunel. in conclus. 19. nu. 8. vers. secundo limitat Felynus, tract. de spons. & Ruin. in consil. 144. uidetur, in fine, uol. 5. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & Franciscus Viuius in uerbo, pater tenetur, lib. commun. opinio. & latissimè hanc opinionem se-

quitus est Laurentius Calcan. in d. consil. 3. ubi reprobatur statutum Laudæ prohibens mulieres extra iurisdictionem nubere cum hereditate, & idem tenuit Curtius senior in consil. 27. Magnificus uir Dominus Vgutio, & Curtij consultationem Hieronymus de Tortis in subsequenti consilio comprobauit, & quod talia statuta de iure canonico non ualeant, uidetur tenuisse Cotta in uerbo, statuto Mediolani, ac Laudæ cauetur, & Marsil. in sing. 589. alias de anno, & Riminal. senior in consil. 427. uisa facti narratione, nu. 10. vers. præmissis tamen non obstantibus, uol. 3. & copiosè Decius in l. nuptias, num. 10. uers. uenio ad secundum, ff. de reg. iur. & uberrimè in consil. 231. uiso casu proposito, ubi dicit hanc esse communem opinionem, & in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 128. uers. Tertiq; Abbas, col. 17. & Ioannes de Platea, qui tenuit contra Bartolum, quem refert Decius in d. l. nuptias, in fine, & Afflictus in d. c. sancimus, num. 13. uers. utrum aut, titulo de matrimonio publicè contract. lib. 3. consil. ubi etiam allegat Vincentium Herculanum in suis disputationibus. idè tenuisse, & eandem opinionem confirmauit idem Afflict. in quest. 12. num. 9. uers. quarta conclusio, lib. 1. constitut. & sequitur Antonius Francus in addit. ad Alexan. in d. l. Seius, & Augerius, in uerbo, non ualeat, sub num. 4. & Cephal. in consil. 19. Magnificus Dominus Cæsar, num. 18. uers. postremò sicut statutum, uol. 3. & Clarus in quest. 82. nume. 10. cum seq. Pract. crimin.

Quare ex prædictis omnibus cum uideamus hunc iuris articulum in tam contrarias opiniones esse diuisum, & utranq; sententiam esse, & rationibus ualidis, & plurium Doctorum pari auctoritate, & non multum impari numero munitam, non est mirandum, si nonnulli alij Doctores, & scientia, & nomine illustres in hac disputatione perplexi, & hesitantes fuerunt. Vnde Ioannes de Fantutijs multè eruditionis uir, non est ausus in hac re certam proferre sententiam, sed super hoc cogitandum esse dixit, ut Dominicus, & Francus attestantur in d. c. statutum.

Hoc etiam fecit Felynus, qui aliquantulum super opinione Bartoli cogitabundus, & non bene certus extitit, ut uidere est apud ipsum in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, sub nu. 62. uers. secundus effectus, extra de constit.

Sed quid igitur erit in tanta uarietate determinandum? mihi uidetur prædictas opiniones posse quadam distinctione concordari. Idcirco ut plenam huius materiae cogitationem adipisci ualeamus, quatuor conclusiones in hoc articulo faciendæ sunt.

107 Prima conclusio est, quado statutum prohibet sub pena, ut matrimonium non contrahatur sine consensu patris, & similibus: & tunc dico veram, & indubitam, & communem opinionem esse, ut statutum non valeat, & ita procedit opinio eorum, qui secundo loco citati sunt, qui pro maiori parte in tali statuto loquuntur, si bene illos confide-

considerabis, & inter multas alias etiam hæc ratio adducitur, quia talis poena prohibet saltem indirectè substantiam matrimonij, quæ uersatur in libero consensu contrahentium, qui consensus liber esse non poterit, si sub paterno consensu coarctabitur, aut metu pena suspèdetur, d. c. Gemma, extra de spons. & vide supra, nu. 48.

Et licet nonnulli Doctores contrarium tenuerint adducti ex pluribus rationibus, quas esse bonas, & rationabiles aduersarij fatentur, ut notant Dominicus, & Francus in d. c. statutum.

108 Attamen non est discedendum ab hac opinione, quæ animè tutior, & etiam magis communiter recepta est, & maximè, quia non sufficit legem esse honestam, quando potestas legis condendæ deficit in statuentibus, ut deficit laicis in causa matrimonij, ut notat Decius in d. consil. 231. & in d. l. nuptias, sub nu. 8. vers. & licet statutum uideatur, & ibi Cucalon in addit. ff. de reg. iur. & rursus Dec. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 129. vers. & quauis statutum uideatur esse rationale, extra de constit. & Fely. in d. c. 1. nu. 13. sub vers. quarta declaratio, extra de spons. vbi dicunt, quod dato defectu potestatis in statuente, nihil operari potest rationalitas, vel aperta iustitia statuti, & hoc etiam sentit Alex. in d. consil. 97. col. 5. vers. non obstat secundum argumentum, vol. 1.

Et ista opinio est tenenda, quicquid dicat cum suo Terentio Ioannes Corasus in cap. 17. lib. 1. Miscellaneorum, cuius opinionem reprobatur etiam Couarru. in §. 8. cap. 3. in secunda parte, de spons. & hoc modo reprobandus est etiam Lupus in d. c. per vestras, in d. §. 3. incipit, sed si filia, nu. 9. vers. ex istis inferitur, col. 3. extra de donat. inter uirum, & uxorem, vbi contrariam opinionem sequutus est, & in §. sequenti concludit, quod foemina sine consensu paterno nubens non poterit cogere patrem, ut sibi dotem assignet, & vide infra, nu. 75. & supra, nu. 6.

109 Limitatur tamen hæc prior conclusio, ut dumtaxat habeat locum in filia familias perfectæ ætatis, quæ tunc absq; poena poterit libero consensu nubere, sed secus est in filia admodum iuueni, quæ propter ætatem tenerè facillimè consentiret, quoniam tunc ualebit statutum, quo ad penam, cum habeat in se honestatem, & hæc fuit opinio Baldi in d. c. statutum, quem refert ibi Francus, col. fi. vbi dicit super hoc esse cogitandum.

110 Sed ego quò magis super hoc cogito, semper eò magis credo, diuina limitationem non esse veram, tum quia (ut dixi) non sufficit statuti honestas, vbi deficit statuents potestas, tum etiam quia ætas in foeminis ad consensum in matrimoniis adhibendum, non consideratur ex pubertate introducta secundum leges ciuiles in foemina duodecim, & in masculo quatuordecim annorum, sed consideratur ex sola potestate coeundi, ut textus est in c. de illis, il. 2. extra de despons. imp. vbi habetur, quod aliquando ætatem malitia supplet, & idè respectu minoris ætatis separari non debent,

qui copula carnali coniuncti fuerunt. ex quo textu colligitur, quod ætas perfecta ad matrimoniū contrahendum non consideratur ex numero annorum, sed ex vigore naturali, & potentia coeundi, ut notat etiam glossa in c. puberes, extra de despons. impub.

111 Ex quo inferitur, quod distinctio Baldi inter ætatem perfectam, & ætatem imperfectam non uideatur bona, quoniam de hac ætatis perfectione standum est iuri canonico, quod in hac parte iuri ciuili derogasse uidetur: & si ætas perfecta est illa secundum ius canonicum, quæ apra est ad coitum, manifestè patet, quod illa puella potuit iure suo uti, & matrimonium contrahere absque metu pena, secundum ea, quæ in priori conclusione dicta sunt, & hæc esse uera intellige, quando in ista potentia, vel aptitudine coeundi interuenit discretio ad consensum coniugalem, ut ait textus in cap. tuæ nobis, extra de despons. impub. & bene notat Couarruu. in c. 5. in secunda parte relect. num. 3. vers. hinc patet, de spons.

112 Pro Baldi opinione multum tamen facit, quod matrimonium potest prohiberi ad tempus ex pacto, l. sed si hoc specialiter, §. fin. ff. de condit. & demonstrat. & ibi Bartol. & in l. mulieri, in fine, ff. eo. tit.

113 Ergo debet idem posse fieri ex statuto: nam quicquid potest fieri per pactum, potest etiam fieri per legem, vel per statutum, l. fi. & ibi Doctor. C. de fideiuss. & notat Euerard. in loco 89. de modo arg.

114 Sed his non obstantibus, non est recedendum à prima opinione, cum totum hoc ad ecclesiam pertineat. Nec obstat, quod matrimonium possit ad tempus prohiberi, quoniam respondeo, quod illa opinio de iure ciuili est uera, sed inspecto iure canonico nullo modo procedit, ut ait Cephal. in consil. 319. magnificus Dominus, nu. 4. vers. circa secundum, vol. 3.

115 Rursus limitatur prior conclusio, ut non habeat locum, quando mulier nubet indigno viro, quoniam pena tunc ualere, ut ait Anchara. in d. consil. 21. col. 2. vbi dicit, quod statutum puniens filiam, contrahentem matrimonium sine consensu parentum, debet intelligi habere locum, quando filia contraxit cum infami, vel turpi persona, ita quod per hoc patrem offenderit, & famam eius leserit, & hæc uidetur esse iusta causa exheredationis, & Ancharanum sequitur Fely. in d. c. 1. num. 21. vers. septimo fallit, extra de spons. vbi dicit hoc idem sensisse Baldum, & Alex. in d. consil. 97. nu. 5. vers. & sic apparet, vol. 1. & Iason in l. 2. §. quod si in patris, nu. 28. vers. imò fortius, ff. sol. matri. & Bald. Nouel. in 6. par. principali, in 16. priuileg. vers. sed quid si filia nubit, col. 4. tract. de dote, & Socin. in c. cum causa, num. 9. vers. sed circa hoc, extra de raptorib.

116 Sed nec ista limitatio uidetur tuta, cum tendat in metum matrimonij, & illam reprobatur Fely. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nume. 63. vers. tertius

effectus est, & Decius in d.l. nuptias, nu. 13. vers. & quamuis plerique dicant, ff. de reg. iur. & Iason sibi contrarius in d. auth. sed si potest, in fine, C. de inoffic. testam. & pulchrè Decius in d. conf. 131. vers. & quamuis plerique dicant, col. 4. vbi multa eleganter adducit, & copiosè Ioannes de Camppeg. in tract. de dote, q. 13. incipit, an pater teneatur, ubi per multas rationes ostendit dotem non posse filia denegari, nisi quando in corpus suum peccauit, & Ripa in l. 1. nu. 57. vers. secundus casus, ff. solu. matrim. ubi tamen distinguit, & videbis, an ea distinctio tibi tota placeat, & uide supra, nu. 9.

Secunda principalis conclusio est, quando statutum sub poena prohibet filiis contrahere matrimonium sine consilio parentum, quoniam tunc statutum ualeat, & poterit ei poena irrogari, qui consilium non requisit, & ita notat Iason in l. turpia, in 3. notab. ubi plures citat, ff. de leg. 1. & Anania in conf. 15. & ibi Ludouicus Bologninus in additionibus, & Crauetta in consilio 1. uol. 1. & Decius in d. c. ecclesia Sanctae Mariae, nu. 129. vers. & praedicta conclusio, & Ruin. in conf. 126. uisa prohibitione, nu. 6. vers. tertio eadem conclusio, uol. 2. & Cephalus in conf. 133. multa, nu. 44. vers. postremo responderi potest, uol. 1. & in conf. 319. magnificus, nu. 42. vers. ueruntamè istis, uol. 3. & Couar. in cap. 3. §. 8. nu. 3. in 2. parte, de spons.

Et ista limitatio est uera, & sequenda, licet Fely. illam noluerit affirmare in d. c. 1. nu. 22. vers. ultimi fallit praedicta regula, extra de spons.

Nec illam multum probet Francus in d. c. statutum, in fine, de haeret. in 6.

Ratio autem secundum praefatos Doctores haec est, quia tale statutum non impedit libertatem matrimonij: quoniam licet teneatur filius requirere consilium patris, tamen illud sequi non est obligatus, si ei non placuerit, & merito contrafaciens puniri debet, tanquam legis transgressor, & Principi suo inobediens: & ideo si aliquis Princeps faceret praecipuum siue alicui masculo, siue alicui foeminae, ut sine consilio suo non nubere, arbitrator, & tale praecipuum ualere, & ita ego in facti contingentia respondi coram magno Principe, qui meam sententiam in hac re scire cupiebat.

Tertia conclusio est, quando statutum penale prohibet, ut nulla mulier nubat extra iurisdictionem statutum, & in hoc casu consideratio habenda est circa genus poenae, quoniam si statutum priuat contrafacientem dote, & quacunque alia successione, ego teneo praefatum statutum non ualere propter terribilem metum, qui per indirectum in matrimonij incurritur, quod est contra Concilium Tridentinum: & quamuis dos sit quid temporale, & accidens matrimonij, quod sine dote celebrari potest:

Attamen negare non possumus, quin priuatio dotis sit metus magnus, propter quem timidiore efficerentur uir, & mulier, ad connubium, cum à communiter accidentibus rari sint illi, qui sine

dote nubant, & ita notat Antonius de Butrio in conf. mihi 36. uisa forma contractus dotis, ubi dicit, quod quia matrimonium de facili non contrahitur sine dote, & constitutione dotis, merito statuta tales res prohibentia non debent ualere, quia indirecte impediunt libertatem matrimonij contrahendi, & in iisdem terminis Butrium sequitur Romanus in l. si quis in graui, §. utrum, nu. 10. vers. sed potest induci, ff. ad Syllan. & idem tenuit Felyn. in d. c. ecclesia Sanctae Mariae, sub nume. 59. vers. sed contra istam declarationem, extra de constit. & in d. c. 1. nu. 13. vers. quarta declaratio, extra de spons. & Decius in d. c. ecclesia Sanctae Mariae, nu. 136. vers. similiter quando. & pro hac parte facit illud, quod notauit Roman. in l. haeres per seruum, ff. de acquir. haered. ubi dicit, quod statutum disponens contra libertatem dotis, est ipso iure nullum. Sic etiam procedit, & uerissima est consilio Alexandri in d. conf. 97. uol. 1. ubi reprobatur statutum, quod priuabat virginem minorem uiginti annis dote, & successione paterna, & grauabat maritum ad eam dotandam, si cum illa contraxisset matrimonium absque consensu patris, quoniam tale statutum duplicem metum inferebat, alterum ex parte mariti, qui cogebatur de suo dotare uxorem, alterum ex parte virginis, quae successione, & dote paterna priuabatur, quae res minus ferenda est, cum Reipublicae interlit mulieres

esse dotatas. l. 1. ff. sol. matr.

Quarta conclusio est, quando statutum non priuat dote, sed illam condecenter taxat, aut mandat taxari arbitrio boni uiri, quod fieri posse supra demonstraui, nu. 74. Et in reliquis bonis postea priuat eam, quae nubet extra iurisdictionem: & tunc distinguendum est, an talis poena inferat damnum mulieri in rebus acquisitis, an auferat lucrum in quaerendis.

Primo casu teneo, quod poena non ualeat, quia ex damno infertur metus, & ex metu timidior fit quis ad consentiendum nuptiis, & ita Antonius, & Abbas tenent in d. c. 2. extra de spons.

Exemplum autem est in statuto Brixiae, quod mandabat arbitrio boni uiri communium amicorum dotari mulierem nubentem extra iurisdictionem, & ceteris bonis illam priuabat, quod statutum non ualere merito consuluit Riminal. senior in conf. 427. uisa facti narratione, vol. 3.

Rursum aliud exemplum est in statuto Ferrariae, quod poenam trium millium librarum imponebat mulieri nubenti extra territorium, contra quod consuluit Curtius senior in d. conf. 27.

In praedictis etenim casibus cum mulier admodum in quaesitis damnificetur, negari non potest, quin retrahatur à libertate nubendi, quae nullo metu, nec vlla poena infringi debet, d. c. Géma, extra de spons. vbi habetur, quod timor poenae soluendae impedit libertatem consensus, & notat Calcan. in d. conf. 3. col. 7. vers. & quod dictum statutum vbi dicit, quod licet amissio modicae rei non incurrat timorem inter magnas personas, tamen secus est in amissione

magna

magna rei, qualis est iactura totius substantiae, aut maioris partis eius, & hoc etiam notat Ancharan. in d. donfil. 2. 1. & ita tradit in terminis Baldus in l. si matre, num. 2. vers. extra quaero, C. de suis, & legit. & Franc. Cremenf. in singu. 127. statuto cautur, & pro hac parte faciunt illa, quae infra dicentur in quinta limitatione secundi casus, ubi omnino uide, num. 152.

Secundo casu, quando poena auferat lucrum in acquirendis ipsi mulieri nubenti extra iurisdictionem, tunc salua deliberatione S. Matris Ecclesiae, cui me subijcio, ego teneo ueriores opinionem esse illorum, qui dixerunt huiusmodi statutum ualere, & in hanc sententiam in primis moueor, quia non possumus dicere, quod talis poena impediatur libertatem consensus, cum iam sufficienter dotata sit, & in re praesenti nullum damnum patiatur.

Secundò, quod fortius est, moueor, quia statutum priuans successione foeminas nubentes extra territorium, est factum principaliter fauore publico, ratione conseruandae, & augendae ciuitatis, cuius interest Reipublicam magis hominibus, quam diuitiarum copia repleti, ut egregie dicitur in l. fin. §. sed & diuus, ff. de bonis damn. & in l. 2. in fine, C. comm. de manum. & notat Barthol. Socin. in consil. 129. praestantissimi, col. 6. vers. ultimo ostenditur, & in conf. 35. circa praedicta, nu. me. 4. vers. vnde interrogatus, vol. 1. ubi etiam adducit illud Homeri Apophthegma, qui interrogatus, quod est maximum esset ciuitatis ornamentum, Pueri respondit, & turres, per pueros populi numerositatem significare uolens.

Hoc stante sic arguo, & dico, quod si ratione conseruandae agnationis ualeat statutum, quod extantibus agnatis priuat foeminas successione, nulla habita distinctione, an in territorio, an extra territorium nuperint, ut abundè de hoc statuto tradit Gabriel. in conclus. 6. & conclus. 5. & conclus. 4. libro 6. de statutis.

Multo magis debet ualere hoc statutum, quod ratione conseruandae principaliter Reipublicae priuat successione nubentes extra territorium, tum quia causa Reipublicae potentior est causa agnationis, quae principaliter redundat in utilitatem priuatam: tum etiam quia causa hominum, quae consideratur in hoc statuto, est potentior, quam causa diuitiarum, quae consideratur in statuto excludente foeminas ratione locupletandi agnatos, quia digniores sunt personae, quam res, dicto §. sed & diuus.

Et ista ratio est multum stricta, & conueniens, quae nulli Doctores in hoc proposito considerauerunt.

Tertio dico, quod omnium Doctorem communis est opinio, ut statutum non possit auferre lucrum à lege ciuili proueniens, ut not. Doct. in d. c. 1. extra de spons.

Et maximè, quando tale lucrum non est adhuc acquisitum, ut ait Decius in d. c. Ecclesia S. Mariae, num. 121. vers. non obstat, quod hic agatur de lucro, extra de constit. & Calcan. in d. conf. 3. col. 8.

135 Sed posse succedere, & non posse succedere, dependet à lege ciuili. l. lege obuenire, ff. de uerb. signi. & notat Ang. Perus. in c. 29. ex themate tria eliciuntur, col. 2. ergo statutum poterit priuare successione mulieres nubentes extra territorium, quoniam auferat rem, quae merè est temporalis, & à lege ciuili dependet.

Quartò licet causa dotis fauorabilis sit, tamen fauorabilior est causa ecclesiae, sed fieri potest pactum, ut res non transeat in ecclesiam, ut ait Affli. in d. c. imperialem, in 13. notab. num. 84. vers. quinto allego, de prohib. feu. alie. per Feder.

Ergo multò fortius fieri poterit statutum, ut res non transeat in mulierem nubentem extra territorium, quia in hoc uersatur causa Reipublicae, quae aequiparatur ecclesiae, & sic debet in iuribus suis defendi, sicut ecclesia, ut ait Bald. in c. clerici, in prin. extra de iudic.

Ultimò consentiunt omnes Doctores, quod poena imposita nubenti ualeat, si respiciat fauorem filiorum, ut satis hoc abundè monstrauit Gab. in conclus. 6. de secun. nup.

Sed fauor Reipublicae, qui consistit in copia hominum, est efficacior, quam fauor filiorum, qui consistit in copia rerum, ut supra dictum fuit; ergo multo magis debet hoc statutum ualere, quod est in causa publica fundatum: & per has rationes, quas nouissimè excogitauit, ego transeo in hanc sententiam, ut praedictum statutum ualeat, & in terminis opinio Baldi in d. l. si matre, num. 2. vers. extra quaero, extra de suis, & legitim. ubi dixit, statutum Mediolani ualere, priuans hereditate mulierem nubentem extra territorium, quod statutum ipse interpretatur, ut habeat locum in hereditatibus acquirendis post nuptias, & non in acquisitis ante nuptias, quam doctrinam sequitur Francisc. Cremenf. in d. sing. 127. ubi refert, quod per illud Baldi dictum ipse lucratus fuit duos ducatos, & similiter Baldum in terminis dicti statuti sequuntur Aretin. & Cuman. & Ludouicus in d. l. haeres per seruum, ff. de acquir. haered. & Corneus in dicto consil. 30. col. 5. in litera E, vers. prout in simili concludit, uol. 4. & hoc modo intelligitur Alex. sibi contrarius in d. conf. 151. uol. 2. & Crotus in d. l. omnes populi, col. 15. vers. limitatur secundo, ff. de iusti. & iu. & ita etiam debet intelligi opinio Bartoli in d. l. edicimus, C. de murileg. lib. 1. & illi, qui dicunt communem opinionem esse contra Bartolum, & Baldum, non bene numerant Doctores, qui sequuntur eos.

Praeterea in contrarium adducunt ad communem opinionem faciendam illos, qui loquuntur in casu statuti punientis filiam contrahentem matrimonium sine consensu patris, qui termini sunt diuersissimi, & differetes, ut ego in distinctione casuum supra satis abundè demonstraui.

Limita tamen hanc conclusionem, ut scilicet, mulier nubens forensi, ita demum priuetur successione, si modo potuit in territorio honestè nubere, seruata forma statuti, aliàs si persona non erat talis,

140

talibus, ut potuisset honeste nubere in territorio statuentium, tunc nullo modo in poenam statuti incurreret, & ita in terminis dicit textus egregius in l. hoc modo, ff. de condi. & demonstr. ubi habetur, 141 quod si relictum fuerit legatum + Sempronie sub hac conditione, si in ciuitate Aritia non nupsit, ita demum Sempronia erat obligata non se nubere Aritie, quando alibi nuptias facile potuit inuere: sed si non posset alibi facile se maritare, tunc poterit Aritie se nubere, & legatum consequi. Idem quoque decisum fuit in l. cum ita legatum, §. videamus, ff. eo. ubi dicitur, quod si mulier fuerit hæres instituta + sub hac conditione, si Titio nupsit, illa erat obligata matrimonium cum dicto Titio contrahere, si fuerit dignus nuptiis eius: at si turpis, ac indignus fuisset tali vxore, tunc mulier habebit hæreditatem, & poterit absq; metu perde hæreditatis alij nubere.

Sic igitur, cum statutum dicat, ut nulla mulier se nubat extra iurisdictionem, debet intelligi, ut habeat locum, quando mulier potest honeste nubere intra iurisdictionem: at si non potest hoc intra iurisdictionem honeste facere, tunc sine metu poenæ statutariæ poterit extra territorium se nubere, & ita in terminis statuti per supra dictas rationes concludit Bartolus in l. edicimus, C. de m. r. lib. 11. ubi notabiliter ait, quod statutum poenale prohibens contrahi matrimonium + cum hominibus diuersarum terrarum, debet intelligi, ut valeat quo ad poenam, quando potest quis in sua terra honeste nubere, & hanc Bartoli opinionem sequitur ibi Baldus de verbo ad verbum, & Lucas de Penna, num. 10. vers. & dominus, colum. fina. & Arctin. in §. 1. num. 4. vers. quæro an per statutum, Instit. de iure nat. & latissime Calcan. in consilio 3. vers. ad hoc etiam accedat, & fortissime, colum. 9. ubi dixit, quod quedam D. Paula filia Comitis Petrini de Capatijs potuit impunè extra iurisdictionem Laudæ, non obstante prohibitione statuti nubere, hac potissimum ratione, quia nullum virum sibi parem in dignitate, in potentia, & in nobilitate, in iurisdictione Laudensi inuenire potuisset.

Et ita per supradictas rationes ego quoque in facti contingentia dicebam, Excellentissimam Ducissam Sablonetæ non potuisse priuari successione sua in bonis maternis: nam dato etiam absque veritatis præiudicio, quod illa fuisset supposita statuti + loci priuantibus successione nuptas extra territorium, iuxta opinionem Rolandi in consi. 89. Illustris. num. 38. vers. venio ad secundum, vol. 1. cui Rolando contradicit constantissime Jacob. Menoch. in consi. 250. vol. 3.

Attamen ego dicebam illa statuta non posse verificari in nostro casu, quia nobilis illa mulier non erat talis, ut possit honeste nubere in territorio sui fratris: & ideo sicut lex neminem + obligat ad impossibile. c. factæ. cum seq. distin. 4. ita etiam obligare non potest ad inhonestatem, quia impossibile, & inhonestum æquiparantur: quandoquidem 145 illud non intelligitur + posse fieri, quod honeste

fieri non potest. d. c. factæ, & notat glossa in l. un. go, ff. de statu hominum, & in l. si cum dies. §. plenum. ff. de recept. arb. & probatur in d. l. cum ita legatum, cum seq. ff. de cond. & demonstr. & hæc nota, quia sunt rationes in hoc proposito multum efficaces, & victoriam obtinui.

Secundo limita, ut scilicet mulier nubens fore. 147 si, non incurrat + in poenam statuti, quando maritus veniret ad habitandum in territorio, aut efficeretur de iurisdictione statuentium, ut ait Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in verbo, cuidam Petro tradiderunt, num. 5. vers. ex quo etiam infert, cū sequi. extra de testam. & Iason in l. emphyteuticarijs, num. 147. vers. ultra Baldum quæritur, C. de iure emphyteut. & celeberrimus Dominus Riminal. in consi. 23. Illustris. num. 121. vers. ad secundum, vol. 1.

Tertio limita prædictam poenam statuti non habere locum, quando statutum simpliciter loquitur de muliere + se nubente, prout loquuntur statuta Mediolani, & Laudæ, & mulier non ipsa se maritaret, sed a patre, vel a fratre, aut a ceteris consanguineis, & curatoribus extra territorium maritaretur, ita tradit egregie Baldus, qui loquitur in patre maritante filiam, in consi. 357. nulla mulier, volum. 1. & Riminal. senior, qui de Baldo non facit mentionem, in consi. 427. visa facti narratione, num. 25. vers. secundum fundamentum, uolum. 3. & Calcaneus, qui loquitur in fratre, & ceteris consanguineis maritantis fororem, & consanguineam, in d. consi. 3. vers. uidentes ergo, col. 12. & eum sequitur Jacobus de Puteo in consi. 4. inter consilia Calcanei, vers. tertio pro confirmatione, col. 2. & D. Riminal. iun. in d. consi. 23. num. 123. vers. secundo posito, uol. 1. & Alciatus, qui de solo Baldo facit mentionem in consi. 1. num. 5. vers. secundo dicit, vol. 2. ubi loquitur in statuto Laudæ, & subiungit, quod hæc opinio Baldi non reperitur ab ullo reprobatam.

Contrarium tamen tenuit Ruinus in consi. 49. viso, in fine, uol. 3. ubi dicit, quod tam statutum Mediolani, quam statutum Parme, habet duo capita: in primo enim loquitur de muliere se nubente: in altero uero capite loquitur de muliere nupta. quæ verba cum sint indistinctè probata, ideo quilibet mulierem nuptam cõprehendunt, & per consequens non potest statutum restringi, cum indistinctè loquatur.

Sed sustinendo opinionem Baldi, quæ communiter est recepta, dici potest, quod quamuis in dicto statuto fiat mentio de muliere nupta indistinctè, tamen illud est intelligendum de muliere à se nupta, secundum illud, quod est dictum in præcedenti parte statuti, cum regulam habeamus, quod vna 149 + pars statuti aliam declarat. l. vtrum, ff. de petitio. hæred. l. qui filiabus, ff. de legat. 1. & l. si seruus plurium, §. fin. ff. eod.

Et tanto fortius prædicta procedunt, postquã diuersa est ratio in muliere se maritante, & in ea, quæ ab alijs maritatur, ob cuius rationis diuersitatem

tem concludendum est, quod in iudicando, & consulendo, non est recedendum à cõmuni opinione, attento maxime, quod talia statuta sũt odiosa, & strictè debent interpretari, ut infra dicitur. immo etiam aliqui voluerunt, ut etiam si non esset in statuto illud pronomen, (se nubat,) sed verbum (nubere) simpliciter staret, tamen adhuc deberet statutum intelligi de illa, quæ sua auctoritate se maritaret, non autem de illa, quæ nubere aliena auctoritate, ut hoc sentit Calcaneus in d. consi. 3. vers. uidentes ergo, col. 12. quod vltimum ego tamen nõ affirmo per ea, quæ tradit Alciatus in d. consi. 1. nu. 10. vol. 2. ubi dicit, quod practica Mediolani aliud seruat hac ratione, quia statutum Mediolani fuit emendatum, & ab eo fuit illud pronomen (se) sublatum.

Quarto limita prædictam poenam non habere locum, quando extaret statutum prohibens mulierem nubere extra territorium cum hæreditate, prout est Mediolani, & Laudæ, & mulier nubens + nõ daret hæreditatem in dotem, sed eam pro se retineret, nam tunc non incurreret in poenam, cum statutum debeat intelligi de illa muliere, quæ nubendo forensi dat hæreditatem in dotem, & dominium eius transfert in maritum forensẽ, ut uidetur sentire Bald. in d. consi. 357. num. 3. vers. sed licet hoc verum sit, vol. 1. & latius hoc expressit Calcan. in d. consi. 3. vers. potest etiam hoc statutum, col. 12. & eum sequitur Jacobus de Puteo in consi. subsequenti, uers. subsequenter etiam notanda sunt, col. 3. & Bald. in consi. 393. quæritur utrum, nu. 2. vers. vel dic latius, vol. 5.

Et licet ista statuti interpretatio possit aliquam dubitationem continere, tamen forsitan ille iudex non erraret, qui eam iudicando sequeretur, tum propter auctoritatem Baldi, & sequacium, tum etiam quia tractamus de statuto + exorbitanti, odioso, & penali, in cuius interpretatione semper benignior sententia ad poenam euitandam eligenda est, l. interpretatione, ff. de penis, & ita in terminis notat Jacobus de Puteo in d. consi. 4. inter consi. Calcanei, vers. & certe dicta sententia, col. 2. ubi dicit, quod præfatum statutum est odiosissimum, & tollens liberam facultatem nubendi, & quia poenale, merito restringendum est, & idem quoq; tradit Hieronymus Tortus in d. consi. 5. inter consi. Calcanei, col. 2. in princ. ubi dicit huiusmodi statutum esse poenale, & exorbitans à regulis iuris communis, & ibidem quoque post cum idem notauit in sua subscriptione Rolandus de Curte, vers. eodem modo, col. 4. ubi dicit talia statuta priuantia mulieres hæreditate esse penalia, & non minus strictè, quàm benignè esse interpretanda, & latius hoc idem prosequitur Curtius iun. in consi. 105. uiso, col. 1. & col. 2.

Sed utrunque sit, negari non potest, quin maximam dubitationem hæc præfens limitatio contineat, & ideo Brunus de hoc iuris articulo mentionem faciens, dixit, quod prædictam Baldi opinionem pro tuta non habebat, in q. 16. nu. 275. vers.

item an valeat statutum, articulo 6. de statut. fem. exclu.

Quinto limita, ut statutum loquens de nubente cum hæreditate extra territorium, non habeat locum in ea muliere, quæ post aditam hæreditatem nupsit, quoniam hæreditas proprie dicitur, cum 152 est iacens. at si fuerit adita, non amplius + hæreditas, sed proprium patrimonium hæredis appellatur, ut ait glo. in l. 1. §. veteres, in verbo, per vnum, ff. de acquir. posses. & in terminis statuti not. Bald. in l. si matre, num. 2. vers. extra quæro, C. de suis, & legit. & Cremenensis in d. sing. 27. statuto cauetur, & Cuman. in l. hæres per seruum, nu. 3. ver. ad finem nota, ff. de acquir. hæred. & in d. l. 1. §. veteres, col. 2. & Francisc. Arctin. in d. l. hæres per seruum, in principio, vers. aduerte tamen, colum. 1. & ibi Roman. in principio, & Calcan. in d. consi. 3. vers. facit etiam alia ratio, col. 8. & Iacobus de Puteo ibidem, in subsequenti consilio, col. 2. & Corneus in consi. 30. in hac consultatione, in litera E, col. 5. vers. prout in simili concludit, uol. 4. & Roman. in consi. 40. uisus, nu. 3. uers. ex quo ganter, col. 2. & Alexan. in d. l. 1. §. veteres, nu. 10. vers. inducitur etiam, col. 6. ff. de acq. poss. & Iason in l. eius qui in prouincia. §. quod si stipulatus, sub num. 8. uers. ex ista regula ita declarata, colum. 4. in fine, ff. si certum per. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & idem Iason in l. si maior, nu. 3. vers. uides ergo, col. 2. C. de repud. hæred. & Nat. ta in consi. 687. casus, num. 7. uers. postremo adducit, uolum. 4. & Decius in consi. 69. uisus duobus, sub vers. prædictis tamen non obstantibus, colum. 3.

Contrariam tamen sententiam sequutus est Baldus in c. consultationibus, nu. 6. uers. quæro vtrum, col. 2. extra de off. deleg. & latius in consi. 393. quæritur vtrum hæreditas, uol. 5. ubi ostendit hæreditatem aditam + esse proprie hæreditatem, & Socin. in d. §. veteres, num. 4. uers. tertio dicitur, col. 1. ubi dicit, quod ita consuleret, & iudicaret, & ibi latissime Ias. nu. 27. vers. secundo principaliter, col. 12. & Brun. in q. 16. sub nu. 270. uers. pro solut. puto, art. 6. de stat. fem. excl.

Sunt tamè in hoc iuris articulo, qui distinguunt, dicentes, quod statutum, aut dicit, quod mulier nupta extra territorium non succedat, & tunc procedit prima opinio Baldi, ut scilicet successio non trabatur ad hæreditates acquisitas ante nuptias, sed solum ad acquirendas: aut statutum dicit, quod mulier non nubat cum hæreditate extra territorium, & tunc procedit secunda opinio, ut scilicet intelligatur de hæreditate etiã acquisita ante matrimonium, & hanc distinctionem in specie sensisse uidetur statutum Mediolani, in quo dicitur, quod nulla mulier se nubat cum hæreditate extra iurisdictionem Mediolani, & si nupta fuerit extra iurisdictionem, non succedat alicui de iurisdictione Mediolani. Quæ verba demonstrant duo capita. Primum hæreditatis aditæ, alterum ad eundem, & ita distinguit Brunus in q. 16. sub num. 270. art. 6. de

de statu. femin. excl. & Iason in d. §. ueteres, nu. 3. 1. vers. & tenendo istam partem, col. 1. 3.

Quæ opinio maximè videtur esse vera, quando probatum esset communem usum loquendi, ita se se habere, ut scilicet bona defuncti etiam post aditionem appellentur hæreditas, quoniam statuta debent intelligi, secundum & communem usum loquendi, ut ait Iason in d. l. eius, qui in prouincia, §. quod si stipulatus, sub num. 8. col. 4. ff. si certum petatur, & in d. l. si maior, nume. 3. col. 2. C. de repud. hæred.

Sed his non obstantibus ego non recedo a prima opinione, quæ communis est, & pro maiori intelligentia dico tres casus esse distinguendos.

Primus est, quando hæreditas est delata, & antequam adeatur & matrimonium contrahitur, & in isto casu considerando, quod hæreditas propriè dicitur, antequam adeatur, & fatentur omnes, potest habere locum primum caput statuti prohibentis mulierem nubere cum hæreditate extra iurisdictionem, ut ait Cumanus in d. l. hæres per seruum, num. 3. vers. ad finem nota, ff. de acquir. hæredit. & Rimin. senior in cons. 427. nu. 43. vers. vltra quod etiam possit dici, col. 5. vol. 3. & Roman. in d. l. hæres per seruum, in principio, cum alijs sequacibus supracitatis; & credo, quod ista communis opinio de iure sustineri possit, licet nonnulli alij contrarium affirmauerint, dicentes, quod nec etiam in tali casu statutum potest & priuare mulierem hæreditate de proximo acquirenda, ueluti, quando est delata, & nondum adita, sed de proximo adenda est, & mouentur ea ratione, quod in tali casu diceretur mulier damnum pati, & non lucrum amittere, quæ res per indirectum adimeret libertatem matrimonij, & faceret puellas timidiore ad celebrandum nuptias, & huius opinionis autor fuit Calcan. in consil. 3. versicu. facit etiam alia ratio, colum. 8.

Pro quo facit illud, quod alijs placuit, ut scilicet non solum poena damni non ualeat, sed nec et poena & lucri amittendi ad impediendam libertatem in matrimonio liberè contrahendo, ut ait Ceph. in consil. 319. Magnificus, num. 26. versic. nec est verum, vol. 3. ubi dicit, quod quamuis dici soleat, quod non intelligitur quis damnum pati, quando excluditur a lucro, propter quod poena amissionis lucri non est consideranda in matrimonijs, l. Titio centum, §. 1. & ibi Bartolus, ff. de condit. & demonstrat.

Subiungit tamen hoc procedere, quando sub spe lucri quis inuitaretur ad matrimonium contrahendum, ita ut si non contrahat illud, amittat lucrum: sed secus est, quando sub spe lucri remouetur quis a contrahendo, aut restringitur sub spe lucri libertas contrahendi tam in loco, quam in tempore, quoniam hoc est de iure canonico prohibitum, & talis poena lucri amittendi rejicitur.

Secundus casus est, quando hæreditas adita fuit, & post aditionem matrimonium & est contractum, & tunc dico statutum non habere locum, ut aiunt

160 communiter omnes Doctores, quos supra in principio limitationis huius adduxi, tum quia verum est, quod hæreditas adita & propriè non est hæreditas, ut in dictis locis omnes fatentur, & late declarat Decius in l. hæreditas, ff. de reg. iur. & in l. quoties duplici iure, in fine, ff. eod. & Cagnol. & Ferrar. in d. l. hæreditas, & Florianus in l. veniunt, nu. 6. ver. & ex isto verbo, col. fin. ff. famil. erciscun. & Purpurat. in l. de quæstione tali, num. 198. versiculo, vltimam signate limitationem, colum. 28. C. de pactis.

Tum etiam, quia verior & sacrosanctæ ecclesiæ amicabilior esse uidetur illa opinio, qua dicimus, huiusmodi statuta non valere, quando afferant poenam in rebus acquisitis, propter quam sine dubio impediretur libera voluntas matrimonij celebrandi, quam nullo modo laici impedire ualēt, ut sup. latissimè fuit demonstratum, nu. 82.

Tertius casus est, quando post contractas nuptias hæreditas defertur, & tunc & verior, & communior opinio est, ut statutum ualeat, ut dixi, nume. 128. & 139. & ita opinor esse intrepide consulendum, & iudicandum, quando casus eueniet.

Sexto limita, ut prædictum statutum loquens de muliere nubente cum hæreditate extra territorium, non habeat locum in hæreditate & paterna, id est, quando filia succedit patri: nam clarissimi iuris est, quod filius succedendo patri non dicitur acquirere nouam hæreditatem, sed dicitur acquirere nouam rerum administrationem, & continuare illud dominium, quod etiam in uita patris habebat, per textum notabilem in l. in suis, ff. de liber. & posthum. & notat glossa in §. sui autem, in uerbo, quia domestici, Instit. de hæred. qualita. & different.

Et ista est conclusio mirum in modum confirmatur ex his, quæ tradit eleganter Angel. in d. l. in suis, in principio, ff. de liber. & posthum. ubi dicit, quod statutum & grauans hæredem scriptum ad soluendum gabellam pro hæreditate, quam accepit, non intelligitur grauare filium succedentem patri, quoniam ipse non dicitur accipere hæreditatem, sed solummodo continuare dominium, quod prius habebat, & eandem opinionem sequitur ibidem Ioannes de Imola, num. 3. col. 1. & ita consuluit Corneus in consil. 268. in hac consultatione, uol. 3. & Aretin. in d. l. in suis, in secundo notab. & Capra in consil. 41. & si Venantius, & Barbat. in consil. 46. illud afferam, col. 2. in princ. uol. 1. & Decius in consil. 262. in causa magnifici, sub nume. 4. vers. vnde si gabella, col. 4. & late in l. fin. num. 10. in secundo notab. C. de edic. Diui Adr. tol. ubi reprobato Alexandro dicit, hæc esse comunem opinionem, & Tiraquel. in l. si unquam, in principio, num. 19. uers. & sanè, C. de reuoc. donat. & Calcan. in d. consil. 3. vers. & propterea dicunt Doctores, col. 8. & Iacobus de Puteo in d. consil. subsequenti, uers. secundo quod idem adducitur, colum. 2. & Hieronymus Tortus in d. consil. 5. col. fina. inter consil. Calcanei, & Mantua dicta l. fin. num. 48. in

tertio

tertio notabili, C. de edicto Diui Adr. tollen.

Pro qua re plurimum facit illud, quod notauit glossa in c. pastoralis, in uerbo, quasi de lucro, ext. de decim. ubi dixit, quod licet de omni lucro debeat solui decima, tamen filius talem decimam non tenetur soluere de paterna hæreditate, quoniam hæreditas patris non est propriè lucrum filij, & eam perdere, non est lucrum non capere, sed damnus pati in re, quæ prius erat in dominio filij etiã uiuente patre. & licet aliquando hæreditas & paterna pro lucro habeatur, & de illa fiat idem iudicium, quod de lucro fieri solet, ut ait Iason in l. iuris ignorantia, in princ. C. qui admitti, & ibi Dec. in secunda lect. & glossa, & Iason in l. 3. in fi. C. de iur. & facti ignoran. & ibi Bart. in fi. & Roman. in consil. 125. mater, nu. 3. vers. secundo quia hæreditas, col. 2. & Aretin. in consil. 17. consideratis, nu. 7. versic. ex tertio etiam capite, col. 5. & Alex. in consil. 17. ponderatis, nu. 7. ver. quod autem dicta Domina, uol. 3.

Attamen illud procedit largo modo, & secundum quasdam iuris communis dispositiones. at secus est, ubi agitur de statuto, quod regulariter debet striete interpretari, & maximè, quando iuris communis correctionem, & odium continet, ut supra diximus: & propterea uidemus, quod in statu

167 tis & appellatione lucri paterna hæreditas non continetur, ut ait Aretin. in l. si duo, col. 2. versic. tertio colligit, ff. de acquir. hæred. ubi dicit, quod quamuis in aliquibus casibus hæreditas paterna pro lucro accipiatur, tamen ad multos effectus non propriè censetur esse: lucrum & ideo subiungit, quod stante statuto, ut de quolibet lucro soluat gabel

168 la, non intelligitur & comprehensa hæreditas, quæ pater reliquit descendentibus suis, quia propriè non est lucrum, & sequitur Tiraquel. in l. si unquam, in princ. num. 19. uers. & sane, C. de reuoc. don. & Francis. Aretin. in consil. 2. nu. 2. uers. pro ista conclusione, col. 1.

Et hæc opinio est tenenda in his terminis gabellæ, licet contrarium, & quidem perperam tenuerit Bertachin. in q. 16. nu. 15. in ultimo mēbro, octauæ par. princ. tract. de gabel. ubi mouetur per æquiparationem supra factam de lucro, & de quasi lucro, iuxta glossam, & Bartolum in d. l. 3. C. de iur. & facti ignor.

Et tamen ibi Bartolus non loquitur in statuto.

170 præterea illa æquiparatio & est facta non generaliter, sed in materia erroris, ut ait Aretin. in dicta l. si duo, colum. 2. uers. tertio colligit, ff. de acq. hæ. & hoc uidetur sentire Alexand. in d. consil. 17. sub num. 7. vol. 3.

Præterea, quanta sit differentia inter paternam, & extraneam hæreditatem, ex multis cognoscitur, & præsertim ex hoc, quod hæreditas & propriè dicitur extraneorum, quando est iacens, i. nondum adita, §. seruus, Instit. de hæred. instit. §. 1. Instit. de stipul. seru. glossa in l. per hæreditarium, ff. de acq. rer. dom. l. cum hæreditas, C. de positi, & l. hæreditas, ff. de acq. rerum domin.

172 At in filiis & paterno dominio suppositis hæreditas iacens non datur, cum per mortem patris, ipse si nihil noui censeatur acquirere, sed solum dicatur continuare illud dominium, quod penes illos erat, ut ait Bald. in l. cum hæreditas, C. de pos. quo in loco scriptum reliquit, quod ubi est filius, ibi nūquam & dici potest, quod hæreditas sit iacens, nec quod ei, tanquam iacenti curator detur, quia existentia sui hæredis inducit continuationem sine aliquo medio, & si quis ageret contra hæreditatem tanquam iacentem, succumberet propter nullitatem processus, de qua re uidebis Iason. in l. in suis, num. 19. uers. item in suis, colum. 2. ff. de liber. & posthum.

Et prædicta conclusio tunc præsertim intelligitur esse vera, quando tractatur de commodo, & fauore filiorum, quia sicut operatur in fauorem filiorum, non autem in damnus, l. si filius qui patri, ff. de vulg. & pupil. & l. nam nec emancipatus, ff. de leg. 1.

Propter quod uidemus, quod ubi agitur contra filium, debet actor & probare, quod sit heres, quia propter beneficium abstinenti non censetur heres ad sui incommodum, ut ait glossa in l. necessarijs, ff. de acq. hæred. de qua materia late notat Tiraquel. in secunda declaratione, septimæ partis, nu. 6. uersic. hincque illud fit. Tract. le mort fait le vis; & ideo licet ubi est filius, non possit hæreditas esse iacens, nec ei tanquam iacenti dari curator, ut dictum est;

176 tamen hoc intelligitur esse & verum, si hoc est filio fauorabile: nam in his, quæ concernunt commodum filij, potest etiam iacere hæreditas, & ei curator dari, ut ait Natta in consil. 483. Clarissime Doctor, nu. 11. uers. hinc est, vol. 3.

Vnde per supradictas rationes non ineleganter dici solet, quod inter mortem patris, & immixtionem filij non est dare medium, propter continuationem dominij, ut ait Ias. in d. l. in suis, nu. 9. col. 2. de quo tamen uide Tiraq. in præfat. in tertia declarat. num. 5. uersicu. scioq; nonnullos, tract. le mort fait.

178 Hinc etiam fit, quod & vsucapio pro hærede non competit filijs, sed solum extraneis hæredibus, l. j. & 2. C. de vsucap. pro hærede.

Ex qua re sequitur, quod si pater possidebat fundum alienum sine titulo, licet ipse non possit præscribere longo tempore, cum in tali præscriptione requiratur possessio, & titulus, tamen eo mortuo hæres & extraneus poterit præscribere dictum fundum titulo pro hærede: nam licet deficeret titulus in persona defuncti, non tamen deficit in persona extranei hæredis, qui dicitur habere titulum pro hærede habilem ad præscribendum. sed secus est

181 & in filijs, quibus cum ex successione paterna non obueniat noua hæreditas, sed continuatio dominij, & noua administratio, ut dictum est, merito ex illa successione non potest oriri nouus titulus pro hærede, & ob id longo tempore præscribere non poterunt, cum ille titulus eis competere non possit, & in hoc filij & sunt deteriores conditionis, quam

extra-

extranei, ut ait Iason in d.l. in suis, num. 6. col. 2. ff. de lib. & posthum. cuius rei tamen notabilem limitationem vide apud eundem Iason. in l. 1. nu. 25. vers. item per hanc glossam, col. 8. C. qui admitti, de quo vide eundem Iason. in d.l. in suis, num. 8. col. 2. Hinc etiam videmus, quod aditio hereditatis non competit filiis, sed sola et immistio. unde licet extranei non possint heredes esse, nisi per aditionem, tamen in filiis talis aditio non est necessaria, sed sola immistio sufficit, ut ait glossa in §. extraneis, Instit. de hered. qual. & differen. ubi dicit, quod immiscere, & et abstinere, pertinet ad filios: sed adire, & repudiare, pertinet ad extraneos, de qua relate scripsit Alex. in conf. 126. viso processu, sub num. 5. vers. plus etiam, vol. 7. ubi dicit, quod patris hereditatem non potest filius adire, quoniam in ea non cadit aditio, sed potest acquisitionem a iure factam immiscendo approbare. imò subiunxit, quod sicut aditio hereditatis paternae non cadit in filium, ita nec etiam repudiatio, quia repudiare (ut dixi) pertinet ad extraneos, ad quos pertinet adire, ob quam rem concludit, quod hereditas paternae non intelligitur a filio recusata, quando ipse dixit, quod eam repudiabat, quia repudiatio ad eum non pertinet, sed opus est, ut dicat, quod ab illa se abstinere per multas rationes, quas ipse allegat.

Similiter hac eadem ratione videmus, quod si extraneus rem et hereditariam surripuerit, dicitur crimen expilatæ hereditatis committere, l. si quis extraneus, ff. de acq. her.

At si filius aliquid arguatur surripuisse, non dicitur committere et crimen, quia videtur accipere illud, quod est quasi suum, & ideo solummodo beneficium abstinendi amittit, ut ait gl. in d.l. si quis extraneus, & probat tex. in l. si seruum quis, §. prator ait, ff. eod.

Et in terminis, quod prædictum statutum non habeat locum in hereditate paterna, tradit Calca, in d. conf. 3. col. 8. & ibi eum Iacobus de Puteo, & Hieronymus de Tortis in suis subscriptionibus sequuntur. & ista opinio satis æqua est, & valde probabilis esse videtur, maxime in hac materia, quæ odiosa est, & vide illa, quæ in decima quarta limitatione dicuntur.

Septimo limita, ut præfati poena statuti non habeat locum in muliere et minore 25. annis, quæ si nupta fuisset extra iurisdictionem statuétium, posset petere restitutionem in integrum aduersus poenam statuti, cum minor præsumatur habere et iuris, & statutorum ignorantiam, l. regula, ff. de iuris & facti ignor. l. cum de indebito, §. in autem is, ff. de probat.

Nec potest dici, ut is contra legem faciat, qui lege dispositionem ignorat, quoniam et scientem, & non ignorantem lex uult obligari, l. generali, C. de tabularijs, lib. 10. & notat Roman. in conf. 473. circa propositam, & Tiraqu. in causa 13. de poen. mitig.

Et ista iuris ignorantia minorem viginti quin-

que annis excusat non solum in damno euitando, sed etiam in lucro captando, l. quamuis, C. de iuris, & facti ignor. Et tanto magis prædicta sunt vera, postea quam scimus, quod etiam in delictis, quæ sine dolo committuntur, solet restitutio et minoribus concedi, l. 1. C. si aduers. delict. & ita in terminis huius statuti plenè tradit Rimi. senior in dicto consilio 427. in quarto, & ultimo fundamento, volum. 3.

Sed ego de hac limitatione multum dubito, tum quia mulier se maritanda diceretur esse in culpa, & qui damnum sua culpa sentit, sibi debet imputare, c. damnum, de reg. iur. in 6.

Tum etiam, quia læsio non interuenit tempore contractus, sed casualiter prouenit ex successione postea delata, quo casu minoribus restitutio non datur, ut ait Iason in l. de fideicommissio, in fine, C. de transact.

Et eo fortius prædicta videntur esse vera, cum certum sit, quod regulariter restitutio non datur aduersus leges, & statuta, l. si sine herede, §. Lucius, ff. de administr. tut.

Nec allegata iuris ignorantia prodesse posset, cum a principio mulier non fuerit læsa, ut dixi, propter quod succedit illa iuris manifesta regula, quod minor et non est restituendus, si non probetur læsus, l. nam postea, §. si minor, ff. de iure iur.

Accedat, quod nos tractamus de casu fortuito, id est de successione futura, quæ inter et casus fortuitos enumeratur, ut ait Bald. in l. 1. in fine, C. qui non poss. ad libert. peruen. ubi dicit, quod licet sit res naturalis mori, tamen superuiuere præmorienti est casus fortuitus: & ideo cum agatur de re fortuita, nemini imputandum est, quia quæ fortuitis casibus et accidunt, nullo bonæ fidei iudicio præstatur, l. quæ fortuitis, C. de pign. act.

Sed in contrarium, quod etiam femina minor, quæ semetipsam maritauit extra territorium, debeat in integrum restitui, adducuntur ea, quæ notat Bald. in l. 2. C. si aduers. dotem. ubi dicit, quod stante et statuto, ut vir lucretur dotem, poterit mulier minor, quæ omnia bona dedit in dotem, petere restitutionem in integrum aduersus effectum statuti: & tamen videmus, quod etiam in illo casu agitur de re fortuita, cum possit mulier tam superuiuere, quam præmori. idem probatur etiam in l. 2. C. si aduers. delict. ubi mulieri et minori, quæ non petijt infra annum tutorem dari filio suo impuberi, succurritur, ut non perdat ipsius filij successionem, & tamen illa filij successio est casus fortuitus, cum possit ipsa mulier ante filium suum mori.

Nec obstat, quod mulier se maritanda forensi dicatur esse in culpa, quia responderetur, quod matrimonium non potest appellari culpa: & dato, quod in tali actu posset aliqua culpa considerari, hoc nihil obest, quia et minor restituitur etiam aduersus culpam, l. 1. & ibi glossa, & Doctor. C. si aduers. delict.

Sed his non obstantibus sustineri potest opinio negatiua, ut scilicet femina minor non restituitur,

tuatur extra territorium iam dictis, quæ potissimum confirmatur ex textu in l. verum. §. sciendum est autem, ff. de minor. ubi dicitur, minorem non esse restituendum ex damno et propter casum accidentalem contingente, quando ab initio contractus nulla læsio ex sua facilitate interuenit. Nec refragatur huic opinioni illud, quod dixit Bal. in d.l. 1. C. si aduers. dotem.

Quia responderetur, quod ibi mulier non restituitur habita consideratione casus fortuiti, sed restituit ea ratione, quia ab initio contractus fuit læsa, dando omnia bona in dotem: & propterea dixit ibi Baldus, quod mulier non restituitur aduersus statutum, quia restitutio non datur aduersus leges, ut dixi: sed restituitur aduersus et conventionem dotis, ex qua mulier fuit plurimum læsa, quando quidem illi fuisset utilius, non omnia bona dare marito, sed aliquam partem eorum pro se retinere. & ideo stante huiusmodi læsione non est mirum, si restitutio datur, ut late notant Rol. in q. 46. de lucro dotis.

Imò illud addendum est, quod quando constaret, mulierem non fuisse læsam ex tali constitutione dotis, tunc nequaquam respectu minoris ætatis posset beneficium restitutionis implorare, ut ait Iacobin. de S. Georg. in d.l. 1. C. si aduers. dotem. ubi licet mulier minor dicatur lædi, quando dat omnia sua bona in dotem, & possit ratione læsionis restitui: tamen hoc intelligitur esse verum, quando dedit et omnia bona personæ non merenti ex conditione ipsius personæ, & ex consuetudine patriæ: cæterum si dedisset in dotem omnia bona personæ merenti, tunc non diceretur læsa, nec posset restitui, cum fuerit vsa iure communi, l. fin. C. de in integr. restit. minor.

Similiter non obstat textus in d.l. 2. C. si aduers. delict. quia responderetur, quod ibi mater non restituitur in integrum; sed ipso iure est tuta, cum sit ibi casus et specialis, quod lex generalis non comprehendit minores, ut dicitur in tex. & ibi hoc idem gl. & Baldus adnotauerunt.

Sed secus est in casu nostro, in quo statutum generaliter loquens, comprehendit etiam minores, l. si sine herede, §. Lucius, ff. de admin. tut. & notat Alex. in consil. 49. maturè, num. 7. vers. & constat statutum, vol. 1. & in consil. 254. abundè, vol. 6. & hoc in terminis huius statuti, præsupponit etiam Rimi. sen. in d. conf. 427. vol. 3. & in statuto de lucro dotis loquente, idem respondit Rol. in q. 44. de lucro dotis.

Et sic per supradictas rationes non videtur præfata limitatio esse vera; sed utcumque sit, illa tamen notanda est, quoniam magna est Riminaldi auctoritas, quem clarissimum Doctorem, & acutissimum suum discipulum vocauit Alex. in conf. 15. viso testamento, in princ. vol. 4.

Octauo limita, ut dictum statutum loquens de muliere nubente cum hereditate extra territorium, non habeat locum in illa et muliere, quæ nupsit cum dote materna: nam præsupposito, quod nihil aliud

fit in bonis maternis, quam dos, non poterit prædicta mulier dici nupta cum hereditate, quoniam aliud est dos, & aliud et hereditas, & illa, quæ testatur de dote, non dicitur testari de hereditate, sed de re certa, vel quantitate, l. quoties, C. de heredi. instit. & ita tradit Bald. in consil. 357. nulla mulier, in fine, vol. 1. & sequitur Brun. in dicta quæst. 16. num. 276. vers. subdit Baldus, art. 6. de statu foemin. exclu.

Nonò limita, ut statutum prohibens relinquere ex testamento foeminis nuptis extra territorium, habeat duntaxat et locum in bonis immobilibus, quæ non poterunt transire in eam, quæ forensi nupsit, sed secus est in æstimatione, quoniam non obstante prædicto statuto relicta valebit, & æstimatio rei immobilis debebitur, secundum communem opinionem, de qua Brunus attestatur in 9. articulo princip. in q. 11. num. 89. de statu foemin. exclu. & Curtius senior in consil. 15. num. 40. vers. accedo ad aliud, col. penult. & in terminis nostris ita concludit Curtius iunior in d. consil. 105. vers. ex præmissa, col. 2. cuius rei tamen multas limitationes vide apud Alciatum in consil. 31. magnifici, nu. 44. vers. non obstant ergo, vol. 9.

Sed quæritur, an præfatum statutum habeat locum in rebus immobilibus extra et territorium sitis: item an in bonis, & in genere, & in quantitate consistentibus, aut in nominibus debitorum. & vide de Bald. in l. ipsi rerum, num. 7. vers. sed quid si statutum, C. ut in possess. lega. & in dicto consil. 357. col. fin. vol. 1. & vide in pulchro casu Alexandrum in consil. 31. viso titulo, vol. 1. ubi uoluit mobilia, & nomina debitorum et extra territorium sita posse affici a statuto, & amplius in confiscatione bonorum pertinere ad forum confiscantis, & non ad forum territorij, in quo sita sunt, & de similibus vide late Gabriel. in conclusio. 8. & sequen. libro sexto, de statutis.

Sed iterum quæro, quid si in prædicto statuto expressum esset, ut bona immobilia non possent relinquere, nec alienari in forenses, neque pro dote, neque alia de causa, ita ut nec æstimatio peti posset, nec agi ex eo contractu, vel testamento, an hoc erit contra libertatem matrimonij? ego dico per supradicta quod sic, quando, vel pecunia, uel bona mobilia non extarent, ex quibus dote nubentium prouideri posset.

Decimo limita prædictam poenam non habeat locum, quando poena veniret et applicanda ei, ex cuius facto mulier extra territorium cum forensi matrimonium contraxisset, ut puta, quando successio ex forma statuti esset deferenda proximiori agnato, prout loquitur statutum Mediolani, & proximior agnatus fuisset ille, qui dictam mulierem extra territorium maritasset, nam tunc non posset ex prædicto statuto iuuari, & successionem præterdere aduersus uxorem, hac notabili ratione, quia et causanti culpam, uel delictum non potest deferri lucrum ex culpa, uel ex delicto proueniens, ut mirabiliter ait Baldus in l. sed si hac, §. prostituta, in fine,

217 in fine, ff. de in ius vocan. vbi dicit, quod stante statuto, vt qui dederit damnum in vinea, puniatur in decem applicandis domino Castri, si aliquis de consensu dicti domini in vinea damnum dederit, tunc poena non applicabitur dicto domino Castri, sed erit applicanda ei, qui damnum passus est.

Sic in nostro casu cum proximior agnatus fuerit causa huius culpae maritandae mulierem extra territorium, merito non potest consequi poenam lucratiuam ex culpa sua prouenientem, secundum allegatam Baldi decisionem, quam in eodem loco Angelus, & Albericus approbauerunt.

Quae conclusio confirmatur per egregium textum in l. si ab hostibus. §. fin. ff. sol. matr. vbi habetur, quod maritus non potest lucrari dotem, quan-

218 doti ipse fuit causa, vt vxor sua moreretur, quia non est æquum, vt quis ex sua culpa lucrum faciat. & ita in terminis huius statuti, hanc eandem tenuit opinionem Iacobus de Puteo, qui tamen de predictis doctrinis nullam facit mentionem in dicto conf. 4. vers. & ideo in casu nostro non conueniunt, col. 3. inter consilia Calcanei. vbi dicit, quod stante statuto, vt nubens cum hæreditate forensi priuetur successione, & applicetur proximiori agnato, non poterit frater tanquam proximior agnatus opponere forori hanc exceptionem ex statuto prouenientem, si ipse frater fuit ille, qui dictam forem extra territorium maritauit, quia nemo ex suo facto culposo, & doloso debet præmium, & lucrum reportare, l. relegatorum, in fine, & ibi glossa, ff. de interd. & relega. & hæc adde illis, quæ in tertia, & septima limitatione notaui, pro qua re facit illud etiam, quod notauit Alexan. in l. si seruus, §. si quis ante, num. 2. ff. de legat. 1. ubi dicit, quod factum aliquo procurante non debet ei prodesse, qui illud procurauit, ex quo infert, quod si delinquens procurauit accusari in curia, in qua minor poena imponitur, nihil eum talis præuentio iuuabit, adducitur illud etiam, quod notauit Roman. in singu. 591. tu habes, quod quamuis, vbi tradit, quod affectans ambasariam, uel aliud officium, ex quo consequitur priuilegium, non debet illis priuilegijs gaudere, quæ affectauit. ad idem pertinet illud, quod notabiliter ait Abb. in c. postulasti, num. 6. vers. & facit, extra de concess. præben. vbi tradit, quod si in certo delicto debent bona delinquentis ad certam personam peruenire, tunc si illa persona dolose procurauit illius delictum, non debet bona delinquentis consequi, & subiungit idem iuris esse in statuto permittente bannitum posse impune occidi, nam ille, qui procurauit dolose bannum alicuius, vt ipsum posset occidere, non gaudebit beneficii impunitatis. quibus accedunt ea, quæ tradit Iacobin. in l. 2. §. simili modo, colum. 1. ff. si quis caut. vbi ait, quod immunitas, quæ competit ratione dignitatis, vel officij, non est illi danda, qui dignitatem, vel officium procurauit, sed ei soli, in quem predictum officium, vel predicta dignitas fuit motu proprio a superiore collatum, subiungens, per eandem rationem, quod licet inimicus

non possit esse testis aduersus inimicum, tamen hoc non procedit in inimico procurato, veluti, quando aduersarius pugno percutit testem ad hoc, ne possit contra ipsum testificari.

Undecimo limita, vt predicta poena non habeat locum, quando mulier se forensi maritasset, credens eum esse suum ciuem, nam in tali casu illi feminae, etiam si maior esset viginti quinque annis, succurrendum foret per restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, l. j. in fi. ff. ex quib. caus. maior.

220 Et licet regula sit, quod qui contrahit cum aliquo, debet esse certus de conditione eius, cum quo contrahit, l. qui cum alio, ff. de reg. iur.

Attamen si mulier habuisset iustam causam credendi eum esse ciuem suum, vel quia in eodem loco habitabat, vel quia hoc sibi affirmatum est a personis, quibus mulier credere debebat, ego teneo, quod predicta mulier a poena statuti excusaretur, & in integrum restitui deberet, tum quia qui credit viro bono iustam causam excusationis habet, ut plenè tradit Marfilius in §. principium, num. 8. vers. nam clarum est, pract. crim.

222 Tum etiam, quia facti ignorantia, quæ non ex vana simplicitate procedit, excusat, l. si quis patrem, ff. ad Macedon. & l. regula, §. sed facti, ff. de iuris, & facti ignor.

Pro qua conclusione plurimum facit illud, quod notauit Purpurat. in l. cunctos populos, nu. 149. versic. & ideo videtur, quod etiam isto casu, C. de

223 sum. Trin. vbi dicit, quod restitutio in integrum ex clausula generali danda est mulieri aduersus statuta de lucro dotis existentia in loco domicilij viui, quando probabiliter illa mulier ignorabat maritum suum esse forenses, & hanc decisionem sequitur Roland. in q. 14. num. 17. vers. non obstant tertio, de lucro dotis, & ante ipsos Decius in consil. 19. & pro tenui, vers. & ita patet, quod dictum Baldi, col. 2. in princ. & uide latè Tiraquel. in l. 16. glossa 2. in uerbo, en pououir de son mary, nu. 50. vers. alias autem, cum seq. de legib. connub.

Nec obstat, quod contrahens debeat esse certus de conditione personæ secum contrahentis: quia 224 responderetur, quod ista regula non procedit, quando ignorantia esset multum probabilis, & iusta, ut notat Dec. in d. l. qui cum alio, sub nu. 3. vers. & ista regula, ff. de reg. iur.

Et ista limitatio potest ampliari, ut habeat locum in quacunque muliere, in qua probabilis ignorantia statuti cadere posset, ueluti in ciue nouella, aut in ea, quæ in loco statuti nunquam habitasset, ut ait Alciat. in d. conf. 2. in prin. uol. 2.

226 Et licet ciui nouello, & forensi non semper parcatur propter ignorantiam statutorum, tamen bene illis saltem parcitur in hoc, ut euitetur poena statuti, & non in alijs, ut ait Roland. in d. q. 14. nu. 16. vers. non obstat secundo, de lucro dotis. sed tu uide Alexandrum, qui generalius loquendo uoluit, ut etiam in non poenalibus restitutio detur forensi aduersus statutum, ut hoc ipse notauit in consil. 37.

fil. 37. viso, num. 23. vers. suadet etiam, volum. 2. & Marfil. in l. fin. nu. 179. vers. ulterius scias, ff. de iurisd. omn. iud.

227 Duodecimo limita, vt præfati poena statuti non habeat locum in vidua, si ei deferatur successio, nam poterit succedere non obstante, quod olim maritata fuisset extra territorium per ea, quæ plenissimè tradit Cæphal. in consil. 526. successio, vol. 4.

In contrarium tamen in terminis statuti Mediolani transiit Brunus per rationes non admodum urgentes, in q. 23. num. 296. vers. sed nunc quero, artic. 6. de stat. foemin. exclu.

Omissa tamen disputatione concludi potest, quod vidua, aut parata est reuerti ad patriam, vbi successio delata est, & tunc succedere poterit, aut reuerti recusat, & tunc opinio Bruni obtinebit. Hæc tamen disputatio in multis locis sublata est, quoniam uerbis expressis non solum nuptas, sed etiam viduas extra territorium ipsa statuta excludunt.

Decimotertio limita, vt statutum priuans hæreditate nuptam extra territorium non habeat locum 228 in legitima iure naturæ debita, tam in bonis paternis, quam maternis, vt in terminis ait Curtius iun. in d. conf. 105. nu. 8. vers. postremo, col. fin. & Plotus in consil. 108. casus super quo petitur, num. 115. uers. quadragesimo sexto, volum. 1. inter consil. crim. diuers.

Ego tamen uidi statuta tam clare loquentia, vt in illis hæc præfens limitatio parum profutura fuisset, inspecta opinione eorum, qui dicunt legitimam posse a statutibus auferri.

229 Decimoquarto limita, vt talia statuta excludentia a successione nuptas extra territorium non habeant locum in filiabus primi gradus, quia talis exclusio sapit naturam exheredationis, & filij primi gradus debent nominatim exheredari, §. sed hæc quidem, Instit. de exhered. liber.

230 Unde sicut exhereditatio hominis non extenditur ad non nominatos, ita nec exhereditatio legis, ut ait Capra in consil. 137. & si viso, nume. 16. versic. & maxime ex eo, colum. 3. in fine, & ita in terminis statuti notat Plotus in d. consil. 108. num. 77. sub versic. trigesimo quarto, uol. 1. inter consil. Crim. diuers. vbi loquitur in statuto Nouariæ prohibente mulierem nuptam extra iurisdictionem succedere tam ex testamento, quam ab intestato, & dicit illud non habere locum in filiabus primi gradus, & hoc idem in terminis sensit Cæphal. in consil. 13. plura sunt, num. 32. vers. quæ responsio comprobatur, vol. 1.

Contrariam tamen opinionem, & meo quidem iudicio rectè sequutus est Brunus in quaest. 24. nu. 298. uers. vigesimo quarto quero, artic. 6. de statu foemin. exclu. & ita in filia consuluit Ruin. in consil. 44. viso, vol. 3.

Sed ego opinionem Bruni intelligo esse veram, quando statutum excluderet nuptas extra iurisdictionem a successione, sed secus est, quando eas excluderet ab hæreditate, vt dicit statutum Laudæ,

quia tunc filia in potestate patris existentes non intelligerentur esse exclusæ a paterna hæreditate, non quidem ea futili ratione, quod debeant a statuto nominatim exheredari, sed quia hæreditas patris non est proprie hæreditas, l. in suis, ff. de lib. & posthum. de qua re supra latissimè dixi in sexta limitatione, num. 121.

231 Sed quero, an idem iuris sit in hæreditate materna? Et videtur dicendum quod sic, cum hodie successiones parentum utriusque sexus equali iure filijs deferantur, l. maximum vitium, C. de lib. præter. & ita videtur in non ab simili casu sensisse Ioannes de Imola in l. in suis, nu. 3. vers. item nota, ff. de lib. & posthum. vbi dicit, quod sicut filius hæres patris non tenetur soluere gabellam ex forma statuti soluedam pro hæreditate, quam quis accepit, ita nec 232 etiam tenetur quilibet alius descendens pro hæreditate ascendens, licet non sit in sua potestate, l. vnica, C. de impon. lucra. descript. lib. 12. & ita in terminis tenuit Alciat. in d. conf. 1. num. 22. vers. qua ratione, vol. 2.

233 Sed contraria opinio mihi videtur esse verior, cum sitas, quæ producit continuationem dominij in filijs, & in hoc casu potissimum consideratur, non sit in hæreditate materna, quia mater filios non habet in potestate, l. nulla, ff. de suis, & legit. §. foeminae, Instit. de adopt. & notat Iason in d. l. in suis, nu. 43. uers. secundo querit, ff. de liber. & posthum. & pulchrè Purpurat. in l. de tali questione, num. 202. versic. secundo ampliatur, C. de pact. & in terminis contra filiam respectu hæreditatis maternæ consuluit Ruin. in d. consil. 49. vol. 3. quod consilium Cæphal. inceptè impugnauit in d. consil. 13. uol. 1. Nec obstat opinio Imolæ, quoniam illa non videtur vera, ut ait Alex. in d. l. in suis, num. 5. vers. sed contra eam, col. 2.

234 Quid autem si statutum diceret, ut bona stabilia nullo modo possent alienari in non subditum, aut in mulierem nuptam extra territorium, an comprehenderet filios, & filias primi gradus? & multi tenuerunt, quod non, quia prohibita alienatione non uidetur prohibita institutio filiorum, quæ fit ex necessaria causa, ut ait Bald. in consil. 37. decreto, nu. 3. uers. item alienatio, uol. 3. & sequitur Cæphal. in consil. 161. bona, nu. 2. uers. quare Baldus, uol. 2. & in d. conf. 13. nu. 35. uol. 1. & Socin. iun. in consil. 18. de tribus, nu. 35. uers. secundo posito, uol. 3. & excellentissimus Iurisconsultus D. Franciscus Bursattus in consil. 270. testatur, nu. 24. uers. tertio admissa, uol. 3.

235 Possent tamen uerba statuti ita uniuersaliter concipi, ut alienationem necessariam etiam comprehenderent, ut notat egregia glossa in l. quidam in testamento, in uerbo, quoquo modo, ff. de fidei commiss. libertat. ubi dicit, quod alienatio, uel uenditio quoquo modo prohibita comprehendit etiam alienationem necessariam, & illam glossam late exornat Ruin. in consil. 98. uiso themate, sub nu. 11. uers. sed tamen præmissis, uolum. 2. & hoc non inficiatur Cæphal. in d. consil. 13. nume. 19. uers. aliud

aliud est igitur, vol. 1. ubi tamen distinguit inter statutum simpliciter prohibens fieri quoquomodo alienationem, & statutum prohibens vendere, pignorarē, & quocumque titulo alienare: nam in hoc ultimo casu vult illa verba (quocumque titulo) verificari in alienationibus singularibus similibus venditioni, pignorationi, & alijs expressis, quæ distinctio, an vera sit, nunc examinare non placet.

Decimoquinto limita, ut prædicta statuta non habeant locum in hæreditatibus paternis, & maternis, quando exclusa nupta extra territorium successio esset deferenda secundum formam statuti agnatis proximioribus, siue alijs propinquis, ut cautum est in statutis Mediolani, Laudæ, & Parmæ, quæ statuta volunt, ut exclusa nupta successio perueniat in agnatos proximiores, siue alios propinquos, nam duabus rationibus videtur esse dicendum, quod illa statuta debeant intelligi de hæreditatibus transuersalium, non autem de hæreditatibus ascendentium.

Prima ratio est, quoniam illa verba (agnatos proximiores, & alios propinquos) debent intelligi de agnatis, & propinquis illius de cuius successione agitur, ut ait Bartol. in l. si cognatis, num. 2. vers. quæro hic dicitur, colum. 2. ff. de rebus dubijs, & in l. peto, §. fratre, in principio, ff. de leg. 1. & Caphal. in conf. 183. testator, num. 6. vers. hinc etiam, vol. 2. Sed cum filia non sit agnata & matri suæ, nec propinqua, ut de primo traditur in §. 1. Instit. de legit. agnat. tutela, & de secundo habetur in l. 1. C. vnde vir, & vxor.

Merito dici potest statutum debere intelligi de successione transuersalium, ad quam cum sint vocati alij propinqui, & agnati, manifestè patet, quod exclusa mulier, & ipsa quoque erat agnata, vel propinqua: nam illa dictio (alij) est relatiua, & repetitiua præcedentis qualitatis, & dicitur repetere eandem qualitatem, cuius est persona expressa, ut ait Ruin. in conf. 181. uis consilij, in principio, vol. 2.

Secundo adducitur ratio euitandi absurdum, nam si statutum aliter intelligeretur, tunc uocando agnatos, & alios propinquos, videretur excludere alias fœminas, vel masculos filios personæ defunctæ, si quos haberet etiam in territorio, cum ipsorum nullam mentionem statutum faciat, sed immediate uocat exclusam nuptam agnatos, & alios propinquos, quia inclusio & vnus est exclusio alterius, l. cum prætor, ff. de iudicijs.

Quæ res admodum est absurda, cum prima successio semper debet esse filiorum, & ideo ne sequatur tam magna iniquitas, dicendum est statutum loqui de successione transuersalium, ad quas uocantur agnati, & propinqui, non autem de successione parentum, ad quas agnati non possunt extantibus filiis vocari, & ita in his terminis per supradictas rationes consuluit Caphalus in consil. 13. num. 9. uers. secundo ego respondeo, volum. 1. & sequitur D. Rimin. iunior in

conf. 23. illustris, nume. 125. uers. tantoque magis, uol. 1.

Sed Alciatus aliam nouam interpretationem huiusmodi statutis applicauit in conf. 1. num. 16. uers. hæreditas perueniat, uolum. 2. ubi uidetur sentire, quod in hæreditatibus ascendentium filia nupta extra territorium excludatur ab agnatis, & alijs propinquis, quando alij filij personæ defunctæ non extarent, hac ratione, quia statutum uocat agnatos, & alios propinquos: sed si alij filij extarent, tunc nupta extra territorium non excludatur, nec ab agnatis, nec a filijs, sed iste casus, vel ista successio remanebit in terminis iuris communis. Ratio autem quare agnati, vel alij propinqui non excludunt nuptam extantibus alijs filijs defuncti, hæc est, quia prima causa in successione est filiorum: sed ratio, quare alij filij non debeant excludere forem extra territorium nuptam, potest esse duplex.

Prima est, quia uerba statuti non conueniunt huic casui, & cui non conueniunt uerba legis, non conuenit eius dispositio. l. 4. §. toties, ff. de damno infecto, & notat Marsil. in singul. 339. cui non, & in sing. 582. accipe.

Secunda est, quia cum mulier communiter non nubat, nisi de consensu patrum, & fratrum, noluit statutum inducere pœnam illi in fauorem eorum, qui fuerunt consentientes inobedientiæ statuti, & tanto magis, quia fratres ad excludendas sorores ab hæreditatibus eos extruderent extra territorium, & ne detur occasio hoc faciendi, noluit statutum disponere aliquid in tali casu, sed reliquit in terminis iuris communis, & cum hoc tendat ad utilitatem fratrum, facile præsumitur & id eos fuisse facturos, arg. l. 2. §. idem Labeo, il. 1. & ibi Albericus, ff. ne quid in loco publico, & hanc ultimam rationem tangit etiam Calcaneus in d. consil. 3. uers. uidentes ergo, col. 12.

Sed mihi nec opinio Caphali quadrat, nec Alciati interpretatio placet, & utraque uidetur esse contraria intentioni, ac etiam uerbis statuti, & communi omnium Doctorum opinioni, qui uolunt talia statuta verificari etiam in successione ascendenti, ut ex prædictis limitationibus cognosci potest.

Nec obstant illa uerba (agnatos, vel alios propinquos) in quibus præfati Doctores omne fundamentum sibi constituunt: quia respondetur, quod illa possunt verificari etiam in filijs, nam filius, & ipse quoque suo patri dicitur agnatus, & ad bonorum possessionem admittitur non solum ex capite, unde liberi, sed etiam ex capite, unde agnati, & unde cognati, ut ait Iason in l. 1. nu. 2. uers. quartum, & ultimum, C. qui admitti.

Idem etiam dicitur de uerbo (propinquus) nam & appellatione propinquorum filij tam respectu patris, quam respectu matris continentur, prout de hoc textus rotundus est in l. suggestionem, §. si quis per suum elogium, C. de uerb. signif.

Præterea

Præterea dici posset, statutum in tali casu considerasse agnationem, & propinquitatem respectu personæ exclusæ, & non personæ defunctæ, prout de iure communi uidemus, quod vno filio & excluso admittitur alius eiusdem gradus, & qualitatis per ius accrescendi, si est de liberis, & per successorium edictum si est alterius gradus, modo sit de proximioribus exclusis, ut notat Iason in l. qui se patris, nume. 82. uers. tertio dixi, C. unde liberi.

Sic etiam dicendum est in præfato statuto, ut scilicet propinquitas, & proximitas respiciant personam exclusam, & non defunctam, & tanto magis ne sequatur absurdum, ut agnati, & propinqui defuncti excludant filios, prout eos excluderent, si agnationem inspiceremus ex persona defuncta, non autem ex persona exclusæ. unde licet in fideicommissis magna sit quæstio, an & proximitas sit consideranda respectu testatoris, an respectu grauati, ut est uidere apud Cephalum in consil. 313. magnificus, uolum. 3. & Clarissimum D. Manticam in lib. 8. rit. 12. num. 30. uers. quoniam uero, de coniect. ultim. uolunt. & Soci. iun. in conf. 126. maxima, uolum. 1. & Bursat. in conf. 300. num. 33. cum seq. uol. 3. & Alciat. in conf. 71. lecto, num. 29. uers. & licet alias, tomo 3. lib. 9. & Ruin. in conf. 143. colum. antepen. uol. 2. & Rubicum in l. Gallus, §. quidam recte, colum. 28. uers. prima est conclusio, ff. de lib. & posthum. & Tirac. in §. 11. Glof. 1. nu. 12. usque ad finem, de retract. consang.

Attamen in nostro casu ratio euitandi absurdi suadet, ut talem interpretationem capiamus, cum præsertim æquitati conueniat, & sit uerè intentioni statuti consentanea.

Decimo sexto, & ultimo limita, ut statutum priuans hæreditate nuptas extra territorium, tam ex testamento, quam ab intestato non habeat locum in ea muliere, & quæ fuit hæres instituta in re certa, ratio autem huius limitationis hæc est, quia hæreditas nihil aliud est, quam & successio iuris uniuersi, l. hæreditas, ff. de reg. iur.

Sed institutus in re certa dicitur successor rei particularis, ergo non comprehenditur a statuto loquente de successore uniuersi iuris, quia non sunt pares & successor iuris, & successor rei particularis, ut ait glossa in l. quædam, §. si autem, ff. de eden.

Confirmantur supradicta hac subtili, & uerissima ratione, quia institutus hæres in re certa non est & proprie hæres, nec proprie legatarius, sed est mixte naturæ, ut ait Bartol. in l. quoties, colum. fin. uers. quid ergo dico, C. de hered. instit. & ibi sequitur Salycet. nume. 8. uers. hoc quod sit quoddam medium, col. 2. & Angel. uers. si uero talis institutus, col. 1. & Alex. num. 5. uers. & ideo concludit, col. 2. & Iason, uers. quinta, & ultima fuit, col. 5. Cum igitur institutus in re certa sit quædam tertia species mixta inter hæredem, & legatarium, manifestè sequitur, quod statutum loquens de hæredi-

tate non comprehendit institutionem rei certæ, quia regulariter mixta & species non continetur in dispositione simplicium, ut ait in terminis huius statuti Baldus in d. conf. 357. col. 1. uol. 1. ubi tradit, quod casus mixtus sub simplicibus non continetur, siue distinguatur realiter, siue per differentiam casuum, & sequitur Alciat. in d. conf. 1. nu. 5. uers. secundo dicit, vol. 2. & Rimin. senior in conf. 427. uisa facti narratione, nu. 25. uers. secundum fundamentum, vol. 3. & D. Rimin. iun. in d. conf. 23. nu. 123. uol. 1.

Rursus ad confirmationem prædictorum facit illa communis conclusio, quam latè posuit Alex. in l. quædam, §. nihil, num. 4. uers. & ista faciunt ad quæstionem, col. 2. ff. de eden. ubi dixit, quod in materia hæreditaria, & transitoria ad extraneos appellatione hæredis, vel successoris, non continetur hæres institutus in re certa, quia propriè non est hæres, ut dixi, quam opinionem latè ibi Iason exornat, colum. 1. & Iacobin. de sancto Georg. in d. l. quoties, colum. fina. uers. quid si in aliqua dispositione, C. de hered. instit. & Couarruu. in cap. 18. num. 5. uers. vnde decimo ergo, lib. 2. var. resolut. & Clar. in quæst. 38. §. emphiteosis, lib. 4. recept. senten.

Præterea in terminis nostris hanc eandem opinionem tenuit Bald. in d. conf. 357. in fine, uol. 1. ubi dixit, quod illa, quæ nupsit extra territorium cum dote materna, non dicitur nupsisse cum hæreditate materna, præsupposito, quod nihil aliud sit in hæreditate, quam dos. & mouetur hac ratione, quia mater testando de dote, non & testatur de hæreditate, sed de re certa, vel quantitate certa per textum in d. l. quoties, C. de hered. instit. de qua re dixi in octaua limitatione.

Cum igitur dos materna consistens in quantitate certa non dicatur hæreditas, sic ex testamento, siue ab intestato deferatur secundum Baldum, manifestè sequitur, quod Baldus uoluit intelligere institutionem rei particularis appellatione hæreditatis non contineri. Et quod dictum est de institutione rei certæ, idem etiam dicendum est de legato rei particularis, cum nec ipsum sit hæreditas, quæ omnia tu intelliges esse uera, quando institutio, vel legatum rei particularis non esset factum in fraudem statuti: nam si fraudem & contineret, tunc in statuti dispositione contineretur, ueluti quando totus valor hæreditatis esset a dicto legato exhaustus, prout in terminis statuti Laudæ consuluit Caphal. in consil. 191. Petrus, uolum. 2.

Quid autem è conuerso, an prohibitus facere & institutionem rei certæ, vel potius prohibitus relinquere, vel facere legatum, an censetur prohibitus facere hæredem uniuersalem.

Ista est quæstio dubia, quam in præsentiarum examinare nolo, tu interim uide Corneum in consil. 185. aliquandiu. uolum. 1. ubi notabiliter ait, quod prohibitus ex forma statuti legare uxori, non

tenetur prohibitus eam heredem uniuersalem instituere, & hanc opinionem sequitur Fulgos. in conf. 215. in primo propositæ consultationis, vers. rursus, & tertio considerandum, col. 1. & ibi Cuma. qui d. conf. se subscripsit, & Ceph. in conf. 13. plura, nu. 18. vers. & si statutum, uol. 1.

Sed contrarium tenuit Iacob. de Nigr. in Rub. ff. de leg. 1. nu. 37. & ibi Crauetta, nu. 19. uers. finis huius Rubricæ, in fine, & Alciat. in l. uerbis legis, ff. de verb. signif. vide etiam Ludouic. Aluar. in d. Rub. nu. 43. & 77. & Ripam in l. Centurio, nu. 99. uers. ex quo inferitur, ff. de vulg. & pupil. & ad quæstionem facit Iason in l. 1. nu. 25. vers. imo fortius leges, col. 5. ff. de leg. 1.

256 Item an prohibitus relinquere, uel alienare in testamento, possit relinquere, uel alienare in codicillis, & prohibitus facere testamentum possit facere codicillos, vide Iason. in d. Rub. nu. 16. uers. alibi tamen mirabiliter, col. pen. & in l. 2. num. 13. uers. querit Bartolus, col. fin. ff. de leg. 1.

Nunc ad effectus matrimonij transendum est.

ADDITIONES.

- a Matrimonio. An matrimonium possit contrahi per procuratorem. dic quod sic, & quibus uerbis uti debeat procurator, uide Alexan. in conf. 143. nume. 13. uolum. 5.
- b Textus. De intellectu illius capituli, uide Fede. in conf. 215. agit.
- c Limitatione. Vide Bursattum, hoc idem tenentem licet Riminaldum non allegauerit, nec rationibus ab Auctore allegatis utatur in consil. 427. numero 8. uolum. 4.

SUMMARIUM.

- 1 Mulier pregnantis torqueri non potest, nec post partum intra quadraginta dies purgationis.
- Mulier lactans non torquetur, & decumbens post partum in ius non potest uocari. ibid. in addit.
- 2 Fustigatio est species torturæ, & mulier pregnantis non potest fustigari.
- 3 Mulier pregnantis condemnata, non potest iustitiam.
- 4 Pregnans si fuerit in mutilatione membri condemnata, differatur executio, donec pepererit.
- 5 Filius debet nutrir de publico, quando mater eius post partum morte damnatur.
- Mater ad mortem condemnata saluatur, donec partum aluerit, si alia nutrix inueniri non potest. ibidem.
- 6 Pregnans morte non damnatur, etiam si partus est imperfectus.
- Fornicatrix grauida gaudet priuilegijs honestæ grauidæ, ibid. in additionibus.
- 7 Mulier grauida non potest cogi venire ad testificandum, ubi periculum est, ne deponat partum in itinere.
- 8 Pregnans si fuerit bannita, executio est suspendenda, donec pariat, si periculum esset in itinere.
- 9 Mulier grauida, non potest constitui in contumacia.
- 10 Iudex ad examinandum feminas, siue plebeas, siue nobiles, tenetur mittere notarium ad domum ipsarum.
- 11 Princeps potest delegare causam cum potestate trahendi mulie-

- rem personaliter ad iudicium.
- 12 Mulier grauida, an, & quando teneatur comparere ad iudicium.
- 13 Mulier grauida dicitur constituta in periculo mortis, & excommunicata à Papa potest absolui à quocumque tempore partus.
- 14 Mulier pregnantis mittitur in possessionem bonorum, & impedit extraneos heredes adire hereditatem.
- Statutum dans premium capienti lupum, an multiplicet premium, si capiatur lupa pregnantis: & an percuciens mulierem pregnantem, incidat in penam homicidij, si fecerit abortum. ibid. in addit.
- 15 Alleganti grauiditatem incumbit onus probandi, quæ probatio fit per tres obstetrices.
- 16 Heredi dicenti usufructuariam cecidisse ab usufructu, quia se pregnantis, incumbit probatio.
- Mulier interrogationi Iudicis tenetur respondere, an sit pregnantis. ibidem.
- 17 Mulieri dicenti se esse pregnantem ad penam differendam creditur.
- 18 Mulieri dicenti se esse grauidam ex Sempronio, incumbit onus probandi.
- 19 Neganti pregnancyem incumbit onus probandi, quando mulier est paritura filium defuncti, uel alium proximiorum ad succedendum.
- 20 Iudex debet esse facilis ad dandum bonorum possessionem mulieri uentris nomine.
- 21 Iudex in dubio debet in fauorem uentris pregnantis pronuntiare.
- 22 Venter mitteudus est in possessione, etiam si non sit plenus, modo manifesta non sit calumnia mulieris possessionem petentis.
- Laudes Excellentiss. Doctoris Io. Baptistæ Laderby Imolensis. ibidem.
- 23 Mulieri dicenti se pregnantem incumbit onus probandi, quando unus ex liberis negat pregnancyem.
- Partus quando debeat esse in possessione, usq; ad natiuitatem, uel usq; ad pubertatem. ibidem.
- 24 Venter quando mittendus sit in possessione, ut in ea sit usq; ad pubertatem, debet plene probari pregnancyem.
- Carboniani edicti, cuius beneficium competit, quando mouetur quæstio status, practica, quæ sit. ibidem, in additionibus.
- 25 Pregnancyem probatur iudicio obstetricum.
- 26 Pregnancyis signa, quæ sint.
- 27 Mulier pregnantis nunquid sciri possit, an paritura sit masculum, an feminam.
- 28 Partus quo tempore sit maturus.
- 29 Natus octauo mense, an faciat deficere conditionem, qua quis substituitur decedenti sine liberis.
- 30 In puero quid primum formetur in utero matris.

ARGUMENTVM.

De pregnancyem, et cui incumbat onus eam probandi. Cap. IIII.



PRIMUM matrimonij effectus est pregnancyem, de qua nunc agere oportet, cum sit materia, quæ frequenti usu in iudicijs euenire solet, & multas contineat prerogatiuas, quas pregnantibus iura nostra concesserunt. illud enim in primis notissimum est, quod mulier pregnantis torqueri non potest, ut dicitur in l. pregnantis, ff. de

ff. de poen. ubi Bartolus adnotauit, non solum non esse torquendam, quamdiu est pregnantis, sed nec etiam post partum intra quadraginta dies purgationis, intra quos mulier est debilis, & non apta ad tormenta, quæ si Iudex intulisset, diceretur excedere modum, & puniretur, quam sententiam sequutus est Bald. in l. Imperator. la 2. nume. 3. cum seq. ff. de statu hominum, ubi amplius subiungit, quod si de facto torqueretur, non ualere ipsius confessio facta in tormentis: cum enim licita non sit tortura, non ualet, quod sequitur ex ipsa, & hoc idem confirmauit Alber. in d. l. pregnantis. ff. de poen. & in d. l. Imperator, la 2. col. 1. in fine, ff. de statu hominum, & ibi Angel. nu. 2. col. 1. & Fulgo. num. 2. & Bald. in l. interpositos, nu. 9. in fine, C. de transact. & Clar. in q. 64. nu. 25. vers. quero modo, Praet. Crim. & Felyn. in c. si pro debilitate, col. 3. vers. pone aliquis est debilis, extra de off. deleg. & pulchrè Alex. in l. 2. §. sed si non propter, nu. 1. ff. si quis caut. & ibi Iacobin. de sancto Georg.

Illud autem, quod dictum est de tortura, idem quoque dicendum est de fustigatione, quæ species torturæ est, ut inquit Ange. in d. l. Imperator, la 2. nu. 2. uers. per hoc etiam credo, ff. de statu homin. & ibi Fulgos. nu. 2.

Secundo si mulier pregnantis ultimo supplicio condemnata fuerit, sententia non mandatur executioni, sed suspenditur, quoad pariat, d. l. Imperator, la 2. ff. de statu homin. & d. l. pregnantis. ff. de poen.

Quæ iuris dispositio habet quoque locum ex identitate rationis in mutilatione membri, quæ & ipsa differtur, donec partum ediderit, ut inquit Bald. in d. l. Imperator, nu. 3. uers. quero an sicut, & ibi Angel. num. 2. uers. queritur mulier grauida, & ibi Fulgos. in prin. Differt autem iste casus à precedenti, nam ibi tortura differtur post completos purgationis dies, hic autem post partum statim pena committitur, cum non requiratur in hoc corporis fortitudo, & si non potest aliter partus trahi, debet nutrir de publico, & si nutrix nullo modo posset inueniri, tunc mater saluaretur, donec partum aluisset, ut inquit Bart. in d. l. pregnantis, nu. 3. ff. de poen. & Bald. in d. l. Imperator, la 2. nu. 4. vers. sed nunc quid post partum, & ibi Angel. num. 3. uers. sed an statim, & Fulgos. nu. 2. & Alber. nu. 5. uers. ecce mulier, col. 1. & iterum Barto. in l. sed & si is, §. an autem, ff. de Carbon. edictio.

Nec solum prædicta priuilegia competunt pregnantibus quando partus est perfectus, sed etiam quando est imperfectus, & nondum animal, quia spes parturiendi non debet abscindi, nec distinguitur, an sit legitimus partus, an adulterinus, uel in carcere conceptus, cum quis magis nascatur Reipublice, quam parentibus, ut inquit Bald. in d. l. Imperator, la 2. nu. 7. uers. sed quid si partus, ff. de statu hominum, & in 2. lect. in prin.

Tertio femina pregnantis non potest cogi venire ad testificandum, si periculum est, ne deponat partum in itinere, ut inquit Bal. in d. l. Imperator, la 2. nu. 5. vers. sed nunquid mulier.

Et hoc modo intelligendum est illud, quod nimis generaliter scriptum reliquit Bald. in l. inuiti, la 1. nu. 1. vers. idem forte est in foeminis. ff. de testibus, ubi inquit foeminas & grauidas non posse fortè cogi inuitas ad testimonium ferendum, hac ratione, quia sunt ualitudinariae, ut ibi subiunxit Florian. in secundo notab.

Nam imò coguntur testificari, sed venire in iudicium non coguntur, ubi periculum est, ne itinere defatigatae noceant partui, ob quam rationem dicitur, quod si mulier fuerit bannita, non debet statim mitti in exilium, sed executio est suspendenda, donec pariat, si periculum esset in itinere, ut notat Bald. in d. l. Imperator, la 2. in prima lect. nu. 5. & in 2. lect. nu. 4. vers. queritur si alicui mulieri, ff. de statu homin. ubi ait, quod si confinia sint ita propè, ut nullum immineat periculum partui, uel ipsa mulier potest bene sufferre laborem, quia multum distat à tempore pariendi, tunc exequenda est sententia banni: si uero confinia sunt multum distantia, uel tempus pariendi est proximum, tunc differenda est executio, quod idem notauit ibi Alber. nu. 4. uers. expeditis glos. col. 1.

Quibus ad stipulatur textus in l. 2. §. si quis in iudicio, in illis uerbis, si non propter, ff. si quis caut. ubi habetur, mulierem & excusari ad comparandum personaliter in iudicio, quando est grauida, uel quando post partum decumbit, per quem textum dicit ibi Castrensis mulierem grauidam non posse constitui in contumacia, quia non tenetur personaliter comparere in iudicio, sed cum tale priuilegium sit commune omnibus mulieribus tam nobilibus, quam plebeis, quæ licet non sint grauidæ, tamen inuitæ ad iudicium personaliter trahi non possunt, sed ad eas examinandas Iudex mittet notarium ad domum ipsarum, ut dicitur in c. 2. de iud. in 6. & ibi Francus, & Anchar. Idcirco illud, quod supra fuit dictum, intelligitur habere locum, uel quando ipsa mulier à principio promiserat in iudicio sistere personaliter, uel quando Princeps delegauit causam & cum potestate trahendi ipsam mulierem personaliter ad iudicium, quibus duobus casibus trahi non poterit, quoniam est grauida, uel quando post partum decumbit tempore pregnancyem, ut notauit Alex. in d. l. 2. §. sed si non propter, in prin. ff. si quis caut. & ibi Iacobin. de sancto Georg.

Quod profecto procedit, quando mulier ita grauis erat, ut commodè comparere personaliter non poterat, uel quia longè distabat à iudicio, uel quia (ut supra dixi) erat proxima partui, propter quem non poterat venire sine periculo. cæterum si esset in principio grauiditatis, uel medio tempore, quo mulieres discurrunt per ciuitatem, tunc uidentia est distinctio, quam posuit Alexand. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, in princ. ff. si quis caut. ubi distinguit inter & Comitissam, uel iuuuculam, quæ alias nunquam fuit grauida, & pauperem, quæ fortis, & multoties grauida fuit, ut primo casu non teneatur comparere, at secundo secus, quam sententiam tenuit ibi quoque Iason, nu. 6. in sexto notab.

col. 2. vbi dicit mulierem gravidam non teneri cō parere personaliter, nisi paucis diebus esset prægna, vel nisi esset mulier rustica, quæ non obstat te graviditate portaret situlam in capite, vel alia onera, cuius meminit ibi quoq; Fulgosi in fine, licet subiungat, q̄ Doctores talem differentiam communiter non faciunt.

13 Quarto foemina prægna dicitur constituta in periculo t̄ mortis, quæ frequenter in partu contingere solet, & ideo excommunicata etiam à Papa potest à quocumq; absolui tempore partus, vt ait Abbas in c. pastoralis, §. præterea, sub num. 3. vers. conclude breuiter, col. pen. extra de officio ordin. vbi dicit hanc esse iustam causam absoluedi, & eo præsertim, quia nemini fit præiudicium, quia si mulier euadit mortem, debet post partum comparere coram superiore, & parere mandatis eius, aliàs reincident in excommunicationem.

14 Quinto mulier t̄ ventris nomine non solū mittitur in possessionem bonorum, vt habetur in l. 1. ff. de ventre in possess. mitem.

8 Verum etiam impedit, vt extranei hæredes nō possint adire hæreditatē, nec eā trāsmittere, si interim mortui fuerint, vt traditur in l. 1. §. non nunquam, & ibi glo. in verbo, exclusus, ff. si mulier vētris nomine in possess. calum. causa, & optimus textus in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred. & in pulchro casu consuluit Cagnol. in l. si quis prægna, ff. de reg. iur.

h In tot itaq; prærogatiuis, h quas foemina prægnantes habent, non minus pulchrum, quam necessarium est scire, cui incumbat onus probandi prægnationem, quæ res duas species amplectitur, vnam illius, qui pro suo interesse dicit mulierem esse gravidam, ipsa tamen contrarium asserente, alteram ipsius mulieris, quæ se prægnantem profiteretur.

15 Circa primam, iuris indubitati est, quod t̄ ei, qui dicit, non autem mulieri, quæ negat, incumbit onus probandi graviditatem, cuius probatio fiet per tres obstetrices, quæ ventrem mulieris inspiciere debent, vt probatur in l. 1. in princ. ff. de ventre inspiciendo. Pro qua re facit textus in l. cum quidam, §. quod dicitur, il 2. ff. de acq. heredit. vbi dicitur, quod si mulier negauerit se prægnantem, onus probandi illas incumbit, qui prægnationem allegāt, in cuius probatione stādū erit obstetricib.

16 Ex quo infertur, quod probatio incumbit hæredi dicenti vsufructuariam cecidisse t̄ ab vsufructu, quia castè non viuit, iuxta formam testamenti, cum sit prægnans, cogetur q; mulier interrogationi iudicis respondere, an sit prægnans, & si negauerit, aduocandæ erunt obstetrices, quæ ventrem inspiciant, arg. textus in l. 1. §. igitur princeps, ff. de ventre inspiciendo. & supra dixi in cap. 63. in prima limitatione sextæ causæ, lib. 1. vbi vide.

Circa secundam speciem, quando mulier dicit se gravidam, distinguendi sunt nonnulli casus. Primus est, quando mulier dicit se gravidam, nec de vllius præiudicio tractatur, veluti quando agitur

de p̄na, vel tortura differenda, vt supra dixi, nu. 1. tunc ipsius asserenti t̄ credendum esse opinor, tanquam testi deponenti de facto proprio, & ita potest procedere Angel. in l. illud, nu. 2. ff. si pars hæred. petat. vbi ait esse in dubio credendum mulieri dicenti se esse gravidam, hac ratione, quia de facto proprio agitur, quem sequitur ibi Fulgos. & quamuis aliqui dicant esse necessarium, vt cum asseritione mulieris aliquæ coniecturæ concurrāt, vt inquit Decius in l. si quis prægnantem, nu. 2. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol.

Attamen ego puto traditionem Angeli esse indistinctè veram, vbi de nullius præiudicio tractatur, alias secus, vt infra dicam in 3. casu.

18 Alter casus est, quando mulier dicit se gravidā ex tali, t̄ puta ex Sempronio, & tunc ipsi dicenti probatio incumbit, nec ipsius asseritioni stabitur, d. l. 1. §. si ea quæ in possessionem, ff. de ventre in possessionem mitem. vbi dicitur, quod si mulier, quæ in possessionem vult ire, negetur vxor, vel nurus esse, vel fuisse, vel ex eo prægnans non esse contendatur, de hac re fiet summaria cognitio ad exemplum Carboniani edicti, vt ibi glossa notauit.

19 Tertius casus est, quando mulier, quæ dicit se prægnantem, paritura t̄ est filium defuncti, vel aliū proximiorum ad succedendum, tunc si negetur ab extraneo hærede prætenso illam esse prægnantem, standum est asseritioni h ipsius mulieris se prægnantem dicentis, petentisq; bonorum possessionem nomine ventris, & neganti prægnationem incumbet onus probandi, l. cum quidam, §. quod dicitur, il 1. & il 2. ff. de acquir. hæred. vbi habetur, quod proximus hæres à filio posthumo, id est qui post filium posthumum, vel alium agnatum nasciturū est proximus, non potest adire hæreditatem siue ex testamento, siue ab intestato, dū mulier est prægnans, vel mulier se dixerit esse prægnantem, in talibus enim Prætor t̄ non solum debet esse facilis ad dandam bonorum possessionem mulieri vētris nomine, l. 1. §. debet enim, ff. si mulier ventris nomine in possess. calum. causa.

21 Verum etiam in dubio debet in fauorem vētris prægnantis t̄ pronunciare, vt patet in l. 1. §. sed & si incertum sit, ff. de ventre in possess. mitem. vbi habetur ventrem in possessionem mittendam fore, quādo incerti sumus de prægnatione, quoniā æquius est, vel frustra nonnunquam impendia fieri, quam denegare alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est, & in tali casu potest procedere opinio Decij dicentis, debere alias coniecturas concurrere, ut est inspectio uentris, quæ tamen cōiecturæ si dubiæ essent, staremus in dubio asseritioni ipsius mulieris, quoniam t̄ uenter mittendus est in possessionem etiam si non sit plenus, modo manifesta non sit calumnia ipsius mulieris possessionem petentis, ut dicitur in d. l. 1. §. si ea, quæ in possessionem, ff. de ventre in possess. mitem.

Et ita olim summa cum elegantia in quadam magna causa contra Comites Mirandolæ, cuius ego eram Iudex, argumentabatur Io. Baptista Laderchius

derchius Imolenfis, vir ingenio, & doctrina mirabilis, qui dum causas egit, fuit in foro omnium aduocatorum facile Princeps: cum autem publicè legalem sciētiam professus est, omnes alios nostræ ætatis professores dicendi elegantia, & ingenij acmine superauit: postea verò è gymnasijs, & è foro ad tractanda secretiora negotia sereniss. Ducis Ferrariæ euectus, ita se gessit, vt sciri non possit, an in Principis negotijs prudentior, an in foro vtilior, an in scholis melior euaserit. Quartus est casus, re-tento eodem themate, quando non extraneus, sed alius ex liberis dicit mulierem non esse prægnantem, opponendo se illi, ne ventris nomine in possessionem mittatur, & tunc mulieri dicenti se prægnantem incumbit onus probandi, nec in tali casu credetur suæ asseritioni, nisi plenè suam prægnationem probauerit, vt clare constat in d. l. 1. & prin. ff. de ventre in possess. mitem. vbi dicitur non sufficere mulieri, si prægnantem se dixerit esse, sed oportere ipsam omnimodò esse prægnantem, & ita tradit Iacob. de Arena in l. vbi cunq; in prin. ff. eo. vbi ait, quod mulier, quæ petit se mitti in possessionem, aut paritura est filium defuncti, aut agnatū, vel cognatum. Primo casu aut nullus ex liberis resistit, & tunc summaria fit cognitio, vt supra dixi per textum in d. §. si ea quæ.

Aut liberi resistunt, & tunc plenam cognitionē adhibere oportet, cum debeat esse in possessione, vsq; ad pubertatem, vt notauit ibi glof. in verbo, interdum. Secundo casu cum paritura est extraneam, tunc si alius ex agnatis, vel cognatis resistit, semiplena fiet cognitio, & hæc missio natiuitate finitur, præcedens autem vsq; ad pubertatem durat, vt iam dixi, cuius opinionem de verbo ad verbum sequitur Alber. in d. l. vbi cunq; §. interdū, in prin. ff. de ventre in possess. mitem. & ante ipsum ibi glossa, & Bart. vers. alij dicunt, in pria. & rursus Alber. in rubr. ff. eo. in fine.

24 Alij dicunt, quod quando venter est pariturus suum, si vult mitti in possessionem, vt in ea sit vsq; ad tempus pubertatis, tunc debet adhiberi plena causæ t̄ cognitio: si verò vult in ea permanere vsq; quo nascatur, tunc summaria prægnationis cognitio sufficit, & nato posthumo oportet, vt petat se mitti in possessionem ex Carboniano edicto, vt ait Bartol. in d. §. interdum, in prin. vers. ista potest esse melior.

25 Signa verò, quibus prægnatio probatur, varia sunt, & ea relinquuntur t̄ iudicio obstetricum peritarum, quibus tanquam peritis fides adhibetur, vt patet in l. cum quidam, §. quod dicitur, il 2. & ibi gl. ff. de acq. heredit. & in l. 1. ff. de vētre inspiciendo. De quibus signis videre poteris ea, quæ tradit Serapio in cap. 34. tract. 5. vbi ait signum prægnationis esse, quando mulier t̄ non menstruat in hora menstrui naturalis, & quando color mammillarū est viridis secundum colorem porri, fiuntq; tumida, ac eleuata plus solito. Item quando alba oculorum fiunt uiridia; & denigratur facies mulieris, & ipsa desiderat cibaria horribilia, de quibus etiā

26 signis latè tradit Cagnol. in d. l. si quis prægnantem, ff. de reg. iur.

signis latè tradit Cagnol. in d. l. si quis prægnantem, ff. de reg. iur.

27 Nunquid uerò cognosci possit, an t̄ mulier prægnans sit paritura masculum, uel foeminam, ita ut substitutus in defectu masculorum, possit uentre prægnante hæreditatem adire, & eam transmittere. uide Ancharanum, cuius consilium est mirabile. si uerum est, in cons. 392. & Anton. de Butr. in cons. 78. ad quintam, & Boer. in decis. 354. col. fi. & Fely. in c. 2. uers. ex quibus facit, extra de summa Trinitate, & supra dixi in cap. 47. nu. 7. lib. 1.

28 Quo uerò tempore partus t̄ sit maturus, an septimo, an octauo, an nono, an decimo, an undecimo mense, uide quæ multa tradit Censorin. in cap. 5. cum seq. de natali die, & Aulum Gell. in cap. 16. lib. 3. & Macro. de Somnio Scip. fol. mihi 16. & Docto. in l. septimo mense, ff. de statu homin. & in §. unum siquidem, Auth. de restit. & ea quæ parit in 11. mense, & plenissimè Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, suscepit liberos, num. 21. uers. sed hinc non abeundum, C. de reuocan. donat. & Castren. in l. fin. nu. 2. C. de posthum. hæredib. instit.

29 An autem natus t̄ octauo mense, qui secundū phisicos uinere non potest, faciat deficere conditionem, qua quis substituitur, si sine masculis decesserit, uide Baldum in cons. 128. ad intelligentiā, uol. 1. & latissimè Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, suscepit liberos, nu. 167. uers. eam tamē multis modis, C. de reuoc. donat. & Boer. in deci. 220.

30 Quid uerò primū in t̄ infante formetur, & quo pacto in utero matris alatur, uaria fuit apud Phisicos opinio. Circa primum alij putauerunt, cor ante omnia increfcere, quod hominis uitam maximè contineat, cuius opinionis fuit Aristoteles, alij caput, in quo est principale cerebrum, quæ opinio fuit Hipponis. Sunt qui putant aluum cum capite prius formari, inter quos est Democritus: Alij cerebrum, unde omnes sunt sensus: quam sententiā sequitur Anaxagoras, Sed Diogenes Appolloniatas existimauit ex humore primum carnem fieri, tum ex carne neruos, & ossa, & ceteras partes enasci. At Stoici unā totum infantem figurari dixerunt, ut unā nascatur, alaturq;. Sed quemadmodū infans in utero matris alatur, duplex opinio est. Anaxagoræ enim, cæterisq; compluribus per um bilicum cibus administrari uidetur, & Diogenes, & Hippon existimauerunt, esse in aluo prominēs quiddam, quod infans ore apprehendat, ex eoque alimentum ita trahat, ut trahit lac ex matris uberibus, quando editus est, de qua re uidebis Censorinum in cap. 4. de natali die, & Alber. in l. qui in utero, num. 11. uers. ideo si quis de ista materia, ff. de statu homin.

A D D I T I O N E S.

- a Prægna. Nec mulier lactans torquetur, Clar. in ques. 64. nu. 25. Pract. crim.
- b Purgationis. Mulieres decumbentes post partum non possunt in ius uocari, Bal. in l. 2. §. si quis in iudicio, in 6. notab. ff. si quis caut.

- d** **Condemnata.** Stante statuto, ut banniti possint impunè occidi, nunquid mulier bannita pregnans poterit impunè occidi, vide Bald. & Fulgo. in l. imperator Adria nus, ff. de statu homin.
- d** **In carcere.** Contrarium tenuit Bald. in l. 2. in fi. ff. de excusat. tutor. quem tamen reprobatur Additionator ad Bart. in l. pragnatis, ff. de pen. & quod gruida propter fornicationem gaudeat privilegij gruidæ, facit Bart. in l. 2. §. si non propter, ff. si quis caut. Vbi Castrenf. & Angel. & Fulgo.
- e** **Contumacia.** Idem tenuit Albe. licet non comparuerit, nec miserit procuratorem, in l. 2. §. si quis in iudicio, sub num. 3. vers. sed querit Vbertus, ff. si quis caut.
- f** **Mulieribus.** Id est exceptis mulieribus inhonestis, item exceptis causis criminalibus, ut ait Franc. in cap. 3. in prin. ad l. 2. de iud. in 6.
- g** **Extranei.** Fallit quando extraneus esset in testamento pro parte hæres institutus, nam tunc potest adire. l. il. lud. ff. si pars hæred. petat. & ibi Docto.
- h** **Prærogatiuis.** An statutum dans præmium capienti lupum multiplicer præmium capienti lupam prægnantem. & an percuciens pede mulierem prægnantem, ita quod abortum faciat, incidat in pœnam homicidij: vide Alber. in l. qui in utero, ff. de statu homin.
- i** **Angelus.** Hunc simpliciter sequitur Afflic. in decis. 236. num. 4.
- k** **Affertioni.** Modo dicat hoc intra tres, uel quatuor menses à morte mariti, aliàs ei non crederetur, quia per quatuor menses non potest esse periculum perturbationis sanguinis, ut inquit Bal. in l. decreto, in fi. C. ex quib. causis.
- l** **Ventris.** De utero non nato, uide quæ dicat Tiraq. in l. si inquam, in uerbo, suscepit liberos, nu. 123. uers. ego uero, C. de reuoc. donat.
- m** **Carboniano.** Quod beneficium competit, quando mouetur quæstio status, cuius edicti practicam ponit Barto. in l. Carbonianum, §. duæ autem causæ, ff. de Carbo. edicto.
- n** **Ostauo.** An idem iuris sit, si nascatur in sexto mense? uide Boer. in decis. 220. & Iason. in l. quod dicitur, nu. 11. uers. tertio intellige, col. fin. ff. de lib. & posthum. & ibi Alex. num. 7. col. fin.

- Argumentum ualeat de uxore ad concubinam. ibidem.*
- 10 *In successione naturalium attenditur iuris civilis dispositio.*
 - 11 *Natus ex soluto, & soluta non retenta in schemate concubinae, an legitimetur per subsequens matrimonium.*
 - 12 *Concubinatus magis reprobat a iure canonico tanquam peccatum diuturnum, quam simplex fornicatio, quæ peccatum est momentaneum.*
 - 13 *Manzeres procreantur ex coitu non permisso.*
 - 14 *Nothi, qui sint.*
 - 15 *Spurius proprie, quis sit.*
 - 16 *Spurietatis qualitas, an sit exprimenda in legitimatione.*
 - 17 *Spurius unde dicatur.*
 - 18 *Filiorum, secundum alios, septem species constituuntur.*
 - 19 *Filiorum quatuor species alij constituerunt.*
 - 20 *Natus ex coniugato, & soluta, an dicatur natus ex coitu punibili de iure civili.*

ARGUMENTVM.

De iure filiorum. Cap. V.

SECUNDVS effectus matrimonij sunt filij. Ideo ut ordinatim progrediamur, de illis est videndum, quorum iura ut euidentiùs enarrentur, filiorum diuisionem prius explicabo, sub qua compræhendentur generaliter omnes filij, id est tam nati ex matrimonio, quam qui sine matrimonio, id est ex concubitu nascuntur. Summa itaq. diuisio de iure filiorum hæc est, quod alij sunt naturales, & legitimi, quales sunt ex legitimo matrimonio procreati, alij naturales tantum, ut sunt nati ex concubina, alij legitimi tantum, ut adoptiui, alij nec naturales, nec legitimi ex iuris præsumptione, ut incestuosi, & illicitè nati, de quibus habetur in Auth. quib. mod. natur. ef. sic. sui. §. fin. Vbi dicitur, illum, qui ex complexib. aut nefarijs, aut incestis, aut damnatis processerit, non esse dignum, ut naturalis nominetur, neq. alèdum esse à parentibus, neq. habere quoddam ad illam legem participium, quorum quatuor genera filiorum tradit glos. in §. 1. Instit. de adopt. & glos. in c. fin. 32. q. 4.

Quibus alias duas filiorum species adiecit Baldus, qui primam glossam sequitur in l. si qua illustris, in prin. C. ad Orficiam. Vbi dixit, quosdam esse legitimatos per gratiam, & naturales per naturam, ut bastardi legitimati per Principem, alios esse legitimatos per gratiam, & spurios per naturam, ut sunt adulterini, & similes à Principe solènter legitimati.

Sed Ioannes Faber latius distinxit secundum genus naturalium in d. §. 1. Instit. de adop. Vbi dicit, quod alij sunt per naturam, ut nati ex soluto, & soluta, alij Manzeres nati ex scorto, alij spurij nati ex professo, & professa, & alij adulterini, quales sunt nati ex adulterio, & allegat textum singularem in c. nisi cum pridem. §. præsentem, extra de renuntiat. Vbi distinguitur inter Nothos, & Manzeres, naturales, & spurios, ibiq. glossa interpretatur Manzerem natum de scorto; & spurium de concubina, & nothum de adulterio, & naturalem de illa concubina, quæ vnica tenetur domi loco uxoris, cuius

cuius Fabri traditionem indistincte sequitur Aretin. in d. §. 1. & ibi Nicasius, nu. 4. Instit. de adop. Verum in hoc articulo filiorum naturalium aliter distinxit Lucas de Penna, in l. si cohortalis, nu. 3. vers. ut autem in hoc plenius, C. de cohortalib. lib. 12. Vbi dixit, triplex esse genus filiorum illegitimorum. Primi sunt naturales tantum, ex libera concubina progeniti, cuius concubitus licet de iure canonico non sit licitus, ut inquit Bartol. in l. 2. ff. de concub.

Attamen de iure ciuili permittitur, ut constat in l. 1. & notat glos. in l. 3. ff. co. In quibus filijs plures qualitates requiruntur. Prima est, ut sint nati per talis mulierem, cum qua matrimonium esse possit, §. ad hoc autem, Auth. ut liceat matri, & auia.

Secunda est, ut sint nati ex ea muliere, quæ possit esse concubina, uel ex eo viro, qui possit habere concubinam. ex quo inferitur, quod licet Pinzocola tertij Ordinis Sancti Francisci possit contrahere matrimonium, tamen non potest esse concubina, & per consequens natus ex eius concubitu non erit naturalis, sed spurius, & idem iuris est in Clerico in minoribus ordinibus constituto, qui licet possit uxorem ducere, non tamen potest concubinam habere, & natus ex eius concubina spurius erit, non autem naturalis, ut inquit Bald. in l. parentes, in prin. ff. de in ius vocan.

Et per consequens tales filij, cum non sint naturales, non succedent in duabus vncijs, ut dixit Nicolaus de Vbaldis de success. ab intest. in prin. nu. 36. vers. sed incidenter quæro, in fine.

Sed an tales legitimabantur per subsequens matrimonium, vide Bartol. in l. 2. nu. 5. vers. & per hoc determinat, ff. de concubin. ubi loquitur in Clerico in minoribus constituto, & tenet quod sic, ubi beneficium non habebat, & idem tenuit Nicolaus, nu. 60. vers. sed salua pace, in loco ut supra citato, & ante ipsum idem tenuit Bald. in c. 1. §. naturales, nu. 9. vers. quæro an natus, si de feudo fuerit controuersia, & ibidem Afflic. in quinto, & ultimo notab. licet ibi contrarium voluerit Aluarotus, nu. 9. vers. quæro an natus, & omnino vide Alex. de Neuo in c. tanta, num. 26. vers. secundo quæro, extra qui filij sint legit.

Tertia qualitas est, ut concubina sit vnica. Quarta est, ut sit retenta domi in schemate concubinae, §. si quis autem defunctus, & §. si vero effusa, Auth. quib. mod. natur. efficiunt. sui, & prædicta omnia excepta secunda qualitate, notat Spec. in §. 1. nu. 17. vers. & nota tria, de success. ab intest.

Quid autem sit retinere mulierem in schemate concubinitus, notat Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus, nu. 4. vers. naturales dicuntur. ff. ad Treb. Vbi dicit, schema concubinitus nihil aliud esse, quam retinere concubinam in eadem mensa, & in eodem lecto, ac si esset uxor, & non ut fantifella, & pedissequa, propter quod infert ex mente Baldi, quod legitimatus tanquam naturalis, cum sit natus ex fantifella, legitimatio non ualet, quia proprie non est naturalis, sed spurius, quod dictum

tamen non videtur verum per ea, quæ notat Abb. in c. tanta, nu. 12. vers. quidam sunt filij, & in c. per venerabilem, nu. 31. vers. in glos. in verbo, non naturalibus, extra qui filij sint legitimi. Vbi dicit, omnes natos ex coitu illicito, & incestuoso, largo modo posse appellari naturales, & sequitur Crau. in conf. 166. licet plurimi, nu. 8. vers. sed ad istud respondeo, ubi dicit talem esse cõem vsu loquendi, & in specie Couarr. in contrarium transiit, in cap. 8. §. 4. nu. 3. sub vers. vice tamen Pontificum, in 2. parte lect. de matrimon.

Sed Lucas de Penna, de quo Ripa non est recordeatus, elegantius hoc schema concubinitus declarauit in d. l. si cohortalis, nu. 7. vers. circa primum genus. Vbi dicit in hoc schemate concubinae mulierem retineri, quando in domum viri ducta fuit publicè, sicut uxor, licet non eadem solemnitate. Item quando mulier est ingenua, & alias honestæ vitæ, & ab initio vir eam destinat in vsu concubinae, & hoc manifestè protestatur, quoniam animi destinatio, & protestatio facit mulierem concubinam, si ab initio facta fuit, ut textus est, & ibi notat glos. in l. 3. ff. de concub. cum l. seq. de qua protestatione idem tenuit Bald. in l. tanquam, nu. 35. vers. denuo dubitatur. C. de fideicom. & Illustriss. Palleot. in cap. 12. nu. 2. de Nothis spurij; filijs.

Item quando ducitur, & retinetur eo animo, ut ex ea liberos suscipiat, & tractatur, & diligitur, ut uxor, quoniam inter talem per concubinam, & uxorem nihil interest, nisi in solemnitate, & dignitate, l. item legato, §. parui. ff. de leg. 3.

Et præter dignitatem uxorem, & dignitatem matrimonij quæcunq. in uxore statuuntur, etiam in concubitu intelliguntur, & de uxore ad concubinam ualet argumentum, l. si uxor. §. si quis uxorem, ff. ad l. l. uxor. & d. §. si uero effusa.

Illud tamen non est omittendum, quod prædicta omnia sunt uera, ubi agitur de iure succedendi, quoniam in naturalibus per filijs attenditur iuris ciuilis stricta dispositio, ut notat Abb. in c. innotuit, nu. 18. uers. si autem matrimonij, extra de elec.

Quod quidem procedit etiam de iure canonico, ut scilicet in successione naturalium, quæ sunt in duabus vncijs, non extantibus legitimis, aut coniuge legitima, iuris ciuilis dispositio attendatur, ut uoluit idem Abb. in c. tanta, nu. 12. uers. quidam sunt filij, extra qui filij sint legitimi, & Nicolaus de Vbaldis de success. ab intest. in prin. nu. 36. uers. sed incidenter quæro, in prima par.

At secus est, ubi agitur de fauore matrimonij, & legitimationis, quia tunc non attenditur stricta dispositio concubinitus à iure ciuili introducta, ut notat Abb. in d. c. innotuit, num. 18. ubi scripsit natum ex soluto, & soluta non retenta in schemate concubinae per subsequens matrimonium non aliter legitimari, ac si natus esset ex uero, & proprio concubitu, c. tanta est, extra qui filij sint legitimi.

Et licet contrarium inspecto iure ciuili dixerit Bartol. in l. fin. ff. de concub.

Attamen

S Y M M A R I V M.

- 1 *Filiorum summa diuisio, quæ sit.*
- 2 *Natus ex coitu nefario non est dignus, ut filius naturalis appelletur. ibidem.*
- 3 *Naturales filij dicuntur, qui sunt nati ex soluto, & soluta.*
- 4 *Manzeres filij, qui dicuntur. ibid.*
- 5 *Filiorum triplex est genus secundum quosdam.*
- 6 *Concubinatus de iure ciuili permittitur. ibidem.*
- 7 *Naturales filij, qui proprie dicuntur.*
- 8 *Pinzocola tertij Ordinis Sancti Francisci, non potest esse concubina, & natus ex ipsius concubitu non dicitur filius naturalis. ibidem.*
- 9 *Filij nati ex concubitu Clerici in minoribus constituti, an legitimantur per subsequens matrimonium.*
- 10 *Concubina debet esse vnica, & retenta in schemate concubinae.*
- 11 *Schema concubinitus, quid sit.*
- 12 *Naturales filij largo modo dicuntur omnes nati ex coitu illicito. ibidem.*
- 13 *Destinatio animi, & protestatio facit mulierem concubinam. ibidem.*
- 14 *Inter concubinam ueram, & uxorem, nihil interest, nisi in solemnitate, & dignitate.*

Attamen ipsius sententia de iure canonico procedere non potest, & rursus idem animadvertit **Abb. in d. c. tanta, sub nu. 14. vers. quero nunquid, vbi inter alia dicit, quod in legitimatione, quæ fit per subsequens matrimonium, non debemus attendere concubinatum, qui magis reprobat a iure canonico tanquam peccatum diuturnum, & continuum, quam simplex fornicatio, quæ peccatum est momentaneum, & sequitur Nicolaus ab Vbal. in prima par. nu. 58. sub vers. restat sexta species, de success. vbi refert doctrinam Butrij dicentis, & ex quocunq; coitu natus legitimatur per subsequens matrimonium, dummodo tempore coitus potuisset esse matrimonium inter coeuntes, si consensu adfuisse, quod idem tenuit Couarr. in d. c. 8. §. 4. nu. 3. vers. iure tamen pontificum, in 2. par. lect. de matrimon. & sponsalib. & videbis, quæ dixi in cap. 15. in fi. inf. eo.**

Secunda species filiorum illegitimorum sunt illi, qui nascuntur extra concubinatum, & extra crimen adulterij, & incestus, & tales appellantur **Mãzeres, qui procreantur ex coitu non permisso, puta uirginis, & uiduæ, cum quibus coitur sine protestatione concubinatus, aut generantur ex meretrice, cuius turpitudine publice venalis est, ut ait Lucas in d. l. si cohortalis. C. de cohortalib. lib. 12. & notat glos. in d. c. nisi cum pridem, §. personæ, extra de renunciat.**

Quod profectò procedit iuxta latam significationem istius verbi, at propriè, & strictè Manzeres appellantur illi, qui nati sunt ex his, qui iure canonico matrimonium contrahere prohibentur, ut ait Couarr. in cap. 8. §. 5. nu. 2. vers. sic etiam Manzeres, in 2. par. lect. de matrimon.

Tertia species secundum præfatum Lucam de Penna est eorum, qui nascuntur ex adulterio, vel incestu, & appellantur **† Nothi, aut nascuntur ex professo, & professa, vel ex his, quibus nubere non licet, & appellantur spurij.**

Sed circa Nothos aduertendum est, quod ex lata significatione omnes adulterini, vel incestuosi possunt appellari Nothi, iuxta græcam dictionem, & notat etiam glos. in d. c. nisi cum pridem, §. persona, extra de renunciat.

At strictè secundum nostros iurisconsultos Nothi dicuntur hi, qui nati sunt ex scortis, & meretricibus, quarum coitus à lege nullam pœnam habet, & hoc sentit Alciat. in cap. 5. lib. 4. parerg. & Couaruu. in d. §. 4. nu. 6. vers. Nothi autem, vbi dicit hanc esse differentiam inter Nothos, & naturales, ut Nothi nati sint ex matre non ita domiciustodita, ut sunt nati naturales, & hæc est melior expositio, quam Ripæ in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 5. vers. sed tu clarius, & breuius, ff. ad Treb. vbi dicit Nothos esse à uirgine, vel vidua natos, & à nota idest infamia dictos, quasi quod ortus eorum maiorem præstet infamiam matribus, quam ortus aliorum, vel ut ipse putat, Nothi dicuntur expositi, qui patris, & matris notitiam non habent, per antiphrasim nothi appellati, quæ considerationes

sunt indignæ tanto viro, cum pueriles sint: non enim potest Nothus deriuare à nota, cum aspiratus sit, & minus à notitia, quæ priorem syllabam habet longam, & Nothus habet breuem, iuxta illud Phædræ Ouidianæ.

Cur, nisi me capres regna paterna Nothus?

Item quod attinet ad spurios, rursus sciendum est, quod spurij proprie dicitur is, qui natus est ex parentibus, qui coniugium contrahere non poterant tempore conceptionis, nec tempore natiuitatis, ut colligitur ex §. si aduersus ea, Institut. de nupt. & in l. vulgo concepti, ff. de statu homin. vbi dicitur eos esse spurios, aut qui parentes incertos habent, aut eos habent, quos habere non licet. Ex larga tamen significatione aliquando spurium dicitur omnem natum ex coitu non approbato à lege, seu quod à lege nomen non assumit, ut natus ex coitu adulterino, vel meretricali, vel ex concubina non retenta in schemate concubinatus, ut ait Bartol. in l. fin. in prin. ff. de his quib. ut indign. & Ripa, in d. §. si quis rogatus, nu. 3. vers. quidam spurij. Vbi infert, quod stante hac lata significatione spurij in impetranda legitimatione non sufficit exprimere spurietatem in genere, sed opus est, ut qualitas spurietatis in specie exprimat, in qua re contrarium tenuit Decius in conf. 55. pro tenui facultate mea, nu. 4. ver. nam quando legitimatur, & interim vide omnino Bald. in d. c. 1. §. naturales, in prin. si de feudo fuerit controuers. & ibi Afflict. in 2. notab. nu. 63. vers. sed pulchrum est scire, & Felyn. in c. postulasti, nu. 2. vers. ceterum, ut de isto dicto, col. 3. extra de rescript.

Vnde autem spurius appelletur, tradit Iustinianus in d. §. si aduersus ea, Institut. de nupt. & Modestinus in d. l. vulgo concepti, ff. de statu homin. vbi habemus, spurios **† solere à græca uoce appellari παρα την σπόραν, uel à græca dictione σποραδων, quæ significat passim, uulgo, & sparsim, hinc Sporades Insulæ dicuntur, quod in mari sparsæ sint, quasi palantas, ut inquit Alciat. in lib. 1. prætermisso. in uerbo spurius.**

Retulit tamen Plutarchus, quod Sabini uxoris pudenda sporion appellabant, & inde spurium appellatum, & aliis magis arridet, quod spurius fuerit proprium nomen apud Romanos, quod scribatur tantum primis literis. S. P. sed quoniam illi, qui sine patre erant, quales dicimus esse spurios, pariter eisdem duabus literis scribebantur S. P. idest sine patre, inde factum est, ut uulgo absq; certo patre concepti, spurij appellarentur, ut ait Couarr. in d. cap. 8. §. 5. in prin. & Cotta in uerbo spurius, lib. memor.

Sed illud amplius sciendum est, quod Nicolaus de Vbaldis in d. tract. de success. ab intesta. in prin. septem **† species filiorum constituit. Quarum prima est naturalium, & legitimorum, secunda naturalium duntaxat, tertia spuriorum, idest eorum, qui non sunt nati ex damnato, nec approbato coitu, ut nati ex meretricibus, aut uulgo quæsi ex fancillestris.**

Quarta species est filiorum natorum ex damnato coitu, ut sunt adulterini, incestuosi, & similes alij odibiles filij. Quinta est legitimorum tantum, ut sunt adoptiui, & arrogati. Sexta est legitimorum. Septima est filiorum spiritualium, quas seposuit Porcius in §. 1. Institut. de adopt.

Mihi uero magis placet breuior diuisio Ripæ, quæ congruit etiam glossæ in d. §. 1. Institut. de adopt. Ripa igitur dixit quatuor esse species filiorum. Quidam enim sunt naturales, & legitimi. Quidam legitimi, quorum alij ciuiles, ut adoptiui, alij spirituales, ut leuati de sacro fonte. Quidam naturales tantum, ut nati ex concubina qualificata in proprio schemate. Quidam nec naturales, nec legitimi inspecta dispositione iuris, & hi sunt nati ex damnato coitu, quorum alij dicuntur manzeres, alij spurij, alij incestuosi, & alij nothi, quam distinctionem expressit in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 5. vers. sed tu clarius, & breuius. ff. ad Trebell.

Illud tamen non est omittendum, nonnullos uoluisse, ut natus **† ex coniugato, & soluta non dicitur natus ex coitu damnato, & punibili de iure ciuili, ut ait Castrenf. in conf. 34. super primo dubio, nu. 4. uers. quarto principaliter, col. 3. uol. 2. & multos refert Decius in conf. 311. in casu proposito, in prin.**

Sed in contrarium uide Crau. in conf. 166. licet plurimi, in prin. uol. 1.

His igitur ita libatis pro cognitione uocabulorum, nunc circa supradictos filios inspiciendum erit de his, quæ ad materiam probationum necessaria erunt, prout in sequentibus capitulis erit uidere.

ADDITIONES.

- a Naturales. An uero sit differentia inter bastardos, & hos naturales, uide Nicol. de Vbaldis in trac. de success. ab intest. nu. 7. sub vers. prima igitur species, & Porciū in §. 1. num. 12. Institut. de adopt. vbi proprie bastardos, uult esse uulgo conceptos, cuius etymologiam uide, an tibi arideat.
- b Ciuili. Contrarium tenuit Cynus in l. & si cōtra. quæst. 3. C. de nuptijs, de quo dixi in cap. 10. infra eo.

S V M M A R I V M.

- 1 Alleganti filiationem incumbit onus probandi.
- 2 Dicens se esse filium alicuius debet probare.
- 3 Dicens se habere filios probat.
- 4 Affertenti talem esse filium alterius incumbit onus probandi. Mulieri dicenti se esse matrem filij incumbit onus probandi. ibidem.
- 5 Petens hereditatem tanquam filius, debet se filium probare.
- 6 Filiatio est probanda tam ab actore, quam a reo excipiente, rem ad se pertinere tanquam filium.
- 7 Dicens se filium legitimum, uel naturalem, uel spurium debet probare.
- 8 Qui uult admitti, ut talis, debet se talem probare.
- 9 Pendente lite filiationis inter duos parentes, si uterq; moriatur, filius non succedet nisi ei, cuius se filium probauerit. Quando non potest sciri, an ex primo, an ex secundo marito

- puer sit natus, non admittitur ad hereditatem alicuius. ibidem.
- 10 Filius existens in quasi possessione filiationis non probat filium.
- Ius filiationis nullo tempore prescribitur. ibid.
- 11 Contrahens cum aliquo tanquam prelato admittitur ad probandum eum non esse Prelatum.
- 12 Filiationis quasi possessio sufficit in preparatorijs iudicijs ad transferendum onus probandi in aduersarium. Mulier uolens accusare occisores filij, debet probare se matrem. ibidem.
- 13 In iudicio familie exciscunde si quis negetur hères, sufficit probare, se possidere pro herede in preparatorijs iudicijs.
- 14 Filiationis quasi possessio sufficit in iudicijs summarijs.
- 15 Causa alimentorum, & causa Carbonarie possessionis est summaria.
- 16 Causa summaria, quæ facit plenum preiudicium, requirit plenam probationem, licet dilationes dentur breuiores. Causa summaria, quæ modicum preiudicium parit, ut in actione ad exhibendam, contenta est probatione iuramentali. ibidem.
- 17 Filiationis quasi possessio non sufficit in decisorijs. uide infra, num. 20.
- 18 Filiatio deducta in iudicio incidenter probatur per quasi possessionem filiationis, secus si deducatur principaliter.
- 19 Pater uendicans filium, aut filius agens contra patrem, ut promittitur, uel pater, uel filius, debet uterq; plenas probationes facere.
- 20 Filiationis quasi possessio sufficit in decisorijs. uide supra, num. 17.
- 21 Quasi possessio iuris personalis, & quasi possessio iuris realis differunt.
- 22 Quasi possessio filiationis in decisorijs sufficit, quando alia adimnicula concurrunt.
- 23 Proponens se uelle probare filiationis proprietatem, si probauerit quasi possessionem, an obtinebit. Iudex uidens actorem quasi possessionem filiationis probasse, potest iungere onus probandi contrarium aduersario. ibid.
- 24 Filiationis proprietatem probatur, quando probatur matrimonium fuisse contractum inter tales, & ex illis uiuentibus in figura matrimonij fuisse natum Titium uicinis scientibus.
- 25 Probatio filiationis admittitur, si est probabilis, cum necessaria non possit haberi.
- 26 Filiationis proprietatem præuolat, quasi possessioni filiationis.
- 27 Filiationis proprietatem probatur ex confessione patris.
- 28 Filiationis proprietatem probatur ex loci coarctatione.
- 29 Filiationis quasi possessio probatur tractatu, fama, & nominatione.
- 30 Filiationis quasi possessio prodest posthumo aduersus eos, qui ipsum tractauerunt, ut filium defuncti.
- 31 Filiationis quasi possessio nata ex cōi opinione uulgi sufficit.
- 32 Nominatus filius à patre non semel, sed pluries censetur esse filius. Nominatio unius parentis, an sufficiat. ibidem in Addi.
- 33 Quasi possessio filiationis, an acquiratur ex tractatione sola. Filiatio, & descendentia, an probetur per testamenta, an per alia instrumenta. ibidem.

ARGUMENTVM.

Cui incumbit onus probandi filiationem. Cap. VI.



ordinatius progrediamur à primo initio filiorum, idest à natiuitate exordiar, totamq; hominis uitam amplectendo, quæ magis necessaria occurrent, usq; ad eius mortem

1 mortem sedulo tractabo. Hæc igitur erit prima conclusio, ut ei qui allegat filiationem, incumbat onus probandi, siue alleget eam principaliter, siue incidenter, ut notat Alber. in l. i. nu. 3. uers. dicit etiam, quod filiationem, col. i. ff. de probat. & ibi Bald. in secunda lect. nu. 2. uers. secundo nota.

2 Quod quidem habet locum non solum respectu illius, qui dicit se filium esse, quæ res ab ipso probanda est, per textum in d. l. i. ff. de probat. & in l. fin. C. de alend. liber. & in l. i. §. si mulier se prægnantem, & ibi glos. in uerbo, ei quod editur, & in §. idem per contrarium, ff. de liber. agnoscen. & in l. i. C. quorum bonorum, & notat Bald. in conf. 188. mortuo filio, nu. i. uol. 3. & Fulgos. in d. l. i. in prin. ff. de probat. & Iason in conf. 102. in casu prædicto, nu. 4. uers. nam qui petit, uol. 4. & Angel. in l. liberorum, nu. 2. uers. finaliter conclude, ff. de his qui notant. infam. & ibi optime Castrens. sub nu. 5. uers. breuiter uidetur, & Abb. in c. peruenit, sub nu. 4. uers. & ut habeas, col. fin. extra qui filij sint legit. & Anton. de Butr. in c. transmissæ, col. fi. extra eo. & Iason in l. neq; possessio, nu. 3. uers. illud etiam multum nota, C. de testam. & Decius in cõfil. 54. in prin. & in conf. 321. in causa, num. 2. & in conf. 471. iuridicam, in prin. & in conf. 576. pro resolutione, nu. 10. uers. & cum dictus Philippus, col. pen. & Rolan. in conf. 3. nu. 43. uers. & ista opinio probatur, & in conf. 62. perspectis, nu. 13. uol. 1. & Socin. iun. in conf. 86. disputatur, nu. 34. uers. uerum tamen his non obstantibus, uol. 2. & Natta in conf. 473. quædam, sub nu. 1. uers. non est tamen negandum, uol. 2. & Bursat. in conf. 88. nobilis, nu. 5. uol. 1. & Mascard. in conclus. 786. lib. 2. de probat. & Bero. in conf. 20. uisa, num. 24. uers. postremo, uol. 2.

3 Verum etiam procedit respectu illius, uel qui dicit se filios habere, ut probatur in d. l. i. & ibi glos. ff. de probat. & in l. non ignorat. C. de his, qui accus. non possunt, & ibi Bald. num. 3. & Alber. in prin. & Angel. in fi.

4 Vel qui dicit talem, ut puta Titium esse filium alterius, nam & hoc ipsum à dicente probandum est, ut patet in l. si competenti, C. de alen. liber. ubi habetur, quod onus probandi incumbit mulieri dicenti filium suum esse natum ex Claudio, pro quo facit, quod notat Bald. in d. l. non ignorat, nu. 3. uers. nota tamen, C. de his, qui accus. non possunt, ubi ait quendam esse qualitatem, quæ inest singulis generum, ut esse matrem filij, & ea non præsumitur, nisi probetur, de qua re notabilis est textus in c. Michael, extra de filiis præbyter.

5 Ex quo inferitur, quod qui petit hæreditatē tanquam filius, debet se filium esse probare, ut notat Angel. in l. liberorum, nu. 2. uers. finaliter conclude, ff. de his, qui not. infam. ubi ait, quod si is, qui non possidet, petit hæreditatem, ut filius, debet probare se filium, ex quo filius negatur, nam filiatio est causa, & fundamentum suæ intentionis, & idem notauit Fulgos. in d. l. i. in prin. ff. de probat. & Castrens. in d. l. liberorum, num. 5. & Iason in d. conf.

102. nu. 4. uol. 4. & Bald. in d. conf. 188. nu. i. uol. 3. & iterum Fulgos. in l. quidam quasi, nu. 2. uers. sed unum attendite, ff. de probat. cum ceteris quos supra citauit, nu. 2.

6 Quæ res profecto procedit, siue quis agat tanquam filius, ut uidimus, siue conueniatur, cum sit in possessione, & excipiat rem ad se pertinere, quia filius est, quoniam huiusmodi exceptio ab ipso probanda est, quando intentio actoris est fundata in casu, quod non esset filius, ut egregie declarat Castrens. in d. l. liberorum, nu. 5. uers. breuiter uidetur, ff. de his, qui notant. infam. & ibi ante ipsum Angelus, nu. 2. & Iason in d. l. neq; possessio, nu. 3. C. de testam. & Natta in d. conf. 473. sub num. 11. uers. non est tamen negandum, uol. 2. & Bursat. in d. conf. 88. nu. 5. uol. 1. & Mascard. in d. concl. 786. nu. 2. lib. 2. de probat. & Anton. de Butr. in d. cap. transmissæ, num. 1. uers. oportet ergo, in fi. extra, qui filij sint legitimi, & dixi in cap. 15. num. 58. & nu. 71. uers. ceterum si actor, infra eod.

7 Rursum procedit siue quis se filium esse legitimum appellet, ut notat Ceph. in conf. 593. consultatio, nu. 13. uers. præsertim cum Augusta, uol. 4. & Roland. in d. conf. 3. num. 43. uol. 1. & Ceph. in conf. 82. hæreditas, nu. 8. uol. 1. & infra dicitur in cap. 15. siue naturalem, uel spurium se dicat, ut concludit Iason in d. conf. 102. nu. 4. uers. sed præmissis non obstantibus, uol. 4. & Natta in d. cõfil. 473. num. 39. uers. postremo dubitatum fuit, uol. 2. De qua materia uide, quæ dixi in cap. 16. inf. eod.

8 Illud enim generale, ac perpetuum est, ut quicumq; uult se admitti, uel petit aliquid ut talis, debet se talem docere, aliàs succumbit, ut notat Bal. in l. eum, qui duas, nu. 3. uers. & nota, quod qui petit, C. ad l. Iul. de adult. & Salycet. & Butrigar. in l. non ignorat, in summario. C. qui accus. non possunt, & Iason in d. conf. 102. nu. 4. uol. 4. & Decius in d. conf. 54. sub nu. 2. & Marsil. in §. diligenter, nu. 171. uers. pro quibus facit, Pract. crim. & Roland. in conf. 65. perspectis, nu. 12. uol. 1. & Angel. in d. l. non ignorat, in prin. & Paris. in conf. 115. Ioannes, nu. 2. uol. 4.

9 Secundo inferitur, ut pendente lite filiationis inter duos parentes, si uterq; parens moriatur, nõ poterit filius esse succedere nisi ei, cuius se filium probauerit: licet enim quæstio filiationis extincta sit, quo ad personas propter mortem, tamen adhuc uiua remanet, quo ad bona, ut notat Bald. in c. afferte, nu. 2. uers. nota, quod dixi, extra de præsumpt. Quod ipsum pariter notauit Angel. in d. l. liberorum, num. 2. ff. de his, qui notant. infam. ubi ait, quod quando nõ potest sciri, an ex primo, an ex secundo marito puer sit natus, non inuitatur ad hæreditatem alicuius, quod idem sequitur ibi Castrens. nu. 5. uers. breuiter uidetur, & Albericus qui loquitur in alia quæst. in l. si uicinis, in fine. C. de nupt.

10 Hæc tamen conclusio limitatur, ut non procedat, quando filius est in quasi possessione filiationis, nam tunc transfertur onus probandi in aduersarium negantem ipsum esse filium, ut probatur in

11 tur in l. quidam quasi, ff. de probat. & ibi Fulgos. & Alberi. & Florian. & Salycet. in prin. & Bald. in l. circa eum, in prin. ff. de prob. & Iacobin. de sancto Georg. in d. l. quidam quasi, in prin. & glos. in cap. Michael. extra de filiis præbyt. & Bart. in l. i. §. idem per contrarium, in fine, ff. de liber. agnoscen. & in l. i. §. ad quæstionem, in fine, ff. de quæst. & in l. nõ nudis, C. de probat. & optimè Alexan. in conf. 51. uisio, nu. 2. uol. 1.

12 Quæ res intelligitur esse vera, quando circa filiationem sumus in dubio, sed si constaret illum talē non fuisse filium, tunc quasi possessio filiationis illi nihil prodesset, etiam si per mille annos in quasi possessione stetit, quia ius filiationis nullo tempore præscribitur, ut tradit Barbat. in conf. 27. scripsit, col. fin. uol. 1.

13 Verum quoniam ista quasi filiationis possessio aliquando transfert onus probandi in aduersarium, aliquando non, operæpretium est, nonnullas conclusiones referre, quibus poterit huius rei difficultas faciliter enodari, & eo præsertim, quoniam allegatus textus in d. l. quidam quasi, non simpliciter loquitur in quasi possessione filiationis, cum præter illam concurrat ibi quoq; possessio hæreditatis paternæ, & testimonium partis aduersæ, quæ confessæ fuerat possessorem esse filium defuncti, adeo ut minus admirari debeamus, si onus probandi transfatum fuit in aduersarios, qui personam filij approbauerant, ob quam approbationem dixit ibi Baldus, quod ille qui contrahit se cum aliquo tanquam Prælo, licet possit admitti postea ad probandum eum non esse Prælatum, tamen interim Prælatum aduersus eum cõfitebitur, licet ante, quam contraxisset, non præsumeretur.

14 Prior itaq; conclusio est, quando sumus in præparatorijs iudiciorum, & tunc uerissima omnium sententia est, ut quasi possessio sufficiat, & transferat onus probandi in aduersarium, ut ait Cynus in l. i. nu. 12. in quæst. 5. uers. istud non placet quibusdam modernis, col. pen. C. ubi causa stat. agi oport. Vbi notat filiationis quasi possessionem releuare ab onere probandi, quo ad probationem alicuius præambuli, ueluti quando mulier uult accusare occisores filij: debet enim probare præambulum, quod sit mater, & sic quæ sua inter sit, ad cuius præambuli probationem, quasi possessio sufficit, & hoc idem egregie confirmauit in l. nõ ignorat. C. de his, qui accus. non possunt, & sequitur eum Bald. in c. per tuas, col. fin. uers. item hoc operatur, extra de probat. & Iason in d. conf. 102. num. 10. uol. 4. & in d. l. neq; professio, nu. 2. uers. nota etiã diligenter, C. de testam. & optime Saly. in d. l. non ignorat, num. 2. uers. quæro an tunc sufficiat, & ibi pulchrè Alber. & Alcia. in præsumpt. 38. in fi. reg. 3. de præsumpt.

15 Sicut etiam in simili uidemus, quod iudicium familie circiscunde competit heredi, & tamen si quis negetur se heres, sufficit ei probare se possidere pro herede, ut ad iudicium admittatur, licet postea plenius in progressu iudicij discutatur, quia in præ-

ambulis, & in præparatorijs iudicij sufficit semiplena probatio. l. i. ff. famil. erciscun. & ita notat Salycet. in d. l. non ignorat, nu. 2. C. de h. s. qui accus. non possunt, & ibi Cynus, & Alber.

16 Altera conclusio est, quæ parum differt à præcedenti, quando sumus in iudicio summario, & pariter in hoc casu sufficit quasi possessio filiationis, l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnosc. & notat Fulgo. in d. l. quidam quasi, sub nu. 2. uers. respondebitis illi, col. i. ff. de probat. ubi ait, quod quasi possessio filiationis sufficit in iudicio possessorio: ex quo fit, quod cum causa alimentorum, quæ petitur quis tanquam filius à patre, & causa Carbonianæ possessionis sit utraq; summaria, ut patet in d. §. si quis, uel parens, & in l. i. §. summarij ergo, ff. de Carbon. edicto.

17 Ideo in huiusmodi iudicijs summarijs, quasi possessio filiationis sufficit, ut notat Natta in d. conf. 473. nu. 6. uol. 2. & Mascard. in d. conclus. 786. nu. 10. lib. 2. de probat. & Alcia. in conf. 149. est adeo diffusè, nu. 4. uol. 9.

18 Cuius conclusionis ea est ratio, quoniã in prædictis causis summarijs non inferitur plenum præiudicium partibus, cum in iudicio ordinario plenior causæ cognitio sit adhibenda, ut tradit Barto. in d. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 3. uers. quæro in istis, ff. de liber. agnosc. ubi notat, quod quædam est causa summarij, quæ facit plenum præiudicium, & tunc requiritur plena probatio, licet dilationes dentur breuiores, clemen. sæpe, de verb. signif.

19 Quædam uero est causa summaria, quæ modicū uel quasi nullum præiudicium parit, ut in actione ad exhibendum, & tunc sufficit probatio per iuramentum. Quædam est causa summaria, quæ non plenum, sed qualequale præiudicium parit, ut est causa alimentorum, & possessio Carboniani edicti, & tunc requiritur qualisqualis probatio.

20 Tertia conclusio est, quando sumus in petitorio, idest in decisorijs, & tunc plena filiationis probatio requiritur, nec sufficit quasi possessio, nisi ad coadiuuandum aliam causam probationis, ut ait Bald. in d. c. per tuas, col. fin. uers. item hoc operatur, extra de probat. & ante ipsum Cyn. in d. l. i. quæst. 5. col. pen. nu. 12. uers. & istud est magnum commodum, C. ubi causa status, & in d. l. nõ ignorat, uers. aduertatis, C. de his, qui accus. non possunt, & ibi Alber. & Iason in d. conf. 102. nu. 10. uol. 4. & in d. l. neq; professio, nu. 2. C. de testam. Salycet. in d. l. non ignorat, num. 2. & Bald. in d. conf. 180. nu. 3. uers. præterea ubi agitur, vol. 3. & Alcia. in d. præsumpt. 38. num. 6. reg. 3. de præsumpt. ubi dicit hanc esse ueriores, & magis communem opinionem, & Bursat. in d. conf. 88. nu. 5. uol. 1. & rursum Alcia. in d. conf. 149. est adeo, nu. 6. lib. 9. ubi de magis communi opinione attestatur, & in conf. 160. mater, in prin. eo. uol. ubi dicit istam esse communem, & ueriores sententiam, & Rolan. à Valle, in conf. 49. nu. 48. uers. ulterius dicit, uol. 4. & Mascard. in cõcl. 786. nu. 4. li. 2. de pbat. Cum

Cum quibus stare videtur Bartol. in l. non nudis, in 2. lect. C. de probatio. Vbi ait, quod filiatio
 18 † aut deducitur in iudicio incidenter, & tunc sufficit quasi possessio filiationis, donec contrarium probetur: aut deducitur principaliter, & tunc non sufficit quasi possessio, sed filiatio plene probanda est, quod idem confirmavit Florian. in d. l. quidam quasi, nu. 1. ff. de probat. & Iason in d. l. neq; professio, sub nu. 1. vers. limita tamen singulariter, C. de testam. & Angel. in d. l. non ignorat, C. de his, qui accus. non possunt, & Alciat. in d. præsumpt. 38. nu. 6. & Cephal. in conf. 435. consultationem, nu. 76. vers. ambigendum, vol. 3.
 19 Ex qua opinione infertur, quod si pater † vendicaret filium, aut filius ageret contra patrem, & principaliter instaret, vt pronuntiaretur filius, tunc non sufficeret quasi possessio filiationis, sed essent plenæ probationes faciendæ, cum propter filiationem sola controuersia moueatur, vt inquit Angel. in d. l. non ignorat. C. qui accus. non possunt, & Florian. in d. l. quidam quasi, in 2. notab. & Alciat. in d. præsumpt. 38. nu. 7. reg. 3. de præsumpt.
 Verum in contrarium, vt scilicet indistinctè quasi possessio † filiationis sufficiat in decisorijs, in quibus agitur de petitorio etiam principaliter, tenuit Corn. in conf. 1. col. 12. in lit. b. il 2. vers. nec obstat, quod dicit Raynerius, vol. 3. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & Decius in d. conf. 54. nu. 3. vers. nõ obstat, quod quasi possessio, col. pen. & Anto. de Butr. in d. c. transmissæ, colum. 2. vers. quandoq; concurrat solus tractatus, extra qui filij sint legitimi, & Castren. in conf. 391. in causa, quæ vertitur in Ciuitate Massæ, col. fin. vers. & sic dicti agentes debent obtinere, vol. 2. & Alex. qui tamen loquitur in possessorio, in cõf. 51. viso, vol. 1. & Alba. in conf. 83. licet præsens, num. 22. vers. talis autem quasi possessio, col. 7. & egregie Cardinal. Paleot. in cap. 22. nu. 5. vers. sed contra plura, de nothis, spurijsq; & D. Menoch. in casu 89. nu. 70. vers. extenditur primo, lib. 2. cent. 1. de arbit. iudic. & Crau. in conf. 249. in causa nobilis, nu. 2. col. 2. & Corn. in conf. 78. viso, in lit. c. vers. capiendo itaq; vol. 3. & Cepha. in conf. 137. testamentum, nu. 44. vers. neq; me mouet, vol. 1.
 Ex qua opinione cognoscitur esse differentiam
 21 inter † quasi possessionem iuris personalis, & iuris realis: nam primo casu quasi possessio releuat possessorem ab onere probandi, at secundo casu secus, de qua re alibi dicitur, & notat Bartol. in l. circa, in prin. ff. de probat. & Card. Paleo. in d. cap. 22. nu. 6. de nothis, spurijsq;.
 In hac tamen Doctorum dissensione ego puto vtramq; opinionem posse sustineri, cum magnis
 22 Auctoribus vtraq; sit fulcita. eum † tamen opinor rectius esse facturum, qui vltra quasi possessionem filiationis ex tractatu orientem adhibuerit alia adminicula, vt puta famam, vel confessionem parentum, quando scilicet agitur de auferenda hereditate à manibus illius, qui est in possessione, vt ait Alciat. in d. præsumpt. 38. nu. 7. reg. 3.

Qui vero mauult eorum sententiam amplecti, qui dicunt, quasi possessionem filiationis simpliciter sufficere, ampliabit, vt ea non solum procedat, quando quis proposuit se velle probare prædictam quasi possessionem, sed etiam quando proposuit se † velle probare filiationis proprietatem, & nihilominus probauit solum quasi possessionem, quoniam in tali casu poterit Iudex ex suo officio transferre onus probandi in aduersarium, & eo nõ probante proferre sententiam in fauorem illius, qui filiationis quasi possessionem probauerit, vt notat Alber. in l. 1. nu. 6. vers. item querit, col. fin. ff. de probat. Vbi ait, quod quando est quæstio possessionis, & proprietatis simul, sicut potest Iudex ex officio videre, cui incumbat probatio, illiq; onus probandi iniungere. l. cum de ætate, ff. de probat. ita etiam si cognouerit me quasi possessionem filiationis probasse, iniungat onus probandi aduersario, qui si nihil probauerit, ego ex quasi possessione obtinebo, subiungitq; hanc esse communem opinionem, quam sequitur Alexan. in d. conf. 51. sub nu. 5. vers. præterea, col. 2. uol. 1. & Cardinal. Paleot. in d. cap. 22. nu. 5. de nothis, spurijsq; & D. Menoch. in d. casu 89. nu. 71. lib. 2. cent. 1. & Floria. in d. l. quidam quasi, nu. 5. vers. sed quid si pono, ff. de probat.
 Probatur autem filiatio duobus modis, quorū alter respicit proprietatem, alter vero ad quasi possessionem pertinet. Circa primum dicitur proprietatem b filiationis † tunc demum probari, quando
 24 probatur matrimonium fuisse contractum inter tales, & ex illis uiuentibus in figura matrimonij fuisse in domo natum Titium, vicinis scientibus, vt notat Florian. in d. l. quidam quasi, nu. 2. vers. qualiter autem, ff. de probat. ubi ait hanc esse probationem veræ filiationis probabilem, non autem necessariam, quæ debet admitti, cum necessaria
 25 † non possit haberi, quod idem notauit Albe. in d. l. 1. nu. 4. ff. de probat. vbi subiunxit, quod quamuis dicatur, probationem filiationis respectu patris esse impossibilem, tamen hoc debet intelligi, quo ad probationem necessariam, sed secus quo ad probationem præsumptiuam, c siue probabilem, & ad hanc partem veræ filiationis pertinet illud primum capitulum prædictæ, quam posuit Bart. in l. filiū, nu. 1. ff. de his qui sent. sui, vel alieni iur. vbi ait filiationem primo probari, quando probatur inter Titium, & Sciam fuisse contractum matrimonium legitime, eorūq; fuisse habiles ad matrimonium contrahendū, & se tanquam uirū, & vxorē tractasse, & simul habitasse, & ex illis talem filium fuisse natum, quæ probatio cum respiciat veritatē matrimonij, respicit etiam proprietatem filiationis, quæ † praualeat ipsi quasi possessioni, vt inquit Alex. in d. conf. 51. nu. 5. vers. non obstat etiam, vol. 1. & Flor. in d. l. quidam quasi, nu. 4. vers. iuxta prædicta, ff. de probat. & Dec. in c. per tuas, nu. 17. vers. & illa psumptio, col. 3. ext. de proba. & Bero. in conf. 161. nu. 16. vol. 2. & de hac ppropriate loquitur egregie Butrig. in l. non epistolis, C. de proba.
 Porro

Porro sunt qui dicunt, filiationem verè, ac necessario posse dupliciter probari, vel ex † confessione aduersarij, aut patris, vt notat Florian. in d. l. quidam quasi, nu. 4. vers. necessaria autem. ff. de probat. & Alber. in d. l. 1. nu. 7.
 Vel ex loci coarctatione, vt puta quando maritus, & uxor † stetit in clausis nouem, vel decem mensibus in turri, in quam custodibus appositis nullus intrare potuisset, nam puer dicto tempore natus, ex necessitate filius eorum probaretur, quod genus probationis videtur esse quasi impossibile, cum non possent custodes semper vigilare, ut considerat Alber. in d. l. 1. in fine, ff. de probat. & Florian. in d. l. quidam quasi, sub nu. 4. vers. item dicit hic, ff. eo. Hunc tamen modum probandi indistinctè approbat Bart. in l. 1. nu. 2. C. quorum bonon. & Fulgo. in d. l. quidam, in fine.
 Circa secundum, idest quasi possessionem filiationis, sciendum est, illam altero ex tribus † modis probari, idest tractatu, fama, & nominatione, ueluti quando primo probatur, quod quis habitus, tractatus, & reputatus fuit pro filio à parentibus suis, & à vicinis cognoscentibus eum, tamquam filius, & pro filio, & uice uersa filius tractauit eos ut parentes, ut ait Bartol. in l. non nudis, nu. 2. C. de probat. & in d. l. 1. nume. 3. C. quorum bonon. & in l. filium, sub. nume. 1. vers. & quod dictus filius, ff. de his, qui sunt sui uel alieni iur. & Alex. in d. conf. 51. sub num. 2. uol. 1. & Dec. in c. per tuas, nu. 40. vers. secundum, extra de probat. & Florian. in d. l. quidam quasi, nu. 4. vers. tertio modo, ff. de probat. & Alber. in d. l. 1. nu. 7. ff. eo. & Iacobin. de S. Georg. in d. l. quidam quasi, in princ. & Angel. in d. l. 1. nu. 4. vers. item alium debet facere, ff. eo. & D. Menoch. in d. casu 89. nume. 69. vers. secunda coniectura, lib. 2. cent. 1. & plenissime D. Mascard. in conclu. 789. lib. 2. de probat. & optimè Butrigar. in d. l. non epistolis, C. de probat.
 Quæ res non solum prodest filio uiuente patre, sed etiam eo † mortuo, ueluti si natus fuisset posthumus, nam aduersus eos, qui ipsum tractauerūt, ut filium defuncti, ualere huiusmodi quasi possessio per tractatum acquisita, ut inquit Cardin. Paleot. in d. cap. 22. in fine, de Nothis spurijsq; & Menoch. in d. casu 89. nu. 72. vers. extenditur secundo, lib. 2. cent. 1. de qua re tamen uide Mascard. in d. conclu. 789. nu. 30. vers. ex hoc illud exijt, lib. 2. de probat. & Alex. in conf. 90. in causa, nu. 5. vers. nec refert, uol. 6.
 31 Item quando probatur, quod communi † opinione uulgi talis reputabatur filius Sempronij, & communiter ab omnibus communi uoce, & fama pro tali habebatur: hoc enim sufficit absque eo, quod probetur ipsum fuisse tractatum à Sempronio tamquam filium, ut inquit Alex. in d. conf. 51. sub num. 2. vers. idem si probetur, uolu. 1. & Florian. in d. l. quidam quasi, nu. 4. vers. secundo modo, ff. de probat. & late Menoch. in d. casu 89. nu. 86. vers. quarta est coniectura, & amplè Mascard.

in concl. 791. ubi discordantium opiniones conciliat, lib. 2. de probat.
 32 Item quando quis † nominatus fuisset filius à patre, non semel, sed pluries, nec perfunctoriè, sed principaliter, ac enixè, maximè in actu, qui soli filio conueniat, ut egregiè declarat idem Cardin. Paleot. in cap. 23. de Nothis spurijsq; & plenè Menoch. in d. casu 89. nu. 76. vers. tertia coniectura, & late Mascard. in concl. 790. lib. 2. de probat. ad quos te remitto.
 Verum ad abundantem cautelam solent passim Doctores prædicta omnia in capitulis coniungere, ut si omnia † probari non possint, saltem unū probetur, ut notat Albe. in d. l. 1. sub num. 5. vers. tertio modo, col. fin. ff. de probat. & Alex. in d. conf. 51. nu. 5. vers. non obstat etiam, uol. 1. & Iacobin. in d. l. quidam quasi, nu. 2. in prin. ff. de probat. & Dec. in d. conf. 54. in fine, & Menoch. in d. casu 89. nu. 96. vers. in iudicijs, lib. 2. cent. 1. & Iason in conf. 114. ad obiecta, nu. 16. vers. & primo dico, uol. 1.
 Videbis tamen omnino Alexadrum de Neuo, qui per septem casus filiationis probationem declarauit in c. transmissæ, nu. 22. extra qui filij sint legit. & an per testam. uel alia instrum. probetur filiatio, ac descendencia, uide Nattam in cõf. 235. superioribus, nu. 1. uol. 2. & Alba. in conf. 6. col. fin. & optime Aret. in conf. 37. col. 2.
 ADDITIONES.
 a Possessorio. Idem tradit Cyn. in l. non ignorat. C. qui accus. non possunt.
 b Proprietatem. Notat idem Dec. in c. per tuas, nu. 40. vers. primus de proprietate, extra de probat. & optimè Bart. in l. non nudis, C. de probat. & Alex. in conf. 51. sub num. 2. vers. & ideo dicit ipse, uol. 1. & Auge. in l. 1. nu. 4. ff. de probat.
 c Præsumptiuam. Idem dixit Barto. in l. 1. nu. 2. C. quorum bonon.
 d A patre. Vide Nattam in conf. 473. nume. 24. uol. 2. ubi uult quod interueniat nominatio utriusq; parentis, nec unius nominatio sufficiat, nisi in præiudicium nominantis. sed an requiratur præsentia nominati, uide Alex. in conf. 181. nu. 1. uol. 7. & Mascard. in concl. 790. filiatio, nu. 21. lib. 2. de probat.
 S V M M A R I V M.
 1 Alleganti Titium decessisse sine filijs non incumbit probatio sed ei, qui dixit cum habuisse filios.
 2 Alleganti Titium decessisse sine filijs incumbit probatio quando constat filios semel fuisse uiuos.
 3 Non intentatum, uel non allegatum ab homine non presumitur à iure.
 4 Allegare quem decessisse sine filijs est quid facti, ibidem.
 5 Absolutus prætextu liberorum à veteri tutela debet in nouis tutelis nouas allegationes adhibere.
 6 Allegans filios iam natos superuixisse debet probare.
 7 Filia maritata, si moriatur, dos erit patri restituenda absque eo quod probet filiam decessisse sine liberis.
 8 Si dubium est, an filij tempore mortis paternæ extiterint, an non onus probandi incumbat ei, qui dicit eos extitisse.

- 8 *Testis dicens esse tot annos, quod vidit vivere filios, non per hoc sequitur, quod hodie vivant.*
- 9 *Fundans se in morte, vel in vita, debet probare.*
- 10 *Vita filiorum tam se refert ad actum permanentem, quam ad actum transeuntem, & ob id de preterito non presumitur in presens.*
Probatio debet concludere verè vel presumptivè, ibidem.
- 11 *Aiori qui dicit filios superuixisse ad expellendum fideicommissarium in possessione existentem, incumbit onus probandi.*
- 12 *Viro, & uxore simul morientibus presumitur vxor pramortuam.*
- 13 *Fideicommissario dicenti grauatum decessisse sine liberis, bona cautela est, si implorauerit officium Iudicis, vt exploratio fiat, an tales filij existant.*
- 14 *Filij sunt quid facti, qui non presumuntur, nisi probentur.*
- 15 *Fideicommissarius habet fundatam intentionem, quando grauatus, & eius filij decesserunt eodem tempore, puta naufragio.*
- 16 *Pater presumitur prius mortuus, quando ipse, & filij in diuersis locis decesserunt.*
- 17 *Patre, & filijs simul morientibus, tunc qui dicit patrem decessisse sine liberis, habet suam intentionem fundatam.*
- 18 *Exceptionis fundamentum à reo probandum est.*
- 19 *Vita probanda est ab eo qui se fundat in ea.*
- 20 *Negatiuam debet is probare, qui se fundat in ea.*
- 21 *Filios nullus presumitur tempore mortis habere, licet eos semel habuerit.*
- 22 *Vivere vsq; ad centum annos quilibet presumitur.*
- 23 *Vivere ultra triginta annos quis non presumitur in materia Falcidia detrahenda.*
- 24 *Nullas leges habemus, quæ dicant hominem presumi vivere centum annos.*
Homo non presumitur vivere ultra centum annos, ibidem.
- 25 *Non omne, quod possibile est, presumitur.*
Argumentum à communi ter accidentibus transfert onus probandi in aduersarium, ibidem.
- 26 *Qualitas superlatiua in paucis verificatur.*
- 27 *Vivere vsq; ad centum annos non presumitur quis, quando vita incidenter deducitur.*
- 28 *Presumptio vitæ centenaria habet locum in reo, non in actore.*
- 29 *Presumptio vitæ centenaria non habet locum nisi constet de initio vitæ illius, pro quo presumptio capitur.*
- 30 *Volens probare mortem hominis per lapsum temporis, debet probare lapsos esse centum annos à natiuitate illius, qui dicitur mortuus.*
- 31 *Arbitrio Iudicis est positum quanto tempore quis possit vivere.*
- 32 *Arbitrio Iudicis est, quod tempus dicatur esse antiquum in materia probationum.*
- 33 *Superuentia filiorum est probanda ab heredibus grauati propter fauorem fideicommissi.*
- 34 *Pupillus habens substitutum si moriatur simul cum testatore, presumitur superuixisse fauore substitutionis.*
- 35 *Substitutus pupillariter, si dicit se debere admitti ex pupillari substitutione, in dubio fauore substitutionis an presumatur pupillus in etate pupillari decessisse.*
- 36 *Pupillo, & eius substituto simul mortuis non presumitur prius mortuus pupillus.*
- 37 *Pater, & filius si eodem casu mortui fuerint, presumitur filius post patrem mortuus, quando sumus in dispositione legis, scilicet in dispositione hominis.*
- 38 *Filius in dispositione legis si est impubes, presumitur prius mortuus, quam pater.*
- 39 *Institutus, & substitutus si simul perierunt, extinguitur fideicommissum, vbi non constat quis superuixerit.*
- 40 *Iura nostra qua ratione voluerunt centum annos esse terminum vitæ humanæ.*

- 41 *Cor hominis, primo anniculo duas dracmas pendet, & augetur per singulos annos duabus dracmis vsq; ad quinquagesimum annum.*
- 42 *Centessimus annus vitæ longæue hominis plerunque finis esse dignoscitur.*
- 43 *Mathematici centum, & viginti annos hominem vivere iudicant.*
- 44 *Moses cum centum, & viginti annos uixisset, & quereretur, quod iuuenis interiret, respersum accepit neminem plus esse uicturum.*
- 45 *Gorgias Siculus centum octo annis uixit, & Terentia Ciceronis uxor centum septem, & Clodia centum quindecim.*
- 46 *Stephanio utriusq; secularibus ludis saltauit.*
- 47 *Litorius trecentum annos uixit.*
- 48 *Rex Latinorum octingentis annis, & eius filius sexcentis uixit.*
- 49 *Annum antiqui uario modo metiebantur.*
- 50 *Arcades trimestrem annum habuisse dicuntur, ibidem.*
Horon quid sit, ibidem.
- 51 *Horographi, qui sint.*
Annus apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur, ibidem.
- 52 *Antiqui mille annis uixerunt, accipiendū annum pro circuiu solis per duodecim signa.*
Aetas hominum post diluuium à Diuina sapientia diminuta fuit, ne longitudo uitæ causa esset excogitandorum malorum, ibidem.
- 53 *Voluntas legislatoris sufficit pro ratione.*
- 54 *Lex dicitur esse rationalis eo ipso quod legislator putat eam esse rationabilem.*

ARGUMENTVM.

Alleganti filios extare, vel extitisse, vel superuixisse, an & quando incumbat onus probandi. Quæ materia pertinet ad illam substitutionem, qua quis decedenti sine filijs substitutus fuit.

CAP. VII.

PENDET ex præmissa declaratione illa notabilis quaestio, qua fuit quis substitutus Titio morienti sine filijs, nam mortuo Titio substitutus habet suam intentionem fundatam ad petendum ꝑ fideicommissum, allegando Titium decessisse sine liberis, quos nemo presumitur habere, & ei, qui uoluerit contrarium affirmare, incumbit onus probandi, ut ait Bartol. in l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. ubi notat eum probare debere, qui dicit filios superuixisse, & conditionem fideicommissi defecisse, quem sequitur Alexand. in conf. 20. Viso processu, in fine, & latissimè in consil. 39. uiso themate, uolum. 1. & in consil. 179. uisis, num. 10. uersic. requisitus sum, uolum. 7. & ante ipsum Pau. de Castro in consil. 388. pro declaratione primi dubij, nume. 4. uersic. super quinto quo quaeritur, uolum. 1. & Socin. in l. qui duos, §. 1. in fine, uersic. quintum, & ultimum, ff. de reb. dubijs, & Decius in conf.

in conf. 578. uiso consilio, in prin. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & in conf. 652. nu. 6. uersic. secunda conclusio, ubi dicit hanc esse conclusionem communiter approbatam, & in conf. 86. uiso puncto, in fine primi dubij, uersic. prima tamè responsio, col. 4. & Iason in conf. 34. ad motiua, in prin. uol. 1. & Ruin. in conf. 109. circa casum, sub nu. 37. uersic. & quando dicta præsumptio, col. pen. uol. 3. & Corn. in conf. 197. licet, in lit. c. uersic. confert plurimum, uolum. 4. & egregiè Ripa in d. §. si quis autem, nu. 9. uersic. pro concordia tamen huius ambiguitatis, & Couarru. in cap. 6. nu. 6. & in cap. 7. col. 6. uersic. primus quando substitutus, lib. 2. uar. resolut. & Boer. in decif. 38. nume. 30. uersic. imo sub correctione constabat, & Alciat. in consil. 160. mater, in prin. lib. 9. & egregiè Beroius in c. in præsentia, nume. 347. uersic. non omitto, extra de prob. & Natta in conf. 395. uiso testamento, nu. 7. uersic. quinimo substitutus, uol. 2. & D. Franc. Mat. uir doctrina insignis, in tit. 4. num. 7. uersic. nam primus casus, lib. 1. de coniectur. ultim. uolunt. & Paris. in conf. 115. Ioannes, in fi. uol. 4.

Fallit tamen hæc conclusio, quando constaret Titium semel habuisse filios natos, quoniam tunc presumeretur eosdem habuisse tempore mortis, ex quo semel eos habuit, propter quod substituto dicenti grauatum ꝑ decessisse sine liberis, incumberet onus probandi filios esse præmortuos, cum filij semel uiui præsumantur uiuere vsq; ad centum annos, l. an vsufructus, in fi. ff. de vsufr. & l. fin. §. & nobis quidem cordi, C. de sacros. eccle. & glo. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadmo. testam. aperia. & hanc partem tenuit Bald. in c. ex tenore, in prin. in verbo, tunc uiuētē, extra de testib. Vbi dicit propter talem vitæ longæue præsumptionem nõ oportere vitam hominis probare, sed sufficere eam intētare, quia ꝑ non intentatum, vel non allegatum ab homine non presumitur à iure, & sequitur ibi Felynus in fi. & in c. quoniam frequenter, §. porro, in fi. extra, vt lite non contest. & in cap. afferte, in 3. notab. extra de præsumpt. & eleganter Imola in l. 2. §. si dubitetur, in glo. licuerit, colum. 1. in fine, ff. quemadmodum testamen. aperia. vbi dicit quod quando non apparet præsumptio in contrarium, quilibet presumitur uiuere centum annis, & à iure fundata, & probata est intentio allegantis aliquem uiuere, & strictius idem tenuit in d. l. ex facto, §. si quis autem, colum. 2. uersic. unde tertius fuit intellectus, ff. ad Trebellia. ubi dicit, quod allegare quem decessisse sine liberis, est quid facti, quod non presumitur, nisi probetur, & ibi Cuma. nume. 5. & Alexan. sub nume. 4. uersic. tertia fuit ratio, & optime Bald. in consil. 145. in causa vertente, uolum. 5. & Caccheran. in decif. 108. Cesar. & ibi Purpurat. in consil. subseq. ubi dicunt ita fuisse iudicatum.

Sed his non obstantibus in contrariū facit textus in l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de excus. tutor. & ibi glo. pulchra, quæ per illum textum dicit, stare simul, vt quis olim ꝑ habuerit filios, & modo

non habeat, quia sint mortui, & ideo absolutus prætextu liberorum à veteri tutela, debet in nouis tutelis nouas allegationes adhibere, pro qua parte clarus videtur esse textus in d. §. si quis autem, vbi dicitur, quod si sumus in dubio, an ante patre, an post patrem filij decesserint, capienda est interpretatio in fauorem fideicommissi, ut scilicet grauatus videatur sine liberis decessisse, & sic per illū textum in hanc partem ibi transiit Bartol. ubi uoluit eum, qui allegat filios ꝑ iam natos superuixisse, debere probare, & idem tenuit in l. qui duos, §. cum in bello, in prin. ff. de reb. dubijs, vbi dicit, quod licet quis habuerit filios ante, non tamen sequitur, ut eos tempore mortis suæ habuerit, & sequitur Castren. in d. conf. 388. col. fin. uersic. si uero constat, quod habuerit, uol. 1. & Ang. in d. §. si quis autem, ubi dicit illum textum esse mirabilem, & subiungit in facti contingentia contrarium fuisse iudicatum, & male, cum textus decisionem habeat, & idem tenuit Corn. in conf. 119. placet mihi, in fine, uol. 1. & in d. conf. 197. in lit. c. uersic. confert plurimum, uol. 4. & Alex. sibi contrarius in d. conf. 39. nu. 3. cum seq. uol. 1. ubi dicit ab opinione Barto. & Angeli, non esse recedendum, & latè & pulchrè hanc partem tuctur Socin. in d. l. qui duos, §. cum in bello, num. 4. uersic. ex quibus inferitur, vsq; ad finem, ff. de reb. dub. & rursus Alex. in conf. 175. perspectis uerbis, nu. 20. uersic. & illi qui allegant, uolum. 5. & iterum pulcherrime Corn. in conf. 341. quod dicta dos, in lit. l. & m. uol. 1. ubi dicit propter auctoritatem Bartoli hanc partem esse tenendam, & rursus idem tenuit Alex. in conf. 27. consideratis his, num. 7. uersic. alia ratione videtur, uol. 7. & Alciat. in præsumpt. 49. nu. 6. uersic. secundo fallit, reg. 1. & Rini. sen. in conf. 127. cognito, nu. 15. uersic. item similiter, uolum. 1. & Iason in l. is potest, col. fin. uersic. pro ista parte, ff. de acquir. hæredit.

Quid tenendum? ego puto hanc posteriorem sententiam esse ueriores, & pro declaratione totius articuli nonnullos casus distinguere oportet. Primus est, quando non constat grauatum habuisse filios, & tunc indubitata est conclusio, ut filij nõ presumantur extare, nisi probentur, ut sup. dixi. nu. 1. ex quo ultra præmissa inferitur, quod mortua ꝑ filia maritata dos erit patri restituenda, absq; eo quod probet filiam decessisse sine liberis, vt inquit Corn. in d. conf. 341. in lit. l. uol. 1.

Secundus est casus, quando constat grauatum semel habuisse, & dubium est, an filij tēpore ꝑ mortis paternæ extiterint, an non, & tunc nec isti presumuntur, nisi probentur, & ipsa huius articuli decisio posita est in d. l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de excus. tutor. & notat Castren. in d. conf. 388. nu. 4. uersic. si uero constat, quod habuerit, uol. 1. & sequitur Alex. in d. conf. 175. num. 20. uol. 5. & in d. conf. 27. col. fin. uol. 7. iunctis his, quos recensui supra, nu. 4.

Ad cuius rei confirmationem facit doctrina Bartoli in l. 2. num. 7. uersic. sed contra prædicta, ff. iud. solui,

solui, vbi dicit, quod licet testis in eodem iudicio, & eadem instantia dicat, esse tot annos, quod vidit viuere liberos, non per hoc sequitur presumptio, quod hodie tempore iudicij viuant, & sequitur Aretin. in l. fed & si de sua, col. 5. vers. sed aduerte diligentius, ff. de acqui. haredit.

Facit quod idem Bartolus adnotauit in l. si quidem, in prin. C. soluto matrimo. ubi inquit, quod sicut is, qui se fundat in morte, debet eam probare, ita qui fundat suam intentionem in vita alicuius, debet probare ipsum tunc viuere, nec sufficit, si probet illum iam fuisse uiuum, per d. textum in d. §. qui absolutus, & sequitur Alex. in d. conf. 175. nu. 20. vol. 5. & in d. conf. 27. col. fin. uol. 7. & Gozadin. in conf. 68. uidetur prima facie, nu. 6. uers. secundo in terminis.

Quibus accedit egregia Baldi traditio in d. §. qui absolutus, ubi in fine dicit, quod vita filiorum tam se refert ad actum permanentem, quam ad actum transeuntem, & ob id de preterito non presumitur in presens, quia probatio debet concludere uere, uel presumptiue, sed qui potest esse, & non esse, non concludit uere, nec presumptiue, ergo non est probatio.

Tertius est casus, quando grauatus, & filij mortui sunt, & incertum est, uter fuerit prior, uel posterior ad moriendum, & hinc pendet controuersia, cui incumbat probandi filios superuixisse, uel non superuixisse. differt autem iste casus a secundo, nam ibi non constabat, an filij essent uiui, an mortui tempore mortis paternae per textum in d. §. qui absolutus.

Hic uero constabat patrem, & filios, fuisse mortuos, sed controuersia erat, quis fuerit primus, & ultimus ad moriendum, de qua materia uno modo loquitur textus in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. & alio modo uidetur loqui text. in d. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. Quocirca dicendum est, quod fideicommissarius, aut possidet, & contra ipsum agitur, & tunc actori, qui dicit filios superuixisse ad expellendum fideicommissarium, incumbit onus probandi, ut inquit Castrenf. in conf. 388. nu. 4. uol. 1. Vbi hanc rationem adducit, quoniam superexistencia filiorum est fundamentum agentis, & actor semper debet suae intentionis fundamentum probare, & dixi in primo libro, & sequitur Ripa in d. l. ex facto, §. si quis autem, sub nu. 9. in fi. uers. aut fideicommissarius est reus, & Couarr. in d. cap. 7. col. 7. uers. quintus agitur, lib. 2. uariar. resolut. & Clarissimus D. Mantica in d. tit. 4. in fine, lib. 1. de coniect. & Caccheran. in d. decis. 108. in fine.

Et haec est doctrina Bartoli in l. si inter, in fine, ff. de reb. dub. vbi dicit, quod licet viro & uxore simul morientibus, praesumatur uxor premortua ad confirmandam donationem ab illa factam suo viro: tamen si disunctim in diuersis locis mortui fuerint, melior erit conditio possidentis, & is, qui non possidet, debet probare alterum superuixisse, & sequitur Ioan. de Imola in d. §. si quis autem,

uersi. sed tunc surgit dubium, col. fin. & hanc partem esse tenendam propter auctoritatem Bartoli, affirmat ibi Alexander, licet in fine contrarium disputauerit, & sequitur Riminald. senior in d. conf. 127. nu. 8. uers. quibus sic stantibus, vol. 1.

Aut fideicommissarius non possidet, & ipse actor est, & in hoc casu varie feruntur sententiae. alij enim opinantur fideicommissario dicenti & grauatum decessisse sine liberis bonum, & salubre fore, si implorauerit officium iudicis, ut fiat per nuntios solemnem inuestigatio, & exploratio apud uicinos, an filij talis defuncti existant, & ista fuit opinio Angeli in d. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. de qua re dixi in cap. 45. supra lib. 1.

Et licet Ioann. de Imola reprobet Angelum in d. §. si quis autem, uers. unde quintus fuit intellectus, col. 2. & Alex. ibi, col. fin. in prin.

Attamen idem Alex. sibi contrarius dictam doctrinam Angeli pro bona cautela amplexus est in d. conf. 20. in fine, vol. 1. & Ripa in d. §. si quis autem, nu. 10. uers. sed stat dubitatio.

Quae res quidem potest esse tolerabilis, quando constaret, filios semel extitisse: sed vbi de hoc non constaret, tunc talis cautela nequaquam est necessaria, tum quia non habere filios est qualitas, quae concordat cum naturali statu hominis: tum etiam quia filij sunt & quid facti, qui non presumuntur, nisi probentur, ut ait Matta in d. conf. 395. num. 7. uolum. 2. & D. Mant. in d. tit. 4. num. 2. lib. 1. de coniect. & Caccheran. in d. decis. 108. num. 17. & Socin. in d. l. qui duos, §. cum in bello, in fine, ff. de reb. dub. & Ripa in d. l. ex facto, §. si quis autem, nu. 9. uers. pro concordia, ff. ad Trebell.

Secunda fuit opinio Ioannis de Imola dicentis, quod haec & uerba (si decesserit sine liberis) intelliguntur de superuixentibus, & ideo aut grauatus, & eius filij decesserunt eodem tempore, puta in naufragio, tunc fideicommissarius habebit fundatam intentionem suam, quoniam filij non superuixerunt, sed simul perierunt, & satis erit, ut probet casum simultaneae mortis, ut puta quia in eadem nauis existentes simul perierunt propter naufragium nauis, & dicit hunc esse uerum casum text. in d. §. si quis autem, & hanc partem sequitur Alexan. in conf. 91. repetitus, sub nume. 9. uers. & nihil in contrarium, uolum. 7. & Couarru. in d. cap. 7. colum. 6. uers. secundus ubi substitutus, lib. 2. uariarum resolut. & hoc caput in se uerum est.

Aut grauatus & filij decesserunt non simul, sed diuersis in locis, & tunc dicendum erit, uel patrem praesumi prius mortuum, iuxta textum in d. §. cum in bello, uel fideicommissarium obtinere non posse, nisi sit in possessione, uel nisi fecerit discussionem in uicinia per nuntios referentes non reperisse superuixisse filium, & haec dixit Ioann. de Imola in d. l. ex facto, §. si quis autem, colum. penult. uers. forte potest dici, ff. ad Trebellia. quod idem uidetur ibi Alex. amplecti, uers. & si tentemus istum, col. fin. & Couarruu. in d. cap. 7. col. 6. uers. quartus agit substitutus, lib. 2. uar. resolut.

Sed

Sed haec opinio in hoc ultimo casu multis displicuit, & uidetur esse contra textum in d. §. si quis autem, vbi expresse uterque casus determinatur, id est & quando simul perierunt, ut apparet in principio, & quando non simul, sed disunctim in diuersis locis perierunt, ut apparet in fi. iuncto textu, in l. qui ex liberis, in prin. ff. de bon. posses. secundum tab. & ita contra Ioan. de Imola dixit, & ponderauit d. textum Alex. in d. conf. 39. col. fi. vol. 1. & Socin. in d. l. qui duos, §. cum in bello, sub nu. 4. uers. nec satisfacit ratio, col. 2. ff. de reb. dub.

Tertia fuit opinio Bartoli in d. l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. vbi ait, quod quando non apparet, quis prius, & quis posterius decesserit, tunc ille, qui dicit, aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem suam fundatam de iure communi: licet enim filios habuerit ante, non tamen praesumitur eos tempore mortis habere, & idem confirmauit in d. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. & cum sequuntur omnes illi, quos supra citauimus, num. 4.

Quae opinio sicut est uerior, & communior secundum Alciat. in d. praesumpt. 49. nu. 7. reg. 1. ita nec ab ea in iudicando est recedendum, ut inquit Alex. in d. conf. 39. sub nu. 4. uol. 1.

Ad cuius rei confirmationem considerandum est, quod fundamentum fideicommissarij nihil aliud est, quam mors grauati, ut inquit Socin. in d. l. qui duos, §. cum in bello, nu. 5. uers. ex quibus infero, ff. de reb. dub.

Vnde probata morte grauati satis ualde dicitur suam intentionem fundasse, & si reus uoluerit excipere, grauatum decessisse cum liberis superextantibus, ecce quod fundamentum rei, est uita filiorum, & ob id eorum existentiam debet probare, tum quia fundamentum exceptionis & a reo probandum est, ut in 1. lib. dixi, & notatur in l. 1. ff. de except.

Tum etiam quia is, qui se fundat in uita alicuius, debet eam probare, ut infra dicam, & notat Alciat. in praesumpt. 44. in fine, reg. 1. & optime Bart. in l. si quidem, C. sol. matrim. & ita arguit Soci. in d. §. cum in bello, nu. 5.

Et quamuis ista conditio (si decesserit sine filijs) uideatur implicare negatiuam, quae cum uideatur esse fundamentum intentionis fideicommissarij, ab eo probanda est, cum & negatiua debeat is probare, qui se fundat in ea, ut ait Cuman. in d. l. ex facto, §. si quis autem, num. 5. uers. ego oppono, ff. ad Trebell. & ibi Alex. sub nu. 4. uers. tamen puto, col. pen. & dixi in primo libro.

Attamen praesupposito tale esse fundamentum fideicommissarij, dicitur hanc negatiuam esse probatam ex praesumptione iuris, qua nullus praesumitur habere filios tempore mortis, licet eos semel habuerit, ut inquit Bart. in d. l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. & Angel. in d. l. ex facto, §. si quis autem, in fi. ff. ad Trebell. & Alex. in d. conf. 39. in prin. uol. 1.

Nec obstat, quod filij, qui fuerunt semel uiui, praesumantur adhuc uiui, quia quilibet censetur

uiuere usque ad centum annos, ut ait Cumanus, qui ex hoc fundamento mouetur in d. l. ex facto, §. si quis autem, nu. 6. uers. & ego oppono, ff. ad Trebell.

Quam quidem uita centenariae praesumptionem notauit glos. in l. 2. §. si dubitetur, in uerbo, liqueret, ff. quemadmo. testam. aper. & pro illa solet allegari textus in l. an usufructus, in fi. ff. de usufru. & in l. si §. & nobis quidem cordi, C. de sacros. eccles. & notat Ioan. de Imola in d. §. si dubitetur, ubi dicit hanc regulam esse communiter approbatam, a qua durum est recedere propter auctoritates Doctorum, ut ait Corn. in conf. 204. quamquam uideatur, in lit. d. uers. his tamen non obstantibus, uolum. 3. ubi dicit hanc regulam in practica esse tenendam, licet ipse disputando, & legendo contrarium tenuerit, & idem tenet Alex. in conf. 1. num. 42. uers. quia ad hoc respondeo, uolum. 5. & in l. hereditatum, in 4. notab. & num. 9. in fi. uers. putarem tamen, ff. ad l. Falcid. & Angel. in l. haeres, in fine, ff. de acquiren. hared. & Bald. in l. fed & si de sua, ff. eo. & in l. 2. §. si dubitetur, in 2. notab. ff. quemadmo. testam. aper. & Imola in d. l. fed & si de sua, & Iason, qui dicit hanc esse communem regulam, in l. ut inter diuinum, nume. 31. uers. ultimo pro perfecto, C. de sacros. eccles. & in l. cum quid, nu. 31. uers. octauo adde, in 2. lect. ff. si cert. petat. & ibi Purpurat. nume. 144. uers. quinto, quod licet, & Barbat. in conf. 10. difficile est, columna secunda, in fi. uolum. 3. & Decius in conf. 575. in casu, nume. 10. sub uers. non obstat, quod dictus Gaspar, ubi dicit hanc esse communem regulam, quam sequuntur omnes, & Riminald. senior in conf. 265. uis scripturis, nume. 18. uers. nam iuris praesumptione, uolum. 2. & in conf. 93. uis processu, nume. 35. uers. & maxime quando est, vol. 1. & Hippolyt. Riminald. iun. in conf. 64. in causa Illustris, nume. 6. uers. sequitur, quod dictus, uol. 1.

Cui sententiae non refragatur textus in l. hereditatum, ff. ad l. Falcid. vbi quis non praesumitur uiuere ultra triginta annos, quia respondet Cornueus in allegato consilio dictam legem solu habere locum in falcidia, & extra terminos eius non extendi: cum enim falcidia sit res odiosa detracta contra uoluntatem testatoris, de facili deuenitur ad illam interpretationem, quod idem respondit Decius in d. conf. 575. & notat Alexan. in d. l. hereditatum, in quarto notabili, & in fine, sub nume. 9. uers. putarem tamen, & Alciat. in praesumpt. 44. in fi. reg. 1.

Sed quamuis haec omnia uidentur multum stringere, tamen contrarium est uerius, & in primis dico non esse uerum, quod iura praesumant hominem uiuere centum annos, quoniam nullae leges habemus, quae hoc dicant, sed solu dicitur in supradictis iuribus, quod longissimum tempus uita humanae est usque ad centum annos, ut sic praesumatur hominem non uiuere ultra dictum tempus, ut habetur in d. l. si. C. de sacros. eccl. & in d. l. an usufructus, in fine, ff. de usufru. & in §. 1. in Auth. ut eccles. Romana.

D 2 Verum

25 Verum quoniam aliud est posse uiuere usq; ad centum annos, & aliud est uiuere, ideo non potest ex dictis iuribus inferri, quod quis praesumatur uiuere usque ad illam metam, quoniam si non omne, quod possibile est, praesumitur, & ita per hanc rationem contra dictam regulam tenuit subtiliter Aretin. in d.l. sed & si de sua, colum. 5. uers. sed aduerte diligentius, ff. de acq. haered. ubi subiungit, quod uiuere usq; ad centum annos est de raro contingentibus, & a communiter accidentibus contrarium uidemus euenire, quod argumentum non solum ualet, l. certe. §. quoniam, ff. si certum petat.

Sed etiam transfert onus probandi in aduersarium, ut dixi in primo libro, & notat glo. in l. neq; natales, C. de probat. & Roman. in sing. 397. quis debet probare.

Ex qua ratione similiter contra eandem regulam tenuit etiam Corneus sibi contrarius in conf. 119. placet mihi, in lit. i. uers. & quod dicant, uol. 1. & clarius hoc idem expressit in conf. 341. quod dicta dos, in lit. n. uers. & sic non praesumitur, uol. eo. Vbi dicit insolenter loqui eos, qui dictam regulam affirmant esse ueram, quae nullo iure probatur, sed solum iura probant, quod quis praesumitur non uiuere ultra centum annos, quod tempus censetur esse longissima uitae meta, quae raro contingit, quoniam superlatiua in paucis uerificantur, ut experientia docet, quae rerum magistra est, capit. quam sit, in princ. de elect. in 6. Imo de decem millibus uix unus ascendit ad aetatem centum annorum, & refert, non meminisse, (licet iam senex foret) quod aliquem uiderit centenarium, & ob id cum quolibet qualitas superlatiua si in paucis uerificetur, standum est regulae, quae praesupponit esse uerum illud, quod communiter occurrit, & non illud, quod raro contingit per multa iura, quae allegat, & etiam ad confundendam praedictam regulam adducit textum in d. l. haereditatum, ff. ad l. Falcid. cui non potest sine cauillatione responderi, & idem tenuit, & repetiuit in consil. 181. uisis nonnullis, colum. 8. in lit. q. uersic. & licet soleat uulgariter dici, uolum. 2. Vbi multos casus enumerat, in quibus ferè nunquam superlatiua uerificantur, & idem notauit in l. si emancipati, colum. 2. in princ. C. de collatio. & in d. consil. 243. in lit. e. uersicu. & solet, uolum. 3. & in consil. 208. quamquam in hac consultatione, in lit. e. uersicu. nec obstat, uolum. eodem. Vbi dicit, & legendo, & consulendo hanc partem tenuisse, propter quod uideatur recedere a contraria opinione, cum sit haec toties iterata, & postrema uoluntas, in quam partem transiit etiam Alexander sibi contrarius in consil. 90. In causa, & lite, nume. 9. uersicu. & habito respectu, uolum. 6. & Grat. in consil. 66. uisis, nume. 32. uersic. considero etiam, uolum. 2. & Decius sibi contrarius in capit. cum dilecta, nume. 22. uersic. non obstat, quod quis, extra de confirmatio. utili, uel inut. & in d. l. si

26 emancipati, nume. 3. uersic. non obstant allegata in contrarium, colum. 2. & in l. fin. nume. 28. uersic. sed responderetur illud dictum. C. de edicto Diui Adriani tollen. & Gozadin. in d. consil. 68. nume. 6. uersic. non obstat, quod quis, & idem uidetur sensisse Alexand. in d. l. sed & si detur, in fine, ff. de acquiren. haeredit. & Socin. in l. si inter uirum, in fine, nume. 9. uersic. quinto colligitur, ff. de reb. dub. & Alciat. in d. praesumpt. 44. reg. 1. & egregiè Cagnol. in d. l. si emancipati, nume. 92. uersic. non obstat, quod quis praesumatur, C. de collatio. & Couarruu. in capit. 7. sub num. 6. uersic. tertio, eodem lib. 2. uar. resolut. Vbi dicit hanc esse crebriorem sententiam, & Gabriel. in conclusio. 16. nume. 3. uersic. contrarium uidetur, lib. 1. de praesumpt. & Cumanus sibi contrarius in l. haeres, nume. 8. uersic. ibi ergo, & hic filius, ff. de acquir. haeredit. & in l. 2. §. si dubitetur, in princ. ff. quemadmo. testam. aperiant. & Curt. iun. in d. l. si emancipati, sub nume. 12. uersic. considero etiam, C. de collat.

Præterea dato etiam absque ueri praedictio, quod ista praesumptio uitae centenariae esset uera, tamen illa solum posset obtinere in secundo casu superius posito, idest quando constat, grauatum semel habuisse filios, & incertum est, an illi uiui fuissent tempore mortis paternae, an mortui. sed secus est in tertio casu, idest quando constat, grauatum, & filios esse mortuos, & dubitatur, quis eorum prior mortuus fuerit, quoniam cum iam constet de morte omnium, superuacuum, & ineptum est, allegare praesumptionem uitae, quam considerationem fecit Aretin. in d. l. sed & si de sua, columna quinta, uersic. sed aduerte diligentius, ff. de acquiren. haeredit. & Socin. in d. l. si inter uirum, nume. 9. uersic. quinto colligitur, ff. de reb. dub.

Secundo adhuc praesupposita dicta praesumptione dicitur illam solum obtinere, quando mors, aut uita principaliter si intentatur, sed quando incidenter deducitur, tunc illa praesumptio nihil ualet, ut ait Raphael Cuman. in consil. 43. in quaestione Francisci, colum. 1. & sequitur Aretin. in d. l. sed & si de sua, uersic. unde Dominus meus, columna quinta, ff. de acquir. haeredit. & Alex. in conf. 175. perspectis, nume. 21. uersic. accedit, quod dicunt, uol. 5.

In contrarium abiit Alciat. in d. praesumpt. 44. reg. 1. ubi dicit efficacius acta probare deducta in aliquo casu principaliter, quam ea, quae deducuntur incidenter, & ideo si ualeret in principali, deberet etiam huiusmodi praesumptio in incidenti ualere.

28 Tertio dicitur illam si praesumptionem uitae habere locum in reo excipiente aliquem uiuere, pro quo praesumitur, sed secus in actore, quia pro agente uita non praesumitur, quae traditio uidetur confundi ex his, quae superius dicta sunt, uide tamen Socinum hoc dicentem in l. si inter uirum, numero octauo, uersic. quarto inferitur, ff. de

ff. de reb. dub. & sequitur Gabriel. in d. conclu. 16. nu. 7. de praesumpt.

29 Quarto ad hoc, ut ista praesumptio uitae centenariae habeat locum, oportet, ut constet si de initio uitae illius, pro quo praesumptio capitur, ut sciamus, an ille sit intra centesimum annum, an extra, alias in dubio non capitur praesumptio, ut notat Corn. in d. conf. 208. in lit. e. uersic. nec obstat textus, in fine, uolum. 3. & Cuman. in d. consil. 43. uersic. sed ubi constaret aliquem uiuuisse, columna fina.

30 Quinto dicitur praedicta praesumptionem obtinere, quando is, cuius fundamentum principale est mors, solum probat, quod homo, de cuius morte agitur, iam longissimo tempore exacto fuit natus, & uiuus, quia non sequitur, quod si ab hinc quinquaginta, uel octoginta annis fuit uiuus, ergo cum tam longum tempus exactum sit, censetur mortuus, quoniam talis saltem praesumitur uiuere usque ad centum annos, & ideo si oportet, ut ille, qui uult probare mortem hominis per lapsum temporis, ostendat lapsos esse centum annos a natiuitate illius, de cuius morte agitur, ut tradit Alexand. in d. consil. 27. nume. 7. uersic. alia ratione, uolum. 7. & in d. consil. 175. nume. 21. uersic. nec obstat quod notatur, uolum. 5. & Salycet. in l. si quidem, in fine, C. solu. matr.

31 Sed tu tamen uide Cagnol. in d. l. si emancipati, sub nu. 92. uersic. ea propter dicerem, C. de collat. Vbi notat, quod cum praesumatur quis uiuere, & durare, nec decisum sit usque ad quod tempus, praeterquam in casu Falcidia, hoc debet esse si positum in arbitrio iudicis, iuxta textum in l. 1. ff. de iure deliber.

32 Quae sententia uidetur esse conformis opinioni eorum, qui dixerunt arbitrariū esse iudici, quod tempus dicatur si antiquum in materia probationum, ut uidere poteris latissime apud Crauet. in prin. nu. 3. uersic. secunda fuit opinio, de antiq. temp. & D. Menoch. in casu 3. in prin. lib. 2. cen. 1. de arbitri. iud.

33 Cæterum quod attinet ad hunc tertium casum, quo dictum est, superuiuentiam filiorum una cum patre mortuorum esse probandam ab haeredibus grauati, non autem a substituto per textum in d. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell.

34 Limitabis, ut illud procedat, & speciale si sit fauore fideicommissi, ne ultima uoluntas pereat, ut ait glos. in d. l. qui duos, §. cum in bello. in uerbo patris, ff. de reb. dub. & Angel. in d. §. si quis autem, num. 2. & Bald. in conf. 464. Viso puncto, nu. 1. uol. 5. & Alexan. in d. consil. 39. num. 3. uolum. 1. & Caccheran. in d. decis. 108. nu. 14. & Decius in c. in presentia, nu. 170. uersic. praedictis etiam adde, extra de probat.

Ex qua limitatione inferitur, quod si pupillus, qui habet si substitutum, simul cum testatore moriatur, nec appareat, uter alteri superuixerit, praesumendum erit pupillum superuixisse fauore substitutionis, ut ait Bald. per dictum §. si quis au-

tem, quem dicit esse notabilissimum in d. consil. 464. uol. 5.

35 Rursus ex eodem fauore per eundem textum inferitur, quod si pupillariter si substitutus si dicit, se debere admitti ex pupillari substitutione, nec apparet, an decesserit pupillus, an adultus, in dubio fauore substitutionis praesumetur in aetate pupillari decessisse, ut notat Bald. quem sequitur Socin. in conf. 89. in causa, sub nu. 8. uersic. accedat etiam ad superiora, col. 4. uol. 1. & Decius in d. c. in praesentia, nume. 170. uersic. praedictis etiam adde, de probat. & Alciat. in praesumpt. 14. num. 7. uersic. & facit reg. 2.

36 Contrarium uero, quod scilicet praedicta conclusio generaliter procedat, nec sit introducta fauore fideicommissi, tenuit aduersus dictam glossam Barto. in d. §. cum in bello, in prima oppositione, & Ioann. de Imola in d. l. ex facto, §. si quis autem, sub nu. 27. uersic. unde secunda fuit, ff. ad Trebell. & ibi Alex. sibi contrarius, sub nu. 4. uersic. secunda igitur, & Soci. in d. l. qui duos, §. cum in bello, sub nu. 3. uersic. circa glossam, ff. de reb. dub. Vbi dicit hanc esse communem opinionem: quam confirmat per textum in l. sed & in illo, ff. eo. ubi habetur, quod simul mortuis pupillo & si eius substituto non praesumitur prior mortuus pupillus, ut substitutio fortiatu effectum, imo ea perit in dubio, & extinguitur, subiungitque quod si hoc non habet locum fauore substitutionis pupillaris, minus debet habere locum fauore substitutionis fideicommissariae, quae minus est fauorabilis: quibus inspectis, redduntur admodum dubiae illae duae illationes proxime relatae, contra quas scripsit Soci. in d. §. cum in bello, num. 9. uersic. ex quibus plura, colum. 2. & Couarr. in d. capit. 7. colum. 7. uersic. hinc denique apparet, lib. 2. uar. resolut. & Castrensis, qui loquitur de secunda illatione, in d. l. ex facto, §. si quis autem, num. 4. ff. ad Trebell. & Natta in conf. 395. uiso, nu. 6. uersic. tamen praemissis, uolum. 2. & Ripa in d. l. ex facto, §. ex facto, num. 11. uersic. sed ulterius dubitatur, col. pen. ff. ad Trebell. & eruditissimus D. Mant. in tit. 9. nume. 6. uersic. tertio diligenter, lib. 5. de coniectur. & infra dicitur in cap. 24.

37 Secundo limitabis, ut conclusio non procedat, quando sumus in dispositione legis, quae secundum ordinem naturae procedit ex equitate, ueluti quando agitur de successione ab intestato, & tunc si pater si & filius eodem casu mortui fuerint, praesumetur filius post patrem mortuus, ut possit transmitti haereditatem, nisi ageretur de haereditate liberti, & ita procedit text. in d. l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub.

Sed secus ubi sumus in dispositione hominis, in qua inspicitur uere mens defuncti, & tunc praesumitur prius mortuus filius, ut substitutus uocatus, & dilectus a testatore admittatur, & hoc modo procedit textus in d. l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. & ita notat ibi Cuman. nume. 4. uersic. aut dicendum, & Alexan. in d. consil. 39.

num. 4. vol. 1. & Cacchera. in d. decif. 108. sub nu. 14. vers. non obstat.

38 Alij distinguunt, quod aut sumus in dispositione legis, & tunc si filius est impubes presumitur prius mortuus, quam pater, l. qui duos, §. fina. ff. de reb. dub.

Si vero est pubes, tunc presumitur pater prius mortuus ob votum transmittendæ hereditatis in decedentes, quod tamen fallit favore patroni, d. §. cum in bello.

Et hoc quidem procedit non solum in dispositione legis, ut dictum est, verum etiam in dispositione hominis subrogatæ in locum dispositionis legis, veluti quando institutus est is, qui ab intestato successurus erat, nam in tali casu pater presumitur prior decessisse, d. l. qui duos, §. si. ff. eo.

Aut sumus in simplici dispositione hominis, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, & tunc non distinguitur inter puberem, & impuberem, quia nullus alteri superuixisse presumitur, sed inspiciendum est, an dispositio debeat resolui altero superuivente, & tunc non resoluitur, quia verum est, neminem superuixisse, aut debet committi aliquo superuivente, & non committitur, quia nullus superuixit iuxta distinctionem Iacobi de Arena, quam sequitur Bartol. in l. quod de pariter, col. 2. vers. dico ergo sic, ff. de reb. dub. & Alex. in d. l. ex facto, §. si quis autem, vers. hæc responsio data, col. 1. ff. ad Trebell. & Aretin. in consi. 50. copiose, num. 5. col. 3. & Caccheran. in d. decif. 108. sub nu. 14.

39 Ex quibus inferitur, quod si institutus & substitutus, vel simul, vel diuersis in locis perierint, nec sciri potest, quis prior, & quis posterior spiritum emiserit, extinguetur fideicommissum, quia dispositio non potest committi, nisi superuivente ipso substituto, & ideo heredi eius incumbit onus probandi ipsum superuixisse, ut inquit Socin. in d. l. qui duos, §. cum in bello, nu. 6. vers. ex quibus plura, col. 2. ff. de reb. dub.

De hac tamen materia, quando duo, vel plures simul moriuntur, videbis Signoro. in consi. 9. questio præsupponitur, & Didac. in d. capit. 7. lib. 2. var. resolut.

Sed cum superius dictum sit, hominem viuere posse vsq; ad centum annos, non ineleganter queri potest, ob quam rationem & iura nostra voluerint, centum annos esse terminum vitæ humanæ, ut dicitur in d. l. si. §. C. de sacros. eccl. & in d. l. an vsusfructus, ff. de vsufr.

Et videtur hanc posse adduci, quoniam secūdū

41 Aegyptios, & cor hominis, quod primo anniculo duas drachmas pēdet, augetur per singulos annos ad binas drachmas ponderis vsq; ad quinquagesimū annum, ab eo postea anno detrahitur tantumdem, & similiter tantum per singulos annos diminitur, quantum creuit, & ideo existimauerunt hominem non viuere ob defectum cordis vltra centesimū annum, cuius opinionis fuit etiam Dioscorides Astrologus, quem refert Censoria. in c. 12. in

distin. etat. lib. de natali die, & hanc rem memorie prodidit Plinius in cap. 36. lib. 11. & Cæl. Rhodig. in cap. 21. lib. 19. lect. antiq.

Sed contrarium, quod hæc ratio subtilis non sit vera, nec motus ex ea sit legislator, apparet in §. 1. Auth. vt eccle. Roma. Vbi dicitur, quod centesimus & annus vitæ longæque hominis plerumque finis esse dignoscitur, ex quo manifeste percipi potest ob illam dictionem (plerumque) quod licet plures illud tempus non excedant, tamen non est finis necessarius, cum possit excedi, pro ut apparet in §. si uero intra triennium, Auth. de Monach. Vbi fit mentio Zofymi, qui proprie uicesimum, & centesimum ætatis annum agebat, quibus accedit, quod Trebellius Pollio in Claudio scripsit, Doctissimosque Mathematicorum centum, & viginti annos homini ad viuendum datos iudicasse, neque amplius iustitasse cuiquam esse concessum, etiam illud addentes, Mosen solum Dei, ut Iudæorum libri loquuntur, familiarem, centum, & viginti annos vixisse, qui cum & quereretur, quæ iuuenis interiret, responsum ei ab incerto numine, neminem plus esse vidurum. sic etiam Plinius in c. 48. lib. 7. refert Gorgiam & Siculum centum octo annis vixisse, & Terentiam Ciceronis uxorem centum septem, & Clodiam Ofelbi centum xv. & Valeriam Copiolam annum centesimum quartum agentem in scenam fuisse redactam, & Sammulam centum decem annis vixisse, & Stephanionem vtriusque secularibus ludis saltasse, qui ludi quolibet seculo, quod erat centum annorum instaurabatur, de quibus, & multis alijs notat etiam Valer. Maxim. in c. 14. lib. 8. Vbi quod amplius est, in fine posuit quosdam ex gente Epiorum, quæ est pars Actoliæ, ducentos expleuis se annos, & quendam Litorium & maximarum uirium, magnæque stature trecentesimum annum cumulasse, & quendam Dandonem ad quingentesimum usque annum processisse, & Regem Latinorum octingentis uite annis, & eius filium sexcentis uixisse. sed quod attinet ad hos vltimos uite excessus, aduertendum est, quod iuxta opinionem quorundam illa cumulatio tot annorum non processit ex vera, & longa hominum viuacitate, sed ex breuitate temporum, quibus annos antiqui metiebantur, ut notat in specie Plinius in d. cap. 48. ubi refert, quod annum ætate & alij vnum determinabant, & alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus, ut Archades, quorum anni trimestres fuerunt. Quidam lunæ senio, ut Aegyptij, ut non miremur proditum fuisse, apud eos aliquos singula milia annorum uixisse, de quibus annis etiam posuit Censoria. in cap. de annis vertentibus, ubi dicit in Aegypto antiquissimū annū bimestrē fuisse, post deinde à Pisone Rege quadrimestrem factū, nouissime annum ad 13. menses, & dies quinque produxisse. Item in Achaia & Arcades trimestrem annum habuisse dicuntur, & ob id Profelena appellatur, id eo, ut quidam putant, quæ ante sint nati, quam lunæ astrum celo esset: sunt qui tradunt hunc trimestrem Horon instituisse, eoque uer, ætatem, autumnum,

autumnum, & annus dici, & Græcos annales, eorum vero scriptores & horographos, itaque quatuor annorum circuitu in modum per teeteris annum magnum dicebant, Cares autem, & Acarnanes semestrem habuerunt annos inter se dissimiles, quibus alternis dies angescerent, aut senescerent, eosque cunctos veluti trieterida annum magnum. De iisdem notauit quoque Solinus in c. 3. in Polyhistore, ubi dicit, quod apud Aegyptios annus quatuor mensibus terminabatur, apud Arcades tribus, apud Arcananes sex: in Italia apud Lauinius tredecim, & apud Romanos ab initio decem, de quibus videbis Tiraq. in §. 1. glo. 10. in prin. de retractu Confang.

Sed utcumque sit circa annorum computationem, negari non potest, quin multi transferint annum centesimum, intelligendo de nostro anno Romano duodecim mensium, quos supra citavi ex Iustiniano, Plinio, & Valerio. Quinimo Lactantius Firmianus, & quidem recte, tenuit verum esse, quod antiqui mille & annis vixerunt, accipiendo annum (ut nos accipimus) pro circuitu solis per duodecim signa, quam rem disputauit contra Varronem, & sequaces, subiungens, quod ætas post diuiniuit fuit à Diuina sapientia per singulas progenies diminuta, ne longitudo vitæ causa esset excogitandorum malorum, atque in centum, & viginti annos meta vitæ collocata fuit, quam transgredi non liceret, ut de primo dixit in c. 14. in fine, & de secundo notauit in capit. 14. in princ. lib. 2. diuin. instit.

Ex quibus apparet veram non esse Dioscoridis sententiam circa spatium vitæ humanæ ob augmentum cordis, & eius diminutionem, quam multi improbant, & ineptam dicunt, ut ait Rhodigin. in cap. 16. in fine, lib. 4. lect. antiq.

Ratio igitur quare centesimus annus sit à lege statutus pro fine vitæ humanæ, cum nulla alia, quæ sit aptior, reddi possit, erit voluntas legislatoris, quæ & pro ratione sufficit, ut ait Bald. in c. 1. in fine, de alien. feudi.

Hinc dicimus, quod quando habemus decisionem legis claram, non est querendum de ratione legis, quia decisio sufficit, si non constat de causa, ut notatur in l. Gallus, §. si eius. ff. de libe. & posthum.

Quinimo Baldus ait, quod lex dicitur esse rationabilis & eo ipso, quod legislator eam putat esse rationabilem, & idem dicendum est in statutis, & in consuetudine, pro ut ipse attestatur in l. j. §. initium, in 2. notab. ff. de postulan.

Et hoc magis affirmandum est in constituendo fine huius vitæ, qui semper incertus est, & nunquam sciri potest, iuxta euangelicam veritatem, Estote parati, quia nescitis horam.

Qui verò fuerint hi, qui alios fines huic vitæ ascripserint, vide apud Censoria. in d. cap. 12. sub rubr. distin. etat. de natali die, & Rhodigin. in d. c. 21. lib. 19. lect. antiq.

- a Superuiventibus. Idem notauit Bartol. in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. & in l. ex facto, §. si quis autem. ff. ad Trebel.
- b Diuersis. Cumanus quoque facit differentiam inter simul morientes, & diuersis in locis morientes, ut primo casu presumatur pater prius mortuus, & secundo casu actori incumbat onus probandi prioritatem, uel posterioritatem, in qua se fundat, uide eum in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. & Riminal. seni. in consi. 127. uol. j.
- c Habere. Baldus dicit, quod potius presumitur uita, quam mors, & quod multi possunt ab hoc uerbo Bartoli decipi, in consi. 145. in fine, uol. 5.
- d Corneus. Alibi dixit idem Corneus eam legem non esse fundatam in naturali, & uiua ratione, ut patet in consi. 243. circa primum, in lit. c. uers. & solet, uol. 3.
- e Textum. Ille textus multiplices intellectus patitur, ut ibi cognoscitur apud Alex. & Ioann. de Imo. ideo male potest allegari ad decisiones causarum, ut ait Caccheran. in decif. 108. sub nu. 11. & Natta, in consi. 395. sub nume. 6. & Mantica in titu. 9. nume. 8. lib. 5. de coniectur.
- f Substitutus. Quid si quis fuit substitutus ultimo morienti ex duobus pupillis, & ipsi simul moriantur, quomodo admitteatur substitutus, dic beneficio restitutionis in integrum, uide Bart. Caitrensis. & Soc. in l. qui duos, ff. de reb. dub.
- g Legis. Hanc differentiam inter dispositionem legis, & hominis noluit decidere Ioan. de Imola, in l. ex facto, §. si quis autem, in ff. ad Trebel. Sed hanc differentiam omnino impugnat Didac. in cap. 7. num. 7. uers. Tertio principaliter. lib. 2. uariar. resol. & ante ipsam Cuman. in l. quod de pariter, ff. de reb. dub.
- h Profelena. Arcadum hoc est cognomen, qui Profelena uocantur, ex τρο, quod est ante, & σελων, quæ est Luna.
- i Trieterida. Id est trium annorum, unde Marti al. lib. 6. de filio Reguli sic cecidit. Aspicias ut paruus, nec adhuc trieteride plena, Regulus auditum laudet, & ipse patrem. Hinc trietericus, a, um, quod tertio anno fiebat, ut sacra trieterica Baccho.
- k Verum. Hoc probatur in cap. fin. distin. 84.

S Y M M A R I V M.

- 1 Vitam alleganti incumbit onus probandi.
- 2 Vita probanda est, quando bonis absentis dandus est curator.
- 3 Iura quando conceduntur alicui alleganti, non intelliguntur de sola allegatione, sed de probatione.
- 4 Hereditas non potest dari, quando dubitatur an aliquis sit mortuus, uel uiuus, sed interim datur curator bonis.
- 5 Viro, & uxore simul morientibus, donatio facta confirmatur, eo quia donator non superuixit.
- 6 Patri, & filio impubere simul morientibus creditur impubes filius prius mortuus.
- 7 Femina tanquam debilior presumitur prior mortua, quam masculus, ubi simul perierunt.
- 8 Femine ambidextræ non sunt.
- 9 Natura non solum in animalibus, sed etiam plantis, herbe lapidibus maiorem fortitudinem dedit sexui masculino, quam feminino.
- 10 Hedera alia est femina, alia est mas.
- 11 Magnes lapis alius est mas, alia est femina.

- Magnes, qui in Troade inuenitur, est niger, & feminei sexus, & non trahit ferrum. ibidem.*
- 12 *Rei plures si sunt torquendi, & inter eos sit femina, ab ea prius est incipiendum.*
 - 13 *Femina, an grauiora vulnera patiat, quam vir.*
 - 14 *Nullo iure cautum est, ut femina prius mortua censeatur, quam masculus, ubi simul perierint.*
 - 15 *Femina omnium operum uirilium est capax.*
 - 16 *Socrates dicebat feminas non minus, quam uiros natura esse aptas artibus, & scientijs.*
 - 17 *Plato uoluit eadem corporalia exercitia mulieribus esse imperianda, que uiris contribuuntur.*
 - 18 *Femininus sexus non reperitur in arboribus, nec in plantis, nec in lapidibus.*
 - 19 *Palma femina, an reperiatur.*
 - 20 *Uxor, & uiro simul morientibus, qui dixit maritum superuixisse pro lucranda dote, tenetur superexistentiam probare.*
 - 21 *Testatore, & legatario simul extinctis, dicenti legatarium superextitisse incumbit onus probandi.*
 - 22 *Fundans se in uita alicuius debet in specie probare uitam illius temporis, super quo se fundat.*

ARGUMENTVM.

Alleganti uitam incumbit onus probandi.

CAP. VIII.

SUPERIORI conclusioni affinis est hæc præfens tractatio, qua dicimus, quod **1** **†** ei, qui uitam allegat pro fundamento sue intentionis, incumbit onus probandi, l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de excus. tuto. & notat Bartol. in l. si quidem, in prin. C. sol. matrimon. & in l. 2. num. 7. vers. sed contra prædicta, ff. iud. solui, & Alex. in l. sed & si de sua, in fine, vers. quod confirmo, ff. de acquir. hæred. & in conf. 27. consideratis his, nu. 7. uers. alia ratione uidetur, uol. 7. & Gozadin. in conf. 68. uidetur prima facie, num. 5. vers. & primo moueor, & Socin. in l. si inter uirum, in fi. vers. sexto, & ultimo limitatur, ff. de reb. dub. & Cagnol. in l. si emancipati, nume. 90. vers. sed uerius est, C. de collat. & Gabriel. in conclus. 16. nume. 6. de præsumpt. & Couarruu. in cap. 7. col. 6. vers. sic crebriori calculo, lib. 2. variar. resolut. & Alcía. in præsumpt. 44. in fine reg. 1. de præsumpt.

2 Ex qua conclusione possumus ad multa inferre, quæ usu quotidie eueniunt, & præcipue inferatur, quod quando bonis absentis **3** dandus est curator, non solum inter cetera probanda est absentia, sed etiam ipsius **†** uita, cum sit hoc fundamentum petentis curatorem, ut in terminis consuluit Gozadin. in d. conf. 68. num. 5. vers. & primo moueor, col. 2. & D. Menoch. in casu 150. nu. 19. vers. quarto requiritur, lib. 2. de arbitr. iud.

2 Pro qua sententia uidetur facere textus in l. cū cognatos, in illis uerbis, (sed adhuc in rebus esse humanis affirmes.) C. de postlimin. reuerf. ubi uidetur inferri, uitam esse probandam ab eo, qui petit curatorem, tum ex eo, quod ibi actor affirmabat cognatos suos uiuere, tum etiam, quia quan-

3 do iura concedunt aliquid alicui alleganti, non intelligitur de **†** sola allegatione, sed de probatione, ut ait Alex. in conf. 78. uisó, & diligenter ponderato, num. 27. vers. & ubi iura, vol. 5. & Caccheran. in decis. 171. quoniam, num. 11. & glo. in c. non est. in uerbo, quam allegat, de consuetud. in 6. & ibi Domin. col. fin. & Decius in l. fi. num. 43. vers. & ideo illud uerbum allegat, col. 16. C. de edi. Diui Adr. tollen.

b Verum contrarium, ut non sit probanda uita, sed sufficiat probare absentiam, **b** & satis esse, si dubitetur de uita, vel de morte absentis, tenuit Bart. in l. cum cognatos, C. de postlimin. reuerf. ubi ait, quod quando dubitatur, an aliquis sit uiuus, vel mortuus, non potest hæreditas **†** adiri, sed interim datur curator bonis, propter cuius traditionem idem contra Gozadinum consuluit Decius in cōf. 575. in casu, num. 11. vers. non obstat, colum. fin. & idem in casu dubio mortis, vel uitæ tenuit Alberi. in l. ab hostibus, in prin. ff. ex quibus causis maiores, & Borgnin. de tutore, & curatore, nume. 331. vers. si autem minor, fol. 169. & Alexan. in conf. 4. uidetur, nu. 5. vol. 2.

5 Secundo infertur ad rationem textus in l. si inter uirum, ff. de reb. dub. ubi dicitur, quod uiro, & uxore **†** simul morientibus, donatio facta confirmatur, eo quia donator non superuixit. & dicenti donatorem superstitem fuisse, incumbit onus probandi, cum in eius uita se fundet, ut ibi notat Soci. nume. 8. uers. quarto infertur, ubi scripsit, quod actor, qui allegat aliquem uixisse usque ad certum tempus, debet illud probare, & nihil interest, an fuerit maritus donator, & uxor donataria, an uxor fuerit donatrix, & maritus donatarius, quoniam semper ei, qui dicit donatorem, uel donatricem superuixisse, probatio iniungenda est, cum textus ille in utroque loquatur, ut aperte notat Aretin. in conf. 50. copiose, & eleganter, uers. secundo hoc probatur, col. 2. & Couarru. in cap. 7. colum. 3. in fine, sub num. 5. uers. quarto satis manifestum est, lib. 2. uar. resolut. & Cremenf. in sing. 52. Statuto cauetur, ubi allegat textum in l. cum hic status, §. si ambo, ff. de donat. inter uirum, & uxor. quem textum dicit loqui in utroque, cum eundem casum contineat, & sequitur Roland. in q. 60. stat. statutum, nu. 4. de lucro dot.

6 Sed contra prædicta facit textus in l. qui duos, §. si. ff. de reb. dub. ubi dicitur, quod patre, & filio, **†** & impubere **c** simul morientibus creditur impubes filius ob corporis imbecillitatem prior mortuus, & pater præsumitur superstes tanquam robustior, & idem est in l. si inter socerum, ff. de pact. dotalib.

c Sed femina est debilior masculo, ergo simul morientibus uxore, & marito, debemus præsumere uxorem prius esse mortuam tanquam debiliorem, & maritum superstitem fuisse tanquam fortio- rem, quod est contra textum in d. l. si inter uirum, quam legem diximus loqui tam in masculo donatore, quam in femina donatrice.

Quod

7 Quod autem mulier **†** tanquam debilior præsumatur prior mortua, tenuit glo. in d. l. qui duos. §. si maritus, in uerbo, locum habebit, ff. de reb. dub. & Decius in l. foemina, num. 47. uers. uigesimo quarto, ff. de reg. iur. & idem sentire uidetur glo. fin. in d. l. si possessor, ff. de relig. & sumpt. fun. & in specie in terminis Fely. in c. capitulum sanctæ Crucis, nu. 19. uers. de duobus natis, extra de rescript. ubi dicit mulierem præsumi prius mortuam ob debilitatem, idem præcise tenuit Ioan. le Crier in prima conclusione quæstionis undecimæ, nume. 3. uers. secundum exemplum, lib. 1. de primogenit.

8 Quæ conclusio confirmatur ex eo, quod dici solet, foeminas **†** ambidextras nunquam esse, sed uiros plerumque ita leua manu, ut dextra, esse uisus uti, quæ res non alia ratione procedit, nisi quia uiri pondere, & fortitudine feminis præstant, ut ait Plinius in cap. 17. lib. 7. & Tiraq. in l. i. num. 64. de legib. connub. & Cælius Rhodigin. in cap. 3. lib. 4. lect. antiq. in ultima edit.

9 Sed quod amplius, illud accedat, quod natura non solum in **†** animalibus, sed plantis, herbis, & lapidibus semper constituit maiorem fortitudinem masculino sexui, quam foeminino, cum satis constet utrumque sexum in omnibus, quæ terra gignit, reperiri, ut tradit Plin. in capit. 4. lib. 13. & Volaterran. in lib. 26. Philolog.

10 Et in plantis **†** succurrit hederam, cuius duo genera sunt, mas, & foemina, & maior traditur mas corpore, & folio duriore, ac pinguiore. Idem iuris est **11** in **†** Magnete lapide, in quo mare foemina reperitur debilior, & ideo Plinius in cap. 26. lib. 36. adnotauit, quod ille magnes, qui in Troade inuenitur, niger est, & foeminei sexus, & non trahit ferrum, cum sit sine uiribus.

12 Proinde inspecta huiusmodi naturali debilitate foeminei sexus dixerunt nostri Doctores, quando plures rei sunt torquendi, & inter **†** eos foemina reperitur, ab ea prius esse incipiendum, quæ tanquam debilior facilius fatebitur, ut ait Gandin. in Rub. de quæst. & tormen. tract. de malef. & Couarru. in cap. 3. §. 4. nume. 10. uers. scribit tamen, in 2. parte, de spons. ubi tenet contra opinionem Marfilij, & glossæ, qui dicebant foeminam **†** grauiora vulnera pati, quam uirum, in l. nihil interest, ff. ad l. Iul. de adulter.

13 Cæterum his non obstantibus in iure nostro uerior est opinio, ut scilicet masculo, & foemina simul morientibus non intelligatur foemina ratione debilitatis prius mortua, quia nullo iure **†** hoc cautum est, & glossæ, quæ aliter affirmant, non bene loquuntur, ut ait Signorol. de Homod. in conf. 9. quæstio præsupponitur, & sequitur Couarruu. in d. cap. 7. uers. omnibus his adamussim, col. pen. lib. 2. variar. resolut. Nec obstat textus in d. l. qui duos, §. si maritus, ff. de reb. dub. Quoniam ibi foemina non præsumitur prior mortua ratione debilitatis, sed ex vigore pacti, quod erat, ut dos restitueretur, si mulier in matrimonio decessisset, unde

marito, & uxore simul pereuntibus, verificatur pactum, quoniam uerum est foeminam in matrimonio decessisse, & iste est uerus sensus illius textus, ut ait glo. in d. l. si inter uirum, ff. de reb. dub. Vbi dicit eodem modo respondendum esse ad l. si possessor. §. 1. ff. de religiof. & eum sensum amplectitur Bartol. in d. l. si inter uirum, in prin. & egregie Signorol. in d. conf. 9. uers. his sic præmissis, & Couarruu. in d. cap. 7. num. 3. uers. primum apparet, lib. 2. uar. resolut.

Rursus non obstat, quod sicut impubes ratione debilitatis præsumitur prius mortuus, d. l. qui duos, in fine: ita debeat præsumi mulier prior mortua, cum sit masculo debilior. Quia respondetur imbecillitatem, quæ proficiscitur à sexu, non esse tantam, quanta est imbecillitas, quæ procedit ab ætate infantis, ut bene per se patet, & tradit etiam Aretin. in d. conf. 50. col. fin. & Couarruu. in d. cap. 7. uers. nam quod adducitur de impubere, colum. penul.

Unde non est par ratio præsumendi foeminam præmortuam, sicut præsumitur præmortuus impubes.

Ultimò non obstat, quod foemine non possint esse ambidextræ, quia non negatur, quin sint aliquantulum debiliores maribus, sed non per hoc ipsæ præsumuntur præmori, quia nullo iure cauetur, ut dictum est: sicut etiam inter uiros datur gradus maioris, & minoris debilitatis, & tamen præsumptio præmoriendi non cadit inter eos, nisi in infante, l. si mulier, ff. de reb. dub. & notat Bartol. in conf. 179. Martinus, in fine.

15 Præterea accedat, quod omnium **†** operum uirilium natura compos est foemina, & in fortitudine corporis non solum mulieres uiros aliquando adæquauerunt, sed pluries etiam superauerunt, hoc attestantur bellicose Amazones, & fortissime Lacoena, quæ toto mundo notissime sunt. Idcirco **16** Socrates **†** in conuiuio apud Xenophontem dixit, foeminas non minus, quam uiros, natura esse aptas artibus, & scientijs, & Plato in lib. 5. de Republica uoluit, eadem corporalia exercitia **†** mulieribus impertienda esse, quæ uiris contribuuntur, de quo meminit Rhodigin. in cap. 1. lib. 1. 8. lect. antiq.

17 Illud tamen non omitam, uerum non esse, quod debilior sit foemina **†** in arboribus, plantis, & lapidibus, ut dictum est, quoniam talis sexus in eis non reperitur, & improprie huiusmodi differentia constituta est, ut notauit Cælius Rhodigin. in cap. 34. lib. 20. ubi dicit, masculum proprie dici, qui in aliquo generare potest: foemellam, in qua generari potest, qua ratione masculus, & foemina in plantis esse nequeunt, cui sententiæ tamen obstat illud, **18** quod dici solet de palma **†** foemina, quam sine palma masculo fructus producere negant, cum tanquam uidua sterilefcant statim, ac mascula arbor excisa sit, ut scripsit Plinius in capit. 4. lib. 13. & idem Rhodigin. in d. capit. 34. lib. 20. & Tiraq. in l. 1. nu. 65. glo. 1. par. 1. de legib. connub.

19 Tertio infertur ad statutum, quo cauetur, ut uxore,

20 **V**xore pramoriante t maritus lucretur dotem, na vtroq; simul naufragio, aut ruina domus pereuntibus, qui se fundauerit in vita mariti, allegando eum superstitem fuisse, probare debet, per textum in l. quod de pariter, ff. de reb. dub. vbi habetur, quod quoties requiritur aliquem pramori, non sufficit, quod simul moriantur, aut quod non appareat quis prius mortuus fuerit, & sic in hac specie respondit Castrenf. in l. qui duos, §. si maritus, ff. de reb. dub. & ita in contingencia facti super statuto Placentino Consuluit Homod. in d. conf. 9. vbi voluit dotem pertinere ad haeredes vxoris, nisi ab aduersarijs probatum fuerit maritum superstitem fuisse, & eum sequitur Couarruu. in d. c. 7. nu. 7. vers. primo ex hoc inferitur, lib. 2. var. resolut. & Roland. in d. quaest. 60. nu. 6. vers. limita tamen, de lucro dotis.

21 **Q**uæ conclusio confirmatur per textum in l. idē est, cum seq. ff. de reb. dub. Vbi dicitur, quod testatore, & legatario t simul extinctis, qui dixerit legatarium superstitem fuisse, probare debet.

Si tamen statutum diceret, vt vxore moriente, aut decedente maritus lucretur dotem, tunc conjugatis simul morientibus dos pertinebit ad haeres viri, licet dubium sit, quis prius, & posterius mortuus sit, ut ait Cremenf. in d. sing. 5 2. & latius Roland. in d. q. 60.

Quo casu si voluerint vxoris haeres se fundare in vita eius, allegando illam fuisse in periculo superstitem, probare debebunt secundum ea, quæ superius adnotata sunt.

22 **Q**uæ inferat, vt ei, qui se fundat t in vita alicuius, non sufficiat probare, eum simul fuisse viuū, nisi in specie probet vitam illius temporis, super quo se fundat: nam licet dicatur, quod semel viuus presumitur viuere vsq; ad centum annos, tamen hæc opinio est falsa, & nullo iure probatur, vt in cap. proxime præcedenti fuit notatum.

A D D I T I O N E S.

a **A**bsentis. Curator regulariter datur bonis mortui, non autem uiuentis, nisi quando quis esset absens ex iusta causa, uel ignoratur, vbi sit, nec aliter contra eum potest procedi ad venditionem bonorū, sed quando quis est absens per contumaciam, non datur curator bonis eius, sed proceditur contra eum ad venditionem per ipsos creditores, vt ait Castrenf. in l. si quis instituat, §. & ideo, nume. 8. vers. & est casus, ff. de heredib. instit.

b **A**bsentiam. Tradit Angel. in conf. 103. in prin.

c **I**mpubere. Dixit tamen Socinus, quod mortua muliere pragnante presumitur partus illi superuixisse, quod non est absolute verum, sed illud alia ratione procedit, tu vide ipsum in conf. 197. circa præmissam, colum. 2. vers. quinimo dico, uol. 2. de quo conf. facit hic Autor mentionem in sequenti capitulo.

S Y M M A R I V M.

a **N**atus esse negatur, qui post mortem matris ex secto ventre eius extractus est.

- 2 *Falsum est eam peperisse cui mortua filius extractus est.*
- 3 *Legatum factum mulieri sub conditione, si peperit liberos, non debetur, quando secto ventre puer editus est.*
- 4 *Conditio non est impleta, sub qua fuit libertas relicta ancille, si pareret filios, quando filij à ventre matris defunctæ extracti sunt.*
- 5 *Posthumus proprie non est, qui è ventre extrahitur.*
- 6 *Filius extractus è ventre matris defunctæ habet iura filiationis, & rumpit testamentum patris.*
- 7 *Mulier dicitur habere filium, quæ ventre excisso edere potest.*
- 8 *Filius extractus è ventre habet querelam inofficiosi testamenti.*
- 9 *Vxor instituta hæres in casu, quo partus non perueniat in lucem, si moriatur pragnans, non transmittit hereditatem.*
- 10 *Partus ex utero secto editus ad successionem parentum admittitur.*
- 11 *Substitutio facta de filiis nascituris, uel emphyteosis recepta pro se, & filijs nascituris, comprehendit filios ex ventre extractos.*
- 12 *Quando agitur de dispositione loquente de natis ad fauorem alterius, tunc proprie natus non dicitur ille, qui fuit ab utero excisso extractus.*
- 13 *Testator si reliquerit alicui mulieri extraneæ legatum, si pareret, non debetur, quando de ventre filius extrahitur.*
- 14 *Ecclesia substituta, si vxor non pareret, uel pareret quidem, sed in pupillari ætate partus decederet, si puer ex utero matris extractus paucis horis vixit, an admittatur.*
- 15 *Posthumi appellatione filius extractus è ventre continetur.*
- 16 *Dicenti filium è ventre extractum esse viuum, uel mortuum, incumbit onus probandi.*
- 17 *Testibus de uita deponentibus, an & quando magis credatur, quam de morte.*
- 18 *Vita non probatur ex eo, quod testes dixerint se uidisse puerum mouisse labia, & brachia, & aspirasse, & respirasse.*
- 19 *Partus extractus etiam si modico tempore uixerit transmittit hereditatem ad haereses.*
- 20 *Nasci viuum, & non posse viuere, quando differat à nato mortuo.*
- 21 *Cæsares, uel Cæsones appellantur illi, qui cæso ventre nascuntur.*
- 22 *Cæsarem familia unde traxerit originem.*
- 23 *Scipio Africanus fuit primo Cæsar appellatur, eo quia à cæso matris utero sit editus.*
- 24 *Iulius Cæsar, à quo ceteri Cæsares Imperatores appellati sunt, non fuit extractus ab utero matris.*

A R G V M E N T V M.

De filiis à secto matris utero extractis, & cui incumbat onus probandi eos fuisse viuos, uel mortuos extractos.

C A P. I X.

VENIT aliquando, vt in actu pariendi scemina dolore moriatur, nec aliter filius in lucem prodire possit, nisi cæso matris utero extrahatur, quæ materna calamitas circa successiones multas controuersias excitare consuevit, cum sepius dubitatum sit, an talis filius iura filiationis habeat, de qua re probabilem questionem mouet tex. in l. si ego, §. partus, in fine, ff. de publiciana in re act. vbi negatur t eum esse natum,

tum, qui post mortem matris ex secto ventre eius extractus est, cui adstipulatur alius textus in l. anniculus, la j. §. falsum. ff. de uerb. signif. Vbi dicitur, falsum esse eam peperisse, cui mortuæ filius t extractus est, per quem textum dixerunt nostri Doctores, eum non esse partum, qui de ventre secto extrahitur, & consequenter non habere effectum legatū factum t mulieri sub conditione, si peperit liberos, quando secto ventre puer editus est, cuius opinio nis fuit Angel. in l. quod dicitur, in fine, ff. de liber. & posthum. & ibi Alex. nu. 5. uers. sed non obstat, col. fin. & Iason, nu. 4. uers. limita istum, col. j. & rursus Angel. in conf. 5 1. Simon, uers. natiuitas secundi, col. pen. & Bald. de quo nullus facit mentionē in l. cum duobus. §. dāna, in 2. lectura, ff. pro socio.

A qua sententia non fuit alienus Bartol. in l. Arethusa, in fine ff. de statu homin. ubi dicit conditionem t non esse impletam, sub qua fuit libertas relicta ancillæ, si pareret filios, quando ipsa moritur, & filij a ventre extracti sunt. quibus accedit illud, quod uoluit glo. in l. posthumus, in uerbo posse queri, ff. de inoff. testam. ubi dixit, eum, qui hoc modo nascitur, nō esse proprie t posthumum, quæ traditio si uera est, prout ibi Angelus eam esse ueram fatetur, est profecto notabilis ad interpretanda statuta de posthumis loquentia, quorum uerba cum proprie, non autem improprie debeant intel ligi, ideo mētio facta de posthumis in statuto non comprehendet hunc extractum, qui improprie est posthumus, ut notat Gulielm. Bened. in c. Raynuntius, in uerbo, & soboles, nu. 18. uers. extractus secto, extra de testam. & Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos, nu. 119. uers. quæro, C. de reuo. donat.

Sed inō quod talis filius iura filiationis habeat, expressus est textus in l. quod dicitur, ff. de liberis & posthum. ubi habemus, quod filius t ex secto ventre editus etiam si non sit animal integrum, dū tamen spiritum habeat, ita rumpit testamentum patris, sicut filius naturaliter procreatus, quod idē notatur in l. posthumus, in prin. ff. de inoff. testam. ubi habetur, quod t tam filius extractus, quam natus, habet querelam in officio si testamenti, facit textus in l. etiam ea, ff. de uerb. signif. ubi dicitur, quod ea mulier creditur filium habere, quæ exciso t ventre edere possit, per quem textū cōiuluit Socinus, quod si uxor instituta sit hæres in casu, quo partus non perueniret ad lucem, & pragnans moriatur, non transmittit t hereditatem, non solum quia sit conditionalis institutio, quæ pendente conditione non habet effectum, uerum etiam duabus aliis rationibus, quarū altera est, quia mulier pragnans non dicitur sine liberis decessisse, cum exciso ventre edere possit: altera est, quia partus presumitur superuivere matri defunctæ, saltem quo ad transmittendam hereditatem, licet hæc ultima ratio sit dubitabilis, & forsitan non uera, & hoc ipse scripsit in conf. 197. circa præmissa, col. 2. uol. 2.

Et hanc quidem conclusionem mirum in modum confirmat textus in l. i. §. si qua pragnans, ff.

10 **V**nde cogn. ubi traditur, partum t utero exciso editum ad successionem parentum admitti, quod non solum procedit in legitimis successioneibus ab intestato, sed in successione quoque testamentaria, ut notat glo. in l. i. §. sed & si matris, in uerbo ad legitimam. ff. ad Tertullian.

Proinde summa cum ratione dictum est, quod substitutio facta de filiis t nascituris, uel emphyteusis recepta pro te, & filiis nascituris, comprehendit istos quoque filios de ventre extractos, qui licet quo ad matrem non dicantur proprie nati, d. §. partus, tamen quo ad patrem, qui opus suum cōpleuit in conceptione, sunt proprie nati, propter quod non solum quo ad uocis signationē, sed etiā quo ad realitatis effectum in dispositione cōprehēduntur, ut notat Bald. in l. fin. nume. 8. uers. uidi dubitari, C. de suis, & legitim. ubi dicit ita consuluisse in Ciuitate Lucana, eandemque opinionem tenuisti Iacobum de Ardizone, in summa sua, cuius sententiæ fuit quoque Pa. de Cast. in d. l. quod dicitur, num. 3. ff. de libe. & posthum. ubi ait, quod mulier, de cuius defunctæ utero filius uiuus extrahitur, nō dicitur parere hac ratione, quia post mortem ipsa nihil dicitur agere, sed bene ipse filius extractus dicitur esse natus, licet non secundum cursum naturæ, sed uolentem ad lucem peruenerit, & consequenter comprehenditur tam in uerbis statuti, quam in uerbis testatoris loquentis de nato, vel de nascituro, siue materia sit fauorabilis, siue restringibilis, & odiosa, quem sequitur ibi Alex. nu. 5. uers. item facit, colum. 2. Ioan. nu. 3. uers. & ideo si quis, colum. 1. & Felyn. in c. sicut ex tua, in fine, extra de homicid. & Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos, num. 120. uers. ego tamen, C. de reuo. donat. & Alex. in l. si. in fine, C. de posthum. hæred. instit.

Nec refragatur huic sententiæ tex. in d. l. si ego, §. partus, in fine, ff. de Publiciana, ubi dicitur eum non esse natum, qui ex secto ventre extrahitur, quæ respondetur illud posse forsitan procedere, quando agitur de dispositione t loquente de natis ad fauorem alterius, nam tunc proprie natus non dicitur is, qui fuit ab utero exciso extractus, nisi lex aliter disponat.

At secus, quando agitur de fauore ipsius filij, nam tunc proprie dicitur natus, etiam si ex secto ventre editus sit, ut uerbis. expressis patet in d. l. quod dicitur, ff. de lib. & posthu. & ibi latè Castrē. & optimè Saly. in d. l. fin. in fine, C. de posthu. hæred. instit. ubi ait, quod si fiat substitutio, si filius nasceretur, intelligitur is quoque natus, qui fuit è ventre extractus, quod idem confirmauit ibi Corneus, in fine.

Rursus non obstat id, quod dicitur falsum esse, mulierem peperisse, cui mortuæ filius extractus est. d. l. anniculus, §. fin. ff. de uerb. signif.

Respondetur enim pluribus modis, in primis dicitur illum textum habere locum in exaraneo, non in filio, ueluti, si testator t reliqueret alicui mulieri extraneæ legatū, si pareret, uel amico suo sub ea con-

ea conditione, si talis mulier pareret, nam tunc falsum est eam peperisse, quando è ventre filius extrahitur, sed secus est, quando testator instituit filium, nam tunc conditio apposita, si mulier pareret, in ipso filio extracto verificatur, qui & ipse parvus matris appellatur, ut patet in l. 1. §. si qua pragnas, ff. unde cognati, & in l. 2. ff. de mortuo infer. & hanc declarationem facit Bald. in conf. 122. verba testamenti sic dicunt, col. 1. uerfi. non obstat dicitur, vol. 1. & sequitur Tiraq. in d. l. si unquam, num. 121. uerfi. quæ etiam sententia, in verbo, suscepit liberos, C. de reuo. dona. & Alex. in d. l. fin. in fine, C. de posthum. hæred. instit.

Alio modo dicitur, quod ille text. procedit ubi mens testatoris nõ repugnat, alias secus, ut inquit Saly. in l. si. in fine, C. de posthum. hæred. instit.

Et quavis Iason has duas interpretationes impugnet affirmans, eas illi textui facere manifestam uiolentiam, & restrictionem, quod notauit in d. l. quod dicitur, sub num. 8. uerfi. ego tamen dubito, col. 2. ff. de lib. & posthum.

Cum Baldo tamen, & Salyceto steterit Alcia. qui dixit ex coniectura mentis interpretationem aduersus illum textum posse sumi, quod scriptum reliquit in d. l. anniculus, §. falsum, ff. de verb. signifi. & Alexan. in d. l. fin. num. 4. C. de posthum. hæred. instit.

Ex quibus resolui potest illa quæstio, super qua Bald. consuluit in d. conf. 122. vol. 1. ubi cum quidam instituisset ventrem uxoris, & si non pareret, vel pareret quidem, sed in pupillari ætate decederet, substituisset Ecclesiam Sancti Michaelis, euenit, quod mulier in puerperio decessit, ex cuius utero puer extractus, paucis horis uixit, tunc dubitatum fuit, an Ecclesia debeat admitti. & multi dixerunt, quod non, quia cum fuisset substituta, si uxor pareret, non dicitur illa peperisse, cui defunctæ filius extrahitur, per d. text. in terminis, in d. l. anniculus, §. falsum.

Sed Bald. in allegato loco consuluit contrariũ, non obstante prædicto textu, ea ratione motus, quia cū testator instituisset ventrem, illa oratio, & institutio est perfecta, & quicquid adiungitur, est quædam demonstratio, quæ non uitiat, licet per alium modum vera eius notitia habeatur, cuius sententiam sequitur Saly. in d. l. fin. in fine, C. de posthum. hæred. instit. & ibi Corn. num. 3. uerfi. extra glossam, colum. penult. & ibi Alex. nume. 4. uerfi. quærit etiam, colum. 1. & in l. commodissime, in fine, & in d. l. quod dicitur, num. 6. uerfi. & ex his infertur, ff. de libe. & posthum. & Socin. in l. 1. col. 12. uerfi. adde etiam ad prædicta aliam quæstionem, ff. de vulg. & pupil. & Alciat. in d. l. anniculus, §. falsum, ff. de verb. signifi. & Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, suscepit liberos, nume. 121. uerfi. quæ etiam sententia, C. de reuoc. donat. & Decius in conf. 227. in casu, nume. 12. uerfi. & facit, quod notat, col. fin. & in l. si quis pragnantem, ff. de reg. iur.

Et quamuis Iason aduersus hanc sententiam di-

sputando contrarium tenuerit in d. l. quod dicitur, sub num. 8. uerfi. ego tamen dubito, col. 2. ff. de lib. & posthum.

Nihilominus ab ea non est recedendum, cum sit communiter approbata, quam declarabis secundum traditionem Salyc. in d. l. fin. in fine, C. de posthum. hæred. instit. ubi distinguit duos casus, quorum alter est, quando dispositio tendit in utilitatem ventris, de cuius partu queritur, & tunc illa conditio, si pareret, verificatur in filio extracto, quia satis est, ut quouis modo veniat in lucem, quia testator in respicientibus fauorem filij non curauit de modo, sed de effectu.

Alter est, quando testator nihil disposuit in utilitatem ventris, & tunc illa conditio, si pareret, nõ verificatur in filio extracto, & cum sit voluntaria debet in specifica forma adimpleri, d. l. anniculus, §. falsum, & hoc idem notauit Corn. in d. l. si. in fine, C. de posthum. hæred. instit. & ibi Alex. in fi. & Soc. in d. l. 1. col. 12. uerfi. adde etiam ad prædicta, ff. de vulg. & pup.

Postremo non obstat, quod iste filius extractus non sit propriè posthumus, nec appellatione posthumi contineatur de proprio verborum significato in glo. in d. l. posthumus, in verbo, posse queri, ff. de inoffi. testam. & Gulielm. Bened. in d. ca. Raynutius, in verbo, & scholis, num. 18. de testam. & Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo suscepit liberos, num. 119. uerfi. quæro, C. de reuoc. dona.

15 Quia respondetur, contrarium tenuisse Ang. in d. conf. 51. uerfi. natiuitas secundi, col. 2. ubi dicit, quod omnis dispositio habens locum in posthumo edito, habet etiam locum in posthumo extracto de ventre, cuius doctrinam sequitur Iason in d. l. quod dicitur, num. 3. ff. de lib. & posth.

16 His igitur ita declaratis nunc inferendo ad nostræ materiæ propositum concludendum est, quod quando incertum est, an ille, qui fuit extractus ab utero matris, sit uiuus, a uel mortuus, tunc ei, qui dicitur cum uiuum, uel mortuum, incumbit onus probandi, tum quia is, qui agit, regulariter probat, ut dixi in cap. 6. & in cap. 57. lib. 1.

Tum etiã, quia qui se fundat in uita, uel in morte alicuius, probandi onere grauatur, ut ait Bart. in l. si quidem, in prin. C. sol. matrim. & in terminis Cæpol. in conf. 50. in causa quæ uertitur, in ciuilib. & Gabriel. in conf. 55. cum iura sint, uol. 1.

17 Et ubi testes tã uitæ, quàm mortis essent utrinque numero, & dignitate pares, tunc in dubio magis esset credendum testibus de uita, quàm de morte deponentibus, ut dixi in cap. 50. lib. 1. ut notat Cæpol. in d. conf. 50. sub nu. 3. uerfi. præterea quod sit magis, col. 3.

At si maior numerus testium deponeret de morte, & pauciores testes deponerent de uita, tunc maiori numero credendum foret, ut consuluit Bald. in conf. 69. factum tale est mater, uol. 5. Vbi ait testimonium quatuor testium de morte deponentium præferri duobus testibus de uita deponentibus: quia licet ista iustificatio, talem esse mortuum, sit

18 fit priuatiua, non tamen est proprie negatiua, quia cadit in sensum testis per uisum, subiungitque uitam se puerum mouisse labia, & brachia, & aspirasse, & respirasse, nam in animalibus, & in hominibus contingit, quod mortui moueant aliqua membra, quia post mortem remanet quidam momentaneus spiritus præcedentis uitæ, ut apparet in damnatis ultimo supplicio capitis.

19 Sufficiet autem in hoc casu partum uel modico tempore uixisse ad transmittendam hereditatem ad hæredes, cum enim partus extractus nihil differat a naturaliter nato, ut patet ex prædictis, & notat Bald. in conf. 128. ad intelligentiam, in fi. uol. 1. & Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, suscepit liberos, num. 120. uerfi. ego tamen, C. de reuoc. donat. & Hieronym. Gabr. in d. conf. 55. in fi. uolum. 1.

Ita dicitur transmittere hereditatem, sicut naturaliter natus. l. pen. C. de posthum. hæred. instit. & d. l. quod dicitur, ff. de lib. & posthum. & in terminis notat Cæpol. in d. conf. 50. nu. 5. cum seq. col. pen. & Gabr. in d. conf. 55. in fi. uol. 1.

Vnde si etiam taliter affectus extraheretur, ut certum esset, eum non posse uiuere, nihilominus rumpere testamentum, & hereditatem consequeretur, modo legitimo tempore natus esset, ut inquit Castren. in l. uxoris, nu. 3. C. de posthum. hæred.

20 instit. ubi ait, quod licet paria sint non nasci uiuum, uel nasci uiuum, & non posse uiuere, tamen hoc intelligitur esse uerum, quando quis non fuit natus secundum cursum naturalem, sed si debito tempore natus fuisset, ueluti in septimo, uel in nono, aut decimo mense, ruraperet testamentum, licet propter aliam causam appareret, eum non posse uiuere, cuius opinionem in terminis partus extracti sequitur Cæpol. in d. conf. 50. nu. 7. col. pen. & Gabriel. in d. conf. 56. in fine, uol. 1.

21 Illud autem constat eos, qui cæso uentre in lucem uenerunt, fuisse Cæsares, uel cæsiones appellatos, ut notauit Plinius in cap. 9. lib. 7. & Solinus in cap. 4. in Polyhistrate.

22 Ex quo casu cognomen sumpsisse dicunt familiam Cæsarium, uel quia primus mortua matre uentre cæso sit natus, uel a cæsarie, cum qua natus proditur, uel ab Elephante in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsa dicitur, uel ab oculis cæsis, quos ultra humanum morem vigentes habuit, ut refert Spartianus, in uita Aelij Veri, in principio, ubi subiunxit illam fati necessitatem fuisse se licem, ex qua tam clarum, & duraturum cum æternitate mundi nomen Cæsarium effloruit.

23 Quis uero fuerit primus huius nominis autor, in incerto est: sunt enim, qui putant Scipionem Africanum primum fuisse Cæsarem appellatum, eo quia a cæso matris utero sit proditus, ut sensit Solinus in d. c. 4. & Plin. in d. c. 9. lib. 7.

Sed Hermolaus Barbarus in Plinianis castigationibus, hoc falsum probat, quod idem quoque notauit Scolia apud Solinum in citato loco, & Ti-

raq. in q. 18. de iure primigen.

24 Illud profecto satis manifestè patet, falsam esse opinionem eorum, qui putauerunt Iulium Cæsarem, a quo cæteri Imperatores Cæsares appellati sunt, a cæso matris defunctæ utero fuisse Cæsare nuncupatum, cuius opinionis fuit Bald. in proemio Digestorum, nume. 26. uerfi. secundo quæro, col. 2. & Iason in d. l. quod dicitur, in prin. ff. de lib. & posthum. & Cæpol. in d. conf. 50. sub nume. 4. uerfi. nec repugnat, col. pen.

Quæ res quantum sit à ueritate aliena, patet ex eo, quod mater eius erat uiua, quando pontificatum maximum petijt, cui osculanti, cum ad comitia descenderet, prædixisse fertur, domum se nisi Pontificem non reuersurum, ut refert Sueton. in c. 13. eoque tempore dicitur esse mortua, quo in Gallia bellum gerebat, ut idem Suetonius attestatur in cap. 26. & refert Tiraq. in d. q. 18. nu. 3.

Sed siue à cæso ventre, siue ab Elephante occiso, uel à cæsaria, uel à cæsijs oculis sit Cæsar dictus, ego memini me ad uariã huius nominis etymologiam puerilibus annis allusisse quibusdam uersiculis, quos dum Bononiæ studebam, feci in laudem Cæsaris Odonis præstantissimi Medici, ac humanarum literarum peritissimi, quos hoc in loco ex prædictorum occasione inferere placuit, ut quaedam nouitate animum lectoris oblectem. in dictis enim uersibus alloquor Musas, easque precor, ut mihi aperiant, quæ de causa ipse Cæsar, & Odon appellentur, quæ mihi respondent, ut patet in Epigrammate, quod est tale.

*Dicite uos sacri faciles Heliconis Alumne,
Tuque pater medicæ Phæbe repertor opis,
Hic rerum occultas doctus cognoscere causas,
(Dicite) cur nomen Cæsar, & Odon habet?
Cæsar, Respondent, à cæsis dicitur herbis,
Quas illi ante alios noscere posse, datum est.
Et quoniam blandas meditatatur blandior odas,
Odon ab effectu nomina digna tenet.
Sic celebrer cantu, & medicæ celeberrimus arte,
A nostro petijt nomen utrumque choro.*

A D D I T I O N E S.

- a Viuus. Dixit Cæpolla, quod quis in dubio præsumitur natus uiuus, quando tempore debito nascitur, quod nõ est absolute uerum, nam uita probanda est ab eo, qui in ea se fundat, tu uide ipsum in conf. 50. num. 2. uerfi. item est aliud argu. col. 3. in ciuilib. Dicit potest, quod aut quis debito tempore, & naturali modo nascitur, & tunc in dubio præsumitur nasci uiuus, secundum Cæpollam, cuius opinionem tenuit Bald. in conf. 69. factum tale est, mater, num. 4. uerfi. super alio puncto, uolum. 5. Aut quis nascitur tempore interperfecti uel modo uolento, ut contingit extractis, & tunc mors, uel uita probanda est ab eo, qui mortem uel uitam allegat.
- b Transmittendam. Hereditas non adita, an transmittatur ad ascendentem, uide Cæpol. in conf. 50. num. 8. in ciuilib.

S Y M M A R I U M.

- 1 Tempus pariendi aliquando septimo, sepius nono, ac interdum decimo mense terminatur.

Natus

Natus vel cōceptus ante matrimonium, an intelligatur factus legitimus quo ad successiones per subsequens matrimonium. ibidem, in additio.

- 2 *Dicenti partum intempestiue natum incumbit onus probandi.*
- 3 *Argumentum à communiter accidentibus, transfert onus probandi in aduersarium.*
- 4 *Natus sexto, vel octauo mense, quomodo probetur.*

ARGUMENTVM.

Gui incumbat onus probandi filium esse maturo, an immaturo partu editum.

CAP. X.

EMPESTIVVM pariendi tempus † quo ad legitimandos filios ratione successionum, tam Iurisperitorum, quam communi medicorum sententia aliquando septimo, sæpius nono, ac interdum decimo mense terminatur, vt constat in l. septimo, & ibi Barto. ff. de statu homin. & in l. si. & ibi Doctor. C. de posthum. hæredib. instit. & glos. in l. Gallus, in verbo, in decem, & ibi alij Doctor. ff. de libe. & posthum. de quo tempore partus etiam latè notat Censori. in cap. 5. cum seq. de Natali die, & Aul. Gell. in c. 16. lib. 3. & Macrobius de somnio Scipionis, fo. mihi 16. & Doctor. in d. l. septimo, ff. de statu homin. & in §. rerum siquidem, Auth. de restit. & ea, quæ parit in 11. mense, & Tiraq. in l. si vnquam, in verbo susceperit liberos, num. 167. vers. eam tamen, cum seq. C. de reuoc. donat.

Sed quoniam aliquando contingit, vt filius intempestiue † nascatur, vt pura in sexto, vel octauo mense, propter quod dubitatur, an iura filiationis habeat, de quibus remissiue loquutus sum in cap. 4. num. 29. sup. eo.

Ideo si quis natus statim moriatur, & controuersia sit, quæ plerumq; esse solet, an intempestiue † proditus sit, onus probandi incumbet ei, qui dicit partum fuisse intempestiue † natum, tum quia qui dicit probat. l. 2. ff. de probat.

Tum etiam quia in dubio quis præsumitur tempestiue † natus, idest nono mense, sumpto argumento à communiter accidentibus, quod † transfert onus probandi in aduersarium, vt latius dixi in c. 13. nume. 5. lib. 1. Et hoc in terminis notat Bald. in d. l. septimo, nume. 4. ff. de statu homin. vbi dicit, quod quis præsumitur natus in nono mense per locum à communiter accidentibus, præsertim si mater consuevit alios filios parere in nono mense, quoniam ab eius consuetudine valet argumentum, & idem tenuit D. Burfatus, licet de Baldo non faciat mentionem in conf. 63. decessit, num. 21. vol. 1. & Decius in c. per tuas, col. 2. vers. tertius est casus, extra de probat.

Quomodo vero probetur, † quem fuisse natum sexto, vel octauo mense, vide Paris. in conf. 56. vol. 2. & Afflic. in decis. 236. & ibi Vrsill. & latè Mascard. in conclus. 1084. in verbo, Natum, lib. 2. de

probat. & Cassan. in consilio 19. numero 17. in 5. dubio.

ADDITIONES.

2 Legitimandos. An autem, qui natus, vel cōceptus est ante matrimonium, intelligatur factus legitimus per subsequens matrimonium? vide Cyn. in l. & si contra, in q. 3. C. de nupt. ubi dicit quod non, quia subsequens matrimonium legitimat filios natos ex concubinato, sed non natos ex coitu damnato: subiungitq; quod quamuis Canonistæ aliter opinentur, tamen illud obtinet in foro canonico, quo ad ordines sacros, sed fecus quo ad successiones, in quibus ius Civile seruatur, & opinionem Cyni sequitur Alex. loquens in nato in quinque mensibus à die contractæ habitationis, vel matrimonij, in conf. 74. uiso, num. 3. vers. in super etiam, uolu. 2. de qua re uide tamen Bald. in d. l. & si contra, nu. 8. C. de nupt. & ibi Saly. sub num. 1. vers. quæro quid de filiis, col. 1. & ibi Angelus, qui Cyno adheret, sed omnino uide Hieronym. Gabriel. in conf. 21. num. 14. col. 5. uolum. 1. & quot requirantur ut per subsequens matrimonium, quis legitimetur uide Cephal. in conf. 82. uolum. 1. & Hieronym. Gabriel. in d. conf. 21. uolum. 1. & uide quæ dicta sunt in cap. 5. num. 11. sup. eo. & de opinione Cy. superius allegati, uide Gabriel. in conclus. 1. num. 56. uers. concordat, de legitimat. uide infra eo. in cap. 15. in fine.

SUMMARIVM.

- 1 *Gemini, Trigemini, Quatergemini, & etiam plures filij uno partu possunt nasci. Vultus mulierum quinque receptacula possunt habere. ibidem.*
- 2 *Mulier Alexandrina fuit Romæ, quæ quinque filios peperit.*
- 3 *Peloponesia quinquies quaternos filios enixa dicitur. Superfatatio contingere potest in hominibus, sicut contingit in Cuniculis, & Leporibus. ibidem in addi.*
- 4 *Portentosum esse videtur, vt mulier ultra tres filios pariat.*
- 5 *Nilus est potus fetifer.*
- 6 *Germana quædam mulier abortum fecit duorum, & viginti filiorum.*
- 7 *Mulier quædam dicitur in peluim eiecisse corpuscula centum, & quinquaginta filiorum.*
- 8 *Primogenitum se dicenti incumbit onus probandi.*
- 9 *Tempus ab eo debet probari, qui se fundat in tempore.*
- 10 *Primogenitus quando ignoratur quis sit ex pluribus filiis, quid agendum.*
- 11 *Famina dicenti se primogenitam, vbi de gemellis agitur, incumbit onus probandi.*
- 12 *Formosior præsumitur esse primogenitus, quando contentio est inter gemellos de primogenitura.*
- 13 *Columbæ in ouis suis priorem marem, postridie fæminam pariunt. Piscorum opinio est, vt masculus prius è uulua egrediatur. ibidem.*
- 14 *Probatio admittitur contra illum, qui præsumitur primogenitus ad fauorem fæminæ se primogenitam dicentis.*
- 15 *Lex extenditur ex identitate rationis. Ratio generalis expressa in lege comprehendit omnes diuersas species casuum emergentium. ibidem.*
- 16 *Extensio legis ex identitate rationis fieri potest in materia iuris correctoria.*
- 17 *Masculus donator præsumitur ratione lucri acquirendi prior mortuus quam fæmina donataria.*
- 18 *Dictio (quasi) denotat improprietatem, & etiam aliquando ueritatem.*
- 19 *Regulæ inmitens dicitur habere fundatam intentionem. Equæ*

- 20 *Equa prægnans uendita sub conditione, si masculum pareret esset uenditoris, si fæminam, emptoris: quid iuris, quando utrunque peperit, & incertum sit quid prius ediderit.*
- 21 *Venditor cum potuerit legem apertius dicere in dubio contra ipsum pronuntiandum est.*
- 22 *Casus mixtus continetur sub simplicibus in ultimis voluntatibus.*
- 23 *Casus mixtus non comprehenditur in contractibus factis de casu simplici.*
- 24 *Verba simpliciter prolata intelliguntur de primo actu.*
- 25 *Gemini licet ordine successiuo nascantur, tamen dicuntur nasci primo partu.*
- 26 *Gemini quando nascantur rarior utriq; salus, & fæmina sicut gignitur celerius, ita celerius senescit.*
- 27 *Nepos ex filio primogenito, an præferatur patruo in primogenitura.*

ARGUMENTVM.

Probare debet, qui primogenitum dicit.

CAP. XI.

NO partu quandoque euenit, ut † gemini, trigemini, quatergemini, ac etiam plures filij edantur, ut ait Iulianus in l. si pater, ff. de solut. ubi dicit, Aristotelem scripsisse, quod quinque nasci possunt, quia uulua mulierum totidem receptacula habere possunt, & fuisse Romæ † mulierem Alexandrinam ex Aegypto, quæ quinque simul peperit, & tum habebat incolumes, & hoc in Aegypto affirmatum est sibi, de qua re multa etiam notabiliter scripsit Paulus in l. 3. ff. si pars hæredit. petat. ubi dicit, traditum esse, quatuor pariter puellas a matrefamilias natas esse, & alios non leues autores tradidisse, Peloponesiam quinquies † quaternos enixam, & multas Aegypti uno utero septenos, subiunxitque Lælium scripsisse se uidisse in Palatio liberam mulierem, quæ ab Alexandria perducta esset, ut Adriano ostenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa dicebatur, quintum † post quadagesimū diem, de qua fæmina Alexandrina idem confirmauit etiam Caius in l. utrum, ff. de reb. dub. ubi in fine illud adiunxit, quod ferè portentosum † uidetur, quod ultra tres nascitur, quod etiam asseruit Plinius in cap. 3. lib. 7. ubi dicit, tergeminos nasci certum esse Oratorum, Curatorumq; exemplo, supra, inter ostenta adducitur, præterquam in Aegypto, ubi fetifer potus † Nilus, et vbi etiam septeni vtero simul gignuntur, ibiq; etiam refert portentum, quod a quatergemino puerperio Faustæ euenit, & hoc idem pariter inter ostenta retulit Capitolinus in uita Antonini Pii, in qua scribens aduersa, quæ temporibus suis prouenerat, inter cætera dixit, natum fuisse puerum bicipitem, & uno partu mulieris quinque pueros editos fuisse, sed siue sit portentum, siue sit occulta vis naturæ, non est omittendum illud, quod scribit Albertus Magnus, de quo facit mentionem Cælius Rhodign. in cap. 23. lib. 4. lect. antiq. ubi tradit mulierem quandam in Ger-

mania † configuratis, confirmatisque iam in utero duorum, & viginti infantium corpusculis, abortu fecisse. aliam vero etiam septuaginta, imo ut amplius crescat admiratio, aliam etiamnum eiecisse in peluim embryuncolorum auricularis digiti magnitudinem corpuscula † centum, & quinquaginta, cuius rei facta fides est, tuniculis quibus obuoluebantur, conscisis, addit quoq; pluribus eorum affuisse dilationis, & constrictionis motum, & signa alia uitæ quamplura, oculis tamen imperfectioribus, manuum uero, & pedum digitos fuisse ueluti capillares.

His sic præmissis ueniendo ad rem nostram dico, quod geminis, aut trigeminis nascentibus aliquando cōtingit, ut nesciri possit, quis prior, & quis posterior nascatur: nam quamuis natura non permitat, simul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere, sed necesse sit ex ordine successiuo unum post aliam exire, vt dicitur in l. Arethusa. ff. de statu homin.

Attamen ista incertitudo prioritatis procedere potest, uel quia mater pariens erat sola, & cœca, uel quia peperit in obscuro, uel quia obstetrices non potuerunt, aut non curauerunt notare, quis prior, & quis posterior natus sit, uel quia maritus (ita permittente secula sua) duas uxores habebat, quæ pepererunt eodè tempore, uel quia gemini exciso uentre matris extracti sunt, ex quo fit, ut ei, qui se † primogenitum dicit, incumbat onus probandi, tum quia huiusmodi qualitas extrinseca, & accidentalis consistit in facto, ut ait Bald. in l. idem erit, nume. 4. vers. quæro quæ dicatur, ff. de statu homin. Vbi dicit quæstionem prioritatis esse quæstionem facti, & ob id probandam esse l. in bello. §. facta. ff. de captiu.

Tum etiam quia intentio † principalis fundata est in tempore, quod debet præcise probari, ut notat glos. & Doctor. in l. non solum, §. sed ut probari, ff. de oper. noui nunciat. & Socin. in conf. 42. in casu restitutionis, nu. 9. uers. tunc succedit regula, uol. 1.

Quid uero sit agendum, quando † per uiam probationum sciri non potest, quis sit primogenitus, uide Ripam in l. quominus, nu. 61. ff. de fluminib. & latissime Tiraq. in q. 17. de iure primigen. ubi egregie loquitur.

Et quidem prædicta sunt uera, quædo sunt duo, aut tres masculi contententes de primogenitura: sed si contentio foret inter masculum, & fæminam, tunc masculus esset tutus, & ipsi fæminæ † incumbit onus probandi, se fuisse prius natam, siue agat, siue excipiat, per textum in l. si ita fuerit legatum, in fine, ff. de reb. dub. vbi habetur, quod masculus per præsumptionem censetur prior editus, quia maior est uis in eo, quam in fæmina, & ob id tanquam robustior præsumitur prius egressus de carcere materni uteri, per quam rationem dixit Baldus, quod si controuersia primogenituræ extiterit inter duos masculos, præsumptio erit † pro fortiore, & robustiore, ut apparet in §. itaque, nu. 15. vers.

vers. in contrarium quod consuetudo, in prima cō
stit. Digestorum, & sequitur Felyn. in c. capitulum
Sanctæ Cru cis, nu. 19. vers. de duobus natis, extra
de rescript. & Ioan. le Cirier. in prima concl. q. 11.
nu. 3. vers. secundum exemplum, lib. 1. de primoge.
& Alciat. præsump. 49. num. 4. vers. & è conuerso,
reg. 1. de qua re tamen omnino uidebis Tiraq. in
quæst. 17. in septima & octaua opinione, de iure
primigen.

Et hanc conclusionem, quod prior censeatur na
tus masculus, quàm foemina, declarauit etiam na
tura † in columbis, quæ in binis ouis marem sem
per, & foeminam pariunt, priorem, marem, postri
die foeminam, ut notauit Plinius in cap. 5 8. lib. 10.
& Aelian. cap. 15. lib. 1. de varia. histor. cui adsti
pularur Socin. in l. si ita fuerit. §. planè, ff. de reb.
dub. ubi scripsit physicorum esse opinionem, ut
masculus prius è uulua egrediatur, & idem notat
Bald. in l. idem erit, in princ. ff. de statu homin. &
Bartol. in d. §. planè, in fine, & ibi Castrenf. in fine.

14 Sed difficultas est scire, an † probatio admittatur
in contrarium, idest an si mulier uoluerit probare
se primogenitam, audietur? in qua quæstione in
ueni Ioannem le Cirier. in loco ut supra citato,
hoc pacto distinguentem.

Aut enim (dicit) controuersia vertitur inter
masculum, & foeminam, & tunc probatio in con
trarium non admittitur, quia præsumptio iuris, &
de iure est contra foeminam, quæ ratione debilitatis
præsumitur posterior nata. Vnde cum ius statuatur
super hoc, ut habetur in d. l. si ita fuerit. ff. de reb.
dub. amplius nihil in contrarium est audiendum.

Aut cōtrouersia versatur inter duos masculos,
& tunc post multa uerba concludit, securius esse,
ut probatio admittatur: nam quamuis eadem ra
tio sit in hoc casu, quæ est in superiori, ut robu
stior prius egressus fuerit, tamen quia ius expresse
super hoc nihil statuit, ideo probationes audien
dæ sunt.

Sed ego pace huius viri alioqui doctissimi, in
diuersum transeo, & præsupposita pro uera opi
nione communi, ut scilicet masculus præsumatur
prior natus, quàm foemina, ego tamen nego uerum
esse, quod ista sit præsumptio iuris, & de iure, &
quod sit fundata super debilitate uxoris, quoniam
neutrum in iure probatur. Vnde aduertendum est,
quod textus in d. l. si ita fuerit, in fine, non funda
tur in ratione debilitatis foeminæ, sed in fauore li
bertatis, quæ relicta fuerat sub hac conditione, si an
cilla primum marem pepererit, nam masculo & fe
mina simul editis, si incertum sit, quid prius edidif
set, placuit legislatori, ut in rebus dubiis fauore li
bertatis humaniorem sententiam sequeremur, &
quasi præsumeremus posteriorem foeminam fuisse
editam, & ancilla mater esset libera, & filia ingenua,
& ita tenet Bart. in l. Arethusa, num. 2. vers. quærit
gl. ff. de statu homin. ubi dicit, communiter Docto
res tenere, ut allegata lex loquatur fauore liberta
tis, quod idem notauit ibi Bald. nu. 10. vers. quærit
gl. & rursus Bart. in l. si extraneus, in fine, ff. de cōd.

causa data, & Angel. in d. l. Arethusa, in prin. col.
2. & Alber. in d. l. si extraneus, vers. si uero non con
stat, col. fin. & ibi Salycet. in fine, & Fulgos. nume.
5. colum. 1.

Sed aliud est, quod legis ratio se fundet in fau
ore libertatis, & aliud est, quod se fundet in mulie
bri imbecillitate: nam primo casu ob eandem ra
tionem ego uersa uice dico, quod si libertas relicta
fuisset sub hac conditione, si ancilla priorem fo
eminam peperit, & geminis editis sciri non possit,
quem prius edidisset, dico inquam, quod eadem
sententia humanior ampli etenda erit fauore liber
tatis, ut scilicet foemina censeatur primogenita, &
masculus secundogenitus, ad hoc, ut mater sit libe
ra, & filius ingenuus: cum enim concurrat in hoc
casu eadem ratio, debet etiam concurrere eadem
iuris dispositio, l. nō potest, ff. de leg. 1. & l. à Titio,
ff. de verb. oblig. & notat Bald. in l. quāuis, in prin.
15 C. de fideicom. ubi ait, quod quando † extenditur
lex ex identitate rationis, illa interpretatio non di
citur extensiuua, sed intellectiua, quia intellectus, &
ratio idem sunt.

Sed in casu prædicto ratio finalis, ob quam ma
sculus præsumitur primogenitus, fuit fauor liber
tatis, ergo idem fauor debet è conuerso præsume
re foeminam primogenitam, quādo libertas relicta
fuisset sub ea conditione, si prius foeminam peperif
set, pro ut in masculo diximus: nam sicut genus
comprehendit omnes species, ita ratio generalis
expressa in lege comprehendit omnes diuersas
species casuum emergentium, ut ait Paul. de Ca
stro in conf. 83. præsens casus modicam dubitatio
nem, nu. 2. vers. constat autem, uolum. 2. ubi sub
iunxit tantam † vim oriri ex identitate rationis, ut
etiam extensio fieri possit in materia iuris corre
ctoria, & sequitur Decius in conf. 372. uisus, & di
ligenter consideratis, nu. 7. vers. & qñ in pluribus,
col. 4. & Euerard. in loco 35. de modo arguen.

Sed cum in nostro casu non inducatur ulla iuris
correctio, multo magis extensio debet fieri ex eo
dem libertatis fauore, qui in utroque casu solus, &
manifestus est, & ita dictum tex. interpretatur Bar
tol. in d. l. si ita fuerit, §. planè, ff. de reb. dub. ubi di
cit, quod fauore libertatis tam foemina præsumitur
primogenita, quàm masculus, licet in alijs casibus
in quibus non agitur de fauore libertatis, præsu
matur masculus primogenitus, & hanc esse com
munem opinionem tradit ibi Socin. in 3. notab.
quam expresse tenet ibi quoq; Castrenf.

17 Quibus adde, quod prædicta conclusio confir
matur ex eo, quod si ratione lucri † acquirendi
præsumitur masculus donator prior mori, quam
foemina donataria, non inspecta foeminini sexus
imbecillitate secundum ueram intelligentiam tex
tus in l. si inter uirum, ff. de reb. dub. ut dixi in cap.
8. num. 5.

Multo magis debemus ex ratione libertatis,
quod est lucrum inestimabile, præsumere foeminam
primogenitam, & masculum secundogenitum am
pliādo rationem expressam in d. l. si ita fuerit, §. si.

Quo

Quo circa ex prædictis affirmandum est, ratio
nem illius legis esse fundatam in libertate, & nō in
mulieris imbecillitate, q̄ si fuisset considerata, non
potuisset illa lex extendi, & ampliari in casu, quo
libertas relicta fuisset sub conditione, si foeminam
priorem pepererit, ex quo sequitur falsum esse, qđ
ex auctoritate illius legis inducatur præsumptio iu
ris, & de iure, quoniam si talis præsumptio inducta
fuisset, non posset fieri prædicta extensio ad foemi
nam primogenitam, ut diximus.

18 Quinimo dixit Socinus in d. §. plane, quod in ca
su, in quo præsumptio sit, quod masculus primo
sit natus, argumento sumpto a physicis, qui sic ar
bitrantur, tamen ista præsumptio non est tanta, ut
sufficiat ad uictoriam obtinendam, nisi adiuuetur
uel a fauore libertatis, uel ab alio adminiculo cu
ius opinionem ego confirmo per ipsum tex. ubi di
citur, masculum censer priorem esse editum, quasi
per præsumptionem, nam pondero illam dictionē
(quasi) quæ † regulariter denotat improprietatē.
l. si cum dotem, §. fin. ff. sol. matrim. l. in prouincia
li, §. si ego ff. de oper. noui nunciat.

21 Ex quo sequitur, quod cum illa sit quasi præsum
ptio, merito non sit uera præsumptio, nec obstat,
quod hæc dicitio (quasi) aliquando significat ueri
tatem, ut ait gl. in c. parrochianos, extra de decim.
& Felyn. in c. gratum, nu. 12. vers. glos. in uerbo
quasi, extra de rescript.

19 Quia respondeo, regulam esse, ut extra natura si
gnificet improprietatem, ut ait Felynus supra cita
to, & ideo inferitur quod † cū nos innitatur regu
læ, satis fundatam habemus intentionem, ut alibi
dixi, & notat Decius in cōf. 475. in causa, nu. 3. col.
2. & Cagnol. & Dec. in l. 1. ff. de reg. iur.

Et ita ex prædictis ego teneo, quod stante com
muni opinione, ut masculus præsumatur primoge
nitus, admittatur tamen probatio in contrarium,
idest, ut foemina possit probare se priorem genitam.

20 Inferitur utraq; ad illam quæstionem, qua quis
uendit equam prægnantem † sub hac cōditione,
ut si masculum pareret, esset uēditoris, si foeminam,
emptoris nam utroque pariente equa si incertum
sit, quid prius edidisset, dubitatur, quid iuris? In
qua quidem quæstione sunt quatuor opiniones,
prima est, quod masculus sit uenditoris, cum præ
sumptio sit eum fuisse primogenitum, & hæc caret
omni difficultate, si præsumptio sit uera, & efficax,
sed quoniam Socinus in d. §. plane, dixit hanc præ
sumptionem non sufficere ad uictoriam, ideo talis
opinio non uidetur tuta, & eo magis, quoniā tale
fundamentum reprobaui Bartol. in d. l. si extra
neus, nu. 5. vers. quid si non apparet. ff. de cond. cau
sa data, & in d. l. arethusa, nu. 2. vers. quærit glos. ff.
de statu homi. & idem retulit Alex. in d. l. si extra
neus, nu. 5. sub uers. extra glossam in fine.

Sed aduertendum est, quod Bart. absolute non
improbaui dictam præsumptionem, imo illam
approbaui in d. §. plane, sed solum in dictis locis
dixit illam præsumptionem non probari in d. l. si
ita fuerit, in fine, cum lex illa loquatur, solum pro

pter fauorem libertatis, & ideo non posse allegari
ad probandū, quod masculus præsumatur esse pri
mogenitus, de qua tamen præsumptione uide quæ
notauit Tiraq. in l. 1. nu. 59. vers. licuti & è diuerso,
de legib. connub. & in quæst. 17. in septima opi
nione, nu. 2. de iure primogen.

Secunda opinio fuit Gulielmi de Cuneo, qui di
cebat pullum masculum spectare ad uenditorem,
& foeminam ad emptorem, non quidem ea ratione,
q̄ masculus præsumatur primogenitus, sed quia
facienda est talis diuisio ex quadam æquitate sug
gerente, ut in simili dicitur in l. si ita sumptum sit,
ff. de lib. & posth. & hanc partem sequutus est Bar.
in d. l. si extraneus, in fine, ff. de cond. causa data, &
non sequuta & ibi Alber. uers. unde in dubio, col.
fin. & Salycet. in fine.

Quæ opinio uidetur habere pro se æquitatem
scriptam, ut ait Alex. in d. l. si extraneus, in fine, nec
solum dicitur esse uera de æquitate, sed etiam de iu
re, ut notat Socin. in d. §. plane, in fine.

22 Tertia opinio fuit Iacobi de Rauenna, & Ludo
uici Romani, quos sequitur Alex. in d. l. si extra
neus, nu. 5. vers. extra glossam, ubi dicit ad uendito
rem nihil pertinere, quoniam † contra eum in re
bus dubijs semper pronuntiandum est, qui potuit
legem & pactum apertius dicere, l. ueteribus. ff. de
pact. & l. contrahenda, ff. de reg. iur.

Præterea in contractibus dispositio † facta de
simplicibus non comprehendit casum mistū, quia
fit in eis stricta interpretatio. l. quicquid astringen
dæ, ff. de uerb. oblig.

Sed iste partus est casus mistus, ergo non com
prehenditur sub simplici dispositione, & hæc par
tem tenet etiam Fulgos. in d. l. si extraneus, in fine,
& ibi Iason. nu. 15. uers. extra glossam. inducitur, ubi
subiungit quod quando in aliquo actu requiritur
factum cum certa qualitate, debet actor utrunque
probare, alias succumbit, nec sufficiat probare fa
ctum, nisi etiam qualitatem probet gl. & Doctor.
in l. cum actum, ff. de neg. gest.

Sed in ista quæstione est necesse, ut uēditor duo
probet, idest, quod pullus masculus natus sit, & qđ
primo natus sit, quia de primo intellexerunt par
tes, ergo nisi utrumque probet, debet succum
bere.

Nec obstant allegata in contrarium, quod scilicet
ex quadam æquitate diuisio facienda sit. d. l. si
ita scriptum, ff. de liber. & posthum. & l. qui qua
draginta ff. ad l. falcid.

23 Quoniam respondetur, illa iura loqui in ultimis
uoluntatibus, in quibus, quia sunt fauorabiliores,
sub simplicibus continetur casus mistus, secus est
in contractibus, in quos strictior cadit interpreta
tio, & ita dicunt Alexander & Iason in locis ut su
pra citatis.

Quarta opinio fuit Socini in d. l. si fuerit, §. pla
ne, in fi. ff. de reb. dub. ubi sic distinguit, quod uer
ba contrahentium aut sunt simpliciter prolata,
eo quia dictum sit, si nasceretur masculus sit uendi
toris &c. Aut sunt probata non simpliciter,

E sed

sed cum qualitate prioritatis, eo quia dictum est, si masculus prior nascetur.

24 Primo casu dicit esse ueram opinionem Gulielmi de Cuneo, & Bartoli, & sequacium, & hac ratio ne uritur, quoniam uerba simpliciter prolata debent intelligi de primo partu, l. boues. §. hoc sermone, ff. de uerb. signif.

25 Sed gemini licet ordine successiuo nascantur, tamen dicuntur nasci primo partu. d. l. Arethusa, ff. de statu homin. Ergo masculus debetur uenditori tamquam natus in primo partu secundum mentem contrahentium.

Secundo quando dictum est, si masculus prior nascetur, tunc quoniam uenditor se fundat in prioritate, ideo illam probare debet, secundum tertiã opinionem, & ita ex predictis colligere potes, quod licet communior opinio sit, ut masculus debeatur venditori, tamen maior pars Doctorum nõ se fundat in presumptione, quod masculus censeatur primogenitus, sed se fundat in alijs rationibus, & argumentis, quæ supra deducta sunt, & quidem manifeste constat, talem præsumptionem in iure nostro minime probari, uide tamen Plinium in cap. 4. lib. 7. ubi notauit, si utriusque sexus editi sint gemini, rariorem utriusque salutem, foeminam gigni celerius, quàm mares, sicuti celerius fenescere. An autem nepos ex filio ut primogenito præferatur patruo in primogenitura, uide Alban. in cons. 60. habet præsens, ubi distinguit inter dispositionem hominis & dispositionem legis, de quo iuris articulo latissime disputauit Tiraq. in quaestione 40. de iure primigeni.

ADDITIONES.

a Receptacula. Galenus quidem fatetur plures filios simul gigni posse, sed negat in muliere esse quinque, uel septem cellulas dicit enim, quod interim circa mediũ tumorem ipsius matricis sunt duo additamenta inuersa, siue protensa, sicut duo cornua, uel duo capita mammillarum, quibus adhærent duo foetus, unus à dextera parte, scilicet masculus, alter à sinistra, scilicet foemina, sicut natura exterius præparauit duo instrumenta nutritionis, scilicet duas mamellas, ita interius duo suspensoria, & sicut sunt plures mamellæ extra, & intra, & plura sunt iuuamenta matricis interius, quæ etiam uisui apparent. Unde quidam per simile dicebant decepti in muliere esse quinque cellulas, quidam septem, quia tot foetus possunt simul in matrice esse. Ad hoc dicendum, quod sicut in arbore plura pira apparent, uel adhærent in stipite proueniente ex arbore, à quo accipiunt nutrimentum, ita in matrice possunt plures foetus adhære uni additamento, à quo omnes accipiunt alimentum, & hoc dicit in libro de anatom. uiuor. in c. de anatom. matricis, & uide quoque Rhodigin. in c. 23. lib. 4. lect. antiq.

b Quintum. Ergo Iurisconsultus ibi admittit superfectionem in hominibus contingere posse, prout ea fit in cuniculis, & leporebus secundum Plin. in c. 63. lib. 10. ubi dicit, quod Dasypodes, quos quidam cuniculos interpretantur, omni mense pariunt, & superfectant, sicut lepores, alij tamen negant superfectionem in hominibus fieri posse.

c Embryunculorum. Embryo, à quo embryunculus, & par tus imperfectus, & accipitur pro eo, qui in utero matris uiuit, antequam lineamenta suæ speciei accipiat, dicitur ex *εμ* & *βρω*, quod est germino.

SUMMARIUM.

- 1 Fraternitas est ab eo probanda, qui eam allegat.
- 2 Dicenti se sororem incumbit onus probandi.
- 3 Genus probandum est ab eo, qui dicit se esse de aliquo genere. ibidem.
- 4 Talem debet se probare, qui uult ut talis admitti.
- 5 Agnatum se dicens, debet probare agnationem.
- 6 Consanguineum se alicuius dicenti incumbit onus probandi consanguinitatem.
- 7 Dicenti alicquem habere consanguineos, uel fratres incumbit probatio. ibidem.
- 8 Impugnanti contractum mulieris, eo quia non interuenit consensus fratrum, uel consanguineorum ex forma statuti requisitus, incumbit onus probandi mulierem habuisse fratres, uel consanguineos.
- 9 Possessorium tunc reperitur, quando reperitur petitorium.
- 10 Possessorium inter patrem, & filium datur, quoniam inter eos reperitur petitorium.
- 11 Fratres multi se uocant, qui non sunt fratres.
- 12 Fraternitatis quasi possessio reperitur.
- 13 Frater probans se fuisse habitum, & nominatum pro fratre, obtimebit contra siscum succedere uolentem in hereditatem tamquam uacantem. ibidem.
- 14 Consanguinitatis, & alterius parentelæ quasi possessio reperitur.
- 15 Quasi possessio in qualibet materia potest admitti circa id, in quo quis pro tali fuit tractatus.
- 16 Quasi possessio ciuitatis, & uicinitatis reperitur.
- 17 Quasi possessio sponsaliorum de futuro datur. ibidem.
- 18 Petitorium fraternitatis potest intentari principaliter instando, ut pronuncietur frater, uel agnatus, uel cognatus.
- 19 Filij quomodo dicantur tractari pro filijs à parentibus.
- 20 Quasi possessio fraternitatis, & alterius consanguinitatis potest constitui tam ex tractatu, quàm ex nominatione.
- 21 Fratres, & consanguinei an possint se tractari pro fratribus, & consanguineis per actus mere uerbales, an etiam per facta.
- 22 Vocare, & inuitare quem ad hereditatem diuidendam, est actus uerbalis.
- 23 Frater constituitur in possessione fraternitatis per actum diuisionis, qui consistit in facto.
- 24 Præsumptio oriens ex tractatu est efficacior illa, quæ oritur ex simplici nominatione. ibidem.
- 25 Facta uero proximiora sunt, quam nuda uocabula. ibidem.
- 26 Actus inuitandi consanguineos ad nuptias, & funerals, constituit inuitatos in quasi possessione consanguinitatis.
- 27 Luctus, & ploratus factus in funere agnati, erat in usu tempore Digestorum.
- 28 Testis, qui de morte alicuius testificatur, efficaciter probat, quando dicit se uidisse de illo fieri luctum in domo sua, & consanguineos induisse uestes lugubres.
- 29 Aduocatus in probanda consanguinitate non debet esse contentus sola nominatione, neque solo tractatu.
- 30 Consanguinitatis probatio, est difficilis probationis.
- 31 Consanguinitatis ius nullo tempore prescribi potest. ibidem.
- 32 Consanguineis duobus de proximitate contendentibus, ei qui dicit se proximiorum, incumbit onus probandi proximitatem per distinctionem graduum.
- 33 Consanguinitatis probatio an sufficiat, si non præcisè probetur nullum alium proximiorum reperiri.
- 34 Consanguinitas non probatur, nisi certus gradus probetur.
- 35 Non omnis consanguineus admittitur de iure civili ad successione-

- 36 nem, sed is demum, qui est inter decimum gradum.
- 37 Probatio dubia contra probantem interpretatur.
- 38 Proprietas consanguinitatis dicitur esse probata, quando gradus probantur.
- 39 Quasi possessio fraternitatis probatur absque probatione graduum.
- 40 Ab intestato uocantur ad hereditatem primo descendentes proximiores, secundo ascendentes, & tertio collaterales.
- 41 Filij consistunt in facto, nec presumuntur nisi probentur.
- 42 Vnius uero tempore, non presumitur alio tempore uiuus.
- 43 Reus debet probare suas exceptiones.
- 44 Vita præcisè probanda est ab eo, qui se fundat in uita.
- 45 Filius quando moritur priusquam pater, dicitur rerum ordo per turbatus.
- 46 Successio patris in bonis filij præmortui appellatur tristis, & dura fortuna. ibidem.
- 47 Quasi possessio consanguinitatis sufficit absque graduum probatione, quando agitur de materia transitoria ad consanguineos in infinitum.
- 48 Fideicommissum in dubio debet regulari secundum dispositionem iuris civilis, quæ decimum gradum non excedit.
- 49 Legatum factum propinquioribus debet intelligi de illis propinquioribus, quos ius civile gradatim uocat ab intestato. ibidem.
- 50 Prohibitio facta in perpetuum de non alienando extra familiam, non extenditur ultra quartum gradum post primam personam prohibitam.
- 51 Prohibitio facta de non alienando in infinitum, ex coniecturis extenditur.
- 52 Quasi possessio consanguinitatis, & agnationis absque graduum probatione ualet in successione feudorum.
- 53 Transuersales agnati in infinitum succedunt in feudis.
- 54 Consanguinitatis gradus est probandus, quando sumus in materia ad certum gradum limitata.
- 55 Probatio consanguinitatis, uel agnationis probatio non admittitur in emphyteusi ecclesiastica, nec in fundo paterno sine graduum computatione.
- 56 Statutum grauans consanguineos ad satisfaciendum de non offendendo offendentem consanguineos, intelligitur se referre ad consanguinitatem limitatam de iure civili.
- 57 Gradus consanguinitatis probandus est, quando statutum ardetat consanguineos usque ad quartum gradum ad compromittendum.
- 58 Agnatus agens de iure congrui ad reuocationem alienationis, debet probare gradum distinctum agnationis.
- 59 Probatio dubia contra probantem interpretatur.
- 60 Consanguineus probans certum gradum suæ consanguinitatis an admittatur, si constitit alij proximiorẽ alias fuisse uiuũ.
- 61 Consanguinitas, & gradus consanguinitatis, quomodo probetur.
- 62 Proximitas in fideicommissis, an sit consideranda respectu testatoris grauantis, an respectu fideicommissarij grauati.

ARGUMENTUM.

Cui incumbat onus probandi fraternitatem, agnationem, cognationem, & cetera affinitatum genera.

CAP. XII.

IX multiplicitate filiorum, de qua in præcedenti capitulo diximus, initia fraternitatis, & agnationis oriuntur, unde consequens est, ut post materni partus fecunditatem de iure fratrum, & agnatorum nonnulla hoc in loco

subnectamus. sciendum est itaque fraternitatem

1 esse ab eo probandam, qui eam allegat, ut patet in l. non epistolis, in fine. C. de probat. per quem textum dicit ibi Cynus in fine, fratrem non esse admittendum ad hereditatem fratris defuncti, nisi fraternitatem probauerit, quod idem notauit ibi Salycetus sub nu. 4. uers. oppono modo sic, col. 2. ubi dicit quod mulieri agenti iudicio diuisorio, & dicenti se esse sororem, incumbit onus probandi, siue

2 ex eo, quod qui dicit se esse de aliquo genere debet genus probare, l. 1. ff. de probat.

3 Siue ex eo quod qui uult ad aliquid admitti, ut talis, debet probare se talem, ut notat Angelus in l. non ignorat, in prin. C. qui accus. non possunt, & ego dixi in cap. 6. num. 8. sup. eo.

4 Ob quas rationes hæc eadem conclusio extenditur ad quodcumque genus consanguinitatis, siue sit agnatio, siue cognatio, siue alia quis affinitas, quæ in iudicium deducatur, per allegatum textum in d. l. 1. ff. de probat. ubi habetur, eum oportere probare, quoties quæritur, an genus, uel gentem quis habeat, ob quam legem dixit ibi Florianus in prin. quod mihi probatio incumbit, si dixerò, me esse de aliqua agnatione, ut succedam, quod ipsum pariter affirmauit Angel. in d. l. non ignorat, in fine, C. qui accus. non possunt, ubi tradit, quod qui petit hereditatem, ut probetur consanguineus, debet consanguinitatem probare, & hoc idem de agnatione probanda tradit Castrensis in consil. 178. super eo uero quod quæritur, vol. 2. & Decius in consil. 13. pro tenui, uers. difficultas est, col. 2. & in cõf. 471. in prin. & Ange. in dicta l. 1. in prin. uers. nota quod allegans ff. de prob. & ibi Alber. nu. 1. in prin. & Roland. in consil. 3. nu. 44. & in consil. 63. perspectis, nu. 10. vol. 1. & Capha. in cõf. 82. hereditas, nu. 9. uers. & de agnato, vol. 1. & Decius in cõf. 222. Viso puncto, nu. 8. uers. uide cum iste, col. pen. & Alba. in consil. 61. puto, in prin. & Mascard. in conclus. 73. in prin. lib. 1. de prob. & iterum Rolad. in consil. 32. Viso, nu. 16. uers. primo quod essent, vol. 3. & dicitur in cap. 38. in fine, infra eod.

Nec istud solum obtinet, quando quis dicit se esse uel fratrem, uel agnatum, uel consanguineum alterius, ut diximus, & notat glof. in d. l. non ignorat, in uerbo, probauerit. C. qui accus. non possunt, & ibi Salycet. in 2. oppo.

5 Verum etiam locum habet, quando quis dicit, talem habere consanguineos, uel fratres, quoniam & ipsi incumbit onus probandi. d. l. 1. ff. de prob. & l. 2. ff. eod.

6 Ex quo inferitur, quod impugnanti ut contractum mulieris, uel minoris 25. annis, eo quia non interuenit consensus fratrum, uel consanguineorum ex forma statuti requisitus, incumbit onus probandi, mulierẽ, uel minorẽ fratres, uel consanguineos tpe contractus habuisse, qui consensum præstare potuissent, ut uoluit egregie Cast. i. d. cõf. 124. col. fi. uers. 2. uideudũ est, vol. 1. & Cor. in cõf. 316. quo ad primũ, in lit. o. uers. transeudũ modo est ad tertiũ, col. 5. vol. 1. & i. cõf. 241. de duobus, in lit. d. uers. &

huiusmodi statuta, col. 3. uol. 2. & in conf. 242. circa primum, in lit. d. uerf. sed si non habuisset, col. 2. uol. 4. & Crau. in conf. 80. nobilis, nu. 14. uerf. consulo tamen, col. 4. & Borgnin. in tract. de tutore, nu. 13. uerf. & quando propin quorum, fol. 73.

Cæterum pro declaratione huius materiæ de duabus quæstionibus hic nunc tractare oportet: Quarum prima est, an ei qui debet fraternitatem, uel consanguinitatem probare, sufficiet, si probauerit quasi possessionem fraternitatis uel consanguinitatis, prout in filiatione supra fuit dictum.

Secunda est, an ei, qui uult tãquam proximior consanguineus admitti, sufficiet, si probauerit, se simpliciter esse consanguineum defuncti, de cuius successione agitur, an uero necesse sit, ut is probet, nullum alium eo esse proximior.

Circa primam, sunt qui dicunt, fraternitatem, uel consanguinitatem esse uerè probandam, quia quasi possessio consanguinitatis non reperitur, & mouentur hac ratione, quia tunc est reperire possessorium cum est reperire petitorium, alias non, ut probatur in l. 1. in prin. ff. de acq. poss. ubi dicitur dominium rerum a naturali possessione cepisset & hoc quidem patet in patre, & filio, inter quos datur possessorium, quoniam inter eos reperitur petitorium, quia pater potest uendicare filium, & filius per actionem præiudicalem potest petere, se declarari filium, ut de uendicatione ex causa ciuili loquitur tex. in l. 1. §. per hanc ff. de rei uend. & de actione præiudicali tractat Barto. in l. siue contra, §. quia Plautianum, ff. de liber. agnoscend.

Sed nullibi inuenitur, quod frater, uel consanguineus, possit uendicare fratrem, uel consanguineum, ergo ubi non adest petitorium, ibi non habet locum possessorium. & si uellemus dicere, quod possessorium fraternitatis reperitur, posset etiam dici, ut sit reperire possessorium uicinitatis, quod nullo iure probatur, & ista fuit antiqua opinio Iacobi de Rauenna, quæ refert Cy. in l. non epistolis, in fi. C. de pb.

Ad cuius confirmationem accedat, quod multi fratrum & charitate se diligunt, & se tractant ad instar fratrum, eoque nomine se uocant, licet fratres non sint, ergo neque tractatus, neque nominatio probant fraternitatem, uel consanguinitatem, quæ cum non cadat in aliquem ex quinque sensibus corporis non probatur a teste, nisi reddat sufficientem causam dicti sui, ut ait Anch. qui per hac parte consuluit in conf. 52. pro clariore decisione, nu. 7. uerf. ulterius queritur, col. 2. in fine, & sequitur Decius in conf. 321. in causa, sub nu. 9. uerf. tertio etiã respondetur, col. pen. & in conf. 524. Visis his quæ plene, col. j. Qui bus adiungere potes eos, qui dicunt possessionem filiationis non probare in decisorijs filiationem, ut dixi in cap. 6. nu. 17. sup. eo.

Contrariam uero sententiam, quæ communiter est approbata, sequutus est Cyn. in d. l. non epistolis, in fi. C. de probat. ubi ait fuisse determinatum, ut quasi possessio fraternitatis reperitur: cum enim inter fratrem & fratrem iura cognationis contrahantur, constat iura realia in eis reperiri, ergo & pos-

sessoria similiter procedunt, inferturque ad quæstionem illius cuius hereditatem fiscus tamquam uacantem petebat, nã cum illi frater se opposuisset, probassetque se fuisse a fratre defuncto habitum, nominatum, & tractatum, pro fratre, concludit hanc quasi possessionem fraternitatis illi sufficere, nisi fiscus probaret contrarium, cuius opinionis fuit ibi quoque Ang. in fi. ubi ait, quod ille, qui non potest probare ueram fraternitatem, debet articulare, & probare saltim de quasi possessione, quæ probatio sibi erit sufficiens, donec contrarium ab aduersario probetur, quod idem confirmauit in d. l. non ignorat, in prin. C. qui acc. non possunt, & in l. 1. nu. 3. uerf. & addidi, col. fi. C. quor. bon. & Bar. in d. l. non nudis, in utraq. lec. C. de probat. & Alber. in d. l. non epistolis, in fine, C. eo. & ibi Cast. nu. 4. col. 1. & pulchre Salyc. in fine, & Bald. in 3. notab. col. 1. & elegantius in d. l. non ignorat, nu. 6. uerf. dico ergo, col. 2. C. q. accus. nõ possunt, & Alber. in l. quidã quasi, in fine, ff. de pb. & ibi Florian. nu. 6. uerf. adde prædictis, col. fin. & egregie Castren. in conf. 15. uiso puncto, uol. 1. & Iacob. de S. Geor. in d. l. quidã quasi, in fine, ff. de prob. & Felyn. in c. per tuas, col. fin. uerf. secundo nota, extra de prob. & Afflict. in decis. 25. in cã petitionis, in prin. & Alba. in cõf. 83. licet, nu. 21. uerf. potest & aliud, col. 6. & A lex. in conf. 181. uiso, nu. 8. uerf. fortificantur prædicta, col. 3. uol. 7. & Crau. in conf. 249. in causa nobilis, uerf. sed tamẽ aduertendum, col. 3. & Cepha. in conf. 137. testamentum, nu. 44. uerf. neque me mouet, uol. 1. & Decius sibi contrarius in conf. 54. in causa Domini, nu. 2. uerf. secundo quia uidetur, col. 2. & Natta in conf. 59. circa præsentem, nu. 15. uerf. alio principali fundamento, uol. 1. & Mascard. in concl. 790. nu. 16. uerf. quinto loco, lib. 2. de probat. & Bar. in l. ubicunq. §. interdum, in fi. ff. de uentre in possess. mitt. & in l. siue contra, §. quia Plautianum, nu. 16. uerf. uenio ad ultimum, ff. de liber. agnoscen. & D. Bursat. in conf. 98. quia quãto, nu. 3. uol. 1. & Calca. in conf. 8. in causa pendente, sub nu. 2. uerf. cum ergo communis opinio, col. 2. in fine, & in conf. 9. in quæst. nu. 2. uerf. sed posito quod mens, col. 1. & Angel. in l. si uicinis, in fi. C. de nuptijs.

Quæ quidem conclusio ampliatur, ut procedat non solùm in fraternitate, de qua loquuntur expresse omnes allegati Doctores, uerum etiam in quauis & alia consanguinitate, & parentela, ut expresse tradit Angel. in d. l. 1. nu. 3. uerf. & addidi, col. fin. C. quorum bono. & in d. l. non ignorat, in prin. C. qui accus. non possunt, & in d. l. si uicinis, in fine, C. de nuptijs, & Bartol. in d. l. non nudis, in utraque lect. C. de prob. & Bald. in d. l. non ignorat, nu. 6. col. 2. & Alex. in d. conf. 181. uol. 7. & Crauet. in d. conf. 249. uerf. sed aduertendum, col. 3. & Castren. in d. conf. 15. uerf. quarto uidetur, col. 2. uol. 1. & Alba in d. conf. 83. nu. 2. col. 6. & Natta in d. conf. 59. nu. 15. uol. 1. & Mascard. in d. conclus. 790. nu. 16. & Calcan. in d. conf. 8. col. 3. in princ. & in d. conf. 9. col. 1. in fine.

Imo dixerunt quidã huiusmodi quasi possessionem in quali-

12 in qualibet materia posse admitti, ut scilicet ex tractatu inducatur quasi possessio iuris circa id, in quo quis pro tali fuit tractatus, ut notat Oldrad. in cõf. 244. ad obiectus, uerf. sexto opponebatur, col. 2. & in cõf. 254. quia tota, uerf. tertio opponitur, col. 2. in fi. & Crau. in d. conf. 249. uerf. sed tamen aduertendum, col. 3. & Mascard. in d. conclu. 790. sub nu. 17. lib. 2.

Propter quod minus admirari debemus, si quibusdam placuit, quasi possessionem & ciuitatis, & uicinitatis reperiri, item & sponsaliorum de futuro, prout de primis duabus notat Alber. in d. l. non epistolis, in fine, C. de prob. & de sponsalijs tradit Florian. in d. l. quidã quasi, in fine, ff. eo.

Ex hac igitur quasi possessione fraternitatis, uel alterius affinitatis datur intelligi, quod petitorium intentare quis poterit, & principaliter instare, ut 14 & pronuntietur se esse fratrem, uel agnatum, uel cognatum alterius, aut ut puta talis non pronuntietur patruus, frater, uel consanguineus suus, quoniam ubi est possessorium, ibi competit petitorium, ut supra fuit dictum, & notat egregie Bartol. in d. l. ubicunq. §. interdum, in fi. ff. de uentre in possess. mitt. & in l. cum sine, in fine, ff. de Carbon. edito, & in d. l. siue contra, §. quia Plautianum, num. 16. ff. de liber. agnoscen.

Hanc autem communem sententiam limitabis, ut procedat duntaxat in quasi possessione fraternitatis, uel alterius consanguinitatis procedente ex nominatione, & reputatione ipsorum fratrum, uel consanguineorum, non autem ex tractatu, qui tractatus non cadit inter fratres, prout cadit inter filios, & parentes, qui tunc demum dicuntur a parentibus & tractari pro filijs, quando tenentur in domo, sibiq; a parentibus alimenta præstantur, sicut uerfa uice filij tunc censentur aliquem tractare ut patrem, quando sibi præstant obsequia, & debitã reuerentiam, ut notat Butrigar. in d. l. non epistolis, in fi. C. de prob.

Sed in fratribus iste tractatus non consideratur, quia non tenetur alter alteri nec ad alimenta, nec ad obsequia reuerentiæ, & ideo quasi possessio fraternitatis potius probatur per uerba, quam per facta, i. quæ se habebant, tenebant, & reputabant pro talibus, & ita ab alijs tenebantur, & reputabantur, ut tradit Paul. de Cast. in d. conf. 15. col. 2. uerf. sed ad hoc respondeo, vol. 1. ubi paulopost subiungit, sed non uidere, quod aliqui possint se ut fratres tractare, nisi per actus mere uerbales, cuius traditionem sequitur Mascard. in conf. 789. in uerbo, filiationis, num. 15. uerf. secundo intellige, lib. 2. de prob. ubi reprobatur Bursatum tamquam terminos tractatus peruertentem.

Sed pace Castrenf. & Mascardi, mihi uerior, & 16 cõior esse uidetur altera opinio, ut si quasi possessio fraternitatis, & alterius consanguinitatis, possit constitui tam ex tractatu, quam ex nominatione, & ita consuluit in tractatu, Alexã. in conf. 181. uiso, num. 8. uerf. fortificantur prædicta, uol. 7. ubi dicit ex tractatu constitui quem in consanguini-

tatis quasi possessione, & idem tenuit de tractatu Iacobin. in d. l. quidã quasi, in fi. ff. de prob. & Felyn. in c. per tuas, col. fi. in fi. uerf. octauo nota, extra de prob. & Saly. in d. l. non epistolis, in fi. C. co. & ibi Castrenf. sibi contrarius, nu. 3. in illis uerbis, quando fuit habitus, & tractatus, col. 1. & Alba in d. conf. 83. nu. 2. & Burs. non rectè reprobatus a Mascardo in d. conf. 98. nu. 3. uol. 1. & Decius in conf. 595. pro resolutione, num. 4. uerf. secundo principaliter, col. 2.

17 Nec est uerum, quod fratres, & ceteri consanguinei non possint (ut Castrenf. inquietabat) se pro fratribus, & consanguineis tractare, nisi per actus mere uerbales. Quia rñdetur actum cõionis, & diuisionis bonorum extra e, qui sicut regulariter cõuenit fratribus, ita consistit in factis, & non in uerbis, & tamen certi sumus, quod ille actus cõstituit fratrem in quasi possessione fraternitatis: nam quis dubitabit eum nõ fuisse pro fratre tractatum, qui fuit admissus pro dimidia parte ad diuisionem bonorum? & huiusmodi actus hereditatis diuise in specie consideratur in d. l. non epistolis, C. de prob.

Imo si uocare, uel inuitare quem ad hereditatem diuidendam, & est actus uerbalis, ut ait Salyc. in d. l. non epistolis, col. 2. uerf. aut uerba sunt narratiua, C. de prob. & Alex. in d. conf. 181. sub nu. 2. uerf. si autem essent uerba, uol. 7.

Multo magis in hac quasi possessione constituitur quis per actum & diuisionis, quæ consistit in facto, & potentior est uerbo, quia præsumptio oriens ex tractatu, est longe efficacior illa, quæ oritur ex simplici nominatione, cum facta uero proximiora sint, quàm nuda uocabula, ut notat Bal. in d. l. non ignorat, nu. 5. uerf. similiter si uis, col. 1. C. qui acc. non poss. & Alciat. in præsump. 38. num. 3. reg. 3. de præsump.

Et quod diximus de fratribus, idem quoque dicendum est de ceteris consanguineis, inter quos quidam præcipui actus reperiuntur, qui secundum cõsuetudines locorum propriè ad significandam consanguinitatem pertinent, ut actus inuitandi consanguineos ad nuptias, & ad funeralia, quæ res profecto uidetur quodammodo constituere inuitatum in quasi possessione cognationis, cum ad talia non soleant nisi affines inuitari, ut constat in l. parètes, ff. de ijs qui notã. infam. per quem tex. dixit ibi Angel. quod luctus & ploratus, quibus hodie utimur in funere agnati, uel cognati, erat quoque in usu tempore Digestorum, quibus a stipulatur, quod tradidit Bart. in l. genero, in fi. ff. de ijs qui notant. infam. ubi dicit testem, qui de morte alicuius testificatur, satis efficace m & testimonij sui rationem reddere, quando dicit, se uidisse de illo fieri luctum in domo sua, & uxorem, & consanguineos induisse uerbes lugubres, facit quod notat Alb. in l. uxores, in princip. ff. co. ubi ait, quod de morte consanguineorum, & affinium det quis tristari secundum carnem. cum ergo fuerit quis ad tales solennitates adhibitus, non absurdum erit dicere, per talẽ tractatum

21

22

fuisse constitutum in quasi possessione consanguinitatis, cum præsertim secundum mores patriæ nõ soleant ad tales actus nisi consanguinei uocari.

Ad hæc videbis Alexandrum in d. conf. 181. nu. 8. vol. 7. ubi inter tractatum ponit, quando quis fuit ab affine receptus in domum, & honoratus, & tractatus, ut affinis.

Et quamuis hæc omnia sint uera, ego tamen cõfulo, ut Aduocatus ÷ non sit contentus neque sola nominatione, neque solo tractatu, in consanguinitate de recenti: nam licet Doctores velint, ut sufficiat alterum de duobus probare, ut tradit Castren. in d. conf. 151. col. 2. uol. 1. & dixi in quasi possessione filiationis, in c. 6. in fine, sup. eo.

Ego tamen cautius, & securius esse opinor, si omnia simul coniungantur vna cum fama publica secundum opinionem Crau. in d. conf. 249. vers. sed tamen aduertendum, col. 3. quam famam adhibuit quoque Alex. in d. conf. 181. nu. 9. vol. 7. & ante Crauetam idem quoq. tenuit Aretin. in conf. 37. sequendo, uers. venio igitur ad secundum, col. 1.

Cum enim probatio ÷ consanguinitatis sit difficilis, bonum est adhibere famam publicam, quæ in talibus solet fidem facere, ut tradit Decius in d. cõf. 595. nu. 6. col. 2. & Bursat. in d. conf. 98. nu. 3. vol. 1. & dixi in cap. 49. in q. 6. lib. 1.

Et hæc omnia quæ diximus de quasi possessione consanguinitatis, intelliges esse uera, qñ sumus in dubio: nam si re uera constaret nullam adfuisse consanguinitatem, nihil quasi possessio prodesset, etiãsi per mille annos in quasi possessione quis fuisset, quia ius consanguinitatis nullo tẽpore prescribitur, ut tradit Barb. in cõf. 27. scripsit, col. fi. vol. j.

Descendo nũc ad alterã quæstionem, pro cuius euidẽtiori declaratione duos casus distinguere oportet, quorum ÷ primus est, quando controuersia versatur inter duos cõsanguineos de proximitate contendẽtes: & tunc nemini dubium est, quod qui obtinere uoluerit, debebit probare per distinctionem graduũ se esse proximiorẽ illi, de cuius hæreditate agitur, tum quia cum sit ista qualitas fundamentũ petitionis principalis, debet probari ab eo, qui se fundat in illa, siue sit actor, siue sit reus, & siue affirmatiuam siue negatiuam contineat, ut ple ne dixi in cap. 51. nu. 28. lib. 1.

Tum etiam quia qui uult admitti ut talis, debet se talem probare, ut dixi in cap. 6. nu. 8. sup. eod. & ita in terminis consuluit Decius in consil. 321. in causa quæ vertitur, nu. 2. cum seq. col. 2. & Tiraq. in §. 11. gl. 1. nu. 5. uers. quid autem si quis, de retractu consanguini. & ante ipsos Alcia. in l. proximi, nu. 1. ff. de verb. signi. & Castren. in conf. 98. uisus, in prin. vol. 1.

Secundus casus est, quando consanguineus uen dicat hæreditatem ab extraneo, & in isto casu duæ sunt contrariæ opiniones: quidam enim dixerunt, nec in isto casu sufficeret probatio consanguinitatis, nisi præcise probetur, nullum alium proximiorẽ reperiri, quam sententiam nemine citato amplexus est Ange. Aretin. in §. actionum, col. pe.

uers. si autem ab intestato, Instit. de act. ubi ait necesse esse, ut qui uenit ab intestato, probet se esse uel de liberis, uel de agnatis, uel de cognatis, & de proximioribus: non enim sufficeret, si probaret se esse de liberis, uel de agnatis, nisi probet, se esse proximiorẽ, & idem tenuit Francif. Aretin. in l. sed & si de sua, col. antepen. uers. tangit etiam hic, ff. de acqu. hæred. & Fulgo. in conf. 184. uisus, nu. 1. & Ale. in conf. 124. uisus processu, in prin. col. 7. & Specu. qui tamen hoc expresse non dicit, in §. sequitur, de bonorum possessionibus, nu. 16. uers. est etiam & alia bonorum, de testam. & Socin. iun. in conf. 26. quatenus, nu. 10. uer. & ad contrarium responderi potest, col. 2. vol. 2.

Sed in contrarium abijt Alex. in l. is potest, nu. 15. uers. sed iuxta prædicta, col. 5. ff. de acq. hæred. ubi dicit ei, qui petit hæreditatem consanguinei, satis esse probare, se simpliciter esse consanguineũ, absque eo quod probet nullum alium esse ipso proximiorẽ, nam sufficit hoc tãtum allegare, & qui uoluerit contrarium dicere, incumbit onus probandi, huiusq. opinionis auctorem allegat Cumanũ, qui tamẽ in lectionibus meis hoc non dicit, & hoc idẽ repetiuit Alex. in conf. 179. uisus, in fi. uol. 7. & Roman. in l. hæres institutus, in fi. ff. de acq. hæred. & optime Iason in d. l. is potest, nu. 94. uer. pone ago contra, col. pen. & egregie Raphael Cama. in consil. 43. in quaestione Francisci, ubi dicit se nunquã uidisse practitari, ut quis debeat probare alium nõ esse proximiorẽ, probato gradu suæ proximitatis, & eleganter Corn. in consil. 95. uisus processu, col. 3. in lit. d. uer. sufficit enim, & in conf. 197. licet in hac consultatione, in lit. a, uers. sed licet hæc uideantur, col. 1. uol. 4. ubi dicit, se pluries ita uidisse practitari, & Socin. in l. si inter virum, num. 7. uers. tertio colligitur, col. 2. ff. de reb. dub. & in conf. 89. in causa agitata, sub nu. 8. uers. & si iterum, colum. 4. uol. 1. & Ruin. in conf. 154. in casu, num. 4. uers. quod autem essent, vol. 3. & Alcia. in d. l. proximi, ff. de verb. signifi. & Ripa in l. in illa, nu. 26. uers. sic præmissa inducuntur, col. 5. ff. de verb. oblig. & Tiraq. in d. §. 11. gl. 1. nu. 6. uers. sic. at si extran eus, de retractu consanguini. & Corn. in conf. 341. quod dicta dos, in lit. t. uers. sic. accedat quod notabiliter, colum. penul. uol. 1. & Crau. in d. conf. 249. num. 1. uers. quæ probatio, col. 1. & Couarr. in ca. 6. num. 6. uers. tertio ab eadem radice. lib. 2. uer. resolut. & Rubeus in l. Gallus. §. quidam recte, col. 34. uers. sed hic quero, quomodo possit, ff. de liber. & posthum. & Gabriel. in concl. 6. num. 23. uers. quarto inferitur, lib. 1. de probat. & Cephal. in conf. 133. multa sunt, num. 53. uers. non obstant obiecta, uol. 1. ubi dicit hanc esse crebriorem sententiam, & Bursat. in d. consil. 98. num. 6. uers. tertio probata, uol. 1. & in consil. 93. in causa, nu. 2. uol. eo. & Neuizan. in conf. 10. in causa horum, num. 9. uers. & dummodo probent, & in conf. 33. in hẽrendo, num. 1. colum. 1. & celeberrimus Dominus meus, D. Guid. Pancirolus, in conf. 189. opponit, nu. 16. uers. & quoniam tam exquisiti, col. 5. vol. 1. Quam

Quam quidem sententiam multis placuit, tunc demum procedere, quando is, qui se probauit esse consanguineum, certum ÷ quoque gradum suæ consanguinitatis probauit, alioqui nõ sufficeret, si absque gradus computatione simpliciter probaret, se esse cõsanguineum, eaque ratione mouetur, quia non omnis consanguineus admittitur de iure ciuili ad successionem, sed is demum, qui est intra decimum gradum, si est ÷ agnatus, & intra sextum, uel septimum si est cognatus, §. fin. Instit. de success. cognator. & gl. in l. fi. C. unde legitimi.

Cum igitur is, qui sine graduum computatione probauit se consanguineum, possit includi, uel nõ includi intra gradus prædictos, manifeste patet illius probationem esse dubiam, ac incertam, & propterea non solum ÷ nihil releuat probantem, uerũ etiam contra ipsum interpretanda est, ut notat gl. in c. in præsentia, in uerbo, dubium, extra de prob. & ita in terminis consanguinitatis consuluit Decius in d. conf. 321. col. 2. & col. fi. uers. ultimo nõ obstat, & Alex. in conf. 82. in causa uertente, uol. 1. & Cuman. in d. conf. 43. col. 1. & Alcia. in præsumpt. 28. nu. 9. reg. 1. & Tiraq. in d. §. 11. gl. 1. nu. 9. uers. sed hanc tamen, de retractu consanguini. & Corn. in d. conf. 341. in lit. t. uol. 1. & Couarr. in d. cap. 6. nu. 6. lib. 2. uer. resolut. & Anchar. in d. conf. 52. nu. 8. uers. item statutum cum sit, col. fin. & Capra in conf. 156. circa primum, nu. 6. uol. 2. & Neuizan. in d. conf. 10. nu. 9. & Gabriel. in d. conclus. 6. nu. 24. de probat.

Alij uero dicunt, non esse necessariã graduum computationem, sed sufficere simplicem cõsanguinitatis probationem, cuius opinionis fuit Alba. in d. conf. 83. nu. 23. uer. neq. obstat, col. 7. & Rubeus in d. l. Gallus, §. quidam recte, col. 34. uers. sed hic quero quomodo possit, ff. de liber. & posthum.

Quorum traditio mirum in modum fulcitur ex communi sententia illorum, qui dixerunt in probanda consanguinitate, sufficere, si quis probauerit consanguinitatis quasi possessionem, quæ probatio sit simpliciter, & non per gradus, nam si per graduum computationem esset facienda, non diceretur probata ÷ quasi possessio, sed proprietates ipsius consanguinitatis, c. uia nos, extra de consanguini. & aff. finit. & ita notat Alba in d. conf. 81. nu. 23. col. 7.

In hoc practicali articulo mihi uidetur, tres casus commodissime posse distinguere, quorum primus est, quando ex probatione consanguinitatis peruenitur in notitiam gradus eius, absque eo, quod in specie nominetur, ut exemplum est in fraternitate, qua posita & probata, non est dubium, quod intellectus noster intelligit gradum, quo fratres sibi inuicem coniuncti sunt, & tunc omnium indubitata est sententia, ut simplex probatio ÷ quasi possessionis fraternitatis sufficiat ad hæreditatem obtinendam, donec ab aduersarijs probetur, uel ipsum nõ esse fratrem, uel alios remansisse proximiores, & ita in fratre concludit Cyn. in d. l. non epistolis, in fi. C. de prob. & egregie Alex. in d. conf. 179. in fine, uol. 7. & Angel. in d. l. non epistolis, in fine, & Flo-

rian. in d. l. quidam quasi, nu. 6. uer. adde prædictis, col. fin. ff. de prob. & ibi Jacobin. in fine, & Alber. & Saly. in d. l. non epistolis, uerq. in fine. C. de probat. & Assi. in d. decis. 25. & supra latius dixi, num. 10.

Ex quorum Doctorum traditione concludendum est, aut Decium male consuluisse, si aliter opinatus est, aut in casu suo fraternitatis quasi possessionem nõ recte a testibus fuisse probatam, in quo capite multũ insistere uisus est in cõf. 524. uisus, n. 2. co. j.

Nec prædictis obstat illud, quod notauit Ange. in l. fin. C. de uerb. signifi. ubi ait, quod ab intestato uocantur ad hæreditatẽ ÷ primo descendentes proximiores, secundo ascendentes, & tertio collaterales: ex quo fit, quod cum frater sit in gradu transuersalium, debet probare se esse proximiorẽ, attẽto maximẽ, quod is, qui uenit tanquam transuersalis, præsupponit de necessitate, aliquos ascendentes in rerum natura olim fuisse, qui præcedebant eum, & sic qui semel uixit, præsumitur adhuc uiuere, nisi probetur mortuus, quo genere argumẽti in his terminis utitur Aretin. in d. l. sed & si de sua, col. pen. in prin. uers. modo ad propositum, ff. de acq. hæred.

Quia respondetur quo ad descendentes non esse necessarium, ut frater probet fratrem decessisse sine filiis, quia cum filij consistant ÷ in factis, non præsumuntur nisi probentur, ut latissime supra dixi in cap. 7. lib. eo. & tradit Natta in conf. 397. nu. 7. uol. 2.

Quo uero ad ascendentes, quos qui uenit tanquam transuersalis, præsupponit semel extitisse, dñ hoc nihil referre, tum quia non est bona cõsequencia, ut qui fuit uiuus ÷ non tempore, præsumatur alio tẽpore uiuus. l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de executor. & dixi in d. ca. 7. nu. 4. & nu. 7. cũ seq. li. eod.

Tum etiã quia quod ascendentes superuixerint descendenti est fundamentum exceptionis rei conuenti, & ideo probandum est ab ipso non solum ex regula, quæ dicit reum ÷ debere probare exceptionem suam. l. j. ff. de except.

Sed etiam ex eo, quod is, qui se fundat in uita alicuius, debet ÷ uitã præcise probare, ut notat Bar. in l. si quidem. C. sol. matrim. & dixi sup. in cap. 7. nu. 17. & in cap. 8. nu. 1. lib. eo.

Accedat, quod a cõmuniter accidentibus filius solet esse superstes patri, & non pater filio: imo si quando filius ÷ præmoriatur, non solũ dñ rerũ ordo perturbatur. l. nam & si parentibus, ff. de inoff. test.

Verum etiam talis successio appellatur tristis, & dura fortuna. l. 4. C. ad Tertullian. & §. postea autem senatus consulto, Instit. eo.

Ergo in dubio non est præsumendum, quod ascendentes superuixerint descendenti, cum sit hoc inimicum naturæ, & de raro contingat.

Secundus casus est, quando ex generali probatione cõsanguinitatis non possumus uenire in notitiã gradus eius, qui se consanguineum probauit, & tunc si sumus in materia non restricta ad certum gradum, sed expresse transitoria ad consanguineos in infinitũ, affirmandum est, quod ÷ quasi

possessio consanguinitatis sufficit absq; eo, quod fiat graduum probatio, & ita procedit Alba, & Rubens in locis allegatis vna cum ceteris omnibus, qui indistincte dixerunt, quasi possessionem consanguinitatis transferre onus probandi in aduersarium, & ita loquitur Calcan. in d. conf. 8. nume. 2. uers. cum ergo communis, col. 2. ubi ait, quod quasi possessio parentela, vel sanguinis, uel casate absque gradus computatione sufficit, & transfert onus probandi in aduersarium, quando sumus in materia, quae excedit decimum gradum a iure Ciuili consideratum in successione, ob idq; infert, quod si fuerit factum legatum illi, qui est de domo, ac progeie (della Torre,) & portat arma illorum (della Torre,) satis praesumetur esse de unitate sanguinis ille, qui per habitum, & tractatum, & nominationem, & communem reputationem probauit se esse illorum (della Torre,) quamuis initium parentela probare non possit, cuius suae fuit quoq; Cephal. in d. conf. 137. nu. 38. uers. tolluntur etia, vol. 1. ubi ait sufficere probationem consanguinitatis, absque graduum probatione in quodam fideicommissio, ad quod erat vocati propinquiore de domo, ac progeie manganorum, & monetur hac ratione, quoniam testator non restrinxerat successionem ad certum gradum, sed illam expresse extendit usque in infinitum. Vnde licet in dubio fideicommissum debeat regulari secundum dispositionem iuris ciuili, quae ab intestato decimum gradum non excedit, & legatum factum propinquiribus deat intelligi de illis propinquiribus, quos ab intestato ius ciuile gradatim vocat ad successionem, ut notat Anch. in conf. 95. in q. nu. 3. uers. circa primum, col. 2. & Decius in d. conf. 321. sub num. 2. col. 2.

Hoc tamen non procedit vel quando sumus in materia ex sua natura transiua ad consanguineos in infinitum, vel quando ex dispositione hominis successio ultra decimum gradum in infinitum protrahitur. sic etiam videmus, quod licet prohibitio facta in perpetuum de non alienando extra familiam, non extendatur ultra quartum gradum post primam personam prohibitam, ut tradit Ange. in Auth. de restitu. fideicom. num. 3. uers. ibi codicillum, col. fi. & Soci. iun. in conf. 136. In hac consultatione, nu. 41. uers. & qd quartus gradus, volu. 3.

Attamen talis prohibitio in infinitum extenditur vel quando testator expresse hoc mandauit, vel ex conjecturis apparere potest illum voluisse, ut in infinitum alienatio prohibetur, ut tradit Iason in conf. 4. in praesenti, nu. 8. uers. secundo moueor, volu. 1. & in l. fi. nu. 5. uers. nota tamen, col. 3. C. de haered. instit. & Alex. in conf. 56. consideratis, nu. 1. vol. 1. & in conf. 59. attetis, nu. 4. uers. facit, vol. 3. & Dec. in col. 481. in casu, nu. 9. col. 3. & in col. 516. quoniam, nu. 16. uers. vnde licet, col. 5. & in conf. 635. viso, nu. 8. uers. & ad hoc facit, col. 1. & Barbat. in conf. 14. pro praesentis, nu. 3. col. 2. vol. 3. & Soc. in conf. 51. visa, nu. 4. volu. 4. & Natta in conf. 437. pro fundam. nu. 1. vol. 2. & optime Du-

rand. titu. 8. caut. 2. de arte testan. & Cephal. in d. conf. 137. nu. 38. vol. 1. & Rui. in conf. 123. quia, nu. 17. uers. & pro praedictis, & in conf. 124. viso, nu. 2. vol. 2. & Paris. in conf. 72. aduersum, nu. 84. uers. cessat namque, vol. 4. & late Couarru. in c. 5. nu. 4. uers. secundum quod ex dicto, lib. 3. var. resolut. & Alba in conf. 51. decessit, nu. 7. col. 2.

Ex hoc itaq; casu infertur, quod quasi possessio consanguinitatis, & agnationis absq; gradus probatione ualebit in successione feudorum, cum natura feudorum nullo gradu praescribatur, sed quoscunq; agnatos admittat etiam si centesimo, vel ducentesimo gradu distarent, ut egregie tradit Bald. in c. 1. nu. 6. uers. item opponitur, ad finem, de feudo marchiae, ubi notabiliter ait, quod in successione illustriū Comitum, & Baronum, qui ab Imperatoribus habuerant feudum, iam sunt quingenti anni, mortuo ultimo Comite sine haerede, succedunt quicunq; agnati, quamuis in centesimo sint gradu, subiungens idem in Regum successione dicendum esse, quia si moreretur tota domus Regia, & extaret unus de sanguine antiquo, puta de domo Borbonia, & non esset alius proximior, esto quod esset in millesimo gradu, tamen iure sanguinis, & perpetuae consuetudinis succederet in Regno Francorum, quam doctrinam sequitur ibi Aluarot. in §. si Capitanei, sub nu. 2. uers. quareo cum gl. col. 3. & Dec. in conf. 85. diligenter, nu. 3. uers. secundo principaliter, col. 2. & plene Aluaro. in c. 1. §. & quia, nu. 5. uers. sed quia circa istam materiam, col. 4. de his, qui feud. dare poss. & iterum Dec. in l. fi. nu. 8. uers. quarto fallit in feudis, col. 4. C. unde legitimi, & Marfi. in sing. 422. agnati, & in sing. 605. in successione, & Ias. in col. 114. ad obiecta, nu. 6. uers. ex hoc infertur, uol. 1. & Curt. iun. in 2. par. 3. partis princ. nu. 1. de feudis, fol. 247. & Gozad. in conf. 26. in causa, nu. 26. uers. secundo, & fortius, col. 5. & Praet. Papien. de forma libel. quo agit. ad reuocan. feud. in uerbo nec superstitibus, num. 4. uers. ueruntamen, col. 2. & Natta in consil. 634. perlecto, nume. 5. uers. mihi uidetur, uol. 3. & Boer. in col. 10. uiso themate, in fi. & Clar. in §. feudum, q. 79. & pulchre Afflict. in d. c. 1. nu. 14. uers. quarto nota, col. 4. de feudo March. & Are. in col. 164. magnifici, nu. 2. uers. mihi tamen in hoc articulo, colu. 2.

Quod profecto procedit non solum in descendibus, sed etiam in eorum transuersalibus, qui & ipsi in infinitum succedunt, modo sint de descendibus primi acquirētis, licet secus sit quo ad transuersales primi acquirētis, uel primi inuestiti, qui si ex pacto, uel ex alia causa legitima uocarentur ad successionem, iuxta tex. in c. 1. de benef. frat. tunc ipsi non admitterentur ultra septimum gradum, secundum distinctionem Iacobi de Beluifio, quam sequitur Cal. in d. c. 1. nu. 6. de feudo March.

Et quamuis idem Bal. etiam in transuersalibus descendentiū a primo acquirēte alibi uoluerit, ut nec ipsi succedat nisi usque ad septimum gradum, ut hoc scriptum in Auth. defuncto, nu. 2. uers. sed feuda laicorum col. 2.

col. 2. C. ad Tertullian. & Alex. in l. certum, nume. 2. C. unde legitimi, & Aretin. & Faber, qui nihil tamen distinguunt in §. fin. Instit. de success. cognat. & Iason, qui tamen titubat, & Baldum male intelligit in d. l. certum, sub nume. 3. uers. quarto fallit, cum seq. C. unde legit.

Attamen prima opinio, quae distinguit inter transuersales descendentes, & transuersales primi acquirētis est communiter approbata, quam sequitur Praet. Papien. in uerbo, nec superstitibus, nume. 9. uers. deinde quaeritur de forma libel. quo agit ad reuoc. feud. & Aluarot. in d. c. 1. §. si Capitanei, sub nu. 2. uers. quareo cum glossa, colu. 3. de feud. March. & in d. c. 1. §. & quia, num. 5. colu. 4. de his, qui feud. dare possunt, & Decius in d. l. fi. nu. 8. C. unde legit. & Gozadin. in d. conf. 26. nu. 27. & Curt. in 2. par. tertiae par. princ. nu. 48. uers. successue expedito secundo tractatu, de feud. fol. mihi 282. & Natta in d. conf. 654. num. 5. volum. 3. & Afflict. in d. c. 1. nume. 14. in quarto notabili, de feudo Marchig. & Clar. in d. §. feudum, quaest. 79. & Decius in d. conf. 85. nu. 4. uers. non obstat, quod in feudis, col. 3. & Ioan. Thomas de Marin. in tit. 2. de feudo ex pacto, & prouidentia antiqua, nu. 17. uers. item feudum antiquum.

Patet itaq; ex praedictis, quod in omni materia, quae nulla gradus praescriptione terminatur, sed ex sua natura, vel ex dispositione legis, aut hominis in infinitum protrahitur, admitti potest probatio consanguinitatis sine graduum computatione, cum non possit in illa militare argumentum incertae, & dubiae probationis, propter quod dicitur probatio generalis cognationis, uel parentela non ualere, cum possit includi, & non includi in gradu necessario, & a iure ciuili considerato. cum enim in tali materia determinati gradus nulla sit habenda consideratio, cessat argumentum, & hoc quidem sine difficultate uerissimum est, quando controuersia versatur inter agnatum, & extraneum, at si contentio foret inter duos agnatos de proximitate contententes, tunc esset graduum computatio faciendae, ut inspicere possit, uter foret proximior, ut supra dixi, num. 25.

Tertius est casus, quando sumus in materia ad certum gradum limitata, prout contingit de iure communi in successione ab intestato, quae dantur agnatis usque ad decimum gradum, & olim cognatis ad septimum, & tunc procedit altera opinio, qua dicimus esse necessariam graduum probationem, cum in ea militet in argumentum dubiae probationis nascentis ex indeterminata consanguinitate, quae cum possit includi, & non includi intra gradum limitatum, ideo non probat concludenter intentionem illius, qui petit successionem iuxta sententiam Decij, & sequacium, quos supra retuli, nu. 27. uers. quam quidem.

Vnde ex hoc infertur, quod in emphiteosi ecclesiastica non admittetur probatio agnationis, nisi facta fuerit graduum computatio, hac ratione, quia dicta emphiteosis est de sui natura restri-

cta ad certum gradum, cum non excedat tertiam generationem, ut notat Bald. in auth. defuncto, num. 1. C. ad Tertull. ubi subiungit idem iuris esse & in feudo ecclesiastico, licet hoc ultimum de feudo ecclesiastico non sit absolutum, nam contrarium tenuit Curt. iun. qui uoluit, ut in infinitum extendatur, in 2. par. 3. par. princ. nume. 1. uers. expedita igitur prima, in quaestio. 1. de feud. fol. 247. Idem tamen erit in feudo paterno, quod non excedit ultra quartum gradum, ut dicitur in cap. 37. de feudo antiquo, infra eo.

Rursus infertur, quod stante statuto, ut consanguinei offensi debeant satisfacere de non offendendo consanguineos offendentes, talis consanguinitas erit probanda per gradus distinctos, hac potissimum ratione, quia statutum in dubio interpretatur se referre ad consanguinitatem limitatam a iure ciuili in successione ab intestato, quae decimum gradum non excedit, & ideo necessaria est computatio graduum, ut possit sciri, an ille talis sit inclusus, an exclusus a gradu, & sic optime per hanc rationem consuluit Anchar. in d. conf. 52. nume. 8. uers. item statutum cum sit odiosum, col. fin.

Tertio infertur, quod stante statuto, ut causa consanguineorum usque ad quartum gradum committantur, non erit sufficiens consanguinitatis probatio, nisi gradus quoque probetur, ut intelligi possit, an ille talis sit comprehensus in gradu, quem statutum considerauit, ut recte consuluit Alexan. in d. conf. 82. uol. 1. & Tiraq. in §. 1. glos. 16. num. 6. uers. illi autem, de retractu consang. & Decius in conf. 222. uiso, nume. 8. uers. unde cum iste Franciscus, colu. pen. & in conf. 531. accurate, nu. 4. uers. & dat, col. 2.

Quarto infertur, quod agnato agenti de iure congrui ad reuocationem alienationis factae a consanguineo incumbit onus probandi non solum consanguinitatem, sed etiam gradum distinctum, hac eadem ratione, quia non omnis consanguineus admittitur ad retractum, sed is tantum, qui intra decimum gradum secundum ius ciuile est omnium proximior, ut egregie notat Tiraq. in d. §. 1. glos. 16. nu. 4. uers. sed & huius nostrae, de retract. consanguin.

Et in summa ne in singulis immoremur, haec conclusio generaliter est statuenda in omni materia, quae certo gradu continetur siue ex dispositione legis, siue ex dispositione hominis, nec interest, an sit materia odiosa, an fauorabilis, nam semper gradus probandus est, quotiescunque a gradibus materia circumscribitur: non enim in tali casu inspicitur odium causae, vel fauor, sed solus gradus, sine quo non potest haberi concludens probatio, quae semper contra probantem in casu dubio interpretatur non inspecto fauore materiae, ut tradit rectissime Decius in d. conf. 321. nume. 4. uers. uenio ad secundum, colu. 3. & Alex. in con. 152. uiso, nu. 1. uers. nec dicatur, col. 2. uol. 5. & Tiraq. in d. §. 1. glos. 16. num. 5. uers. & ex illa, de retract. consang.

Quibus quod fortius est, addamus, quod etiam constaret, alium proximiorē alius fuisse natum, & vixisse, nihilominus admittendus esset ille, qui certum gradum suae consanguinitatis probasset, quamvis non probasset eum fuisse mortuum, qui proximior erat, ut consiluit Cuman. in d. consil. 43. ubi inter cetera subiungit in fine, quod si reus voluerit opponere alium proximiorē fuisse in rerum natura, nihil sibi proderit, quoniam ista est allegatio de iure tertij, quae non est omnino exclusiva iuris agentis: potuisset enim ille proximior, vel esse inhabilis, vel repudiasse, quod idem sequitur Tiraq. in d. §. 1. glo. 1. nu. 1. vers. illud quoque in dubium, de retr. consang.

Sed contrarium in dicto casu sequutus est Ripa in l. in illa, num. 2. 6. vers. praemissa inducuntur, col. antep. ff. de verb. oblig. ubi dicit actori incumbere onus probandi mortem illius proximioris, quem constat semel vixisse, & ista fuit opinio Aretini in d. l. sed & si de sua, colum. pen. in prin. vers. venio ad propositum, ff. de acq. haered.

Ego autem adhæreo sententiae Cuman, motus inter ceteras ea ratione, quod vita praecisi temporis probanda est ab eo, qui se fundat in vita, & tempore, ut supra dixi reprobando Aretinum, nu. 34. vers. quo vero ad ascendentes, & hanc eandem opinionem tenuit Corn. in d. consil. 34. in lit. t. cum seq. vers. accedat, quod notabiliter, col. 4. volum. 1. ubi subiungit ita solere practitari, & certe non est recedendum ab hac sententia, quae communiter approbatur ex eo, quod omnes, qui probant se esse constitutos in tertio, vel quarto gradu, ex necessitate praesupponunt alios anteriores fuisse natos, & tamen maior pars Doctorum voluit, ut sufficiat probare gradum successibilem absque eo, quod probetur alium proximiorē non extare, ut supra dixi, nu. 2. 6. vers. sed in contrarium.

Fateor tamen, quod si manifeste constaret, alium proximiorē esse de praesenti vivum, tunc maior esset dubitatio, an istud ius tertij possit allegari, quod quidem negavit posse allegari Cumanus, ut supra citatus, per quasdam rationes, quae parum conveniunt, de qua materia videbis ea, quae supra dixi in cap. 7. num. 67. lib. 1. & contra Cumanum facit expressa consultatio Craue. in consil. 66. num. 14. vers. praeterea praesupponitur in facto, col. fin.

Quomodo vero probetur consanguinitas, & quomodo gradus primus computetur, & cuius conditionis debeant esse testes, tradit Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 99. vers. subsequenter est videndum, extra de probat.

Sed utrum in fideicommissis proximitas sit consideranda respectu testatoris grauantis, an respectu fideicommissarii grauati, magna est quaestio, sed ad rem nostram non pertinet, unde videbis illam apud Caphal. in consil. 3. 3. magnificus, uol. 3. & Clariss. D. Mantic. in lib. 8. tit. 2. num. 30. vers. quoniam uero, de coniect. ultim. uolunt. & Socin. iun. in consil. 26. maxima, uol. 1. & Burfat.

in consil. 300. num. 33. cum seq. uol. 3. & Alciat. in consil. 71. lecto, num. 29. vers. & licet alias, lib. 9. & Ruin. in consil. 143. colum. antepen. uol. 2. & Rubicum in l. Gallus, §. quidam recte, col. 28. vers. prima est conclusio, ff. de liber. & posthum. & Tiraq. in §. 1. glo. 1. nu. 12. cum seq. usque ad finem, de retractu consang. & Socin. in l. si cognatis, nu. 33. ff. de reb. dub.

Quae omnia diximus tanquam pertinentia ad natiuitatem hominis, quibus absolutis nunc est transeundum ad ea, quae post natiuitatem contingunt, inter quae cum primum locum apud Christianos obtineat baptismus, ob id in sequenti capite de illo dicetur, si prius pauca de similitudine nascentium loquamur, &c.

ADDITIONES.

- a Consanguineum. Is admittitur ad successionem ab intestato, qui erat natus, vel saltem conceptus tempore vitae defuncti, alias secus, quia defuncto nullus est agnatus, vel cognatus, l. 1. §. si quis proximior, ff. unde cogn. l. Titius, ff. de suis, & legitim. Et cum istud sit quid facti, non praesumitur, nisi probetur, ut notat Castren. in consil. 98. num. 2. vol. 1. Sed an, & quando concepti post mortem defuncti admittantur, vide Barto. & Socin. in l. si cognatis, ff. de reb. dub. & Rub. in l. Gallus, §. quidam recte, col. 35. vers. prima est conclusio, ff. de liber. & posthum. Et an legatum factum cognatis Titij, qui tempore testamenti erat mortuus, valeat? dic quod sic, & vocabuntur omnes simul cognati, & non proximiores, ut ait Barto. in l. si cognatis, in ff. de reb. dub. & ibi Socin. nu. 31.
- b Cognati. Hodie per ius Authenticorum agnati, & cognati aequiparantur, & omnes usque ad decimum gradum admittantur, vide Iason. in l. fin. colum. 2. vers. quinto principaliter limita, C. unde legit.
- c Transuersales. Illi transuersales, qui non excedunt septimum gradum, vocantur in infinitum, quando inuestitura facta est in perpetuum, Ias. in consil. 114. num. 9. uol. 1.
- d In omni materia. Ergo agnati, & cognati militis debet probare gradum, quoniam successio ipsius limitata fuit ad quintum gradum, l. 2. ff. de uete. success. Item, & qui succedunt ei, qui contraxit incestas nuptias, cuius successio non exit tertium gradum descendendum, l. si quis incestu, C. de incest. nupt. Item & agnati patroni, qui succedunt liberti usque ad quintum gradum, §. multis, Instit. de success. libert. Item & qui succedunt bannitis, quorum successio non datur collateralibus, nisi usque ad tertium gradum, ut patet in athen. bona damnatorum, C. de bonis proscript. Et istud est in casu, quo laterales admittuntur ad successionem banniti, nam multis placuit, ut non admittantur, & illa uerba (ex latere) uacent, ut inquit Barto. in consil. 157. super his, in prin.
- e Gradus. De modo computandi gradus, & de differentia computandi eos inter ius ciuile, & canonicum, uide Iason. in l. fin. in princip. C. de success. ed. & Bald. ibi, num. 6. colum. penult. De hac uero materia graduum probandorum, uide Mascard. in concl. 245. nu. 9. lib. 3. de probat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Similitudo est rerum singularium, uel differentium comparatio.
- 2 Similitudo in diuersis personis, uel rebus est una, uel quasi eadem ratio.
- 3 Contrarietas est in diuersis rebus contraria qualitas. Contraria sunt ea, inter quae nulla est similitudo. ibid.
- 4 Similitudo est paritas rationis in diuersis terminis.
- 5 Similia sunt ea, quorum sunt diuersi termini, & una est ratio.
- 6 Ratio sola est, quae inducit similitudinem, quia differentia rationis constituit speciem aduersariam.
- 7 Similitudinis duae sunt species, altera quo ad formam, altera quo ad effectum.
- 8 Similia sunt illa, inter quae non potest reddi ratio diuersitatis.
- 9 Similibus standum est, nisi dissimilitudinis ratio reddatur.
- 10 Argumentum a simili ualet.
- 11 Dissimilibus idem est iudicium.
- 12 Similitudinem sufficit adesse in eo, ad quod res confertur.
- 13 Argumentum a simili procedit etiam, quando adest aliqua similitudo in eo, de quo queritur.
- 14 Simile illud appellatur, quod habet plurimam conuenientiam.
- 15 Simile praesumitur, quando potest argui pro & contra.
- 16 Similitudinem neganti incumbit probatio.
- 17 Similitudo in iure, & in facto consistit.
- 18 Dicenti aliquid esse simile, non est credendum.
- 19 Dissimilitudinem alleganti incumbit onus probandi.
- 20 Similitudo colorata transfert onus probandi in aduersarium.
- 21 Similitudo plena, & similitudo colorata differunt.
- 22 Similitudo colorata est parum efficax.
- 23 Iudex quo casu transferat onus probandi similitudinem.
- 24 Iudex ex officio declarat, quae sit similitudo.
- 25 Similitudo non probatur, quando plures sunt differentiae.
- 26 Appellatur a Iudice declarante, aliquid esse simile.
- 27 Leges an extendantur ad casum similem.
- 28 Nullum simile est idem.
- 29 Omnis similitudo est quoddam figmentum rei.
- 30 Filij sunt imitatores progenitorum.
- 31 Filius praesumitur bonus, & malus secundum probitatem, & improbitatem patris.
- 32 Paterna crimina sunt hereditaria filiis.
- 33 Arbor mala non potest bonum fructum facere.
- 34 Natus ex Doctore praesumitur doctus.
- 35 Praesumptio naturae est, ut natus ex bona progenie praesumatur bonus.
- 36 Filius non praesumitur esse similis patri, nisi in casibus a iure expressis.
- 37 Quilibet praesumitur bonus.
- 38 Nec de uirtute, nec de uicio parentum est quis laudandus, uel culpandus.
- 39 Abraham, & Ezechias patres impios habuerunt.
- 40 Multi filij praesbyterorum apostolicae sedis praesueuerunt.
- 41 Magni uiri, aut sine liberis mortui sunt, aut malos filios habuerunt.
- 42 Papinianus iuris thesaurus fuit occisus a Papiniano Imperatore.
- 43 Dicenti filium patris esse similem incumbit probatio.
- 44 Pater facilius abstinebit a delicto, si uidebit filios puniri.
- 45 Tortura incipienda est a filio, quando pater, & filius pro eodem delicto sunt torquendi.
- 46 Pater si citetur, & non compareat, potest eius filius capi.
- 47 Balbus fuit reuocatus a timore, ne filius occideretur.
- 48 Statutum an ualeat, ut uno delinquente consanguinei eius puniantur.
- 49 Probata inimicitia inter fratres, non potest puniri frater ex

delicto fratris.

- 50 Similitudo corporis non praesumitur, nisi probetur.
- 51 Similitudo oris magis ex imaginatione, quam ex natura proficitur.
- 52 Mulier quaedam genuit filium Aethiopi similem ob eius imaginem spectam.
- 53 Filiatio ex oris similitudine apud Lymirios probatur.
- 54 Similitudo oris est ineptissima probatio.
- 55 Mulier quae post mortem mariti statim alteri nupsit, si peperit intra nouem menses, cuius partus erit filius, an primi, an secundi mariti?
- 56 Gordianus senior Augusto fuit similis.
- 57 Gordiani filius Pompeio fuit similis.
- 58 Oropastes fuit uultu, & corpore similis Mergidi fratri Regis Persarum, quo Rege mortuo regnum loco Mergidis usurpauit.
- 59 Similitudo parentum in filiis unde oriatur. Gratia, quando dicatur similis. in additionibus. Similis substitutio, quae dicatur. in addit. Instantiam quando sufficiat dare ad tollendum consequentiam. in addit.

ARGUMENTVM.

De similitudine, & cui incumbat onus probandi similitudinem.

C A P. X I I I.



ILLI cum nascatur, aut patri, aut matri, aut neutris similes, non extra propositam materiam est, in hoc loco de similitudine tractare. Est autem similitudo rerum singularium, uel differentium comparatio, ut tradit Ioan. Andr. in c. non potest, num. 7. uers. in glos. pone, col. 3. de praebend. in 6. & ibi Anchar. uers. quaerit glossa quarta, colum. fin. & Abb. in cap. translatio, sub num. 3. col. pen. extra de constit. & Felyn. in cap. capitulum, sub num. 3. uers. & uide Ioan. col. 2. de rescript. & in c. translato, num. 15. uers. nec sufficit allegare, col. 5. extra de constit. & ibi Alex. de Neuo, num. 39. uers. & hoc etiam uoluit, colum. 6.

Quibus accedant ea, quae notauit Bald. in l. de quibus, nu. 105. sub uers. restat uidere, colum. 1. 2. ff. de legib. ubi ait, similitudinem in diuersis personis, causis, uel rebus esse unam, uel quasi eadem rationem, & hoc idem confirmauit Anch. in consil. 350. in quaestione praedicta, sub num. 1. colum. 1. ubi tradit, illa in iure nostro dici esse similia, quae regulantur per unius, & eiusdem rationis indentitatem, ad idem quoque facit Bald. in l. 1. num. 25. uers. secundum est, colum. penult. C. de furtis, ubi notat, quod similitudo est in diuersis rebus eadem, uel similis qualitas, sicut est conuerso contrarietas est in diuersis rebus & incompossibilitas, & contraria qualitas, cum ea contraria sint, inter quae nulla est similitudo, quibus quadrat, quod idem Baldus scripsit in d. c. translato, num. 3. uers. quidam tangunt, extra de constit. ubi ait similitudinem esse paritatem & rationis in diuersis terminis, & idem repetiuit in l. neque, leges, num. 4. uers. & nota quod illa, ff.

5 illa, ff. de legib. vbi dicit, quod illa sunt familia, quorum sunt diuersi termini, & vna est ratio, siue qualitas, & idem quoque affirmavit in l. illud, nu. 6. vers. item nota ex glossa, col. 1. C. de sacros. eccle. vbi inquit ea vocari familia, in quibus est eadem ratio, vel maior. At vbi diuersa ratio consideratur, ibi nulla cadit similitudo, & idem affirmat Decius in conf. 329. pro defensione, sub nume. 4. col. pen. & Crau. in conf. 326. dominus, num. 9. vers. septimo confidero, col. 4. & Ruin. in conf. 22. num. 14. vers. sicut dicimus, col. 3. & Menoch. in casu 84. nume. 8. lib. 2. de arb. iud. & pulchre Corn. in consil. 335. primum, num. 25. vers. nam simile censetur, colum. 1. & Iason in l. creditori, colum. fin. ff. de oper. noui nunciat. & Euerard. in loco a simili, & Alciat. in l. creditor autem is est, in uerbo, similis, ff. de uerbor. significat. & Barbat. in consil. 50. sub nume. 13. vers. quoniam multum, colum. 6. uolum. 4.

6 Constat itaque solam esse rationem, que inducit similitudinem, quia differentia rationis constituit speciem aduersariam, sed differentia terminorum subiectorum predicamento, eiusdem rationis constituit similitudinem, vt retulit Bald. in c. inter ceteras, col. fin. in fine, extra de rescript. & Barbat. in d. conf. 50. sub nu. 13. vers. & per consequens hoc casu, col. 7. vol. 4.

7 Huius autem similitudinis duę sunt species, altera quo ad formam, altera quo ad effectum, & ubi in omnibus est conformitas, tam ratione forme, quam ratione effectus, ibi non est similitudo, sed identitas, vt notat Bald. in l. qui liberis, sub nu. 1. ff. de vulg. & pup. & ibi Angel. in fine, & Ioan. de Imola, nu. 5. col. 1. & Iason, num. 3. in secundo notab.

8 Similitudo uero, que versatur in effectu, consistit in identitate rationis, vt diximus, & notat Bald. in d. l. qui liberis, sub nu. 1. ubi tradit, quod illud est simile, quo ad effectum, quod est idem in ratione, quam sententiam clare quoque expressit in c. cum speciali, nume. 6. col. 2. extra de appell. ubi inquit, illa sunt familia, inter que non potest reddi ratio diuersitatis, & facit quod tradit Ioann. Andr. in c. 2. num. 26. extra de transf. episcop. ubi notauit, standum esse similibus, nisi dissimilitudinis ratio reddatur, & idem notauit Alciat. in l. creditor autem is est, in uerbo, similis, ff. de uerb. signif. ubi familia appellat, que eadem ratione nituntur, uel que in effectu, & causa conueniunt, & sequitur Alba in conf. 71. nu. 9.

9 Ex quo inferitur, quod cum similitudo in rationis identitate tota uersetur, non solum in iure nostro procedit argumentum sumptum a simili, l. non potest, ff. de legib. & notant Bald. Abbas, Felyn. & Decius in d. c. translato, extra de constit. et late Euerard. in loco a simili.

10 Verum etiam de similibus idem debet esse iudicium, ut refert Abbas in d. c. translato, nume. 3. col. pen. & ante ipsum glo. fin. in uerbo, quod de uno, & ibi Anton. de Butrio, num. 15. vers. ultima

glossa, col. 2. & Alex. de Neuo, nu. 38. vers. in glo. fin. colum. 6. & Corn. in conf. 193. pro decisione, num. 8. uolum. 2. & in conf. 108. uidetur, nume. 8. uolum. 1.

12 Non est tamen necessarium, quando de similibus ad familia proceditur, ut in omnibus adsit similitudo, sed sufficit similitudinem adesse in eo, ad quod res confertur licet in alijs possit ostendi adesse dissimilitudinem, ut recte considerat Ioan. Andr. in d. c. non potest, nu. 7. col. 2. de prebend. in 6. ubi ait in similitudine non requiri, ut res tota sit totius rei similis, sed sufficere similitudinem esse in eo, ad quod confertur, quod idem sequitur ibi Anch. vers. querit gloss. quarta, col. fin. & ibi Franc. in §. illud, nu. 3. vers. ultimo nota, col. 1. & Felyn. in c. capitulum, sub num. 3. vers. & uide Ioan. Andr. col. 2. extra de rescript. & Abb. in d. cap. translato, sub num. 3. col. pen. extra de constit. & ibi Felyn. num. 15. col. 5. & Decius, nu. 29. vers. & procedit istud argumentum, col. 3. & Alex. de Neuo, nu. 38. vers. in glossa fin. col. 6. & Iason in l. creditori, num. 8. vers. tertio adde, ff. de oper. noui nunciat. & Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, nume. 23. vers. item ut ex similitudine, colum. 4. ff. de acqui. poss. & in l. si aliquam rem, sub num. 42. vers. primo satis esse, col. antep. ff. eo. & Alciat. in d. l. creditor autem is est, in uerbo similis, ff. de uerb. significat. & Decius in conf. 329. pro defensione, sub nume. 4. colum. pen. & rursus Iason in l. ut nemini, num. 1. vers. & ex hoc pondera, C. de collationibus, & in l. 2. §. & harum, num. 15. in quinto notab. col. 5. ff. de uerb. oblig. & Crau. de antiq. temp. par. 4. nu. 102. vers. uideamus etiam, & Menoch. in casu 84. nume. 6. lib. 2. de arb. iud. & Corasius in cap. 8. in prin. lib. 4. de iure in artem redigen. & Barbat. in d. conf. 50. sub nu. 13. vers. & ideo dicebat, col. 6. in fine, uol. 4.

13 Imo quando etiam adesset aliqua dissimilitudo in eo, de quo queritur, procederet nihilominus argumentum, modo maior similitudo interueniat, ut tradit Abb. in c. constitutus, in 3. notab. num. 4. & nu. 5. col. 2. extra de appell. ubi ostendit argumentum a nuncio ad procuratorem procedere, licet alter non sit alteri omnino similis, & hoc idem sequitur Decius in d. c. translato, nume. 30. vers. immo quod plus, col. pen. extra de constit. & in d. conf. 329. sub nu. 4. col. pen.

14 Ad cuius rei confirmationem adducitur Bald. in l. curatoris, nu. 5. vers. tertia conclusio est, col. 2. C. de nego. gest. ubi ait, illud appellari simile, quod licet in aliquo habeat differentiam, tamen secundum plurimos habet conuenientiam, quam doctrinam Baldi adducit Decius in loco proxime citato ad probandum, quod ualet argumentum a simili, etiam si aliqua similitudo reperiatur in eo, de quo queritur, modo adsit plurima conuenientia, quam uis alij generalius Baldum interpretantes dicant, eius doctrinam probare, quod licet non possint appellari omnino familia ea, que differunt in pluribus, tamen in his, in quibus conueniunt,

niunt, familia dicuntur, ut notauit Felyn. in d. c. capitulum, sub num. 3. vers. sed potest dici, colum. 2. extra de rescript.

15 Sed retenta opinione Abbatis, & Decij communiter approbata, infertur falsam esse opinionem glossę dicentis, illud non posse dici simile, in quo est aliqua dissimilitudo, ut patet in d. c. non potest. in uerbo, curam animarum, de prebend. in 6.

16 Nam quamuis etiam reperiatur aliqua dissimilitudo in eo, de quo queritur, non per hoc impeditur, quo minus ualeat argumentum a simili, quādo alia melior similitudo considerari potest, cuius opinionis fuit etiam Bald. in d. c. translato, nu. 3. extra de constit. ubi egregie dicit, quod quando potest argui pro, & contra, tunc presumi debet simile, nisi ab aduersario probetur dissimile, & ideo predictam glossam nuncupatim reprobauit Decius in d. cap. translato, nu. 32. vers. & per hoc non uidetur uera, col. pen. & etiam in hunc sensum dictam glossam declarauit Corn. in d. consil. 335. nu. 25. uol. 1.

17 His ita declaratis, nunc inferendo ad propositum nostrum queritur, cui incumbat onus probandi, an dicenti simile, an dicenti dissimile? Quidam dixerunt onus probandi incumbere illi, qui simile negat, tum quia negat ius, tum etiam, quia negando simile, implicat affirmatiuam, asserendo esse dissimile, & ideo illi dicenti, incumbit probatio, vt tradit Aegid. Bellem. in d. c. translato, num. 5. vers. qui autem dicit dissimile, colum. 2. & ibi Ioan. Andr. num. 14. vers. & nota quod si induco, colum. 1. & sequitur ibi Ioan. de Imola, sub nume. 20. vers. probet etiam dici, col. 2. & Specul. in §. post hoc, num. 3. vers. sed si ego induco, de disput. aduocat. & Henr. Boich. in d. c. translato, in principio.

18 Alij dixerunt eum debere probare, qui similitudinem allegat, quia sicut similitudo in iure, & in facto consistit, vt notat Bald. in d. c. translato, nume. 3. extra de constit.

19 Ita etiam non presumitur, nisi probetur, nec credendum est simplici uerbo arguentis, & dicentis aliquid esse simile, nisi de similitudine doceatur, vt inquit Barbat. in d. conf. 50. sub nu. 13. vers. & ideo dicebat, col. 6. uol. 4. & ante ipsum Abbas in d. cap. translato, nume. 3. vers. sed ego dicerem, colum. penul.

Mihi uero uidetur, tres casus esse distinguendos, primus est, quando non constat de similitudine, & tunc uera est opinio Abbatis, & Barbatie affirmantium, eum debere probare, qui similitudinem allegat, quia regulariter ei, qui dicit, non ei, qui negat, incumbit onus probandi, l. 2. ff. de probat. & late dixi in primo libro.

20 Secundus casus est, quando constat de similitudine, & tunc uera est opinio prima, ut scilicet alleganti dissimilitudinem incumbat probatio, & ita debent intelligi allegati Doctores, & precipue Specul. in d. §. post hoc, num. 3. vers. sed si ego induco, de disput. aduocat. ubi dicit, quod si ego in-

duco simile, & tu negas esse simile, tibi incumbit probatio, quia uerum negas. & sic manifeste patet, quod ipse loquitur in casu, in quo de similitudine constabat, eodem modo loquitur etiam Ioannes Andr. & alij, qui eum sequuntur, quia dum presupponunt inductum fuisse simile, presupponunt, quod de similitudine constabat ex inductione, vt patet ex his, que ipse Ioan. Andr. dixit in d. c. translato, nu. 4. col. 1. extra de constit. & ibi Anton. de Butr. nu. 15. col. 2.

21 Nec istud solum procedit in plena similitudine, sed habet quoque locum in similitudine colorata, nam & ipsa transfert onus probandi in aduersarium dissimilitudinem allegantem, vt egregie scripsit Abb. in d. c. translato, num. 3. vers. sed ego dicerem, col. pen. extra de constit. ubi inquit, quod qui allegat simile, debet saltem colorate probare similitudinem, nam postea qui negauerit simile coloratum, debet probare dissimilitudinem, & hoc idem ante ipsum notauit Specul. in d. §. post hoc, nu. 3. vers. sed si ego induco, de disput. aduocat. & Imola in d. c. translato, sub num. 10. vers. potest dici, col. pen. & ibi Alex. de Neuo, nu. 40. vers. dicit etiam, col. 6. & Felyn. nu. 15. col. 5. & Anton. de Butr. num. 15. col. 2. & Barbat. in d. conf. 50. sub nu. 15. vers. & ideo dicebat, col. ... uol. 4.

22 In hoc autem similitudo plena, & similitudo & colorata differunt, quod plena dicitur illa, que nullam habet dissimilitudinem, & omnino sequenda est, ut inquit Ioan. Andr. in prologo Gregor. in §. rex exordium, num. 35. vers. similitudinem, & in c. 2. nume. 26. vers. in gloss. argum. extra de transl. episcop. & Bellem. in d. c. translato, nume. 5. vers. quorum occasione, col. 2. extra de constit. & Her. Boich ibidem, in prin.

23 At colorata est parum & efficax, & debilis, quia de facili ab ea receditur, data aliqua dissimilitudine, ut inquit Decius in d. c. translato, num. 32. col. pen. & Anton. de Butr. in c. fin. nu. 7. vers. sed ponendo, colum. 25. extra de consuetud. & Ioan. de Imola in d. cap. translato, num. 10. vers. item aduerte, col. 2.

24 Tertius est casus, quando sumus in dubio, an adsit, uel non adsit similitudo, nam tunc ille probabit, in quem & iudex onus probandi transfert, ad quem pertinet declarare, que sint familia. sic etiam diximus illum debere probare atatem, quem iudex onere probandi grauauerit, quia in istis, que arbitrio iudicis dependent, ipsius declaratio plurimum ualet, ut dixi in cap. 13. num. 3. lib. 1. & in cap. 24. lib. 2. & uide, que dixi in cap. 6. nume. 23. sup. eo. & in terminis nostris idem tenuit Bald. in c. cum speciale, nume. 6. col. 2. extra de appell. ubi dixit, qd iudex ex suo officio debet & facere similitudinem, & ei creditur, quando dixerit casum esse similem, cuius doctrinam sequitur Decius in d. c. translato, in 2. lect. nume. 24. sub uers. circa secundam, col. fin. extra de constit. & ibi Felyn. num. 16. vers. & que dicantur, colum. 5. & in d. cap. capitulum, sub num. 3. col. 2. extra de rescript. & ante ipsum Ioan.

sum, Ioan. Andr. in c. causam, il 2. in principio, in vers. pone, extra de iud.

In hac autem declaratione à Iudice facienda cōsiderandum est, ex qua parte plures differentiae, vel plures consonantiae reperiantur: licet enim dictum sit, quod quando potest argui pro, & contra, debet prae sumi simile, nisi probetur dissimile, secundum Bald. in d. c. translato, nume. 3. & ibi Alex. de Neuo, nu. 4. r. col. 6.

Si tamen ex vna parte plures essent differentiae, nequaquam similitudo ꝑ probaretur, vt idem Baldus attestatur in l. 1. nume. 2. C. de iure emphyt. vbi notat, quod non dicitur similitudo, nisi illa, quae plena est similitudo, & vbi plures inveniuntur differentiae, quam consonantiae, illa non sunt similia, cui conforme est illud, quod idem Baldus tradit in d. l. curatoris, num. 5. vers. tertia conclusio, col. 2. C. de negot. gest. vbi inquit, quod illud dicitur esse simile, quod licet in aliquo habeat differentiam, tamen maiorem habet conuenientiam, & idem notauit Iason in d. l. 1. num. 10. vers. secundo principaliter nota, col. 3. C. de iure emphyt. & Felyn. in d. c. capitulum, sub nu. 3. col. 2. extra de rescript.

Quapropter in hac re Iudex debet esse multum consideratus, quoniam si malam similitudinem declararet, ab eius appellatione posset ꝑ appellari, secundum Decium in d. c. translato, in 2. lect. nu. 24. sub vers. circa secundam, col. fin. & vbi plures similitudines concurrunt, tunc magis simile debet attendi, vt refert Decius in d. c. translato, in prima lect. num. 3. r. col. pen.

An autem leges, statuta, & consuetudo ꝑ possint ad casum simile extendi, late tradunt omnes Doctores. in d. cap. translato, & Euerard. in topica sua, ad quos recurrit.

Illud autem praedictis est addendum, quod sicut ab omnibus vno ore passim dici solet, quod ꝑ nullum simile est idem, l. quod Nerua, & ibi Bart. ff. de positi, & Felyn. in d. c. capitulum, num. 3. vers. nullum simile, extra de rescript.

Ita etiam subiungi potest, quod omnis ꝑ similitudo est quoddam figmentum rei, & non proprie res ipsa, vt tradit Bald. in l. 1. in fi. C. de patrib. qui filios distraxer. & Socin. in conf. 9. prosequendo ordinem, colum. 10. nu. 26. vers. similitudo enim, volum. 1.

Pro quibus facit, quod notauit Iason in l. qui liberis, nu. 3. ff. de vulg. & pup. vbi dicit, quod similitudo magis dicitur significare propinquitatem, quam identitatem.

Ceterum haec omnia, quae huc vsque diximus, pertinent ad similitudinem rerum, & casuum: sed quod attinet ad similitudinem filiorum, de qua in principio mentionem fecimus, aduertendum est, quod de illa duplex haberi potest consideratio, alia enim consistit in moribus, alia vero in effigie, ac lineamenti corporis versatur. circa primam adducitur doctrina Baldi in l. liberti, nume. 6. sub vers. oppono tertio, C. de oper. liber. vbi dicit, ꝑ

30 filij sunt ꝑ imitatores progenitorum, & praesumuntur habere eandem voluntatem, & eandem affectionem, quam pater habebat, pro quo facit egregius textus in l. quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de aedilit. edicto, vbi habetur, quod filius ꝑ praesumitur bonus, & malus, secundum probitatem, & improbitatem patris. Hinc illud vulgare proverbium emanauit, quod Saepe solet similis filius esse patri, Et sequitur leuiter filia matris iter. quos versiculos glossa retulit in c. si quis cum militibus, 6. quaest. 1. & priorem ex illis posuit glossa in d. §. qui mancipia.

Et haec quidem conclusio maxime probatur in l. quisquis, §. filij vero, C. ad l. Iul. Maieft. vbi dicitur, quod paterna crimina sunt ꝑ hereditaria filijs, ad quam materiam facit textus in c. si gens Anglorum, distin. 56. vbi habetur, quod filij non sunt degeneraturi a patribus iniquis, & tales praesumuntur futuri, quales fuerunt parentes, quia non potest arbor ꝑ mala bonum fructum facere, vt in sacris literis dicitur, & notat gloss. in d. §. qui mancipia, & in l. cum vnus, in verbo, domum, ff. de alim. & cibarijs legat.

Nec id solum procedit in uitijs, sed etiam in virtutibus, ac scientijs, quoniam natus ꝑ ex Doctore praesumitur doctus, praeferturq; alijs, si modo studijs operam dederit, l. iubemus, §. & filios, ibique glossa, C. de aduocat. diuers. iud. & facit textus in l. 2. §. sed & Anatolium, C. de veteri iure enuclean. vbi laudatur Anatolius, & propria, & parentum suorum eruditione, per quem textum Alciatus in praesum. 48. reg. 1. dixit, quod qui habuit maiores suos alicuius artis peritos, si ipse in ea se exercuerit, praesumitur, quod etiam sit ipse bene peritus, & ista est praesumptio, quae appellatur praesumptio naturae, vt ait Gandin. in rubr. de praesumpt. & inditijs ad tormenta, vers. praesumptio enim, colum. 2. vbi dicit, praesumptionem esse naturae, vt si quis ꝑ natus sit ex bona progenie, praesumatur bonus, & si ex mala, praesumatur malus, quem sequitur Blancus in uerbo, his sic praemissis, nu. 36. vers. a natura, fol. 128. pract. crim. & gloss. in d. l. cum vnus, in verbo, domum, ff. de alim. & cibarijs legat.

Illud vero sciendum est, quod huiusmodi conclusio non procedit, nisi in ꝑ casibus à iure expressis, vt exemplum habemus in d. l. quisquis, §. filijs uero, C. ad l. Iul. Maieft. & in c. 1. & in c. si gens Anglorum, distin. 56. & notat Alciat. in praesumpt. 24. reg. 1.

In alijs autem casibus non est bona consequentia, pater fuit nequam, ergo filius praesumendus est malus: nam regula est, vt iniquitas patris non debeat nocere filio, c. sponsus, distin. 56.

Et quamuis oriatur quaedam mala suspitio aduersus filium natum ex patre malo, tamen ista non potest aggrauare filium onere probandi suam bonitatem, tum quia ꝑ praesumitur quilibet in dubio bonus, c. dudum, extra de praesumpt. & Alciat. in c. praesumpt. 2. reg. 3. tum etiam, quia non est omnino nec de virtute, nec de uitio. parentum, ꝑ aut laudan-

laudandus aliquis, aut culpandus, c. nunquam, de uitijs, distin. 56.

Et eo magis, quoniam per vna exempla manifeste videmus, plures ex vitiosis parentibus procreatos ad summa virtutis, & honoris fastigia peruenisse, quod quidem aperte constat in Sancto ꝑ Abraam, qui patrem habuit impium, nec tamen ipse paternae impietatis heres effectus: & similiter Ezechias profanissimi Achaz filius fuit, sed Dei amicus esse promeruit, vt refert Dicitur Chrysostomus in homil. 8. in fine, lib. 2. & hoc etiam cognoscitur in c. Osius Papa, distin. 56. vbi multi enuenerunt, qui licet nati essent ex praesbyteris, tamen ob proprias ꝑ virtutes apostolicae sedis praefuerunt: sicut versa uice plures alios extitisse scimus, qui quamuis à parentibus clarissimis in lacem prodissent, tamen ab eis longè degenerauerunt, quorum multos recenset Valerius Maxim. in cap. 5. lib. 3. & uide inf. eo. in c. 17.

Quinimo vt considerat Spartianus in Seuero, videtur uel a natura, uel ab occulta ui, id esse cōparatū, vt summi, ac illustres ꝑ uiri aut sine liberis interierint, aut tales habuerint pleriq; ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate decedere: & vt ordiamur a Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod utile posset esse reipublicae, quid Camillus, num sui similes liberos habuit? quid Scipio? quid Carones, qui magni fuerunt? Iam uero quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Crispo, & Terentio, Plautoque, & ceteris alijs loquar? quid de Caesare? quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos non habere. quid de Augusto? qui nec adoptiuum bonum filium habuit, cum eligendi potestas fuisset ex omnibus? falsus est etiam ipse Traianus in suo munice, ac nepote diligēdo, sed vt omittamus adoptiuos, ne nobis Antonini Pius, & Marcus numina reipublicae occurrant, ueniamus ad genitos, quid Marco fuisset felicis, si Cōmodum non reliquisset haeredem? quid Seuero Septimo, si Bassianum non genuisset? qui statim insimulatum fratrem insidiarum contra se agitarum parricidiali etiā figmento interemit, qui nouercam, matrem quinimo, in cuius sinu Getam filium eius occiderat,

uxorem duxit, qui Papinianū iurisꝑ Asylum, & doctrinae legalis thesaurum, quod parricidium excusare noluisse, occidit. & ne transeamus eos, qui nostri ordinis fuerunt, quis nominari audiuit filios, quos Vlpianus reliquit? quales Papinianum procreasse legimus? quos genuit Modestinus, quos Sulpitius, an similes sui Bartolus reliquit filios? nū Baldus? & post eos multi alij egregij iurifconsulti, qui aut nullos, aut sine nomine filios procreauerunt. Ex quibus satis aperte cognoscitur, quod circa mores paternos similitudo filij non concludit, nisi in casibus à iure determinatis, ut dictum est; at illis exceptis, qui dicit ꝑ filium patris esse similem, probare debet, quia causa uitiorum, atque uirtutum est in uoluntate nascentis, & non in feminibus generantis, vt habetur in capit. na-

42 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

43 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

44 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

45 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

46 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

47 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

48 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

49 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

50 sci, in fine, distinct. 56. de quare uide Tirac. in causa 52. nu. 43. cum seq. de penis mitig. Propter quod optime infertur ad statuta dispo-

& filio, in quos facilius similitudo cadit, cum eodem sanguine proueniant, at secus est in illis statutis, quæ puniunt omnem cognationem pro delicto vnus cognati, quoniam tunc sola ratio amoris cognatorum ad remouendos alios à delictis, uidetur considerata, & non ratio similitudinis, quæ inter eos non cadit, & hanc solam considerauit Barto. & ibi additionat. in Liure prouisum, C. de fabricens. lib. 11. & idem tenuit ibidem in fine Lucas de Pen. ubi subiungit, hoc esse maxime uerum, quando propter factiones familiae hinc inde in unum coniunguntur, quoniam tunc ualeat statutum, ut uno de familia delinquente ceteri consanguinei teneantur, quasi quod sint unum corpus, & una affectione copulati; at secus est, quando non ita coniunguntur, quoniam tunc iniqua sunt statuta, ut unus pro delicto alterius puniatur, quasi quod inter disiunctos tanta affectio non cadat, & per consequens non se abstinebit conuinctus à delicto ob penam consanguinei, quæ res multum adiuuat opinionem Decij dicentis, quod probata inimicitia inter fratres, non habet locum dispositio statuti punientis fratrem ex delicto fratris, ut patet, in cons. 64. diligenter pro uiribus, sub nu. 6. uers. altera, & secunda ratio, col. 4.

Nunc quod attinet ad alteram similitudinem, id est uultus, pariter dicendum est, nec istam præsumi, cum lineamenta, & nigredo, & albedo, & ceteræ qualitates corporis, id est pulchritudo, pinguedo, & macritudo sint accidentia in facto uersantia, quæ debent ab allegante probari, ut dixi in c. 53. cui incumbat onus probandi negatiuam qualitatis natural. nu. 43. uers. illud autem quod diximus, lib. 1. & in cap. 54. sub nu. 7. eo. lib.

Præterea quando etiam huiusmodi similitudo probaretur, non per hoc sequeretur, quod probata esset filiatio, nisi de filiatione alio modo constaret, cum similitudo oris magis ex imaginatione, quam ex natura proficiatur, ut notat glos. in l. quæret aliquis, in uerbo, fataliter, ff. de uerb. sig.

Cui glossæ Bartolus quoque accessit in l. Gallus, nu. 13. uers. quæro pone, ff. de liber. & posth. ubi dicit, quod excogitatione mulieris tempore conceptio nis contingit partem alteri assimilari, quod idem late prosequitur ibi Ias. in l. lect. nu. 68. uers. tertia fuit opinio, ubi plura exempla refert, & præsertim illius mulieris, quæ genuit filium Aethiopi similem ob imaginem Aethiopsis inspectam, quam pictam in cubiculo retinebat, & idem tenuit Alciat. in præsumpt. 37. nu. 7. uers. quarto amplia, reg. 3. & late Tiraq. in l. 7. nu. 5. uers. illud autem quod de similitudine, de legib. connub. & Menoch. in casu 89. nu. 97. uers. quinta coniectura, lib. 2. de arb. iud. & Mascard. in cõcl. 79. 2. lib. 2. de prob. quibus adde Solinũ in c. 5. in Polyhistore, & Aristotile in problemat. quem refert Angelus Polician. tit. de spermate libro problem. & in tit. de infantib. in 2. & 3. problem. & Zimaras in problem. 43. & Rhodigin. in c. 15. lib. 20. lect. antiq. in ult. edit.

Illi tamen populi, quia certa connubia non ha-

bebant, sed mulieribus in cõiuebantur, solebant
 53 et ex similitudine oris filiationem probare, ut refert Stobæus ferm. 44. de legib. ubi tradit, quod limyrnij vxores habebant communes, & liberos communiter alebant, usque ad annos quinque, deinde sexto anno pueris omnibus congregatis similitudines ipsorum ad viros coniecerant, & unicuique similem tradunt puerum ceu parenti, quem ille acceptum pro filio educat, & idem obseruasse quosdam superioris Libyæ populos attestatur ex Aristotile Tiraquellus, qui etiam de Lemyrnijs facit mentionem in d. l. 7. sub nu. 5. 1. de legib. connub.

Nonnulli tamen ex nostris doctoribus affirmant similitudinem esse quidem ineptissimam filiationis probationem, sed nihilominus facere qualẽ, qualẽ suspicionem ad adiuuandum alias coniecturas, ut inquit Alciat. in d. præsumpt. 37. in fine, reg. 3. ubi ponit quæstionem illius mulieris, quæ post mortem mariti incontinenti alteri nupsit, & peperit intra nouem menses, nam dubitatur, cuius partus sit filius, an primi, an secundi mariti? de qua re multos refert Tiraq. in d. l. 7. nu. 5. 2. uers. illud autem de legib. connub. & Menoch. in d. casu 99. nu. 103. lib. 2. & Paris. in cons. 10. aduersus, nu. 59. & nu. 103. vol. 2. & Mascard. in d. conclus. 792. nu. 9. uers. sed tolle posse, lib. 2. de prob.

Inter cetera uero extraneæ similitudinis exempla, quæ à varijs Doctoribus referuntur non est illud omittendum, quod in vita triũ Gordianorum Iulius Capitolinus refert de Gardiano et seniore, quæ dixit Augusti uultum sic repræsentasse, ut & uocem, & morem, & staturam eiusdem ostentare uide retur, filiumque uero Pompeo simillimum uisum, quauis Pompeius obæsi corporis fuisse denegetur, nepotem autem, cuius etiam nunc uidemus imagines, Scipionis Asiatici faciem retulisse. Aliud est et nota bilis similitudinis exemplum, de quo facit mentionem Iustinus lib. 1. ubi refert, quod Oropastes erat et oris, & corporis lineamenti adeo similis Mergidi fratris Cambysis, cui regnum Persarum mortuo Cambysi debebatur, ut potuerit pro Mergide sursum interfecto Rex constitui, quæ res diutius occultior fuisset, nisi per aures, quibus ipse carebat, dolus detectus fuisset actu Orthani, qui quoniam persona regis apud Persas sub specie maicstatis occultitur, persuasit filie regie pellici, ut noctu Regi dormienti caput pertractando sentiret, an aures haberet, à qua cum factus esset certior sine aures esse Regem, optimatibus Persarum rem indicat, & in eadem falsi regis impulsos sacramento religionis obstringit.

59 Quomodo autem præter cogitationem et similitudo patris, aut matris, aut utriusque, aut neutrius in filijs exprimat, tradit Lactan. Firmia. in c. 12. lib. de Opificio Dei, ubi dicit, similitudinem in filio siue paternam, siue maternam prouenire ex eo semine, quod quia uberius est sparsum, in cõmitione præualuerit, adeo ut si uirile semen superauerit, tunc patri, at si muliebri, tunc matri partus assimilabit, cæterum si fuerit æqualis seminum permixtio, tunc

figuras

figuras aut misereri, & sobolem illam communem, aut neutram ex parentibus, quia totum ex altero non habet, aut utrumque referre, quia partem de singulis mutuata est, & ante ipsum hoc idem expressit Aristoteles, ut attestatur Polician. in dicto titu. de infantibus, lib. problem. & Tiraquell. in d. l. 7. num. 5. 2. uers. quibus ostendit. de legib. connub.

Nunc ad baptismum transeamus, de quo me dicturum in capitulo præcedenti pollicitus sum.

ADDITIONES.

- a Effectum. Gratia dicitur similis, quando in effectu idem continet, quod alia, licet clausula excellentiores sint in una, quam in alia, Decius in cap. translatio, num. 26. in prima lect. de constit. & adde prædictis, quod quædam habent similitudinem entis, & tamen non sunt ens, ut Chimæra, Hyppocrita, & falsus prælatus: quædam autem sunt ens, id est uerum, tamen ordinatum, & alterum est perfectius, sicut est inuestitura, quæ dicitur abusu comparatiue ad inuestituram perfectam, huiusmodi est etiam bonorum possessio causa litis agnoscendæ, de qua tradit glos. in l. Papinianus, §. 1. in uerbo bonorum, ff. de inoffic. testamen. quædam habent in se similitudinem, & perfectam essentiam, sicut est, quando per actus exteriores significantur ueri habitus rerum, ut per tonsuram significatur monachus, qui uerè profectus est, & per clericam clericus, & per stigmata miles, ut tradit Baldus in consil. 9. factum tale, num. 8. uers. & ad clariorem intelligentiam, uolum. 1. Quæ uero dicatur similis substitutio, quando quis fecit heredem, si faciat ille similem substitutionem, uide Ruin. in consil. 10. uolum. 2.
- b Argumentum. Licet dici soleat, quod ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiam, cap. sicut urgeri, 1. quæstio. 1. & notat Crot. in l. Gallus, §. & quid si factum tale, colum. 37. ff. de liber. & posthum. tamen hoc intelligitur esse uerum, quando instantia est super ratione illius, de quo quæritur, ut notat Iason in l. creditori, colum. fina. ff. de oper. noui nunciat. & Alciat. in l. creditor autem, in uerbo similis, ff. de uerbor. significat.
- c Vitio. Quod de uitio, aut uirtute parentum non fit quis laudandus, uel culpandus, uide Diuum Chryostomum homil. 2. lib. 2. in Matth.
- d L. Quisquis. Illa lex, quæ loquitur de pena filiorum, non extenditur ad fratres, ut uoluit Cyn. in l. sancimus, C. de pæn. & Decius in consil. 64. sub nu. 3. uers. ultimo prædicta.

SYMMARIUM.

- 1 Thraces mestitia conflabantur, quando homo nascitur.
- 2 Christiani gaudent, quando homo nascitur.
- 3 Pueri ante quadragesimum diem a natiuitate non ridet.
- 4 Baptismum alleganti incumbit onus probandi.
- 5 Dicenti se esse baptizatum, an, & quando credatur.
- 6 Occidens, uel occidere faciens per assassinos Christianum est excommunicatus.
- 7 Repertus in territorio Christianorum, an presumatur esse Christianus.
- 8 Qualitas à lege requisita omnino est probanda.
- 9 In casu dubio mitior pena eligenda est.
- 10 Pena occidentis Christianum, an extendatur ad illud, qui occi-

dit hominem non baptizatum, sed qui tamen in Christi nominis confessione semper perseverauerit.

- 11 Christianus is est, qui licet non sit baptizatus, tamen se credens baptizatum in fide Christi perseverauerit.
- 12 Valentinianus properans ad baptismum in itinere decessit.
- 13 Vadens ad sepulcrum, habet indulgentiam concessam euntibus, licet ad sepulcrum non peruenerit morte præuentus.
- 14 Baptismus est triplex.
- 15 Mortui presumuntur esse baptizati.
- 16 Apostoli presumuntur baptizati ex eo, quod alios baptizabant.
- 17 Natus ex Christianis parentibus presumitur Christianus.
- 18 Pena non baptizati apud Deum est æternis mors eterna.
- 19 Pena paruulorum non baptizatorum, quæ sit.
- 20 Baptismus an liberet a pena temporalis.
- 21 Infans, an possit baptizari, dum est in medio uulue matris, uel quando aliquod membrum emisit.
- 22 Filij Iudæorum an possint inuitis parentibus baptizari.

ARGUMENTVM.

De Baptismo, & alleganti quem fuisse baptizatum incumbit onus probandi.

CAP. XIII.

- 1 **N**ATO homine Thraces et mestitia conflabantur, & recentem puerum cum fetu parens excipiebat tanquam uenientem non in lucem, sed in tenebras huius mundi, ut ait elegantissime Arch. in lib. 1. epigram. Græcor. & Solinus in cap. 16. in Polyhistore.
- 2 Sed uice uersa nos lætitia et exultantes excipimus filios nascentes, quia deferuntur ad baptismum, per quem transeunt de peccato ad uitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem, & de tenebrosa morte ad lucem æternam, quia qui per aquam baptismi transit, non moritur, sed exurgit, ut dicitur in cap. per aquam, & c. proprie, distin. 4. de consec. & c. maiores, §. sed per sacramentum, de baptismo, & eius effectu.
- 3 Hanc gratiam huius salutaris sacramenti sensit infans Marianus filius meus, qui dum ad gloriosissimum lauacrum deferretur, uisus est cunctis admirantibus hilari uultu ridere, qui risus in infante octo dierum nato eo admirabilior fuit, quo magis affirmant, pueris ante quadragesimum diem risum non esse concessum, ut ait Plinius in proemio libri septimi de natur. histor.

Sed iste præcox risus illi fuit celestis gratiæ appropinquantis signum, nam reuersus à baptismo sine gemitu, & sine ullius morbi indicio ad celestia regna sequenti mane conuolauit, cuius corpus speciosissimum eodem decore, quo fuerat uiuus infans, in sinu matris meæ recubuit. Sed o fili mi Mariane, fili mi, & animæ meæ consolatio, uade memor patris tui, & in gloria tua parentum tuorum piissimus aduocatus recordare.

Cum itaque deferatur puer natus secundum ueram nostræ religionis traditionem ad sacrum baptismum, consequens est, ut post natiuitatem de baptismo tractemus. Regula igitur hæc est, ut ei, qui allegat et alique esse baptizatum,

F tum,

tum incumbit onus probandi, ut traditur in cap. parulos, dist. 4. de consecr. & notat elegans glos. in cap. presbyteri, dist. 68. ubi dicit, quod in dubio quis presumitur potius non baptizatus, quam baptizatus, & ponit Alciat. in presumpt. 4. reg. 2.

Ex quo inferitur, quod si fuerit alicui relictum legatum, sub hac conditione (si baptizatus esset) non potuerit obtinere rem legatam, nisi baptizatum se probet, ut notat glos. in c. placuit, de infantibus, dist. 4. de consecrat.

Et quamvis textus ibi dicat, credendum esse illi, qui se dicit baptizatum, illud tamen procedit, ubi non sit alicui preiudicium, & maxime ad vitandam baptismi iterationem, sed secus est, ubi de preiudicio tertij tractatur, ut ibidem glossa notauit.

Rursus inferitur ad interpretationem textus in cap. pro humani, §. sacri approbatione, de homicid. in 6. ubi dicitur, ut quicumque Princeps, vel alia persona per assassinos^a quempiam Christianum interfici fecerit, sit excommunicatus, depositus, & perpetuo diffidatus, quoniam ad hoc, ut sit locus illi dispositioni, oportebit probare occisum fuisse baptizatum, quia non presumitur, nisi probetur, ut ait ibi Dominicus de sancto Geminiano, ubi refert Ioannem Andr. affirmantem, se defendisse quendam prelatum, contra quem fuerat probatum, quod fecerat occidi homines per assassinos, & tamen non erat probatum occisos fuisse Christianos, proinde monet aduocatos, ut sint cauti in formandis articulis, & seruent verba legis, quod idem refert Bald. in l. si quis non dicam, nume. 8. uersic. preterea dicit, C. de episcop. & Cler. & Alexan. in consi. 1. num. 23. uersic. hoc probo per id, uolum. 3. & in consi. 2. 24. uiso processu inquisitionis, nu. 3. uersic. & ubicumque profertur, uolum. 2. & in consi. 82. uiso processu, nu. 14. uersic. sed ad hoc statutum, uol. 3. & in consi. 166. uideretur fortasse, in fine, uolum. 7. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & late Curt. senior in consi. 73. super memorata, sub nume. 3. uersic. caruit ergo potestate, colum. 3. in prin. & lason in l. non solum, §. sciendum, nu. 3. uersic. secundo pro ista conclusione, ff. de oper. no. nunciat. & Decius in c. post cessionem, nu. 23. uersic. nam cum iura, extra de prob. & plenissime Tiraquell. in §. 8. glos. 7. in princ. de retractu consang. & latissime Gabr. in conclus. 1. num. 6. uersic. secundo declara, lib. 7. de malef.

Sed in contrarium transit Clar. in §. assassinium, in prin. pract. crimin. ubi dicit se habendum esse pro Christiano eum, qui repertus est occisus in territorio Christianorum, quoniam a communiter accidentibus infideles non sunt soliti conuerfari inter Christianos, & hoc argumentum a communiter contingentibus in materia probationum validissimum est, ut dixi in cap. 13. num. 5. lib. 1. & notatur in l. certi, §. quoniam, ff. si certum petat. & glossa tradit in l. neq; natales, C. de prob. quae obre-

ipse credit, quod parum prodesset apud Senatam Mediolanensem talis defensio uidelicet, quod occisus non fuisset probatus baptizatus, quoniam in tam graui delicto non est super huiusmodi subtilitatibus insistendum.

Ego tamen opinor non esse recedendum a communi opinione, quae lege, & ratione comprobatur, ut ex narratis Doctoribus intelligi potest. Nec est uerum, quod a communiter contingentibus infideles non uerferentur inter Christianos, quoniam contrarium uidemus in Iudaeis, qui communiter inter nos conuerfentur, & tamen si quis per pecuniam occiderit Iudaeum, non erit assassinus, iuxta formam traditam in d. c. pro humani, quae non habet locum, nisi in occidente Christianum, ut diximus, & notat etiam Summa Tabiena in casu 37. in fine, de excommuni. 5.

Nec pariter est admittendum, quod haec sit iuris subtilitas, cum sit qualitas delictum aggrauans, quae cum a lege requiratur, omnino probanda est, ut notat Ias. in l. si extraneus, in fine, ff. de condic. causa data, & c. & egregie Curt. senior in consi. 59. Dux Philippus, nu. 7. uersic. tum quia quoties, col. 6. & plenissime Tiraq. in §. 8. glos. 7. num. 1. de retr. consang.

Qua propter ego arbitror has rationes plurimum ualidas fore apud illum integerrimum Senatam, qui iustitiae est oculus, & eo praesertim, cum tractemus hic non de absoluta rei defensione, sed de grauiori poena euitanda, & de mitiori imponenda, in quam rem se facillime iura nostra inclinant, l. factum, in fine, ff. de reg. iur. & l. interpretatione, ff. de penis.

Sed hic ego notabilem questionem moueo, po ne quod Titius ab assassinis fuerit occisus, & constet illum non fuisse baptizatum, sed nihilominus in sanctae Matris Ecclesiae fide, & Christi nominis confessione usque perseuerasse, nunquid erit locus poenae, quae datur occidenti Christianum? Videtur dicendum, quod non, quoniam illa dispositio stricte loquitur in Christiano occiso, & ille non est Christianus, quem & c. quem constat non esse baptizatum: nam ut dicitur apud Ioannem, nisi quis renatus fuerit ex aqua, ut Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei, c. filius, de consecrat. dist. 4. Nec sola fides sufficit, ut habetur in c. cathecumini, dist. 4. de consecrat.

In contrarium ego tamen allego notabilem textum in cap. 2. extra de presbytero non baptizato, ubi dicitur illum fuisse Christianum, qui licet reuera non fuisset baptizatus, tamen se baptizatum credebat, ob idque in fide perseuerauit, & idem rursus probatur in c. baptismi uicem, de consecratio. dist. 4. ubi expressum est, quod sola fides sufficit, cum propter aliquam necessitatem temporis urgentem impeditur quis sumere sacramentum a qua, & ita de facto euenit in Valentiniano, qui cum properaret ad baptismum, in itinere decessit, & tamen Diuus Ambrosius eum fuisse saluum asseruit, ut ait glos. in dicto cap. 2. ex. de presbyt.

non baptizat. Pro qua parte facit illud, quod notauit Angel. in l. ex eo tempore, nume. 3. ff. de testamen. milit. ubi ait, quod vadens ad sepulchrum, habet indulgentiam concessam euntibus, licet ad sepulchrum non peruenit morte praeventus, quod ipsum retulit Marsil. in §. aggreddior, sub nume. 2. uersic. & facit ad praedicta, pract. crim.

Ex quibus concluditur, quod qui talem occidisset, puniretur poena in dicto capitulo comprehensa. nec obstat quod aqua, non fuisset baptizatus, quoniam triplex est baptismus, idest fluminis, fluminis, & sanguinis, ut notat glos. in d. capit. 2. in uerbo, ab originali, extra de presbytero non baptiza. & Summa Sacram. num. 24. de baptismo.

Sed iste fuit baptizatus in baptismo fluminis inuisibili, secundum allegatam glossam, ergo pro Christiano habendus.

Sciendum tamen est, quod licet uera sit regula, ut nemo presumatur baptizatus, nisi probetur, tamen illa limitatur, ut habeat locum dumtaxat in uiuis: at secus est in mortuis, qui praesumuntur esse baptizati, ad hoc, ut ecclesiae suffragia illis proficiant, ut notat glos. in d. cap. presbyteri, dist. 68. & glo. in c. si eos, dist. 4. de consecr.

Item fallit in Apostolis, de quorum baptismum quamuis expressè non constet, ex eo tamen quod alios baptizabant, praesumendum est, eos fuisse baptizatos siue baptismum Ioannis, siue (quod magis credibile est) baptismum Christi, & praesertim cum Saluator noster dixerit Petro, qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. ex quibus uerbis intelligitur, Petrum iam fuisse baptizatum, ut patet in c. quando ab Hiero solymis, dist. 4. de consecrat. & glos. in c. Petrus, in fine, dist. 1. de penitent.

Item fallit in eo, qui natus est ex Christianis forensibus, ac inter Christianos fideliter est conuersatus, nam praesumitur baptizatus tali praesumptione, ut pro certitudine sit habenda, donec euidentissimis argumentis contrarium probetur, ut dicitur in cap. fin. in fine, extra de presbyt. non baptiza.

Ultimo obiter quaeritur, quae sit poena non baptizati apud Deum, & respondeo se omnes non baptizatos ex natura esse filios irae, secundum Apostolum, ob idque morti aeternae subiectos, & quidem in adultis nulla est dubitatio. sed quid in paruulis? & circa ipsos mirabilis, & tremendus est textus in cap. firmissime, de consecr. dist. 4. ubi dicitur, se paruulos siue in utero matris, siue extra moriuntur sine baptismo, esse perpetuo igne puniendos, quod idem uidetur tenere glos. in cap. nulla, dist. 4. de consecr. ubi dicit eorum poenam esse ignem afflictionis.

Sed in contrarium facit textus in c. regenerante, eo. tit. ubi dicitur paruulos sine baptismo decedentes non itissimam omnium sustinere poenam, quae poena (ut ibi subiunxit glossa) est, quia degent in te-

nebris ob defectum uisionis diuinae, & hoc idem tenuit gl. in d. c. firmissime, ubi dicit illum textum sic esse intelligendum, & haec est uerior interpretatio secundum Theologos, qui sine dubitatione tenent, quod in limbo puerorum non sit poena sensus, sed sola poena damni aeterni, ob priuationem uisionis Dei, in cuius uultu perfecta beatitudo consistit, & ita scribit Thomas in 3. par. summe, q. 69. in ult. par. & Bartholom. Sibilla in c. 3. primae decadis, q. 1. tract. peregrin. quaest. & Beatus Antonin. in 3. par. summae, tit. 33. in fine.

An uero baptismus sicut tollit poenam spiritualem, ita etiam tollat poenam temporalem? uide Decium, qui consuluit quod non, ut patet in consil. 130. proponitur, ubi concludit Iudaeum baptizatum posse puniri de furto commisso ante baptismum, & idem notat Fely. in c. testimoniū, sub nu. 31. uersic. sexta conclusio, col. antep. extra de testib.

An uero se infans dum est in medio uuluae matris, uel quando aliquod membrum, ut puta manum, uel pedem emisit, possit baptizari, uide Capel. Tolosan. in decis. 156. ubi tenet quod sic, de qua re uide Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, suscepit liberos, nu. 132. uersic. uerum maius dubium, C. de reuoc. donat.

Et an se filij Iudaeorum inuitis parentibus possint baptizari, & baptizatis imprimatur character, uide Afflict. in decis. 151.

ADDITIONES.

- 1 Assassinos. Assassini fuerunt homines ex Syria eo nomine uocati, qui pecunia accepta Christianos occidebant, de quibus eleganter tradit Couar. in c. 20. nu. 10. lib. 2. uar. resol. & Menoch. in casu 360. nu. 41. li. 2. de arb. iud.
- 2 Baldus. Sed aduerte, quod Baldus ibi dicit de allegatione, non autem de probatione. sed dic, quod uerbum allegare, accipitur pro uerbo probare, pro ut sic eum citant Doctores, & de significatione dicti uerbi dictum est in c. 8. num. 3. sup. eo.
- 3 Euntibus. Si tamen indulgentia concederetur peruenientibus ad sepulchrum, morientes in itinere eam non consequerentur, ut tradit Angel. in d. l. ex eo tempore, nu. 3. ff. de testam. milit.

SUMMARIUM.

- 1 Nomina infantibus intra tempus octo dierum ponebantur secundum uetus testamentum. Illico decedere dicitur, qui moritur ante nomen sibi impositum. ibidem.
- 2 Gentiles pueris in septimo die nomina imponebant. Athenienses decima die imponebant filiis suis nomina. ibidem.
- 3 Decima conuuiatio, quae fuerit apud antiquos.
- 4 Amphidromia, quae fuerit apud antiquos. ibidem.
- 5 Polypodes ac sapie munerum loco donabantur a propinquis, quando puer nasebatur.
- 6 Mos mittendi muneris puerperis mulieribus, quae uulgo Paiola dicuntur, a Graecis habuit originem.
- 7 Antonianus Imperator iussit intra diem tricesimum nomina pueris imponi.
- 8 Lustrici dies, qui fuerint.
- 9 Posthumus praesumitur filius, cuius nomine fuit in baptismo uocatus.

- 9 *Nomen pulchrum semper est filijs imponendum.*
Nomina si uenderentur, deberent emi caro pretio, ut pulchra forent. ibidem.
- 10 *Papa quare in coronatione sibi mutet nomen.*
- 11 *Reprehendendi sunt illi, qui turpia nomina suorum genitorum repetunt in filijs.*
- 12 *Filius de patre potest conqueri propter nomen turpe sibi impositum.*
- 13 *Filius potest de patre conqueri, propter insignia domus turpia assumpta.*
- 14 *Imputandum est illi, qui depositum fecit apud habentem turpe nomen.*
- 15 *Institutus heres sub conditione, si aliquod certum nomen assumat, non tenetur parere conditioni, si nomen assumendum est turpe.*
- 16 *Vespillus est turpe nomen, & Accursius est pulchrum.*
- 17 *Tortura quando pluribus est inferenda, incipienda est prius ab eo, qui habet turpe nomen tanquam magis suspectus.*
- 18 *Dicenti quem esse, vel appellari puta Titium, incumbit onus probandi.*
- 19 *Titius si fuerit bannitus, & postea captus, fisco incumbit onus probandi captiuum esse illum Titium, de quo bannum loquitur.*
- 20 *Capto bannito fit quidam declaratorius processus, in quo declaratur, captum esse illam personam, quae reperitur bannita.*
- 21 *De honestate debet iudex bannito dare congruam dilationem ad allegandum quicquid uult, ne banni executio fiat in eum.*
- 22 *Iudex non solum debet facere captum confiteri, se illum esse, de quo bannum loquitur, sed etiam oportet, ut cum faciat fateri, se commississe delictum.*
- 23 *Pena capitalis potest inferri contra confessum ex quocumque inordinato processu.*
- 24 *Reus an cogatur fateri coram secundo Iudice, se esse illum, de quo primus iudex intellexit, quando ipsum banniuu.*
- 25 *Necessse non est, ut articuletur de corporis identitate, ubi est nominis conformitas.*
- 26 *Bannitus, qui capitur debet probare alios esse eiusdem nominis.*
- 27 *Heres ad repellendum legatarium debet probare alios esse eiusdem nominis.*
- 28 *Identitas rei probatur per unam solam qualitatem.*
Natio est qualitas, vel demonstratio significatiue personae. ibidem.
- 29 *Nomen matris, quam patris sufficit ad demonstrandam personam.*
- 30 *Locus est manifesta rei declaratio.*
- 31 *Nomen cum duobus alijs accidentibus sufficit ad significandam personam.*
- 32 *Testes qui descripti sunt in instrumento, an faciant vacillare instrumentum, si dixerint, se non fuisse presentes.*
- 33 *Bidellus, cui mortuus erat in itinere equus conductiuus, nunquid liberabitur ab aestimatione equi, si probauerit simpliciter dicti equi mortem.*
- 34 *Rerum pluralitas presumitur, nisi identitas probetur.*
- 35 *Pluralitas rerum presumitur, quando a partibus allegatur.*
- 36 *Mors equi in genere probata nullis signis expressis, non liberat conductorem equi ab aestimatione soluenda.*
- 37 *Pluralitas actuum non presumitur, nisi in saluandis testibus.*
- 38 *Pluralitas rerum, an presumatur.*
- 39 *Pluralitas in ijs, quae multiplicari non solent, non presumitur.*
- 40 *Pluralitas non presumitur in his, quae possunt esse unum, & idem.*
- 41 *Unitas corporis presumitur, nisi pluralitas probetur.*
Pluralitas non presumitur in nomine hominis, neque in nomi-

ne Ciuitatis, neque in nomine Ville. ibidem.

- 42 *Pluralitas rerum non presumitur.*
- 43 *Onus probandi incumbit ei, qui uel in unitate, uel in pluralitate se fundat.*
- 44 *Nomen quis potest facilius sibi mutare in preiudicium alterius, quam in preiudicium proprium.*
- 45 *Creditur ei, qui dicit se deliquisse.*
- 46 *Fratrī deponenti in preiudicium fratris creditur.*
- 47 *Quando simpliciter sui bannitus quis, puta Petrus, an bannum tanquam obscurum ualeat.*
- 48 *Nomen proprium sufficit simpliciter dicere ad certificandum hominem.*
- 49 *Sola nominis proprii expressio fundat intentionem aduersarij.*
- 50 *Gallopresus fuit Bidellus Azonis.*
- 51 *Sola nominis expressio sufficit, quando nomen est singulare.*
- 52 *Ioannes est nomen commune.*
- 53 *Nominis sola expressio non sufficit, quando nomen est commune.*
- 54 *Sola nominis expressio in causa civili sufficit, quando nomen non est singulare, nec commune.*
- 55 *Sola nominis expressio in causa criminali non sufficit ad condemnandum, sed aperit uiam ad inquirendum, quando nomen non est singulare, nec commune.*
- 56 *Indicia plerumque ad torquendum coniunguntur.*
- 57 *Iudex qui banniuu, si personas habet notas, poterit ex duobus eodem nomine uocatis, declarare de quo ipse senserit.*
- 58 *Citatio obscura nuntij, excusat citatum, non comparationem.*
- 59 *Iudex si non habet notas personas in banno nominatas, quomodo bannum certificabitur.*
- 60 *Fugiens facit contra se indicium.*
- 61 *Processus iudicij debent naturalibus rebus conuenire.*
- 62 *Sententia, uel bannum lata in absentem dicitur lata potius propter contumaciam, quam propter delicti ueritatem.*
- 63 *Sententia lata contra contumacem in ipsius preiudicium presumitur iusta.*
- 64 *Statutum ualeat mandans contumacem haberi pro confesso.*
- 65 *Condemnatus in contumaciam non efficitur seruus pœnae, nec infamatur.*
- 66 *Condemnatus in absentiam vigore statuti habentis contumacem pro confesso, efficitur infamis, & instabilis.*
- 67 *Solitus similia delicta facere censetur malefactor.*
- 68 *Torqueri potest is, qui est male fama, quando a pluribus fuit commissum delictum.*
- 69 *Torqueri an possit quis ex eo, quod sit solitus delinquere.*
- 70 *Sententia, uel bannum ob incertitudinem non ualeat.*
- 71 *Declaratio sententiæ, quæ fit per uerisimilia, conceditur iudici successori.*
- 72 *Iudex non potest cogere reum confiteri, se esse illum, de quo alter iudex senserit.*
- 73 *Si ex duobus eiusdem nominis fuerit unus bannitus, poterit alter comparere, & petere, ut iudex declaret, se non esse illum, de quo bannum loquitur.*
- 74 *Bannitus captus, an possit opponere aliquas exceptiones contra bannum.*
- 75 *Reus captus obijciens de nullitate actorum, an sit audiendus.*
Nomen turpe an liceat mutare, & assumere nomen alterius, existentis in eadem Ciuitate. ibid. in additionibus.
Nominis mutatio cum sapiat delictum, non presumitur. ibidem, in additionibus.
Identitas quomodo probetur. ibid. in additionibus.

ARGUMENTVM.

De nomine, eiusdemque impositione, & dicenti quem esse talem, uel tali nomine appellari, incumbit onus probandi.

CAP. XV.

IN baptismo nomen infantibus imponitur, qui non potest in prouincia Mediolanensi ultra octauum diem defferri secundum sinodales constitutiones in cap. 2. par. 2. Quæ res etiam fuit antiquitus in ueteri testamento instituta, ut notat Bald. in c. 1. §. quin etiam, col. 2. Episcopus uel Abb. in usib. feud. ubi dicit, quod secundum uetus testamentum nomina infantibus intra tempus octo dierum ponebantur, & qui decedit, antequam nomen ei sit impositum, de illico decedere: apud Gentiles uero qui baptismata non habebant, pueris in septimo die nomina imponebantur, cum essent ducti a quadam numeri septenarij superstitione: sed Athenienses id decima die facere solebant, qui congregatis consanguineis, & amicis peracta re diuina, splendidum parabant conuiuium, quod uocabant δεχάρτω ισοαση, id est decimam & conuiuationem, nam quinto die a natiuitate infantis αμυρδποια agebant, qua manus expurgabant, quæ obstetricis munere fuerat perfuncta, cursuque ad focum ferebatur puer, mittebaturque, at propinquis Polypodes, ac Sepiæ muneru loco, ut Cælius attestatur in cap. 1. 2. lib. 12. in ult. edit. lea. antiq. & Tiraquellus, qui de Cælio non facit mentionem, in l. fi. in uerbo, susceperit liberos, num. 14. uers. hæc autem, C. de reuo. donat.

Ex qua re tu potes notare, quod mos mittendi muneris puerperis & mulieribus, quæ uulgo Paiolæ dicuntur, ab antiqua consuetudine Græcorum habuit originem. Illud autem non est prætermittendum, quod Marcus Antoninus Imperator, & Philosophus iussit intra diem & tricesimum nomina pueris imponi, ut in eius uita Capitolinus retulit, in uers. inter hæc liberales causas, nisi fortè dixeris illum textum menda non carere, & legendum esse non tricesimum, sed tertium diem, prout legit Cælius paulò ante memoratus, qui etiam subiunxit, lustricos dies & infantium dici, puellarum octauum, puerorum nonum, quia his lustrantur, atque eis nomina imponuntur.

Inter alios autem effectus, quos nominis impositio operatur, hic est satis notabilis, quod si posthumus in baptismatis lauacro fuerit uocatus nomine paterno, presumitur & filius, ut est casus in l. uxor, ff. de manum. testam. quæ textum ad hoc esse mirabile, & alibi non reperiri dixit Bald. in c. tuã, sub nu. 6. uers. si autem opponeret. extra de ord. cogn.

Cæterum Iason aliter opinatus est, dixitque, quod ille textus illud sibi nunquam probauit, cum alia ibi concurrerent præter nomē, ut notauit in Rubr. ff. sol. matr. nu. 16. uers. in ea glo. habet.

Et quamuis Iasoni contradicat Petrus Gherardus in ling. 75. magnum est.

Mihi tamen magis placet opinio Iasonis, quam apertius declarauit in l. neque; professio, sub nu. 3. in fine, C. de testam.

In hac autem nois impositione non est illud neglegendum, quod nostri Doctores tradiderunt in c. cum secundum, extra de prebend. ubi in specie Io. Andr. in principio dixit, semper pulchrum nomē imponendū esse filijs, & refert D. Milatiam, quæ dicebat, quod si nomina uenderentur, deberent emi caro pretio, ut bona, & pulchra foret, cui quadrat illud, quod ibi Abbas subiunxit, sub nu. 5. uers. item nota ex hoc, col. 2. ubi notauit bonum esse habere bonum nomen, quia ex horrido nomine sæpe homines suspicantur sinistram, putantes a prauo euentu illud fuisse impositum, illosque ait esse detestandos, qui cum habeant nomina ad libitum, nomina horrida recipiunt, subditque; hanc esse unam causam, quare in coronatione Papæ nomē mutatur, prima enim origo incæpit ob inhonestatem nominis, quod habebat quidam, qui Pontifex creatus fuit, ut notat Platina in uitis Pontificum, & recenset Menoch. in casu 318. in princ. lib. 2. de arb. iud. & ante ipsos Archid. in principio libri sexti, in uerbo, Bonifacius, nu. 1. uers. quare consueuit.

Quapropter Io. de Imo. in d. c. cum secundum, in principio, retulit Zabarellam inuicentem contra illos, qui turpia & nomina suorum genitorum repetunt in filijs, nam in locis, in quibus non cognoscuntur, reputantur mali, ac si tale nomē ab aliquo prauo euentu essent consecuti, nec potest esse maior paupertas, quæ de pulchris nominibus facere inopiã, quæ idē sequitur Petrus Gherard. in d. ling. 75.

Quibus adstipulantur ea, quæ scripsit Soci. in c. delicta, nu. 9. uers. ex quo ego infero, extra de excess. prælat. ubi ait filiū de patre posse multum conueniri & de duob. Primo propter turpe nomē impositū, cum libera potestas fuisset ponendi pulchrū, ob sinistra suspicionē a malo noie orientem. Secundo propter turpia arma, uel insignia domus assumpta, cum pulchra potuissent assumi, unde aliqui sumpserunt aratra, alij incudes, quæ sunt signa, quod uilis conditionis homines erant, in quo proposito notabile est illud, quod scripsit Io. Andr. in c. 1. in prin. extra de deposito, ubi arguendo a noie Belial, dixit, imputandū esse illi, qui depositū & fecit apud habentem nomen turpe, quoniam ob eius turpitudinē ab eo debuerat cauere, quod idē notauit ibidē Io. de Imola, & Iason in Rubr. ff. sol. matr. nu. 16. uers. secundo adde illud, & Guliel. in c. Raynutius, in prin. sub nu. 3. uers. ex quibus restat, de testam. & Petrus Gherard. in d. ling. 75. ubi subiunxit, hoc esse ualde notandū, ne contrahas cum talibus habentibus turpia nomina.

Pro qua re facit textus elegans in l. facta, §. si uerò nominis, ff. ad Trebell. ubi hñ, quod si quis fuerit heres institutus sub hac conditione, si aliquod certū nomen assumeret, debet parere & conditioni, si nomen assumendū est pulchrum, & honestum: si uerò nomen turpe foret, ac famosum, ei remittenda erit

conditio, & ibi glo. de turpitudine nominis exē
 16 plificat in Vespillo, & pulchritudinem † in Accur-
 tio, qui dicitur ex eo, quod accurrit, & succurrit
 contra ten. bras iuris civilis, de qua conditione la-
 tissimè tradit Gulielm. in d. c. Raynutius, in prin.
 nu. 44. uers. possit tamen, de testam.

Accedat prædictis illud etiam, quod tradit Mar-
 fil. in l. 1. in prin. num. 3. 9. uers. & idem in effectu, ff.
 de quæst. vbi dicit, q̄ quando plures rei torquen-
 17 di sunt, incipiendū † est ab eo, qui habet turpe no-
 men, tanquam magis suspectus, quoniam inhone-
 stum nomen facit indicium iniquitatis contra eū,
 vt est Forabosco, Spezzacroce, Pizzaguerra, Fala-
 meschia, Mazzasette, & similia, & idē repetiuit in
 §. expedita, nu. 5. 2. uers. & idē in effectu, prac. crim.
 & Petrus Gherard. in d. sing. 75. i. sine, & facit Blac.
 in l. fin. nu. 405. uers. nomen malū, ff. de quæst. vbi
 in fine dicit, turpitudinem concurrentē cum mala
 fama facere suspicionem, & inditium, ponitq; exē-
 plum in eo, qui uocabatur Rampinus, & ita in fa-
 cti contingentia de nomine Squartæ consuluit
 Gram. in conf. 40. in causa magnifici, nu. 12. uers.
 & sic ex præmissis, lib. ... conf. crimin.

Cōclusio igitur in materia probationis hæc est,
 18 quod dicenti quæ † esse, uel appellari puta Titium
 incūbit onus probādi, l. 2. ff. de prob. Quod quidē
 intelligitur absque difficultate procedere, quādo
 agitur de præiudicio tertij, ut notat Fely. in c. cum
 Ioannes, sub nu. 9. uers. sed dictum Domini Cardi-
 nalis, in fine, extra de fide instr. vbi dicit, q̄ non sta-
 tur simplici dicto productis testes, q̄ illi certis
 nominibus uocentur, nisi aliter constet.

Ex quo inferatur, quod si bannitus fuerit Titius,
 19 & postea captus, sisco incumbit † onus probandi
 captiuum esse illum Titium, de quo bannum lo-
 quitur, vt tradit Barto. in l. demonstratio, num. 13.
 sub q. 6. ff. de condit. & demonst. vbi dicit, q̄ Præ-
 tores, & boni Assesores, quando capiunt aliquem
 bannitum, antequam faciant executionem, faciūt
 captum confiteri, q̄ ipse est idem homo, & idem
 corpus, qui sic vocabatur, & sub hoc nomine fuit
 citatus, & cōdemnatus, & bannitus, & idem latius
 hoc expressit in l. inter stipulantem, §. 1. in fine, ff.
 de verb. oblig. vbi subiunxit, quod si non possent
 iudices supradictam confessionem à captiuo ex-
 torquere, habeant probationem, quod hic est ille
 homo, qui de maleficio inculpabatur, vel qui illud
 fecit, vel habeant uerisimilia de eo, ita quod uerifi-
 mile sit, iudicem, qui iudicauit, de eo sensisse, & se-
 quitur Bald. in c. 1. nu. 2. uers. & idē quando ca-
 piuntur, de feudo sine culpa non amitt. vbi dicit,

20 quod capto bannito † fit quidam declaratorius
 processus, in quo declaratur, captum esse illā per-
 sonam, quæ reperitur bannita, & bannum uera-
 quendum esse, & ita seruat practica, quæ est uera
 intellectrix legum, quod idem sequitur ibi Afflict.
 sub nume. 3. ubi inquit, quod ista practica est si-
 gnanda, & menti tenenda, & hoc idem se practi-
 casse Florentiæ contra quendam captum attesta-
 tur ibi Aluarotus, num. 3. uers. quæro ab extra, ubi

subiunxit, quod etiam absque dicto processu de-
 claratorio statim exequi potest sententia, si aper-
 tē iudici constiterit de personæ identitate, & nul-
 lum subesset impedimentum iustum, secundum ea,
 quæ notat Innocen. in cap. ex ratione, extra de ap-
 pellant. Et supradictam Bartoli opinionem latē tue-
 tur Imola in l. 2. colum. 2. uers. item tangit hic, ff.
 de liber. & posthum. & rursus hoc se pluries pra-
 cticasse tradit Bartol. in l. diuus, num. 5. uers. sed
 secundum statuta, ff. de custod. reor. & Aretin. in
 §. quadrupli, sub nume. 3. uers. & ista recognitio,
 colum. 2. Instit. de act. & Socin. in d. l. demonstra-
 tio, nume. 12. uers. secundo adde, ff. de cond. & de-
 monstr. vbi dictam Bartoli opinionem ab omni-
 bus obiectis latē tuetur, & Felyn. in c. auditis, sub
 nume. 27. uers. item in quantum Abbas, colum.
 14. extra de præscript. & Bossius in ritu. banniti
 quid amittant, num. 17. uers. dixi supra, & Clar.
 in quæst. 96. nu. 3. uers. quæro nunquid, pract. cri-
 min. ubi dicit, quod semper uidit hanc practicam
 Bartoli ab omnibus obseruari, & obseruatam fuis-
 se à consilio Neapolitano in contingētia facti tra-
 dit Gram. in decif. 24. Andreas de Manto. in fi-
 ne, eandem quoq; sententiam uidetur approbasse
 Salycet. in l. 2. C. de req. reis. vbi tamen illud tem-
 21 peramentum adiungit, quod de honestate debeat
 † iudex bannito congruam dilationem dare ad al-
 legandum, & probandum, quicquid uult, ne exe-
 cutio banni fiat in eum.

Ex qua Bartoli, & sequacium traditione duæ
 notabiles conclusiones colliguntur, quarum pri-
 ma est, quod sisco incumbit onus probandi captū
 esse illum, de quo sententia loquitur: secunda est,
 quod executio sententiæ capitalis absq; alio com-
 mittenda est, simul, ac primum constiterit, captum
 esse illum, qui nominatur in sententia.

Circa primam conclusionem nulla est dubita-
 tio, sed circa secundam multa reclamatio, multeq;
 dissensiones inueniuntur, nam contrariam senten-
 tiam sequutus est Baldus à semetipso discrepans
 in l. si quis seruum, §. si inter duos, in fine, ff. de leg.
 22 2. ubi dicit, quod non solum requiritur, ut iudex
 faciat captum confiteri se esse illum, de quo ban-
 num loquitur, sed etiam oportet, ut eum faciat fa-
 teri, se commississe delictum, & ita de facto fuit ob-
 seruatum Florentiæ, quam partem tenuit similiter
 Angel. in d. l. inter stipulantem, §. 1. uers. & subdit
 Bartolus, quod sapiens assessor, ff. de uerb. oblig.
 & in l. nominatim, col. fin. ff. de lib. & posthum. &
 Imola in d. l. demonstratio, col. 3. uers. de cautela
 tamen est, ff. de cond. & demon. ubi dicit, cautius
 esse vtranq; practicam simul iungere, idest, ut iu-
 dex faciat, captū confiteri se esse illud corpus, con-
 tra quod est processum, & quod etiam cōmisit cri-
 men, quod idē uidetur ibi quoq; sensisse Castrenf.
 nu. 4. uers. primum an falsa, col. 2. & Imola in d. l.
 inter stipulantem, §. 1. in fine, ff. de uerb. oblig. ubi
 dicit, quod ex uirtute talis cōfessionis delicti pote-
 rit fieri executio banni, quoniam ex quocunque

23 inordinato † processu pōt contra confessū inferri
 etiam

etiā pena capitalis, & pro hac parte stetit quoq;
 videtur Alex. in d. l. 2. nu. 7. uers. sed videtur susti-
 neri, ff. de liber. & posthum. vbi cum sua distinctio-
 ne concludit, quod quando citatio facta est ad do-
 mū habitationis, cautela Bartoli non sufficit, quia
 cum citatio sit incerta, nec constet, an nuntius cita-
 uerit ad domum vnius, vel alterius, bannum non
 valet, & ob id necessaria est delicti confessio, secun-
 dum Angeli opinionem, prout idem Alexander
 confis. maui in d. l. inter stipulantem, §. 1. num. 16.
 uers. ultimo in quantum.

Et in hanc partem transfuit quoq; Iason, ibid.
 nu. 11. uers. tu aduerte qñ Iudex, vbi dicit Bartoli
 opinionem cōiter esse damnatam, & illam satis ef-
 se durā dixit Bald. in l. hac consultissima, sub nu. 6.
 uers. & ex hoc fuit determinata, C. qui testam. face-
 re possunt, vbi subiunxit hoc esse maxime uerū, qñ
 res agitur corā successore illius Iudicis, qui banni-
 24 uit, quia cum processus, & sententia requirat men-
 tem Iudicis, uidetur iniquum, vt reus † cogatur fa-
 teri se esse illum, de quo prior Iudex intellexit, cū
 ad id non teneatur eo, quia pendet à conscientia
 aliena, & à facto sibi incognito, & per hanc ratio-
 nem dixit Aretinas, q̄ reus non potest cogi ad con-
 fitendum se esse illum, de quo bannum loquitur,
 vt ait in d. l. 2. uers. pro ueritate istius quæstionis,
 col. 3. ff. de liber. & posthum. vbi etiam in fine sub-
 iungit, quod quando posset cogi, oporteret, ut et
 fateatur, se commississe crimen, & hanc sententiam
 Doctores cōmuniter obseruare attestatur Nellus
 in 3. par. primi tempor. q. 22. de bannit. ubi dicit,
 se uidisse hanc Baldi opinionem practitari, & eam
 rursus sequitur Angel. in l. hac consultissima, in
 prin. uers. ego dico, C. qui testam. facere possunt,
 & Socin. in c. qualiter, & quando, il. 2. nu. 745. q.
 21. artic. 11. extra de accus. ubi dicit hanc practicā
 esse seruandam, si casus contingeret.

Ex quibus satis liquidò cognosci potest, quod
 cum in contrarias sententias iste articulus diuisus
 sit, necessarium est, ut adhuc incognita ueritas la-
 teat, quæ res eò grauior uidetur, quo articulus est
 practicaliior, cum ferè quotidie corā iudicibus
 eueniat: quapropter quantum mediocritas inge-
 nij mei patietur, ego statui hanc difficultatē distin-
 ctè, ac maturè declarare.

Prima igitur declaratio hæc est, qñ bannitus est
 puta Petrus Martini de Mediolano, & captus qui-
 dam fateretur se esse, uel appellari Petrum Martini
 de Mediolano, sed tamen non esse illum, qui fecit,
 uel inquisitus est de maleficio, cū possint esse alij,
 qui eodem nomine appellentur, unde queritur, an
 ista confessio eo modo emanata noceat ipsi confi-
 tenti? & Baldi opinio est, quod sic, nisi probauerit
 manifestè, quod alij sint, qui sic uocentur, prout ip-
 se dixit in conf. mihi 70. cum apparet de condem-
 25 natione P. G. de M. vol. 4. vbi dicit, necesse † nō esse,
 ut articuletur de corporis identitate, quando non
 constat esse plures eiusdem nominis, quoniam ubi
 est nominis conformitas, ibi præsumitur corporis
 identitas, nisi aliter probetur, subiungitq; Bartolū

de cautela loqui, quando uoluit, ut captus confite-
 retur se esse illum, qui fuit bannitus, & condemna-
 tus de tali crimine, & tali tempore, quoniam ista
 confessio non est necessaria, & si Bartolus aliter in-
 tellixisset, non bene considerasset hunc punctum,
 quia sequeretur sententiam tanquam obscurā nū-
 quam ualere, quod est ridiculum, & hoc idē tenuit
 Alex. in addit. ad Bartolum in l. diuus, in uerbo, fa-
 ciat confiteri, nu. 5. ff. de custod. reor. ubi citat præ-
 dictum consilium sine numero, quod idem quoq;
 citauit, & sequutus est in conf. 125. uiso processu,
 nu. 7. uers. confirmantur prædicta, uol. 7. quam sen-
 tentiam quoque tenet citando Baldum Io. de Imo-
 la in d. l. si quis seruum, §. si inter duos, uers. & ex
 hoc nota bene, ff. de leg. 2. & Fely. qui Baldum sine
 numero refert, & sequitur in c. cum Ioannes, sub
 nu. 9. uers. sed dictum Domini Cardinalis, col. 3.
 extra de fide instrum. & hanc partem Baldo tamē
 non citato tenuit expressè quoq; Paul. de Castro
 in d. l. hac consultissima, sub nu. 6. uers. nam si appa-
 reret ex processu, C. qui testam. facere possunt, &
 in d. l. demonstratio, nu. 5. uers. quid si caput unus,
 ff. de cond. & demon. & Socinus, qui de Baldi con-
 silio facit mentionem in conf. 28. uisus, num. 7. sub
 uers. non obstat, quod non uidetur, uol. 3. & Natta
 in conf. 97. ualde lætatus sum, num. 15. uers. tertio
 obijcitur, uol. 1. & Crau. in conf. 198. uidetur iste
 locus, nu. 2. uers. alibi scribit Baldus, uol. 1.

26 Cautela igitur hæc est, ut † is, qui capitur, uel
 grauatur tanquam cōdemnatus probet, alium ibi
 eiusdem nominis esse, alioqui nō sufficeret allega-
 re in certitudinē sententiæ ex eo, qd̄ possint esse alij,
 quia dubia probatio non releuat probantē, ut scri-
 bit Castrenf. in d. l. hac cōsultissima, sub nu. 6. uers.
 nā si appareret ex processu, C. qui testa. facere pōt.

Pro qua opinione faciunt ea, quæ notauit Bart.
 in d. l. si quis seruū, §. si inter duos, in fine, ff. de leg.
 27 2. ubi dicit, quod ad appellendum † legatariū non
 sufficit heredi dicere, quod pōt esse alius eiusdem
 nominis, sed oportet ad incertitudinem inducen-
 dam re uera probare, quod alius sic appelletur, de
 quo pariter dixi in d. cap. 40. in fi. lib. 1.

Confert ad eādem materiam, quod scripsit Ias.
 in l. si quis in fundi uocabulo, nu. 19. uers. itē ex so-
 28 la præfatione, ff. de leg. 1. ubi tradit unā † solā quali-
 tatem sufficere ad probandam rei identitatem, qd̄
 idem sequitur ibi Ripa, nu. 21. uers. tertio nota.

Sed in proposito casu identitas personæ proba-
 ta fuit non per unam, sed per duas qualitates, ultra
 nomen proprium, nam dictum est, quod est filius
 Martini, item quod est de Mediolano. Ergo mul-
 to magis affirmandum est de ipsius identitate con-
 stare, & quod natio sit qualitas, uel demonstratio
 significatiua personæ probatur in l. quod si nolit,
 §. qui mancipia uendunt, ff. de dil. edicto, ubi glof-
 sa nationem exemplificat tam in patre, quam in
 matre, quod etiam expressè notauit Bart. in l. 3. in
 prin. ff. de lib. & posthum. ubi dicit, quod ad decla-
 29 rationem, seu ad demonstrationem † alicuius suf-
 ficat adijcere nomen, tam matris, quam patris, &

idem expressit in l. si in rem, in fine, ff. de rei vend.
 30 Rursus quod locus sit manifestā rei declaratio, probatur in d. l. si in rem, ubi habetur, quod sufficit ad rei demonstrationem dicere nomē eius, & quo loci sit, ergo concurrente, & natione, & loco unā cum proprii nominis expressione, quæ facit præsumi corporis identitatem, ut dixi, & infra dicā, nu. 41. & nu. 48. videtur identitas personæ satis abundē probata, & hæc etiam fuit intentio Bartoli in d. l. demonstratio, nu. 14. vers. septimo quæro, ff. de cond. & demonstr. ubi dicit, quod ad significandā
 31 ꝑ perfectē personam debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, uel indicijs, ueluti Petrus Martini de Perusio.
 Verum in contrarium, quod. l. prædicta nō sufficiant, transiit Cardinalis, de quo feci mentionē in vndecimo modo probandi negatiuā, c. 48. in fine, lib. 1. quem refert Fely. in c. auditis, sub nu. 27. vers. item in quātum Abbas solemniter reassumit, col. 14. extra de præscript. ubi dicit, se obtinuisse in quodam casu, in quo de reprobando testamento agebatur: nam licet ꝑ testes, qui examinati dicebāt non interfuisse testamēto uocaretur iisdē nominibus, & agnominibus, quibus descripti in testamēto uocabantur, tamen subiungit hoc nō sufficere, nisi probetur amplius, quod illi testes essent illæ, & eēdem personæ, quæ fuerant descriptæ, & hanc eādē opinionem tenuit Abb. in cap. cum Ioannes, nu. 16. uers. sed extra glossam quæro, extra de fide instrum. ubi dicit, quod cum potuissent illi testes
 32 sibi mutare^b nomina, & cum ēt possibile sit, ut tēpore confecti testamēti essent alij, qui uocaretur iisdem nominibus, idcirco nō sufficit probare idē titatem nominis, & cognominis, nisi ēt probetur, ꝑ tempore confecti instrumenti isti, qui nunc producantur, uocabantur eo nomine, & qđ tunc non erant alij, qui uocarentur illis nominibus, & idem expressē tenuit Alex. in conf. 190. plura narrata, nu. 33. vers. secundo respōdeo, vol. 6. & Decius in conf. 35. pro tenui facultate mea diligēter, sub nu. 4. vers. nec obstat, quod talis notarius, col. 3. & in conf. 101. pro tenui facultate mea, vers. bene facit quod D. Cardinalis, col. 2. & vers. successiuē duo alij testes, col. 3. & Menoch. in casu 105. nu. 4. lib. 2. de arbitr. iud. & Petrus Follerius in conf. 140. ꝑ supposito themate, nu. 15. vers. secundo, vol. 1. cōf. crim. diuersor. & in specie contra Baldū tenuit Soci. in d. c. qualiter, & quando, nu. 745. vers. sed Baldus in quodam suo consilio, in 11. artic. princip. q. 2. i. extra de accus. ubi dicit, non solum esse necessariū, ut reus fateatur se illud corpus esse, de quo bannum loquitur, sed ēt, quod cōmisit crimē: quæ quidē opinio confirmari vř ex doctrina Io. Andr. in d. c. auditis, col. pen. vers. quidam Bidellus cōduxit, extra de præscript. ubi dicit, se practicasse ꝑ contra
 33 quendā Bidellum, qui conduxerat equum: nam cū naturaliter equus in itinere mortuus esset, & locator pēteret estimationē, probauit Bidellus per comites, qui secū erant, ꝑ equus, quem tali die equitabat, in itinere naturaliter obierat, sed Io. Andr.

dixit illam probationē non sufficere tanquam minimē concludentē. licet. n. Bidellus probasset vnū equum mortuum, non tñ probauit esse mortuum illum, qui sibi consignatus, uel locatus fuit, ex quo non poterat inferri ad probationē identitatis, cuius doctrinā sequitur Alex. in conf. 119. viso processu, col. pen. vers. pro hoc adduco decisionē, uol. 1. & Crau. in conf. 112. in causa magistri, nume. 3. uers. nec sequitur, & Foller. in d. conf. 140. nu. 16. uol. 1. crimin. consil. diuers. & Iaf. in l. si in fine, C. de bonor. poss. secundum tab. & Corn. in cōf. 144. superioribus diebus, in lit. o. col. fin. uol. 4.
 Ad cuius rei confirmationē pertinet illud, qđ dici solet, rerum ꝑ pluralitatem præsumi, nisi idētitas^c probetur, ut scribit Alex. in conf. 134. in cā, & latē, nu. 3. uers. Bartholomæus tertius testis, uol. 2. & Fely. in d. c. auditis, sub num. 27. uers. nec obstat, quod pluralitas, col. 14. extra de præscript. & Natta in conf. 80. in causa Falconis, nu. 4. uers. ulterius posito, col. 1. & Crau. in d. conf. 112. num. 3. & Afflict. in decis. 23. capellani, in prin.
 34 Quæ res uidetur esse maximē uera, qñ ꝑ pluralitas a partibus allegatur, ut notat Ruin. in conf. 46. uisa, nu. 16. uers. ad quod etiam colligitur, colum. pen. uol. 4. & Afflict. in d. decis. 23.
 Sed in præsentī casu pluralitas allegatur, quia dī, quod alij possunt eiusdē nominis esse, ergo & c.
 Sed prædictis non obstantibus ego puto nō esse recedendum a priori sententia Baldi cōiter approbata, per rationes satis urgentes, quæ superius adductæ fuerunt. Nec refragatur illud, quod circa testes Cardinalis, & Abbas adnotauerūt, quia respōdetur eorum opinionem procedere, & esse ueram, qñ constaret, aut esset probatum per aduersarium, quod plures essent eiusdē noīs, alias secus, quia sola nominis conformitas sufficeret, & ita in terminis tradit, & dicto Cardinali, ac Abbati respondet Soci. in d. conf. 28. nu. 7. uers. sed ad hoc respondeatur, uol. 3. & idē etiam respondet Fely. in d. c. cum Ioannes, sub nu. 9. uers. secundo in quātum d. Cardinalis, col. 3. extra de fide instr. & Natta in d. cōf. 97. nu. 15. uol. 1. & Gargiareus causidicus Bonon. in conf. 123. & si deducta, nu. 15. uers. ultimo non obstat, & in conf. 126. suusui fui, nu. 101. uers. ad quintum decimum, uol. 1. conf. crim. diuers. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & hanc partem tenuit etiam Alex. in d. conf. 125. nu. 7. uol. 7.
 Secundo non obstat decis. Io. Andr. quoniā illa
 36 procedit, qñ solum in genere fuit ꝑ probata mors equi nullis signis expressis: at si ꝑ aliqua signa (ut ipse dicit) fuisset identitas probata, tunc Bidellus obtinisset, sed in casu nostro plures qualitates, aut plura signa concurrunt, ut demonstratum est, ergo non benē infertur. Præterea aduertendum est, dubiā, & periculosam esse illā Io. Andr. decisionē, quam nuncupatim reprobatur Iafon in d. l. eū qui, §. in popularibus, nu. 13. uers. secundo nota diligēter, ff. de iureiur. & in l. non hoc, nu. 12. uers. nono ad istā regulā, C. vnde legitimi, licet illā uideat ap probare i d. l. si in fine, C. de bon. poss. secundū tab.
 Tertio

Tertio non obstat, quod rerum pluralitas præsumatur, ut ait Alex. in d. conf. 134. nu. 3. vol. 2. cum cæteris sequacibus supracitatis, & maxime cum Felyno in d. c. cum auditis, sub nu. 27. col. 14. ubi dicit, quod quamuis non præsumatur pluralitas actuum, nisi in saluandis^d ꝑ testibus, tamen bene
 37 præsumitur pluralitas rerum.
 38 Respondetur enim hanc doctrinam ꝑ non esse tutam, & in specie Alexandrum reprobatur Iafon in d. l. eum qui, §. in popularibus, nu. 16. vers. per ista reprobatur, ff. de iureiur. & in d. l. fin. sub nu. 15. vers. & per ista puto, C. de bonor. poss. secundum tab. ubi dicit, qđ ēt difficile iuenire rationē, quare pluralitas^e præsumitur in rebus, & non in actionibus, quam differentiam inter res, & actiones non esse bonam similiter tradit Decius in c. i. præsentia, nu. 43. vers. & ista cōclusio procedit, extra de prob. ubi dicit rationē, propter quam pluralitas actuum nō præsumitur, militare quoque in rebus, & ideo potius uidetur, quod debeat considerari qualitas rerum, personarum, uel actuum, an tales sint, quæ soleant multiplicari, & tunc potius præsumitur pluralitas, ut exemplum est in equo. si uero multiplicari non solent a communiter accidentibus, tunc nō præsumitur pluralitas & fundata est eius intentio, qui ex vnico actu nititur, ut in ingressu ꝑ monasterij, in testamēto, & in peculio, quorum actū pluralitas non præsumitur, quia reiterari non solent. Verum Baldus melius hanc rem intellexit in l. edita, in 2. repetit. sub nu. 118. vers. ego dico, qđ adiectiua, col. pen. C. de eden. ubi dicit quod pluralitas ꝑ non præsumitur in his, quæ possunt esse vnū, & idem, ut tradit glos. in d. l. eum qui, §. in popularibus, ff. de iureiur. & probatur in l. Scipronius, ff. de leg. 2. & notat Iafon in l. scire debemus, i fine, ff. de uerb. oblig. & facit Crau. in conf. 158. uisus actis, in fine.
 Sed equus, quem mortuum Bidellus probauit, potest esse idem equus, qui sibi locatus fuit, ergo pluralitas non debet præsumi contra Ioannem Andream, & contra rationem Decij, qui dicebat pluralitatem præsumi in his, quæ multiplicari solent: quæ ratio si uera foret, necessarium esset in homine pluralitatem præsumi, cum genus humanum equè multiplicari soleat, sicut genus equinum, & tamen contrarium fatentur omnes, ut supra dixi, & fatetur etiam Alex. in conf. 88. quoniam omne datum, nu. 27. vers. præterea vnitas, uol. 5. ubi dicit, quod vnitas ꝑ corporis præsumitur, nisi pluralitas probetur, & idem in specie dixit Iafon in d. §. in popularibus, nu. 15. uers. similiter in nomine, ubi notauit, quod neq. in nomine hominis, neq. in nomine ciuitatis, neq. in nomine villæ præsumitur pluralitas, et ante ipsos hoc eleganter tenuit Bartolus in d. l. si in rem, ff. de rei uend. et sequitur Iafon in l. fin. nu. 15. sub uers. primum est quod si testes, C. de bon. poss. secundum tab. & Alex. in d. cōf. 125. nu. 7. uol. 7. ubi dicit, quod pluralitas alicuius hominis, ultra quam appareat, non præsumitur, & idem expressit Paul. de Castro in conf. 60. pro euidētia eius, col.

2. uol. 1. ubi ait quod si ostenditur unus, cui nominatio congruat, præsumitur esse ille, nisi contrariū probetur, & sequitur idem Bald. in l. neque natales, nu. 8. vers. potest tamen dici, C. de prob. & Decius in l. hac consultissima, nu. 16. uers. sed tamen aduertendum est, C. qui testa. facere possunt, & Castrenf. in d. l. si quis seruum, §. si inter duos, num. 3. uers. & pluries allegauit, ff. de leg. 2. & Alex. in d. l. j. nu. 3. uers. sed ipse meo, ff. de liber. & posthum. & Caphal. in conf. 90. Gulielmus, nu. 15. uers. his sic præmissis, uol. 1. & Natta in conf. 235. superioribus mētib. nu. 4. uers. non enim præsumitur, vol. 2. & Alba. in conf. 6. præsupponitur in facto, in fine, & in conf. 83. licet p̄sens, nu. 12. uers. ait enim Iafon.
 Quapropter ex prædictis omnibus infertur, qđ dato etiam absq. ueri præiudicio, quod pluralitas rerum præsumeretur secundum Alexandri traditionem, tamen illa non procedit in personis, nec in actibus earum. Sed imo quod nec in rebus præsumatur ꝑ pluralitas, præter Iafonem, & Decium supracitatos, nu. 38. uidetur idem tenuisse Ancha. in conf. 194. in causa, & quæstione Ioannis, uers. probant enim dicti testes, col. pen. in fine, ubi dicit, qđ Iudex de facili præsumere debet identitatem cuiusdam guadi de quo lis agebatur, & idem de aena consuluit Natta, sibi contrarius, in conf. 53. viso, & diligenter librato, nu. 4. uers. nec dicatur, qđ potuerit esse, col. 3. uol. 1. & uidebis ea, quæ dixi in d. cap. 48. in vndecimo modo proban. negatiu. in fine. lib. 1.
 42 Alii tamen dicunt, quod nec ꝑ unitas rerum, nec pluralitas præsumitur, sed onus probandi incumbit ei, qui uel in unitate, uel in pluralitate se fundat, cuius sententiæ fuit Corn. in d. conf. 144. superioribus diebus, in lit. n. col. fin. uol. 4. & Crau. in conf. 198. uidetur, num. 4. uers. pro quo facit, col. penul.
 Concludendum est itaq. opinionem Baldi, & sequacium esse ueram, ut scilicet concurrente nomine, cognomine & patria dicatur personæ identitas probata, non obstante opinione Cardinalis ut supra relati, nu. 32. & quamuis Felynus dicat illam posse procedere in casu ualde arduo, ut est reprobatio testamēti, de quo supra dixi in d. cap. 48. in fine. lib. 1.
 Attamen aduertendum est, quod si uis eam sequi, posset illa procedere in eo ꝑ casu ob hanc rationem specialem, quoniam ibi tractatur de præiudicio alterius, in quo facilius posset quis sibi mutare nomē, sed secus est in nostro casu, in quo de proprio præiudicio tractatur, ob cuius causam nō est uerisimile, quod aliquis diceret, se ita appellari, nisi uerum foret, ut in alijs terminis bene considerat Iafon in l. nec is, in fine. ff. de acq. hæred. ubi ait, quod creditur ꝑ ei, qui dicit se deliquisse, quia non
 43 præsumitur, quod hoc contra se confiteretur, nisi uerum foret: si enim quando quis deponit in præiudicium fratris, præsumitur ꝑ uerum dicere, cum non sit uerisimile, ut eum prodere uelit, ut dicitur in c. literas, extra de præsumpt.
 44
 45
 46

47 Multo magis præsumendum est eum dicere verum, quando aliquid in præiudicium proprium confitetur, & ob hanc diuersitatem casus, & rationis, ego teneo sententiam Baldi semper esse veram etiam in casu arduo, id est in causa capitali, nõ obstante opinione Cardinalis, quæ dato, quod sit vera, tamen Baldo nihil obstare videtur.

Secunda declaratio est, quando simpliciter bannitus est Petrus, nulla alia demonstratione siue cognominis, siue patriæ expressa, & captus quidam fateatur se appellari Petrum, sed nõ esse illum, qui commisit maleficium, & in hoc Cyni est distinctio in d.l. hac consultissima, nu. 2. sub uers. secundo quæritur, C. qui testam. facere possunt, ubi dixit, quod aut potest ex illo nomine oriri aliqua dubitatio, & tunc bannum nihil ualet, aut non potest oriri dubitatio, & tunc ualet.

48 Sed Bartolus aliter videtur sensisse in d.l. si in rem, ff. de rei vend. ubi dicit, quod ad certificandũ hominem sufficit dicere nomen proprium, nisi sint plures eiusdem nominis: tunc enim debent aliæ demonstrationes de necessitate fieri, ex quibus verbis infertur, quod quia pluralitas nominis nõ præsumitur, ut supra latè demonstraui, num. 4. ideo fiscus habet intentionem fundatam, ex quo captus confitetur, se esse Petrum, & per consequens capto incumbit onus probandi alios esse, qui eodem nomine appellentur, alioqui præsumeretur esse ille, de quo bannum loquitur, & quod sola þ nominis proprii expressio fundet intentionem, nisi de pluralitate nominum ostendatur, tenuit pariter Decius in l. certum, num. 2. in 2. notab. uers. & ulterius, ff. si cert. pet. & in d.l. hac consultissima, nu. 16. uers. sed tamen aduertendum est, C. qui testam. facere possunt, & Castrenf. in d.l. si in rem, num. 1. uers. quinto per nomen, in nouis prælect. ff. de rei vend. & pro hac parte faciunt illa omnia, quæ diximus, quod in nomine pluralitas non præsumitur, num. 4. 1.

49 Sed pro determinatione huius articuli communior est illa distinctio, qua dicitur, quod nomen aut est singulare, ut exemplum est in Gallopresso, de quo facit mentionem glo. in d.l. hac consultissima, ubi Cynus ait, quod fuit Bidellus Azonis, & quod nullus alius inuenitur, qui dicto nomine vocetur, & tunc verum est, quod sola þ nominis expressio sufficit, cum nominis singularitas, claram demonstrationem personæ inducat, & ita tenet Cynus, & Bald. & Castrenf. in d.l. hac consultissima, C. qui testam. facere possunt, & Bar. in d.l. demonstratio, num. 16. uers. item ille, ff. de cond. & demonstr. & Alex. in d.l. 1. ff. de lib. & posthu.

50 Aut nomen non est singulare, sed commune, ut est þ Ioannes, quo nomine multi ubiq; vocantur, ut ait Bald. in d.l. hac consultissima, num. 5. uers. quæro quid si nomen, ubi dicit, qd Ioannes est nomen multum commune, quod idem notat ibi Corneus, num. 3.

51 Et tunc sola nominis þ expressio non sufficit, & bannum ratione incertitudinis uitatur, & ita tra-

dunt Cyn. Bal. Castrenf. & Corn. in d.l. hac consultissima, in locis ut supra citatis, & Aret. in cõf. 103. in causa, & quæstione, in secundo dubio, uers. sed maior dubitatio, col. 3. & Dec. in cõf. 13. pro tenui facultate mea, num. 9. sub uers. præterea dato, col. pen. & fin. & ita debet intelligi Bart. in d.l. demonstratio, sub num. 18. uers. si uero probationes omnes, ff. de cond. & demonstr. ubi dicit, quod solũ nomen proprium non reddit rem certam, quia tale nomen regulariter pluribus competit, & loquitur de Ioanne iuxta casum ab eo præmissum.

52 Aut nomen nõ est tam singulare, ut Gallopresso, nec tam commune, ut Ioannes, sed rarius frequetatur, ut est Agamemnon, Aristarchus, Anchises, & similia, quæ quamuis nota sint, tamen raro ponuntur in usu, & tunc ego credo, quod ista sola þ nominis expressio in causa ciuili sufficeret, per auctoritatem Bartoli, in d.l. si in rem, ff. de rei vend. quem multi sequuntur, & in specie Alex. in d.l. 1. nu. 3. uers. sed ipsemet Bartolus, ff. de liber. & posthum. & Aret. in d. cõf. 103. in scdo dubio, uers. sed maior dubitatio, col. 3. & Decius in d. cõf. 13. nu. 9. col. pen. & col. fin. ubi facit una cum prædicto Aretino, supradictam distinctionem in nomine rarius frequentato.

53 Verum in causa criminali, in qua cautius est agendum, & in qua probationes requiruntur luce meridiana clariore, ego puto talem nominationem nõ þ sufficere ad condemnandum, sed solum aperire uiam Iudici ad se informandum, & ad inquirendum etiam forsitan cum interuentu torturæ, an talis nominatus sit ille, de quo bannum loquitur, & ubi aliud indicium cum nomine concurreret, si illud per se non esset sufficiens ad claram demonstrationem personæ, tunc iunctum cum nomine faceret indubitatum indicium ad torturam, nam indicia þ plerumq; ad torquendum coniunguntur, ut ait Alex. in cõf. 77. in causa accusationis, in fine, uol. 1. ubi dicit, quod vna præsumptio iuuat alteram, & vnum indicium ad torturam iuuat aliud, & sequitur Marsil. in §. diligenter, nu. 10. uers. & teneas tamen menti, & nu. 177. uers. quæro modo ulterius, Pr. crimin. & Cypol. in cõf. 32. quidam rusticus, uers. præterea illa regula, col. 8. lib. crim. & Gabr. in conclus. 1. nu. 27. uers. secundo sublimita, de prob. de qua re vide tamen Ioan. de Amicis in cõf. 127. in causa, nu. 24. uers. ultimo posset, col. antepen.

54 Tertia declaratio est, quãdo bannitus est Petrus Martini de Mediolano, & manifestè constat, duos extare Petros Martini de Mediolano, & tunc oportet plures casus distinguere.

55 Primus est, quando þ Iudex, qui banniuit, habet notas personas, & tunc ipse poterit suam sententiã obscuram declarare exprimendo, de quo ex duob. ipse senserit, ut ait Bartol. in l. ab executore, sub nu. 7. uers. item si condemnauit Titium, ff. de appel. & quamuis contrarium tenuerit Ang. in l. eum quẽ temere, in fine, ff. de iud. ubi dicit hanc declarationem esse faciendam ante sententiam, & nõ potest, quia

quia Iudex functus est officio suo, tamen opinio Bartoli est magis conformis textui d.l. ab executore, cui non rite respondet Angelus, & hoc idem circa potestatem declarandi tenuit cum Bartolo Pract. Papiens. in glof. P. publico nuntio, nu. 12. uers. item quæritur, de forma execut. sentent. diffinit.

56 In hoc igitur casu, in quo non concurrat alia specificatio, quã declaratio Iudicis, ego concludo Baldi opinionem esse ueriores, ut scilicet necessarium sit, ut captus fateatur se commississe delictum, ut supra dixi, nu. 22. quoniam respectu citationis obscuræ non potuit dici contumax, ut bene dicit Angel. in d.l. inter stipulantem, §. si Stichum, uers. tu dicas hanc confessionem, ff. de uerb. oblig.

57 Nec obstat declaratio Iudicis habentis personã notam, si quidem illa procedit quo ad validandam sententiam obscuram, sed non quo ad faciendum contumacem eum, quem non constat fuisse specialiter citatum, siue hoc proueniat ob generale proclama, siue per citationem nuncij, in qua distinctio ne non facit differentiam, propter quod ego non sequor, neq; probõ distinctionem Alexandri in d. l. 2. nu. 7. ff. de lib. & posthum. & in d. §. si Stichum.

58 Quoniam sicut obscura þ nuncij citatio excusat, ita debet etiam excusare citatio generalis, quæ obscurior est, quemadmodum considerat Nellus in d. quæst. 12. in 3. par. primi temporis.

59 Proinde stante huiusmodi confessione poterit iste talis confitens ex inordinato processu puniri, iuxta doctrinam Angeli in d.l. inter stipulantem, §. si Stichum, ff. de uerb. oblig. iunctis his, quæ supra cumulauimus, nu. 22. sub uers. circa primam.

60 Secundus est casus, quõ Iudex þ non habet notas personas, uel quia sunt externæ, uel quia ipse nouus est in officio, & tali casu dicendum est certitudinem personæ posse cognosci, aut ex actis, quia citatus fuit delinquens ad habitationem suam positam in tali loco, aut ex alijs indicijs magis urgentibus contra unum, quã contra alterum, ut puta ex fuga vnus, aut quia vnus est impubes non capax doli, alter uero est pubes, & tunc aduersus istos procedendum est, tanquam quod Iudex de illis senserit, prout de citato domi sitæ in certo loco scripsit Castrenf. in d.l. demonstratio, nu. 5. uers. quid si capitur vnus, ff. de cond. & demonstr. & Nellus in q. 12. in 3. par. primi temp. de bannito, & de indiciato uel diffamato tenuit idem Bartol. in d.l. inter stipulantem, §. 1. in fine, ff. de uerb. oblig. & Socy. in d.l. demonstratio, nu. 12. uers. secundo adde. & de fuga scripsit Marsil. in §. diligenter, nu. 48. Pract. crimin. & egregiè Bald. in l. uoluntatis, num. 16. uers. item legatum præsumitur, col. fin. C. de fideicom. ubi dicit eum, qui þ aufugit, debere torqueri, ut de corpore constat.

61 Item de doli capace, cum sit alter incapax, tradit Bald. in d.l. hac consultissima, sub nu. 8. uers. si autem unus ex istis, C. qui testam. facere possunt, ubi dicit, quod si alter ex duobus non est doli capax, alter sic, tunc præsumendum est processum esse

se contra doli capace, non contra eum, in quem per rerum naturam non cadit delictum, quia þ processus iudicum debent naturalibus rebus conuenire, l. cõfessionibus, ff. de interrog. act. & in prædictis casibus, ego teneo opinionem Bartoli, & sequaciũ, ut scilicet taliter indiciatus possit, & debeat cogi fieri se esse illum, de quo bannum loquitur, nec sit necessarium, ut fateatur se crimen commississe ob contumaciam, in quam lapsus est, quæ facit illum haberi pro confesso secundum statuta Italiae.

62 Nec obstat, quod bannum þ uel sententia lata in absentem dicatur potius lata propter contumaciã, quã propter delicti ueritatem, ut ait Barto. in l. si ideo, ff. de euid. & Fely. i. c. cum Bertoldus, nu. 20. uers. datur etiam doctrina, extra de senten. & re iud. & Barbat. in cõf. 3. col. 4. in prin. uol. 3. & Bald. in l. qui repudiantis, §. cum contra, ff. de inoff. testam.

63 Respondetur enim prædictam obiectionem, procedere, quando tractatur de præiudicio tertij, id est an talis sententia præiudicet alteri, sed quando tractatur de præiudicio cõdemnati, tunc þ secus, quoniam in ipso odium habetur pro iusta, sibiq; imputandum est, ut egregiè tradit Paul. de Castro in cõf. 32. si dicta sententia est talis, nu. 18. uers. nec etiam obstat, uol. 3. & Bossius in tit. banniti quid amittant, nu. 19. uers. ceterum ubi uidet.

64 Et licet Felynus dixerit hãc doctrinam Castrenf. esse dubitabilem, & esse super ea cogitandum ob multas rationes, quas ipse allegat in d. c. cum Bertoldus, nu. 21. uers. sed limitatur ista, & similia quinque modis, extra de sent. & re iud.

65 Ego tamen puto non esse recedendum ab opinione Bartolinam dato etiam quod uerum sit, ut contumax censeatur potius bannitus ob contumaciã, quam per dolum, tamen negari non potest, quin talis pena imposita sit ipsi contumaciæ, unde cum iam constet de contumace, pena debet exequi, & sibi imputandum est: uerum tamen si quis uellet obstinatius opinionem Baldi tenere, possit dici, quod statutum, aut simpliciter dicit, contumacem habendum pro confesso, eiq; penam imponendam, quæ deberet imponi cõtra præsentem, quod genus statuti þ ualet, ut ait Nellus in præiudicio de Bannit. col. fin.

66 Et tunc quoniam condemnatio ex tali statuto multum differt a condemnatione, quæ fit in presentem, & diuersos effectus parit, ut infra dicam, & est, quia multi tenent, contumacem uideri potius multatam ob cõtumaciã, quam ob delictum, ut ex Felyno cognosci potest, ego arbitror opinionem Baldi tutiorem fore, ut scilicet ultra banni recognitionem necessarium sit, ut captus confiteatur se delictum commississe, ut dictum est, nu. 22.

67 Aut statutum nõ simpliciter loquitur, sed dicit contumacem habendum pro confesso, sententiãque contra ipsum latam habendam perinde, ac si lata fuisset in presentem, & tunc credo sufficere, si reus fateatur, se illum esse, de quo bannum loquitur, iuxta Bartoli opinionem, nec opinor esse necessariam delicti cõfessionem. ratio autem differen-

65 **tię hęc est**, quia in priori statuto ꝑ condemnatus non efficitur seruus penę, nec etiã infamatur, ꝑ ut de seruo notat Bald. in l. .nu. 4. i. uers. item licet præsens, C. de hæred. in fit. et de infamia scripsit Bartol. in l. i. ctus fustium, num. 8. uers. quæro ergo vtrum exbannitus, ff. de his qui notan. infam. & Bald. in d. l. i. nu. 39. & plenè Barb. in d. conf. 3. col. 1. & 2. uol. 3. & Bald. in l. in exercendis, nu. 25. uers. sed quæro nunquid. C. de fide instrum. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

At in secundo statuto, quia sententia, uel tale bannum equiparatur sententię latę in præsentem, & omnes sortitur effectus, quos parit condemnatio præsentis, illumq. facit ꝑ seruum penę, infamem, ac intestabilem, ut rectè considerat Nellus in q. 3. in prima par. secundi temp. de bannit.

66 Ideo debet executioni mādari statim, ac de corpore constiterit, absque alia delicti confessione ꝑpter equiparationem, quę fit de hac condemnatio ne ad condemnationem, quę fertur contra præsentem, ut dixi.

67 Tertius est casus, quando inter hos duos eiusdē nominis nulla differentia, aut nulla specificatio in actis reperitur, & tunc animaduertendum est, an aliter ex illis ꝑ sit solitus familia delicta facere, nam semel malus, ideo præsumendum est contra ipsum, & cogi poterit ad recognitionem banni, quo casu habebit locum opinio Baldi, & sequacium, ut scilicet necessarium sit ut fateatur, se delictum commisisse ut supra patet, nu. 22. pro qua opinione facit decisio Salyceti in l. fin. num. 7. uers. quæro, an sufficiat unum, C. de quæst. ubi dicit, quod quando delictū est certum, & dubitatur ꝑ a quo de pluribus sit commissum, tunc is, qui est malę conditionis, & famę, poterit ad veritatem eruendam torqueri.

68 Nec prædictis obstat, quod non possit quis torqueri ex eo, quod sit ꝑ solitus delinquere, ut plene notauit Marfil. in §. diligenter, nu. 99. uers. vterius quæri potest, Pr. crimin. & Blan. in l. fin. num. 246. uers. difficultas fit, ff. de quæst. & Folle. in uerbo, itē quod fororem venenauit, nu. 28. uers. quatenus uero dicatur, Pract. crimin.

69 Quia responderetur, illud esse uerum, quando contra reum nihil aliud concurrat, quam sola consuetudo delinquendi, quę res cum sit indicium remotum a maleficio, de quo controuersia est, ideo per se non sufficit ad torturam secundum præfatos Doctores.

At secus est, vbi cum delinquendi cōsuetudine, uel defamatio, uel aliud non leue adminiculū concurrat, quoniam tunc unum iuuat aliud ad inferendam torturam, ut supra dixi, nu. 56.

70 Sed in nostro casu præter delinquendi consuetudinem, concurrat etiam graue suspicionis adminiculum, quæ nascitur ex nomine, & cognomine descripto in banno, ergo iunctis his omnibus locus erit torturę, & idem erat in casu Salyceti, nam præter malam vitam concurrebat etiam grauis suspicio aduersus illos, ergo potuit coniungere malam

famam vna cum suspicione præcedenti ad vñu torquendum.

Ratio autem quare in isto casu oporteat, ut reus fateatur, se cōmisisse crimen secundum Baldum, & non in superiori casu, hęc adduci potest, quoniã in casu præcedenti agebatur de indicij propinquo ribus maleficio, aut nascentibus occasione malefij, quę reum quodammodo specificabant, & ex quibus in manifestam contumaciam incurrebat, ob quam fuit habitus pro confesso.

At in casu præsentis agitur de indicio remoto a crimine, quod ipsum non specifica bat, & ob id nõ poterat dici verus cōtumax, cum alter eiusdem nominis, & cognominis adesset, arg. l. duo sunt Titij, ff. de testam. tut.

71 Quartus est casus, quando nec in genere, nec in specie inter duos colligi potest vlla differentia, uel vlla specificatio, & tunc ꝑ vterq. est absoluendus, quoniam sententia, uel bannum ob incertitudinē non ualet secundum opinionem Baldi in d. l. hac consultissima, sub nu. 5. uers. quæro quid si nomē, C. qui testam. facere possunt, ubi dicit in contingētia facti ita fuisse iudicatum, & idem Baldus hoc repetiuit in addit. ad Specul. §. ult. col. pen. uers. sed pone duo sunt Petri, de libelli concept. quibus adde, quę dicam in sexto casu ab hoc non dissimili, ꝑterquam in Iudice.

72 Quintus est casus, quando iudex non est ille, qui banniuit, sed est eius successor, & tunc oportet considerare, an ex actis, & ex aliquibus indicij, uel ex aliqua uerisimilitudine possit persona certificari, & tunc iudex poterit illum cogere ad fatendum se esse illum, de quo bannum loquitur, & insuper declarare, quod est ille, de quo sensit iudex suus assessor, quia declaratio, quę fit ꝑ per uerisimilia conceditur Iudici successori, & ita sensit Bartol. in d. l. inter stipulantē, §. si Stichum, in fine, ff. de uer. oblig. & Pract. Papiens. in glos. P. publico nuntio, nu. 12. uers. post hęc quæritur, de forma execut. sentent. diffinit. & in terminis Alex. in d. l. sub nu. 7. uers. ꝑto opiniones sic concordari posse, ff. de lib. & posthum. & Imola in d. §. si Stichum, uers. item adde dictis Bartoli, col. fin.

Et stante huiusmodi confessione rei non est necesse ut amplius confiteatur crimē, quoniam ex eo, quod erat diffamatus, uel aliter erat indiciatus, in manifesta fuit contumacia, quę facit illum haberi pro confesso, & ideo sibi imputandum est, ut sentit Socin. in d. l. demonstratio, in fine, uers. sed potes breuiter respondere, ff. de condit. & demonstr. & Aretinus infra mox citandus, & uide illa, quę supra dixi in secundo casu.

73 Sextus, & ultimus casus est, quando nulla extāt indicia, nec vlla uerisimilitudo colligi potest, ut dixi in quarto casu, & tunc uera est opinio Aretini in d. l. 2. uers. pro ueritate istius quęstionis, col. pen. ff. de liber. & posthum. ubi dicit, in tali casu reuñ nõ posse cogi confiteri se esse illum, de quo bannum loquitur, uel de quo iudex senserit, quoniam hoc est iniquum, & cōtra ius, & postea subiungit, quod si fortia

si fortia indicia contra illum extarent, tunc opinio Bartoli esset multum æqua, & quod reus in hoc casu sit absoluendus, tenuit quoq. Baldus, quem supra in quarto casu retulimus, & Castren. in d. l. demonstratio, nu. 5. uers. quod si capitur unus. ff. de cond. & demonstr. vbi dicit, quod quando non constat in actis specificatio personę, uel per citationem, uel per aliud indicium, tūc nemo arctatur ad comparandam, quia de corpore non constat. Quę omnia notanda sunt, quia nullibi reperies hanc materiam ita explicite declaratam.

74 Pro complemento autem huius materię ego de duobus quæro, primum nunquid quando bannitus est Petrus Martini de Mediolano, & duo sūt eiusdem nominis, possit vnus ꝑ ex illis comparere coram Iudice, & ab eo petere, ut declararet se non esse illum, de quo ipse sensit, aut de quo bannum loquitur. & dic quod sic, ut supra dixi in cap. 57. in princ. l. b. r.

Rursus quæro, nunquid contumace capto post banni recognitionē possit ꝑ ille opponere aliquas exceptiones contra bannum, & debeat a Iudice au diri, & uide Marfil. in sing. 72. per totam ferè Italianam, ubi dicit, quod sic, modo exceptio sit talis, ut si opposita a principio fuisset ante bannum, ipse banniri non potuisset, quod idem replicauit in §. ultimo, nu. 23. uers. octauo alia ratione moueor, Pract. crimin. & Roland. in conf. 60. Ant. de Burgo, nume. 30. uers. sed præmissis non obstantibus, uolum. 2.

75 Quid autem iuris sit, quando reus captus obijcit de ꝑ nullitate actorū, & petit ea sibi exhiberi, ut possit de nullitatib. apparentibus ex ipso processu demonstrare, an sit audiendus? dic quod non, quãdo sententia transiit in iudicatum per longū tempus, quoniam tunc processus non est sibi exhibendus, sed omnia præsumuntur solemniter acta, ut fuit decisum in consilio Neapolitano referente Grammatico in decis. 24. Andreas.

ADDITIONES.

- a Turpe. An liceat mutare nomen turpe, & assumere nomē alterius existentis in eadem ciuitate, uide Guilhelm. in c. Raynuzius, in prin. extra de testam.
- b Mutare. Ista nominis mutatio, cum supiat delictum, non est præsumenda, uide in cap. 48. in fine, lib. 1.
- c Identitas. Quomodo probetur identitas, uide Crau. in conf. 198.
- d Saluandis. Vide Ruin. in conf. 46. col. pen. vol. 4.
- e Pluralitas. Quamuis actuum, uel factorum pluralitas nõ præsumatur, ut ait Marfil. in sing. 439. & Crau. in d. con sil. 198. tñ ex diuersitate temporis pluralitas factorum præsumi potest, ut notat Socin. in consil. 24. nume. 28. uolum. 1.
- f Sola. An hoc procedat, quando statutum requirit pro forma, ut præter nomen proprium etiam adijciatur nomen, & cognomen patris? uide Iason. in l. hac consultissima, nu. 15. col. fin. C. qui testam. facere possunt, & adde quod etiam per expressionem nominis matris redditur persona certa, sicut uersa vice pater, uel mater certificantur per nomen filij nobilioris, ut ait Castren. in l. 3. in princip. ff. de liber. & posthum.

- g Ioannes. Idem est de Ioanne Francisco, ut ait Aretin. in conf. 103. col. 3. & idem de Baldassare tradit Decius in conf. 13. col. fin.
- h Torturę. Probatio enim præsumptiua, uel alias irregularis, quę plenè probat in ciuilibus, facit in criminalibus iudiciis ad torturam, ut dictum est in cap. x. nu. 15. lib. 1.
- i Infamatur. Hoc est uerum de infamia iuris, secus de infamia facti. Salycet. in l. in pecuniarijs, in fine. C. de requir. reis, & Bald. in l. 2. nu. 4. uers. sed dubitatur. ff. de fenator. & Barto. in tract. de bannit. nu. 5. uers. præterea fama, & melius Castren. in conf. 468. super hoc puncto, vol. 1.

S V M M A R I V M .

- 1 Filium se legitimum dicens probare debet. Matrimonium alleganti incumbit probatio, ibidem.
- 2 Filius an præsumatur de iure ciuili legitimus.
- 3 Legitimatio filij eo ipso sit probata, quod quis probatur filius.
- 4 Positiones factę de simplici filiatione, intelliguntur etiam factę de legitimatione, & uide infra, nu. 56.
- 5 Interpretatio in dubio sumenda est, quę delictum excludat.
- 6 Filius natus ex duobus simul cohabitantibus præsumitur legitimus.
- 7 Filius ex adultera natus præsumitur filius mariti, non adulteri.
- 8 Intellectus bonus in dubio sumendus est.
- 9 Filius an in dubio præsumatur in potestate patris.
- 10 Filius non potest esse leg. nisi fuerit natus ex matrimonio.
- 11 Matrimonium est quid facti, & consequenter probandum est.
- 12 Filiatio, & legitimatio differunt. Sententia lata in causa filiationis præiudicat quo ad omnes, secus si fuerit lata in causa legitimatis, ibidem.
- 13 Filiatio probatur ex quasi possessione filiationis.
- 14 Legimitas non probatur, nisi ex probatione matrimonij.
- 15 Admitti uolens ad hereditatem ut legitimus, debet se legitimum probare.
- 16 Præsumptio delicti, an, & quando sit capienda.
- 17 Bonus an, & quando præsumatur.
- 18 Interpretatio exclusiva delicti, an, & quando sit capienda.
- 20 Actus sonans in delictum, an, & quando præsumatur in se continere delictum.
- 21 Filius præsumitur legitimus, quando constat de matrimonio parentum.
- 22 Pater, uel mater non possunt præiudicare filio nato in matrimonio, negando ipsum esse legitimum.
- 23 Filius quidam fuit fatuus, qui credens matri suę dicenti ipsum non esse filium regis, sed adulteri, renunciauit regno.
- 24 Mulier an in foro conscientie teneatur reuelare marito, se peperisse per adulterium.
- 25 Filius natus in matrimonio præsumitur legitimus, nec admittitur probatio in contrarium, nisi per absentiam, uel impotētiā mariti.
- 26 Potentia generandi præsumitur in uiro. Natura magis studet generationi, quam intellectui, ibidem.
- 27 Præsumptio iuris, & de iure est, ut natus in matrimonio præsumatur legitimus.
- 28 Agnati uolentes expellere natum in matrimonio ab hereditate dicentes, non esse legitimum, non audiuntur.
- 29 Filius natus in matrimonio, & postea ab adultero educatus, & tractus, ut filius, & haeres institutus, an præsumatur filius adulteri, an mariti.
- 30 Filij nati in matrimonio, putatiuo præsumuntur legitimi.
- 31 Matrimonium quando dicatur in facie ecclesię contractum.
- 32 Filius natus in matrimonio præsumitur legitimus etiam si mater tempore conceptionis fuisset adultera.
- 33 Possibile honestū potius præsumitur, quam possibile inhonestū.

- 34 Filius natus in matrimonio presumitur legitimus etiam si mater peperit extra domum viri in loco suspecto.
- 35 Filius natus in lupanari ex matre, que propter adulterium tempore conceptionis fuit a marito expulsa, presumitur filius mariti, non adulteri.
- 36 Pater non tenetur agnoscere filium, nisi mulier ab eo diuertens infra triginta, vel quadraginta dies marito denunciauerit se esse se pregnantem.
- 37 Filius potest probare se filium, etiam si mater diuertens a marito ei non denunciauerit debito tempore se pregnantem.
- 38 Legitimus non presumitur filius natus in domo mariti, nisi a patre fuerit habitus pro filio.
- 39 Filius presumitur natus ex concubinario potius, quam ex alio extraneo concubinam cognoscente.
- 40 Vxor, & concubina dicentibus, se pregnantes ex marito, & concubinario est credendum.
- 41 Mulier extranea, que ab extraneo fuit cognita, si dixerit talem esse filium illius extranei, probare debet.
- 42 Famula dicenti se pregnantem ex domino creditur.
- 43 Mulierem extraneam cognoscentem tenetur filio ex ea nato de alimementis providere donec fuerit cognitum, an fuerit ipsius filius.
- 44 Filius natus in quasi possessione matrimonij presumitur legitimus.
- 45 Filiationis legitime quasi possessio quomodo probetur.
- 46 Quasi possessio maritalis, & colorata opinio sufficit ad prolem legitimandam.
- 47 Color matrimonij opinati idem operatur, quod proprietas matrimonij.
- 48 Filij nati ex duobus simul cohabitantibus in figura matrimonij presumuntur legitimi.
- 49 Filij nati ex duobus cohabitantibus in figura matrimonij non presumuntur legitimi, quando matrimonium inter eos non poterat contrahi.
- 50 Filij nati in quasi possessione matrimonij de recenti, an mortuis parentibus presumantur legitimi.
- 51 Filij mortuis parentibus presumuntur legitimi, quando sunt nati in quasi possessione matrimonij de recenti, ubi parentes se trastrauerunt pro coniugibus.
- 52 Fornicatio presumitur quoad duos simul cohabitantes de recenti.
- 53 Filiationis probatio an includat probationem legitimisationis.
- 54 Legitimus filius non presumitur, quando agit ad beneficium ecclesiasticum.
- 55 Filius debet se probare legitimum canonica purgatione, quando est simpliciter diffamatus de illegitimitate.
- 56 Filiationi simpliciter probata non intelligitur probata legitimatio, et uide supra. nn. 4.
- 57 Legitimitatem propriam, uel alienam allegati incumbit onus probandi.
- 58 Legitimum se dicens, se probare debet, sine sit in possessione bonorum, sine non.
- 59 Filius patris hereditatem paternam debet probare se filium, et legitimum.
- 60 Communis opinio uicinia quod tales erant coniuges, sufficit ad probandum legitimisationem filij in matrimonio antiquo.
- 61 Fama sola quod tales erant coniuges, non sufficit in matrimonio de recenti ad probandam filij legitimisationem.
- 62 Probationes leniores sufficiunt in probanda legitimisatione filiorum, quam in probando matrimonio.
- 63 Cohabitatio longa duorum uicinitas facit presumi fornicationem.
- 64 Cohabitatio, & fama, quoad uiuos matrimonium probant deficientibus alijs probationibus.
- 65 Fama sola uicinia an hodie probet legitimatam filiorum mortuis parentibus.
- 66 Clandestinitas matrimonij reprobata fuit pro animae periculo.
- 67 Matrimonium presumitur favore filiorum.
- 68 Clandestinum matrimonium filijs non solet nocere.
- 69 Accessorium non sequitur naturam principalis quando est diuersa ratio. Natus in figura matrimonij putatur an excludat eum, qui fuit substitutus decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, ibidem.
- 70 Filius hereditatem paternam possidens non debet probare se legitimum, ubi actor suam intentionem non fundauit.

- 71 Reus possidens hereditatem ut filius, debet se legitimum probare, quando actor probauit se esse de consanguineis proximioribus defuncti.
- 72 Actor qui fatetur matrimonium fuisse contractum in facie ecclesie, non auditur, si dixerit filium esse illegitimum.
- 73 Filius existens in quasi possessione legitimisationis non probat se legitimum.
- 74 Missus in possessionem hereditatis in possessore, an constituatur in quasi possessione filiacionis in petitorio.
- 75 Filius non probat se legitimum, quando presumptio iuris est in ipsius fauorem.
- 76 Legitimisationis probatio fit per presumptiones, & coniecturas.
- 77 Filius admissus ad aliquem actum ut legitimus, presumitur legitimus.
- 78 Illegitimationem opponens electo, an probet suam oppositionem.
- 79 Probatio incumbit tam ei, qui opponit illegitimationem, quam ei, qui se dicit legitimum.
- 80 Iuramentum canonice purgationis dandum est infamato de illegitimitate.
- 81 Index quando debeat statuere electo terminum ad probandum se legitimum.
- 82 Filius an presumatur legitimus post lapsum quinquennium a morte coniugum.
- 83 Legitimisationis questio etiam post quinquennium cognosci potest.
- 84 Accusatio, uel inquisitio an sicut morte delinquentis extinguatur ita etiam extinguatur quoad bona.
- 85 Filius an presumatur legitimus ex simplici patris nominatione.
- 86 Lex faciens mentionem de filio, an intelligatur de legitimo, et naturali.
- 87 Pater obligatus vigore statuti emendare damnatum datum a filio, intelligitur de naturali.
- 88 Lex faciens mentionem de filio super iure naturali comprehendit etiam filium naturalem.
- 89 Pœna parricidij, & lese Maieſtatis extenditur etiam ad filios naturales.
- 90 Filiorum appellatione, an, & quando naturales contineantur.
- 91 Legitimisationis questio ad quem iudicem pertinet.
- 92 Lex civilis, an lex canonica debeat attendi in legitimanda prole, quo ad successiones.
- 93 Filius natus uel conceptus ex uirgine stuprata, an legitimetur per subsequens matrimonium quo ad successiones.

ARGUMENTVM.

Filio, an, & quando incumbat onus probandi se legitimum.

CAP. XVI.

Post baptismum quasi per quandam continuationem adnectenda est hæc præfens tractatio, quæ a natiuitate hominis oritur, cum clarissimum sit, quod potest quis nasci aut legitimus, aut illegitimus secundum ea, quæ de iure filiorum supradiximus in cap. 5. eo. lib.

Qui dicit igitur se filium & legitimum esse, probandi habet necessitatem, tum quia asserenti, seu adducenti aliquam qualitatem ad fundamentum intentionis suæ incumbit prob. l. ei qui, ff. de pb.

Tum etiam, quia matrimonium, ex quo pendet naturalis legitimatio, non presumitur, nisi probeatur, ut dixi in cap. 3. in prin. eo. lib. & ita in histerminis concludit Socin. in cons. 39. uifis, & inspectis, in prin. uol. 1. & egregie ante ipsum Baldus a nemine allegatus in l. in liberis, in 3. l. et. nu. 2. uer. alij uero dicunt, ff. de ritu nup. & Alex. in cons. 24. attetis, nu. 1. col. 2. uol. 3. & optime Abb. in c. peruenit.

uenit, sub nu. 4. uerf. & ut habeas, col. fin. extra qui filij sint legit. & ibi Anchar. uerf. oppono & uideatur quod Papa, col. fin. & Alexan. de Neuo, nu. 8. uerf. extra glossam, col. pen. & Præposit. sub nu. 8. uerf. aut filius aut pater, col. fin. & Ioannes de Cefena, & Archidiaconus, qui eum sequitur, in c. presbyter, num. 1. uer. super hoc dicebat, distin. 78. & Ioan. And. in c. infamibus, col. fin. de reg. iur. in 6. & egregie Antonius de Butr. in c. lator, nu. 14. uer. obstat quarto, usque ad nu. 1. 6. extra eo. & in d. c. peruenit, col. 2. uerf. aut non constat aliquid, extra eo. & Ruin. in cons. 5. 2. in causa, nu. 3. uerf. sed præmissis non obstantibus, uol. 5. & pulchre lafon in cons. 106. spectabilis, nu. 7. uerf. quarto principaliter, uol. 1. & Ioan. de Imola in l. hoc iure, col. 5. sub nu. 11. uerf. si autem proponitur negatiua a reo, ff. de uerb. oblig. & Gemin. in c. accusator, §. hoc autem, sub nu. 7. uerf. si autem proponitur a reo, col. pe. 6. q. 5. & Bellemera in c. bonæ, il primo, sub nu. 5. 7. uerf. secundo casu cum proponitur a reo, col. antepen. extra de elect. & Hen. Boich in d. c. peruenit, in fine, extra qui filij sint legit. & Ioan. de Lignano, & Butrius, qui eum sequitur in c. si forte, nu. 3. uerf. quæro cui incumbat, col. 2. de elect. in 6. & ibi Gemin. nu. 4. uerf. quæro quis habeat, col. 1. & iterum Ruin. in cons. 63. quæritur, nu. 5. uerf. sed his non obstantibus, uol. 2. & Natta in consil. 421. in principio, & in cons. 473. quædam, nu. 30. uerf. post hæc fuit dubitatum, uol. 2. ubi dicit ita fuisse determinatum, & Decius in cons. 471. iuridicam, nu. 2. in prin. & Cephal. in cons. 593. consultatio, nu. 13. uerf. præfertim cum Augusta, uol. 4. & in cons. 82. hæreditas, nu. 8. uol. 1. & Roland. in cons. 3. nu. 45. uol. 1. & Alciat. in præsumpt. 2. in fine, reg. 2. & in cons. 9. ueritas, nu. 18. uerf. quod autem iste sit spurius, tomo 1. lib. 1. & in præsumpt. 1. nu. 12. uerf. & hoc facit, reg. 3. & Couaruu. in cap. 8. §. 3. in prin. in 2. par. de matrimo. fol. 231. & Mascard. in conclus. 786. in uerbo, filium, nu. 7. li. 2. de prob.

Contrariam uero opinionem, ut scilicet filius presumatur de iure ciuili legitimus, tenuit Albericus in l. si uicinis, nu. 4. uerf. sed quæro an probata, col. fin. C. de nup. & Bal. sibi contrarius in cons. 437. Titius, nu. 4. uerf. item pone, uol. 5. & rursus Alber. in l. filium, nu. 11. uer. item colligit, col. fin. ff. de his qui sint sui uel alieni iur. & in l. senatoris filium, nu. 4. uer. item collige, ff. de senatoribus, & Faberin §. si n. nu. 3. Inst. de adop. & ante ipsos gl. in c. accusator, in uerbo, accusator, in fine, 6. quæst. 5. & in c. bonæ, il primo, in uerbo, per rerum naturam, in fine, extra de elect. & Imola sibi contrarius in l. fin. sub nu. 6. uer. si autem sit negatiua, col. 3. in fine, de præsumpt. & Decius sibi contrarius, in cons. 54. in causa domini, sub nu. 3. uer. præterea etiam sub articulo, col. pen. & Socinus sibi contrarius, in cons. 23. circa prædictam, nam. 19. uerf. unde si aliquis potest esse, col. 8. uol. 1. et Capol. in caut. 118. quis in dubio, nu. 2. uer. item non presumitur, et Cotta in uerbo, filius presumitur, lib. memo. et Lu-

douic. de Sardis in §. de filiacionis probatione, nu. 13. q. 9. in 2. par. de natural. lib. et latè Cardin. Paleot. in cap. 20. de nothis, spurijsq; & Cephal. sibi contrarius in consil. 435. consultationem, nu. 81. uer. ultima fit præsumptio, uol. 3. et Grat. in consil. 6. uifis, nu. 9. uol. 2. et Menoch. in cons. 199. matrimonialis, nu. 55. uerf. septimo, uol. 2. et Afflictus qui falso Butrium allegat, in cap. 1. §. naturales, in quarto notabili, si de feudo controuers. fuerit, et Burfat. in cons. 268. contra, num. 27. uer. attamen contrarium, uol. 3. ubi dicit hanc esse communem opinionem, et in cons. 384. fidei, col. 2. uer. primo, quia ubi quis, uol. 4. & Beronius in consil. 19. in causa quærelæ per totum, uol. 2. & Præposit. nisi forsitan, ut puto, fit mendosa lectio, in c. lator, sub nu. 9. uer. si uero apparet, col. 4. extra qui filij sint legit.

Ex qua opinione inferitur, quod non solum debet intelligi probata & legitimatio, quando a testibus fuit quis simpliciter probatus filius, ut ait Bal. in d. consil. 437. nu. 4. uol. 5. & Alber. in l. filium, nu. 11. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iur. et in d. l. si uicinis, nu. 4. col. fin. C. de nupt. et Fabr. in §. fin. nu. 3. Inst. de adopt.

Verumetiam intelligitur quis fecisse & positiones de legitimitate, quando eas fecit de simplici filiacione, & ex confessione unius inferitur ad confessionem alterius, ut ait Albericus, qui dicit hoc se obtinuisse, in d. l. senatoris filium, nu. 4. ff. de senatorib. et Floria. in l. quidam quasi, sub nu. 4. uerf. nec obstat si dicatur, ff. de probat. et infra uide nume. 56.

Huius autem postremæ opinionis illud præcipuum allegatur fundamentum, quod cum non possit quis nasci illegitimus, nisi ex concubitu illicito, ideo & capienda est in casu dubio illa interpretatio, quæ delictum excludat, l. merito, ff. pro socio, & ita notat Capol. in d. caut. 118. nu. 2. & Cotta in d. uerbo, filius presumitur, lib. memor. & Ludouicus de Sard. in d. §. de filiacionis probatione, quæstione 9. in fine, in 2. par. de naturalib. lib. & plenè D. meus Cardin. Paleot. in d. c. 20. & Grat. in d. cons. 6. nu. 9. uol. 2.

Hinc uidemus eum presumi filium & legitimum, qui natus est ex duobus simul cohabitantibus, licet quoad ipsos cohabitantes fornicatio presumatur, hac eadem ratione, quoniam in casu dubio fauorabilior, & honestior interpretatio est faciendâ pro filijs, ut ait Abb. in c. lator, num. 6. col. 2. extra qui filij sint legitimi, & Felyn. in c. per tuas, col. fin. in fine, uer. septimo nota, extra de prob. & Decius in c. ecclesia, nu. 139. uer. et ista conclusio, extra de const. it. & dixi in cap. 3. sup. eo.

Rursus eadem ratione dicimus filium ex adultera coniuge & natum in dubio presumi filium mariti, et non adulteri, ut delicti præsumptio excludatur, arg. textus in l. miles, §. defuncto, ff. de adulter. et notat Decius in consil. 657. plenè, et D. Paleot. in d. c. 20. et Menoch. in casu 89. nu. 20. uerf. extenditur. lib. 2. de arb. iud.

Illud enim generale est, ut quoties ex aliquo actu

actu duo intellectus possunt capi, alter a bono, alter a criminoso, tunc de bono intellectu presumendum est, ut habetur in c. effote misericordes, de reg. iur. in decret. & notat Bartol. in l. non solum, §. sed ut probari, nu. 3. ff. de oper. noui nunciat. & dicam in cap. 16. infra eo.

Sed in presenti casu duo sunt intellectus, vnus quod filius sit legitimus, alter quod sit illegitimus, ergo benignior pars pro filio accipienda est.

Accedat opinio eorum, qui dixerunt filium in dubio presumi in potestate patris constitutum, quam partem nonnulli tenuerunt in l. si emancipati, & ibi Alex. nu. 2. C. de collat. & in specie Ruin. in cōf. 109. in fine, vol. 1. & Iason in l. qui se patris, sub. nu. 34. vers. & si tu subtilis, col. 7. in prin. C. vnde lib. & Socin. iun. in cōf. 15. nu. 1. vol. 2. & Cēpo. in d. caut. 118. & Beroius in d. conf. 19. nu. 3. vers. tertio, vol. 2.

Nam qua ratione presumitur quis esse filius familiaris, eadem ratione debet quis presumi filius legitimus, cum vtraque qualitas pendat a matrimonio presumpto, vt per se patet, & notat in terminis Federicus de Senis in cōf. 215. agit. vbi dicit, quod querere an quis sit in potestate patris, an sit sui iuris, est idem, cum queritur, an quis sit legitimus, vel illegitimus, quam tamen consequentiam non probauit Beroius in d. conf. 19. col. fin. vol. 2.

Sed propter has rationes non est recedendum a prima opinione, quæ sicut communiter est approbata, ut Soc. attestatur in d. conf. 39. in prin. vol. 1.

Ita etiam validioribus fundamentis sustinetur, cum enim non possit quis esse legitimus, nisi fuerit natus ex matrimonio, vt tradit Bartol. in l. Titia, nu. 2. ff. sol. matrim. & Bald. in l. filium, nu. 18. vers. item nota, ff. de his qui sunt sui, uel alieni iur.

Inferitur filium non posse presumi legitimum, cum matrimonium sit quid facti, quod non presumitur, nisi probetur secundum communem opinionem, de qua dixi in cap. 3. in prin. sup. eo.

Ad idē facit, quod causa filiationis differt a causa legitimatis, quod quidem suaderetur non solum ex eo, quod sententia lata in causa filiationis preiudicat, quoad omnes, cum secus sit in sententia lata in causa legitimatis, quæ alijs non preiudicat, ut tradit Innocent. in c. causam quæ, col. 2. sub nu. 5. vers. nec debet quis admitti, col. 2. extra qui filij sint legitimi, & Iason in d. conf. 106. nu. 5. vers. tertio, & adhuc fortius, vol. 1. & Natta in d. conf. 473. nu. 3. vers. istud etiam bene comprobatur, uol. 2. de qua re tamen te remitto ad Anto. de Butr. in d. c. causam quæ, il. 2. col. fin. & Alex. in l. sepe, nu. 60. vers. aliam fallentiam assignauit, colum. 17. ff. de rei iud.

Verum etiam ex eo manifeste patet, quoniam alio modo probatur filiatio, & alio modo probatur legitimitas, si quidem filiatio probatur ex quasi possessione filiationis: ueluti, quando quis habebatur, reputabatur, & tractabatur ut filius secundum ea, quæ dixi in cap. 6. nu. 29. sup. eo.

At legitimitas non probatur nisi ex probatio

ne matrimonij, vel quasi possessionis eius, ut infra dicam, ergo ex positione vnus non inferitur ad probationem alterius, vt notat Iason, qui ponit hanc differentiam in d. conf. 106. nu. 8. vol. 1.

Addamus, quod quando quis vult ad hereditatem, vel ad beneficium, vel ad honores admitti, ut legitimus, debet hanc qualitatem probare, quæ sit intentionis fundamentum est, cum manifestam iuris regulam habeamus, quod qualitas probanda est ab eo, qui se fundat in ea, siue affirmatiuam, siue negatiuam continet, ut dixi in c. 5. l. nu. 2. sup. lib. 1.

Nec obstat ratio adducta in oppositum, videlicet non esse capiendam presumptionem delicti, quæ respondetur, quod ista allegatio ualet ad fauorem rei, ne ex delicto puniatur, sed non ualet ad fauorem actoris, quando in ea se vult fundare ad aliquid obtinendum, ut ait Decius in l. non hoc, col. fin. vers. & ulterius etiam, C. vnde legit. & in d. l. si emancipati, col. 3. vers. non obstat alia ratio. C. de collat. & in c. super literis, nu. 3. vers. & nota glossam, col. 5. extra de rescrip. & in c. Osius, num. 1. vers. item illa regula, col. 2. extra de elect. & Crau. in conf. 57. nullo modo, nu. 6. vers. sexto, & ultimo, col. 3. in prin. & Socin. in cōf. 57. in causa, nu. 17. vers. nec obstat, uol. 4. & Gabriel. in concl. 2. nu. 60. vers. secundo limita, lib. 7. de malef.

Sic etiam videmus, quod licet quis in dubio presumatur bonus, vt plenè dixi in cap. 5. lib. 1. existit tamen presumptione non potest quis se fundare ad aliquid consequendum, ut notat Decius in d. c. super literis, nu. 3. col. 5. extra de rescrip. & in d. c. Osius, col. 2. extra de elect.

Vel alio modo possumus respondere, quod ita demum capitur interpretatio exclusiua delicti, quando probata est causa habilis precedens, quæ potuit actum facere licitum, ut patet in d. l. merito. ff. pro socio, ubi precedebat societas, propter quam dominus, qui vititur re, presumitur, vt potius velit vt re sua, quam furti consilium inire. Idem iuris est etiam in uxore adultera, cuius filius potius presumitur natus ex marito, quam ex adultero, quia precedebat matrimonium, quod natiuitatem filij potuit facere licitam. idem patet etiam in filijs natis ex duobus simul cohabitantibus, nam cum precedat diutina cohabitatio, quæ potest se referre ad matrimonium, & ad concubinatum, visum est benignius, ut filij presumantur legitimi, uelut nati ex matrimonio presumpto attenta dispositione iuris ciuilibus ita presumuntur, quæ de iure canonico quo ad filios non est correctæ, licet quo ad cohabitantes aliud sit statutum, ut notat Decius in c. ecclesia, num. 138. vers. unde si masculus, col. 18. extra de constit.

Sed vbi causa, quæ potest actum licitum facere, non est clarè, neque dubiè probata, prout in nostro casu contingit, in quo matrimonium neque uerè neque presumptione fuit probatum, tunc actus sonans in delictum, qualis est copula carnalis, presumitur in se continere delictum, licet aliquando possit esse licitus, et sine delicto, et ita tradit Alex. in d.

in d. l. non solum, §. sciendum, col. 2. ver. nec obstat in quantum dicebatur, ff. de oper. no. nunciat. & Felyn. in c. nonnulli, §. sunt & alij, sub nu. 42. vers. ad istud potest responderi, col. 7. extra de rescrip. & Alciat. in reg. 3. presumpt. 1. nu. 11. ver. tertio limitatur, & Natta in d. conf. 473. nu. 34. vers. non obstat ratio, vol. 2. & Paris. in c. in presentia, nu. 31. vers. circa illud notab. col. 15. extra de prob.

Nec quicquam releuat traditio eorum, qui dixerunt filium presumi in potestate patris constitutum, quoniam hæc opinio est falsa, & debet intelligi secundum ea, quæ dicam in cap. 22. inf. eo.

Veruntamen, quoniam iste articulus est valde vtilis, & quotidianus, & solet aliquando uariari secundum casuum varietatem, operæ pretium duxi hanc materiam distinctè per infra scriptos tres casus declarare.

Primus itaque casus est, quando constat de uero matrimonio duorum, & tunc sine controuersia filius natus in matrimonio presumitur legitimus, quia uera legitimitas probatur ex matrimonio, ut supra dixi, & notat Cyn. in l. si uicinis, nu. 2. vers. secundo queritur, C. de nupt. ubi dicit filiationem legitimam probari presumptione iuris, quando probatur talem habuisse talem uxorem, quæ concepit durante matrimonio, & talem filium peperit, & sequitur Bal. in d. conf. 437. nu. 2. uol. 5. & Bartol. in d. l. Titia, nu. 2. ff. sol. matrim. & Bal. in d. l. filium, nu. 18. vers. item nota, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. & Iason in d. conf. 106. nu. 8. uol. 1. & Ludouic. Sard. in d. §. de filiationis probatione, quæst. 9. nu. 13. in 2. par. de natur. lib. & Alciat. in d. conf. 9. nu. 18. tomo 1. lib. 1. & Beroius in conf. 161. dubijs, nu. 7. vers. sed premissis, vol. 2. & Abbas in c. peruenit, sub nu. 4. vers. primo modo si doceat, col. 2. extra qui filij sint legit. & pulchrè Barbat. in cōf. 27. scripsit, sub nu. 1. vers. modo istis premissis, vol. 1. & Angel. in l. septimo, ff. de statu homin. & iterum Bald. in Rubr. C. de prob. nu. 19. vers. exemplum de secundo, col. fin. & in d. l. si uicinis, in prin. C. de nupt. & ibi Saly. in prin. & nu. 3. & Felyn. in c. per tuas, in prin. extra de prob.

Quod ad idem verum est, ut ei, qui natus est in matrimonio, non possit preiudicare pater, uel mater negando ipsum esse filium legitimum, quia standum est legi ipsum legitimum presumenti, donec contrarium probetur, ut notat Bal. in d. conf. 473. nu. 6. vers. sed pone quod mater, uol. 5. ubi subdit fatuum fuisse quendam Regem, qui cum natus esset in matrimonio, credidit matri suæ, quæ tempore mortis sibi dixit, ipsum non esse filium Regis, sed alterius, propter quod renuntiauit Regno, de qua Regis fatuitate idem notauit Cy. in l. si uicinis, col. fin. C. de nupt. & ibi Alber. nu. 3. col. 2. & Salycet. & Angel. uterque in fine, & Abb. in c. transmissæ, nu. 4. extra qui filij sint legit. & Bartol. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, uel alieni iur. & ibi Alber. num. 12. col. pen. & Alex. de Neuo in d. c. transmissæ, nu. 6. vers. & ex hoc inferitur, col. 2. & rursus eleganter Abb. in c. officij, nu. 4. extra de penit. & remiss. & in

c. per tuas, nu. 4. vers. & hæc faciunt, extra de prob. & Barbat. in cōf. 58. verissimum, col. 2. in prin. uol. 2. & Corn. in conf. 293. in hac consultatione, in fine, vol. 4. & Iacobi. de sancto Geor. in l. quidam quasi, sub nu. 7. vers. uidimus de nominatione, col. fin. ff. de pb. & Boerius in decis. 299. nu. 6. & Gulielm. in c. Raynutius, in uerbo, quæ filium ex eo suscipies, nu. 8. vers. ex quo, in 3. par. extra de testam. & doctiss. Palæot. in c. 24. de Notis, spurijsq. & Beroius in conf. 161. dubijs, nu. 1. vers. secundo, uol. 2. & Menoch. in casu 89. nu. 28. lib. 2. de arb. iud. & dixi in cap.

Et an mulier in foro conscientie teneatur hoc reuelare marito, uel eis, qui successuri sunt ab intestato, uide Abb. & alios in cap. officij, extra de penit. & remiss.

Et quod negatio patris, uel matris, vel utriusque minime noceat filio existenti in possessione legitimatis, ultra deducta, tenuit Iason in conf. 168. in causa, nu. 19. vers. tertio respondetur, uol. 4. & Abb. in d. c. transmissæ, nu. 4. in 3. notabi. extra qui filij sint legit. & in d. c. per tuas, nu. 4. in fine, extra de probat. & Bal. in d. l. filium, nu. 15. vers. sed pone, quod pater, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. & Couarruu. in cap. 8. §. 3. nu. 6. vers. 2. probatur, in 2. par. de matrim. fol. 232.

Quæ presumptio est adeo efficax, vt non admittat probationem in contrarium, nisi per absentiam uiri, vel per impotentiam cocundi, vt puta propter frigiditatem, vel maleficium, vel defectum membrorum ad generationem necessariorum, qui defectus expresse probandi sunt ab allegante illos, quoniam in dubio presumitur habitas, & generandi potentia in viro, vt egregiè tradit Bald. in l. filium, in prin. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. vbi dicit, non esse filium mariti, qui eo semper absente natus est ex uxore, quoniam inter absentes non fit generatio, nec inter presentes, si uirtus abest, quæ sicut non presumitur abesse in cohabitantibus, ita uxor presumitur cognita a uiro, & concepisse ex eo, nisi probetur impotentia cocundi, quæ non presumitur: nam quemadmodum non presumitur alij cui ab esse cerebrum, vel cor, vel hepar, ita nec aliud membrum principale, imò cum non habentes sanum cerebrum generent, ut patet in furiosis, et in brutis animalibus, quæ generant, licet intellectum non habeant, datur intelligi, quod natura magis studet generationi, quam intellectui, & magis curat de esse rerum, quam de sciētis, quod idem recenset Gulielm. in d. c. Raynutius, in uerbo, quæ filium ex eo suscipies, nu. 3. col. 1. & nu. 7. vers. & tamen presumptio filiationis, col. 3. in 3. par. extra de testam. vbi dicit hanc esse presumptionem iuris, & de iure, quod idem asseruit Marfil. in l. 1. §. ad questionē, nu. 21. vers. quinimo fortius, ff. de qq. & Boer. in decis. 299. nu. 9. vers. quinimo si in casibus predictis, & Roland. in conf. 49. legitimationem, nu. 28. uol. 4.

Et hoc quid est utrum, quando aliter non constat de uxoris impudicitia, nam tunc si uellet pater filium

28 filium eijcere, vel agnati vellent seum expellere ab hereditate dicentis non esse legitimum, non audiatur, nisi ad probandam absentiam longam mariti, vel eius impotentiam coeundi, ut ait Abb. in d.c. transf. missi, nu. 9. uers. hoc procedit si maritus erat praesens, col. 1. & in c. causam, quae, il primo, in primo notab. extra qui filij sint legit. & Cyn. in d.l. si vicinis, in fine. C. de nupt. & Beroius in d.conf. 162. in causa, nu. 9. uers. alias autem, uol. 2. & Palaeot. in d. cap. 24. nu. 2. de Nothis, spurijsque.

Sed si constaret uxorem alteri copiam sui corporis fecisse, & filius domi natus in matrimonio postea fuisset ab adultero & educatus, tractatus, habitus, ut filius legitimus, & haeres institutus, an mariti, an adulteri filius esset censendus? magna est quaestio, & quod praesumatur filius mariti, consulit Barbat. in conf. 27. scripsit, uol. 1. & Palaeot. in d. cap. 24. nu. 4. de Nothis, spurijsque, & Beroius in conf. 161. dubijs, vol. 2. & egregie Fulgos. in l. 1. nu. 3. ver. incidit autem quaedam quaestio, col. 1. ff. de prob. & ibi Alber. uers. sed querit quaestio, col. fin. & Florian. in l. quidam quasi, sub nu. 4. uers. iuxta praedicta, ff. de prob. & Decius in c. per tuas, nu. 17. uers. & illa praesumptio, in quarto notab. extra de prob. & Roland. in conf. 49. legitimationem, nu. 23. vol. 4. & Decius in conf. 657. plenè, num. 2. colum. 1. & Grat. in conf. 158. col. 1. vol. 2.

Sed in contrarium, ut praesumatur filius adulteri, transfuit Anchara. in conf. 225. videtur, sub nu. 5. uers. super alio dubio, col. pen. & Alex. in conf. 88. omiffis, nu. 8. uers. circa octauum, uol. 7. & Gozadin. in conf. 12. in hac causa, & in conf. 13. per totum, & Corneus, qui loquitur tamen in filio nato extra domum mariti, in conf. 1. col. 1. uers. est modo deueniendum, vol. 3. & in similiter nato loquitur Iason in conf. 125. pondus, vol. 4. & pariter Beroius in conf. 162. in causa, uol. 2. & similiter Capra in conf. 2. nu. 2. & etiam Alciat. in d. praesumpt. 37. nu. 11. uers. item quando ista, reg. 3. & Menoch. in d. casu. 89. num. 65. uers. declaratur tertio, lib. 2. de arb. iud. Vnde cogita, quia possunt haec controuersiae quadam distinctione concordari.

30 Nec solum praedicta procedunt in matrimonio vero, & valido, sed etiam amplificantur, ut habeant locum in matrimonio putatio propter aliquod impedimentum inualido, nam nihilominus filij censentur legitimi, modo fuerit matrimonium in facie ecclesiae contractum, ut tradit Abb. in conf. 2. nu. 2. extra, qui filij sint legitimi, ubi dicit filios iudicari legitimos propter bonam fidem parentum contrahentium matrimonium in facie ecclesiae, non obstante impedimento consanguinitatis postea detecto, quod idem notat ibi Anchar. in septimo notab. col. 1. & Ruin. in conf. 51. circa casum, nu. 15. cum seq. uers. nam matrimonium, uol. 5. & Iason in d. conf. 168. col. 1. uol. 4. & plenè Gabriel. in conclus. 4. num. 17. uers. primo limita, lib. 5. de legitimatione.

31 Facies autè ecclesiae in hoc proposito dicitur secundum unam opinionem, quando seruantur ban-

na. & solemnitates feri praesentia in c. cum inhibito, extra de cland. despons. Aut secundum alteram opinionem, quae communiter esse videtur quando matrimonium celebratur publice coram consanguineis, & amicis, nullo serioso excluso, secundum consuetudinem patriae, ut dixit Socin. iun. in conf. 31. themate praedicto, nu. 47. uers. & quod ira fuerit, uol. 2. & Ruin. in d. conf. 51. nu. 15. uol. 5. & Oldrad. in conf. 256. clemens episcopus, in fine, & Abb. in d. c. cum inhibito, nu. 9. sub uers. sed aduerte, extra de cland. despons. & Curt. iun. in conf. 64. praesupponitur in facto, & Capra in conf. 116. & si prima facie, col. fin. & Socin. iun. in conf. 86. disputatur, in fine, uol. 2. & Menoch. in conf. 199. matrimonialis, nu. 40. uers. matrimonium, uol. 2. de qua re omiffis alijs uide Ioan. Lup. in tract. de matrim. 12. par. nu. 8. vsque ad finem.

Sed hodierno iure, quo utimur, facies ecclesiae dicitur illa solemnitas, quae tradita fuit a concilio Tridentino in ca. 1. sess. 24.

32 Secundò praedicta ampliuntur, ut procedant etiam si constaret matrem, tempore conceptionis fuisse adulteram, quia nihilominus filij in matrimonio nati praesumerentur legitimi, ut supra dixi, arg. textus in d. l. miles. §. defuncto, ff. de adulter. & tradit Bald. in conf. 379. punctus, in fine, lib. 3. & in d. conf. 437. nu. 3. uol. 5. & Angel. in d. l. septimo mense, ff. de statu homin. & iterum Bal. in rubr. C. de prob. sub nu. 19. exemplum de secundo, col. fin. & in d. l. si vicinis, nu. 3. C. de nupt. & ibi Cynus, nu. 3. col. fi. & Abb. 1. c. per tuas, nu. 1. extra de prob. & Decius in d. conf. 657. & omnium doctiss. Cardin. Palaeot. in d. cap. 20. & in cap. 24. & Menoch. in d. casu 89. nu. 20. lib. 2. de arb. iud. & Iason in conf. 125. pondus, nu. 1. & nu. 6. uol. 4. & Grat. in conf. 158. difficultas, col. 1. uol. 2. & Gulielm. in d. c. Raynutius, 1. uerbo, quae filium, ex eo suscipiens, in prin. extra de testam. & late Barbat. in d. conf. 27. sub nu. 1. uol. 1. & in d. conf. 38. uol. 2. & Beroius in d. conf. 161. nu. 9. uol. 2. & Couarr. in d. cap. 8. §. 3. nu. 8. uers. quanto probatur, in 2. par. de matrim. fol. 232. & Rol. in d. conf. 49. nu. 26. uol. 4.

33 Cum enim in tali casu potuerit uxor concipere ex marito, & etiam ex adultero, capienda est pro filijs praesumptio benignior, & honestior, quia possibile in esse posito, praesumitur potius possibile honestum, quam possibile inhonestum, ut notat Baldus in l. filium, nu. 17. uers. item nota, col. 2. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iur. & Cotta in uerbo, filius praesumitur, lib. memor. & D. Palaeot. in d. cap. 20. & cap. 24.

34 Nec refert, an filius natus sit domi, an extra domum: nam modo sit natus in matrimonio, praesumitur legitimus, non obstante quod mulier extra domum uiri peperit, etiam in loco suspecto, modo uir ad eam liberum aditum haberet, ut tradit Abbas in c. officij, nu. 3. extra de praenit. & remiss. & late Barbat. in d. conf. 58. uol. 2. & eruditissim. Palaeot. in d. cap. 24. nu. 1. & Menoch. in d. casu 89. nu. 25. uers. extenditur secundo, lib. 2. de arb. iud.

Quibus

41 Quibus accedit, quod scripsit Cy. in l. si uicinis, nu. 3. quaest. 3. C. de nupt. ubi ait, quod si maritus sine iudicio ecclesiae uxorem adulteram è domo eiecerit, & ipsa se iuerit ad lupanaria, ibique procedente tempore enixa sit filium, ille partus praesumetur legitimus, cum possibile sit, eum fuisse ex marito conceptum, cuius doctrinam sequitur ibi Alber. nu. 3. col. 2. & Barbat. in d. conf. 58. col. 2. vol. 2. & Rol. in d. conf. 49. nu. 26. vol. 4.

36 Quae sanè decisio uidetur esse dubitabilis, cum non teneatur pater se agnoscere filium, nisi mulier ab eo diuertens infra 30. uol. 40. dies marito denuntiauerit, se esse praegnantem, l. 1. §. denuntiare, cum seq. ff. de lib. agnos. & Specul. in §. 1. nu. 4. uers. in illa uero praedudiciali, qui filij sint legit. & Castrenf. in conf. 278. quia per primum, col. pen. uers. item dico quod ex alio, uol. 1.

Nisi dixeris eam decisionem procedere, uel ex eo, quod constabat mulierem fuisse praegnantem, quando fuit expulsa, quo casu praesumitur esse praegnans ex marito, ut diximus, & in specie notat Florian. in l. imperatores, §. mulier grauida, in prin. ff. de probat.

37 Vel ex eo, quod nullae aliae coniecturae, fortiores in contrarium urgebant: unde licet pater non teneatur agnoscere partum, nisi fuerit sibi facta denuntiatio, hoc tamen non nocet filio, quin se possit probare filium, probando se fuisse conceptum constante matrimonio uicinis scientibus. l. pen. §. mulier grauida, & ibi glos. ff. de prob. & Beroius in d. conf. 162. in causa, nu. 11. uers. non obstat secundum motium, vol. 2.

38 Sed contrarium, ut scilicet necessarium sit, filium esse natum in domo mariti, nec sufficiat esse natum in matrimonio, nisi postea a patre tractaretur, nominaretur, & haberetur pro filio, tenuit Iason in d. conf. 125. uol. 4. & Beroius in d. conf. 162. nu. 4. uol. 2. & Gulielm. in d. c. Raynutius, in uerbo, quae filium ex eo suscipiens, sub nu. 9. uers. si autem filius natus, col. 4. extra de testam. & Aretin. in d. c. per tuas, nu. 2. extra de probat.

39 Illud autem quod dictum de vxore, idem quoque dicitur de concubina, ut scilicet filius praesumatur natus potius ex concubinario retinente concubinam domi in schemate concubinatus, quam ex alio extraneo dictam concubinam cognoscente, ut notat glos. in c. Michael. in uerbo, constiterit, extra de filijs praesby. & melius Abb. in d. c. per tuas, nu. 2. extra de prob. & in d. c. transmissa, sub nu. 9. extra qui filij sint legit. & Aretin. in d. c. per tuas, nu. 2. & ibi Felyn. in prin. & Iason in d. conf. 125. nu. 3. uers. secundo amplia, vol. 4. & Menoch. in d. casu 89. nu. 26. uers. extenditur tertio, lib. 2. & Capra in d. conf. 2. nu. 2. & plenè Boerius in decis. 299. nu. 4.

40 Ex quibus infertur, quod uxori, & concubinae dicentibus se praegnantem esse ex marito, uel ex concubinario, est credendum secundum praemissa, licet secus sit, quoad aliam mulierem extraneam, quam quis carnaliter cognouit, nam ipsi dicenti se praegnantem esse ex tali uiro, cum quo rem habuit,

41 non creditur, ut scripsit Bald. in d. conf. 437. nu. 8. uers. & idem dico, vol. 5. ubi tradit, quod si aliqua mulier extranea, quam cognouisti dicat tibi, talis est filius tuus, non debes credere, quia lex hoc non credit, nisi de eo, qui nascitur ex matrimonio: nam sicut potest ex te coeuisse, ita etiam potest ex alio, propter quod sibi non est credendum, quod idem notauit Alber. in d. l. filium, nu. 13. uers. item uidi saepe dubitari, col. fin.

42 Quod utiq. procedit, quando mulier non est talis, ut ad eam ex arbitrio uir posset absque ullo impedimento accedere: nam si cum illa frequentem conuersationem haberet, aut eam domi retineret pro famula, fatereturque se cum illa carnaliter immiscuisse, tunc mulieri dicenti se praegnantem ex domino fides adhibenda foret, ut notat Decius in c. per tuas, nu. 3. cum seq. extra de prob.

43 Imò etià in primo casu, quando mulier est prorsus extranea, eo quia neque domi pro famula retinetur, neque extra domum potest cum illa frequentem conuersationem uir habere, si mulier dixerit, se peperisse filium ex tali, & ille talis neget fuisse ex ipso praegnantem, fateatur tamen illam carnaliter cognouisse, tenebitur interim se pendente processu pro uidere filio de alimentis, ut concludit Boerius in d. decis. 299. in fine.

44 Secundus casus est, quando non constat de uero matrimonio, sed de quasi possessione matrimonij, & tunc filius natus ex eis, qui inuicem se tenebant, & tractabant pro coniugibus, & ab alijs tenebantur, & reputabantur, praesumitur in dubio filius legitimus, ut tradit Salycet. in l. si vicinis, nu. 3. uers. sed quia interdum, C. de nupt. ubi ait filium probari legitimum ex quasi possessione matrimonij, & legitimitatis, ueluti quando probatur, quod talis, & talis tenuerunt, & tractauerunt talem tanquam eius filium legitimum, & naturalem, & uersa uice ipse tenuit eos tanquam parentes legitimos, & naturales, & quod ipsi, & ipse habiti, & tenti sunt a uicinis, & ab alijs cognoscentibus eos, quod idem elegantius expressit in l. quidam quasi, nu. 2. ff. de pb.

45 ubi ait quasi possessionem filiationis legitime probari, quando probatur, quod Scia, & Caius reputabant se, ut maritus, & vxor, & ita inuicem se tenebant, & tractabant. Item, quod ipsi tale tractabant, & reputabant ut filium, eumque domi tenebant, & gubernabant. Item uice uersa ipse tractabat Caium, ut patrem, & Sciam ut matrem, ipsisque praestabat ut eorum filius ea obsequia, quae filij parentibus praestari debent, de quibus est publica vox, & fama, cuius opinionis fuit etiam glos. in c. lator, in uerbo, probari, extra qui filij sint legit. ubi dicit, eum fuisse in quasi possessione legitime filiationis, qui habebatur pro filio, & natus fuerat ex ea, quae credebatur vxor, & bona paterna possidebat, quibus adhaeret alia glos. in c. accedens, in uerbo, purgatione, extra de purgat. canon. ubi tradit eum purgari se non esse filium sacerdotis, probando, quod fuerit filius talis laici, & vxoris eius, quam pro legitima tenebat, & hoc notum, & publicum erat, quod ipsum pari-

ter notavit Abb. in c. peruenit, sub nu. 4. ver. secundo si communis, col. fin. extra qui filij sint legit. vbi inquit, legitimitatem filiorum probari, uel quando parentes se tractabant sicut maritus, & uxor, uel quando communis opinio uiciniæ erat, ipsos fuisse maritum, & uxorem, & hoc est illud, quod eleganter intellexit Ant. de Butr. in c. 2. nu. 6. in quinto notab. extra qui filij sint legit. ubi tradit, quod ad prolem legitimandam sufficit colorata opinio, & quasi possessio maritalis, exclusa etiam proprietate ueri matrimonij, quod idem notauit in c. quod nobis, in 2. notab. extra eo, ubi ait, quod ad fructu prolis legitimandæ non exigitur de necessitate ipsa ueritas uinculi matrimonialis, dummodo adit possessio, & opinio colorata matrimonij. illud. n. quod operatur uera proprietate matrimonij, idem operatur color matrimonij opinati, quem sequitur Decius in conf. 153. in effectu, num. 2. col. 2. & Abb. in c. lator, num. 6. extra qui filij sint legit. & Beroius in conf. 19. in causa, nu. 6. uers. sexto natus, uol. 2. & Anchar. in c. peruenit, sub nu. 4. uers. alibi tamen dicit, col. fin. extra qui filij sint legit.

Quæ conclusio absque ulla dubitatione uerissima est, siue inspicias ius ciuile, per textum in l. in liberæ, ff. de ritu nupt.

Siue inspicias iuris Canonici obseruatiã, quod iure similiter filij nati ex duobus simul cohabitantes in figura matrimonij præsumuntur legitimi, licet quo ad ipsos cohabitantes fornicatio præsumatur, ut supra dixi, & notat Abbas in d. c. lator, nu. 6. extra qui filij sint legit. vbi tradit, quod natus ex masculo, & foemina simul habitantibus præsumitur legitimus, quasi præsumatur inter illos matrimonium fauore legitimationis, sed respectu ipsorum cohabitantium canon præsumit potius scriptum, & subiungit hanc præsumptionem legitimationis ita demum procedere, quando cohabitantes se vocabant coniuges, quod expressè tradidit Innocent. in c. ex parte, col. pen. uers. item oportet eum probare, extra de restit. spoliat. & Felyn. in c. illud, nu. 13. col. fin. extra de præsumpt. & Decius in d. conf. 153. nu. 2. col. 2. & dixi in cap. 3. nu. 6. sup. eo. & adde Cagno. in l. si qua illustis, sub nu. 12. C. ad Orfician. & Cæphal. in conf. 435. consultationem, nu. 64. uers. nona coniectura, vol. 3.

Hæc tamen, quæ diximus de quasi possessione matrimonij, limitabis, ut non procedant, quando matrimonium inter cohabitantes non potuisset contrahi ob aliquod impedimentum, nam filij ex talibus nati non præsumuntur legitimi, etiam si cohabitantes fuissent illius impedimenti ignari: non. n. posset illorum ignorantia legitimare filios, nisi appareret, quod in facie ecclesiæ matrimonium contraxissent, ut ait Socin. iun. in conf. 31. Themate prædicto, nu. 46. uer. posset etiam dici, col. 2. & Præposit. in c. cum inhibitio, nu. 3. uers. nota, ubi illegitima, col. 3. extra de clandest. despons. & iterum Soc. iun. in conf. 86. disputatur, col. pen. nu. 59. vol. 2. & Ancha. in conf. 401. Stiposius, & egregiè Curt. iun. in conf. 64. præsupponitur in facto, col. 2. &

Gabriel. in concl. 4. nu. 17. uers. primo limita principalem, de legitim. & Couarruu. in c. 8. §. 1. nu. 2. uers. duo tamè sunt necessaria, in 2. par. de matrim. fol. 224. & Ant. de Butr. in d. c. 2. nu. 6. & in d. c. quod nobis, nu. 3. extra, qui filij sint legit.

Denuo limita, ut superiora procedant in longa & duorum ꝑ cohabitatione, uel in longa quasi possessione matrimonij, secus in recenti, ut notat Ant. de Butr. in d. c. lator, nu. 15. uers. aut diu habuerit, col. pen. extra qui filij sint legit. ubi tradit, quod si duo habuerunt se diu pro coniugibus, tunc filius ex illis natus releuatur ab onere probandi se legitimum, maximè mortuis parentibus, qui se pro coniugibus habuerunt, & tractauerunt. quid enim si sacerdos, uel testes essent mortui, uel contractus esset antiquus, tunc in tali casu illegitimitatè obijciens, uel non auditur, uel si auditur, necesse habet probare, quod intendit, sicut quando constat matrimonium in facie ecclesiæ contractum, & idem notat Præposit. ibi, nu. 9. uers. quæro ultimo, col. 4.

Quod uero attinet ad recentem duorum cohabitationem, tunc filius debet probare se legitimum, si non constat, quod cohabitantes, dum erant uiui, aliquem actum fecerint proportionabilem coniugibus, quia non tractauerunt se, ut coniuges, quæ admodum in eodem loco tradit Butr. sub nu. 14. uers. si non constat de contractu, col. pen. & ibi Præposit. num. 8. uers. si autem non constat de contractu, col. 4.

Ceterum si dum uiuebant, se tractassent pro coniugibus, & coniuges se nominassent, tunc ipsis mortuis in dubio præsumeretur pro matrimonio, & legitimitate filiorum, etiam si cohabitatio fuisset recens, ut eximie tradit Alex. de Neuo in d. c. lator, sub nu. 20. uers. quartus casus est, col. pen. & infra dicam, ubi de sola fama loquar.

Et licet quo ad filios secundum præmissa, uideatur esse modica, uel nulla differentia inter longam, & recentem duorum cohabitationem, tamen magna est quo ad ipsos cohabitantes: siquidem ꝑ in recenti præsumitur fornicatio quo ad uiuos, sed in longa præsumitur matrimonium etiam respectu uiuentium parentum, cum plerumq; difficile sit probare matrimonium antiquum, maxime si sacerdos, uel testes essent mortui, ut tradit Abb. in d. c. lator, sub nu. 6. uers. dicit etiam Hostiensis, col. fin. extra qui filij sint legit. de qua materia te remitto ad ea, quæ tradunt Doctores in d. c. illud, & ibi præcipuè Abb. sub nu. 8. uers. ego dico sic, col. 5. extra de præsumpt. & de iure nouissimo infra dicetur.

Tertius casus, qui ualde ambiguus, hic est, quando non constat neq. de matrimonio uero, uel putatiuo, neq. de quasi possessione matrimonij, sed solum dicitur talem fuisse, uel esse filium talis, an hoc sufficiet ad legitimationem probandam.

In quo articulo quatuor ꝑ sunt opiniones, prima fuit, ut dicenti se filium legitimum incumbat onus probandi, alio modo, quam per simplicem filiationis probationem: secunda opinio contraria primæ est, ut filius præsumatur legitimus, si non probe-

probetur illegitimus, quarum opinionum autores supra recensui in principio quæstionis. Tertia opinio fuit Alberici distinguentis in d. l. si uicinis, nu. 4. col. fin. C. de nupt. ubi dixit, quod aut agimus ad hæreditatem de iure ciuili, & tunc opponenti defectum legitimationis incumbit onus probandi, cum filius præsumatur legitimus ob matrimonium de iure ciuili præsumptum: aut agimus de iure reꝑ canonico ad beneficium ecclesiasticum, & tunc asserens se legitimum, debet probare, cum de illo iure matrimonium non præsumatur, nisi probetur.

Quarta opinio fuit Ioannis Andree in c. ueniens, nu. 5. in uerbo, habenda, extra de præsb. non baptiz. ubi dicit, quod aut quis diffamatus est, quod sit illegitimus, & nil aliud probatur, quod simplex diffamatio, & tunc purgare se debet canonica purgatione, c. accedens, extra de purg. cano. Aut non est diffamatus, sed semper uixit, & habitus fuit pro legitimo, & tunc suæ conscientie relinqui debet, quam distinctione sequitur Ant. de Butr. ibi nu. 6. & Alex. de Neuo in d. c. peruenit, nu. 11. col. fin. extra qui filij sint legit. & Præposit. in Rubr. extra qui filij sint legit. nu. 1. uers. quæro an in dubio.

Sed Ioannes Andreas loquitur in eo casu, in quo non agitur nisi de præiudicio ipsius, qui se dicit legitimum, ad consequendos ordines sacros. Vnde non est mirum si hoc suæ conscientie relinquendum est: at secus, si de præiudicio alterius ageretur. & ad illud quod dictum fuit de purgatione canonica per textum in d. c. accedens, extra de purg. cano. respõdetur, quod ea purgatio per iuramentum ibi conceditur, quia Iudex ex officio inquirebat de legitimitate electi, contra quem si nihil aliud inuenit, quam simplicem diffamationem de illegitimitate, potest illi indicere purgationem, & confirmare electionem, prout egregiè tradit Henric. Boich in d. c. accedens, nu. 4. uers. hic tamè locus est tertiæ opinioni, col. fin. & infra dicetur, nu. 80.

Concludendo igitur ego sequor primam opinionem per rationes iam superius allegatas, quæ mihi uerior, & communior esse uidetur. Quapropter inferendo ad testes, & ad ꝑpositiones, quæ regulariter subauditum intellectum non admittunt, dicitur, quod probata simplici filiatione, non intelligitur probata legitimitas, & ita in teste hanc conclusionem fatetur esse ueram Beroius, licet contrariæ sit sententiæ in reliquis, ut patet in d. conf. 19. sub nu. 20. uers. secundo dictum Alciati, vol. 2. & in teste hoc idem tenet Iason in d. conf. 106. uol. 1. & Alciati. in d. præsumpt. 2. in fine, reg. 2. & Natta in d. conf. 473. nu. 31. vol. 2.

Ampliatu autem hæc conclusio, ut procedat, siue quis dicat se filium legitimum, siue dicat talem esse filium legitimum alterius, nam semper alleganti legitimitatè ꝑ uel propriam, uel alienam, incumbit onus probandi, ut consuluit Alex. in d. conf. 24. num. 4. uol. 3. ubi dicit eum debere probare, qui dicit aliquem esse de legitimis descendentiibus alieni.

Iterum ampliatur, ut procedat siue quis sit in possessione bonorum, siue non: semper enim, qui se legitimum dicit probare debet, etiam si fuerit reus, ut tradit Ruin. in d. conf. 52. nu. 3. uol. 5. & aperte Natta in d. conf. 421. in prin. uol. 2. & infra dicetur nu. 71. & dixi in cap. 6. nu. 6. uer. quæ res profecto, supra eo.

Contrarium sensit gloss. in d. c. lator, in uerbo, probare, extra qui filij sint legit. ubi dicit actorem debere probare illegitimitatem, quando reus bona paterna possidebat, & pro filio habebatur, & quod actori hoc onus incumbat, consuluit Crau. in conf. 166. licet plurimi, nu. 1. & sub nu. 10. uer. secundo respondeo, col. 3. & eleganter Beroius in d. conf. 19. nu. 8. uers. & ad propositum, col. 2. uol. 2.

Pro solutione dicendum est, quod aliquando filius est actor ꝑ eo, quia petit hæreditatem paternam, & tunc non solum debet probare se filium, sed et legitimum, cum sit hoc fundamentum suæ intentionis, secundum opinionem, quam tenemus, & hoc expresse determinauit Anton. de Butr. in d. c. peruenit, col. 2. in fine, uers. aut filius agit petens, extra, qui filij sint legit. & ibi Abb. sub nu. 4. uers. & ut habeas glossam, col. 2. & Petrus de Anchar. uers. oppono, & uidetur quod Papa, col. fin. & Alex. de Neuo, nu. 8. uers. extra glossam, col. pen. & optime Præposit. sub nu. 3. uers. aut filius agit petens, col. fin. cum cæteris in prima opinione relatis.

Probabitur autem filius legitimus, uel ex probatione ueri, aut putatiui matrimonij, uel ex quasi possessione ipsius, ut supra dixi in primo, & secundo casu: sed dubium facit, an ad probandam legitimationem ꝑ sufficiat actori probare solam communem opinionem uiciniæ, quod parentes ipsius habebantur, & reputabantur pro marito, & uxore. in quo articulo sunt, qui distinguunt inter matrimonium de antiquo, & matrimonium de recenti, inter quos est Ant. de Butr. in d. c. peruenit, in fine, extra qui filij sint legit. ubi dicit, quod in matrimonio de antiquo ad probandam legitimitatem filij sufficeret sola fama, & communis opinio uiciniæ, quod tales erant coniuges, sed in matrimonio de recenti sola fama non sufficeret, nisi probaretur etiam tractatus, id est, quod uicinis scientibus se tractabant, et tenebant pro marito, et uxore, quem sequitur ibi Præposit. in fine, et D. Menoch. in conf. 199. matrimoniales, nu. 47. uers. uerum priusquam, uol. 2.

In contrarium tamen transiit Abb. in d. c. peruenit, sub nu. 4. uers. secundo si communis, col. fin. ubi dicit communem opinionem uiciniæ probare matrimonium quo ad effectum legitimandæ prolis, et eum sequitur reprobando Butrium Alex. de Neuo ibi, sub nu. 9. col. 3. ubi tradit, hanc opinionem esse ueriores mortuis parentibus, et idem confirmauit in d. c. lator, sub nu. 20. uers. quartus casus est, col. pen. extra eo. et Cæphal. in d. conf. 435. nu. 53. uers. quarta coniectura, uol. 3. et egregiè Natta in conf. 473. quædam, nu. 14. uers. nam duobus tantum, uol. 2.

Quæ opinio de facili potest admitti, cum fauore

62 filiorum sit inductum, ut in probanda legitimitate probationes leuiiores sufficiant, quam in probando matrimonio, ut inquit Abb. in d.c. lator, nu. 6. ver. cuius dictu non, col. fi. extra, qui filij sint legit. & Cepha. qui de Abbate non facit mentionem, in d. conf. 435. nu. 4. ver. quibus tamen, vol. 3.

63 Hanc autem sententiam declarabis procedere mortuis parentibus, ut dictum est, secus si uiueret: quamuis enim si cohabitatio fuisset longa, idest de cem, ac viginti, & amplius annorum, semper tamen presumetur fornicatio de iure nouissimo, nisi probaretur matrimonium fuisse contractum presente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus precedentibus tribus denuntiationibus, iuxta formam sacrosancti concilij Tridentini, in cap. 1. sess. 24.

64 Quod profecto verissimum est, nisi forsitan Parochus, & testes probarentur mortui, & liber amicus, vel absconditus forct, in quo Parochus coniugum, & testium nomina una cum die, & loco contractus describere tenetur: nam tali casu cohabitatio, & fama etiam quoad viuos coniuges matrimonium probarent, ut diximus, & notat Butr. in d. c. lator, nu. 15. uers. quid enim si sacerdos, extra qui filij sint legit. & ibi Præposit. nu. 9. col. 4. & Alex. nu. 19. col. antepen. in fine. & Abb. sub nu. 6. uers. dicit etiam Hostiens. col. fin.

65 Sed mortuis parentibus sustineri potest, ut etiam sola fama si viciniam probet hodie legitimitatem filiorum, ut diximus: nam quamuis allegatum consilium annulet matrimonium contra formam prædictam celebratum, tamen de filiis nullam mentionem fecit, ex quo inferitur, quod cum fuerunt omnes, censentur relicti in dispositione iuris antiqui, l. commodissime. ff. de lib. & posthu.

66 Quandoquidem si magna est differentia inter coniuges, & filios, nam in coniugibus consideratur periculum animæ, propter quod omnis clandestinitas matrimonij reprobata fuit, ut homines inducantur ad palam contrahendum in facie ecclesiæ, ut patet in d. consilio, & etiam notat Abb. in d. c. lator, sub nu. 6. col. fin. & ibi Alex. nu. 19. colum. antep. in fine.

67 Sed in filiis consideratur fauor, propter quem inductum fuit ut præsumatur si matrimonium illud, quod secundum ius canonicum non erat matrimonium, sed fornicatio, ut supra pluries fuit adnotatum, & etiam tradit Alex. in d. c. lator, sub nu. 60. uers. quartus casus est, col. pen.

68 At ubi defuncti sunt parentes, cessat periculum animæ: ergo cum remaneat solus fauor filiorum, debemus illud pro matrimonio habere, quod in odium parentum habitum fuit pro fornicatione, & tanto magis, quia clandestinum si matrimonium non sollet filiis nocere, quando non apparet, quod matrimonium inter parentes fuerit ex aliquo impedimento prohibitum, ut bene tradit Cepha. in d. consil. 435. nu. 94. vol. 3.

Addamus, quod quando diuersa est ratio inter

69 principale, & accessorium, tunc accessorium non sequitur naturam principalis, l. & si is, & ibi glo. C. de præd. minor.

Sed diuersa est ratio inter parentes, & filios, ut patet ex supradictis, ergo lex canonica corriges legem civilem respectu matrimonij, quod est principale, non intelligitur, ubi hoc non expressit, eam corrigere quoad filios, qui sunt accessorii, & in quibus diuersa ratio consideratur, ut expresse tradit Alciat. in præsumpt. nu. 2. reg. 2.

Per quas rationes ego non adhæreo opinioni Iacobi Menochij aliter sentientis in d. conf. 199. nu. 57. uol. 2. & in præsumpt. 1. nu. 100. lib. 3.

Quibus accedit, quod si multi, quos supra in principio recensui, tenuerunt, ut probata simplici filiatione præsumatur filius legitimus, quam opinionem tenuit ipse quoque Menoch. in d. consil. 199. nu. 55. uers. septimo, uol. 2.

Ego nescio intelligere, quare non debeat magis præsumi legitimus ille, qui ultra probationem filiationis probauit etiam communem opinionem viciniam, quod parentes ipsius habebantur, & reputabantur pro coniugibus, fateor tamen quod si mortuis parentibus detegeretur aliquod impedimentum propter quod matrimonium inter ipsos celebrari non potuisset, tunc filii censentur illegitimi, etiam si parces illius impedimenti fuissent ignari, & etiam si coram toto populo contraxissent: ex eo enim, quod non uoluerunt contrahere secundum formam traditam a Concilio Tridentino, fuerunt in culpa, & mala fide, quæ filiis eorum nocet, & ita teneo, salua semper deliberatione sanctæ matris ecclesiæ, cuius correctioni animam meam, & omnia, quæ dixi, & dicturus sum, summa cordis deuotione subiicio.

Ex quo inferitur, quod iste talis, qui natus est in figura matrimonij putatiui, non excluderet eum, qui fuit substitutus decedenti sine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio præcatis, etiam præsupposita bona fide coniugum, ut consuluit Curt. iun. in conf. 64. præsupponitur, nu. 11. uers. stantibus duobus.

In contrarium uide Decium in conf. 153. & Socinum iun. in conf. 39. nu. 34. uol. 3. & Gabriel. in conclus. 4. nu. 15. de legitimat. lib. 6.

70 Aliquando uero filius testis reus, hæreditatemque paternam possidet, & tunc si actor, qui petit eandem hæreditatem, non probat intentionem suam, non oportet, ut filius se probet legitimus, quoniam sicut actore non probante reus absoluitur, etiam si nihil ipse præstiterit, ut latissime dixi in ca. 67. lib. 1. ita nec etiam debet reus exceptionem suam probare, nisi prius actor suam fundauerit actionem, ut plenè traditum est in cap. 68. lib. 1. & uide quæ dixi in cap. 51. nu. 32. lib. 1.

Ceterum si actor suam fundaret intentionem eo, quia probaret se consanguineum defuncti, ad quem filius non extantibus pertineret hæreditas ab intestato, uel probaret se hæredem institutum, tunc si reo opponente se filium legitimus, actor negauerit

71

gauerit uel ipsum simpliciter esse filium, uel negauerit ipsum esse legitimus, negando matrimonium esse contractum, onus probandi legitimitatem incumbit ipsi filio, ut etiam dixi in cap. 6. nu. 6. uers. quæ res profecto, sup. eo.

72 At si actor fateatur matrimonium, sed simpliciter negauerit filium esse legitimus, tunc ipsi actori incumbit onus probandi illegitimitatem, quia pro legitimitate matrimonij præsumitur: si uero negauerit ipsum esse legitimus tanquam natum ex clandestino matrimonio, & clandestinitatem probauerit, filius debet legitimitatem probare, quia iura contra matrimonium clandestinum male præsumunt: uerum si actor fateatur si matrimonium fuisse contractum in facie ecclesiæ, sed dixerit, illum esse illegitimus propter impedimentum: non audietur, nisi probauerit scientiam impedimenti, & malam fidem parentum, quæ omnia magistraliter edocuit Anton. de Butr. in d. c. peruenit, col. 2. uers. dic aut filius possidet, qui filij sint legit. & ibi Abb. sub nu. 4. uers. & ut habeas glossam, col. fin. & Alex. de Neuo sub nu. 10. uers. secundo casu principali, col. fin. & Præposit. sub nu. 3. col. fin.

73 Porro hanc conclusionem in omnibus casibus, quibus supra diximus filium debere probare se legitimus, limitabis, ut non procedat, quando filius si esset in quasi possessione legitimitatis: nam quemadmodum quasi possessio fraternitatis, consanguinitatis, agnationis, & cuiuscunque alterius affinitatis transfert onus probandi in aduersarium, ut dixi in cap. 12. sup. eo. Ita pari ratione quasi possessio legitimitatis facit præsumi filium legitimus, donec contrarium ab aduersario probetur, ut ait glo. in d. c. lator. in uerbo probari, extra qui filij sint legit. & ibi Præposit. num. 8. uers. quero secundo, col. 4. & Archid. in c. præbyter, nu. 1. uers. super hoc dicebat magister meus, distin. 78. & Ioan. Andr. in c. infamibus, colum. fin. de reg. iur. in 6. & Boich. in c. accedens, nu. 2. extra de purgat. canon. & Gemin. in c. si forte, num. 4. uers. quero quis habeat, col. 1. de elect. in 6. & ibi Anton. de Butr. nu. 3. uers. quero cui, col. 2. & Francus, sub nume. 3. uers. & dicit hic Ioannes, col. 1. & Natta in conf. 473. quædam, num. 1. vol. 2. & Cepha. in conf. 82. hæreditas, nu. 53. vol. 1. & in d. conf. 435. num. 51. uers. quibus stantibus, vol. 3. & satis dictum fuit supra in secundo casu, nu. 44.

74 Sed an missus in possessionem hæreditatis ex sententia si lata in possessorio constituatur in quasi possessione filiationis legitime, adeo ut in petitorio transferatur onus probandi in aduersarium, uide Nattam in d. conf. 478. vol. 2.

75 Secundo limita, ut non procedat, quando præsumptio iuris esset pro si filio, tum quia præsumptio regulariter transfert onus probandi in aduersarium, ut dixi in cap. 8. lib. 1.

76 Tum etiam, quia probatio legitimitatis fit per præsumptiones, indicia, & coniecturas nascentes ex matrimonio præsumpto, ut supra patet ex his, quæ dixi in secundo casu, & notat Præposit. in d. c.

peruenit, nu. 3. uers. uenio ad ultimam, colum. fina. extra qui filij sint legit.

77 Tertio limita, ut non procedat, quando quis fuisset admissus ad aliquem actum, ut legitimus, ueluti ad honores, uel ad officia ciuitatis, quæ non possent dari nisi legitimis: nam tunc qui uoluerit eum repellere ab actu sub eo prætextu, quod sit illegitimus, debet hoc probare per ea, quæ dixi in cap. 53. nu. 4. cum seq. lib. 1. & notat in terminis Bororius in d. conf. 19. nu. 3. vol. 2. & infra uide, quæ dixi in capit. 25. cui incumbat onus probandi nobilit.

78 Quarto limita, ut prædicta procedant de iure civili in successione, sed secus de iure canonico in beneficijs, & dignitatibus ecclesiasticis, in quibus is, qui opponit electo defectum legitimitatis, & natalium, probare debet, ut notat glo. in d. cap. si forte, in uerbo defectum, de elect. in 6. & alia glo. in c. accusator, in uerbo, accusator, in fine, 6. quæst. 5. & alia glo. in c. bona, il primo, in uerbo, per rerum naturam, in fine, extra de elect. & Archidiaco. licet aliquantulum titubet in d. c. si forte, nume. 2. in uerbo, defectum, col. 2. & Innocent. qui tamen loquitur in obiecta criminis, in cap. cum olim, colum. 2. uers. si autem crimen obijciatur, extra de dolo, & contum. & in c. super his, num. 16. uers. item nota quod quando, extra de accus. & dixi in cap. 51. nu. 33. lib. 1.

79 Contrarium tenuit Ioannes de Cesena, quem sequitur Archid. in c. præbyter, nu. 1. uers. sed pone quod alicui electo, distin. 78. ubi dicit, quod electo petenti confirmationem, cui fuit oppositus defectus natalium, incumbit onus probandi se legitimus, nisi sit in quasi possessione legitime filiationis, & idem tenuit Alber. in d. l. si vicinis, nume. 4. col. fin. C. de nupt. Aliorum fuit opinio, quæ probabilior esse uidetur, ut si utriusque probatio incumbat, idest tam ei, qui uelut legitimus petit electionem de se factam confirmari, quam ei, qui dicit non esse confirmandam, quia facta fuit de persona illegitima. si enim is, qui opponit illegitimitatem ad impediendam electionis confirmationem, non probauit oppositionem suam, licet repellatur, & puniatur, ut patet in c. 1. de elect. in 6.

80 Non tamen eo repulso confirmabitur electio, nisi electus se legitimus esse probauerit: Neutro uero probante superior non confirmabit, neque cassabit electionem, sed ex officio inquiret, & si inuenit electum esse illegitimus, uel etate minorem, cassabit electionem: si uero legitimus, aut in quasi possessione legitimitatis eum esse reperiet, dictam electionem confirmabit, si autem inuenit eum esse infamatum si de illegitimitate, offeret illi iuramentum canonice purgationis, de quo habetur in c. accedens, extra de purgat. cano. & supra dixi, num. 55.

81 At ubi superiori per inquisitionem si procedenti constare non poterit, neque de legitimitate, neque de illegitimitate, neque de quasi possessione aut fama, tunc certum terminum statuet electo, intra quem

quem probet se esse legitimū, vel ætate maiorem, quo elapso si nihil probauerit, electio quo ad possessionem cassabitur, ne per hunc modum ecclesia diu maneat impedita, & ita fuit opinio Lagonis Canonici Bononier, quam sequitur Io. Andr. in d. c. infamibus, vers. soluendo tamen dico, col. pen. vsq; ad finem, de reg. iur. in 6. & Henr. Boich in c. accedens, extra de purg. canon.

Quibus accessit quoq; Ioannes de Lignano, quæ sequitur nominatim Anton. de Butr. in c. si forte, nu. 3. vers. quæro cui incumbat, col. 2. de elect. in 6. vbi dicit, quod opponens, tenetur probare, quo ad effectum cassandæ, vel non confirmandæ electionis, & quo ad effectum penæ euitandæ, sed quoad effectum obtinendi confirmationem electionis, est necesse electo probare se legitimum, quod idem sequitur ibi Gemin. nu. 4. vers. quæro quis habeat, col. 1. & Ioan. de Imola in c. fin. nu. 7. vers. & prædicta procedunt, col. 4. extra de præsumpt. & dixi in c. 30. de electione, infra eodem.

82 Quinto limita, vt superior conclusio non procedat post lapsum ꝑ quinquennium à morte coniugum, nam tunc filius præsumitur legitimus, cum post illud tempus de statu mortuorum non quæritur, l. cum seq. ff. de statu defunc. post quinquen. qrat. & l. j. cū seq. C. eo. & no. gl. in d. c. peruenit, ver. si est ita, in prin. extra qui filij sint legit.

Quæ quidem limitatio potest procedere, quando excitatur quæstio de matrimonio ratione status, & quia dicitur per errorem fuisse contractum cum persona seruilis conditionis, & tunc quia de statu defunctorum non potest quæri post quinquennium, habet locum prædicta limitatio, vt post quinquennium filius ex dicto matrimonio natus sit legitimus secundum quosdam; sed verior opinio est, vt prædicta limitatio non procedat, nam

83 quæstio legitimitatis, etiam ꝑ post quinquennium respectu bonorum cognosci, & tractari potest, vt tradit Abb. in d. c. peruenit, nu. 4. vers. prima solutio, extra qui filij sint legit. & ibi latius Anton. de Butr. vers. dic ergo duo verba, col. 2. & Alexan. de Neuo, num. 5. vers. primo secundum, col. 2. & vide Præposit. ibi, nu. 2. & Henr. Boich in princ. & Couarr. in c. 8. §. 3. nu. 2. in 2. par. de matrim.

In criminalibus autem, an sicut morte delinquentis extinguitur accusatio, vel inquisitio quo ad crimen, ita etiam extinguatur ꝑ quo ad bona, vide textum in l. 3. & ibi Doctor, C. si pendente appellat. mors inter uen. & in l. fin. & ibi Doctor, C. si reus, vel accus. mort. fuer. & Clar. in quæst. 94. nume. 7. vers. sed pone, Pract. crim.

85 Sexto limita in patre simpliciter nominante quem filium, nam ex tali nominatione ꝑ simpliciter facta filius subauditur legitimus, vt tradit Bald. in d. conf. 437. num. 4. vers. item pone, volum. 5. vbi ait, quod quando pater nominat simpliciter quem filium, subaudiendum est de legitimo, & naturali, & allegat textum in c. per tuas, extra de probat. & in c. per tuas, extra qui filij sint legit. & in d. l. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur.

Contrarium tenuit Iason in d. conf. 106. nu. 7. vers. quarto principaliter, uol. 1. ubi tradit, quod licet quis ex nominatione filij facta simpliciter à patre ponatur in possessione filiationis, non tamen ponitur in possessione legitimitatis, & sequitur Alciat. in præsumpt. 2. num. 6. vers. & ex prædictis, reg. 2. & Natta in conf. 473. nu. 29. vers. quinto responderetur, uolum. 2. uide tamen Ruin. in conf. 63. quæritur, nu. 12. vers. secundo responderetur, uol. 2. & Beroius in d. conf. 19. nu. 20. vers. tertio loquitur, uol. 2. & Ceph. in conf. 435. nu. 74. uol. 3. licet in alijs terminis loquatur.

86 Septimo limita in dispositione legis, aut statuti, in quibus ubi sit simplex mentio filij respectu alicuius dignitatis consequendæ, aut penæ infligendæ, intelligitur de legitimo, & naturali, ut tradit Bal. in l. filium, nu. 4. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur.

In contrarium tamen facit illud, quod cõsultit Anchar. in conf. 188. apud me, per totum, ubi uoluit, quod appellatione filij, uel fratris, contineatur non solum filius, uel frater legitimus, sed etiam naturalis tantum: ex quo infertur ad illam ueterem quæstionem, quam fuisse derisam Mutinæ tradit Alber. in d. l. filium, nu. 14. col. fina. vers. uidi etiam dubitari, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. ubi ait,

87 quod stante statuto, ut pater ꝑ teneatur emendare damna data per filium, fuit dubitatum, an illud statutum haberet locum in filio naturali tantum nato ex concubina, in qua quæstione fuit conclusum, quod si filius erat simpliciter naturalis natus ex soluto, & soluta, tunc in statuto comprehendebatur, at secus si spurius fuisset. subiungit tamen alios non ineptè solere distinguere, quod statutum, aut est super iure naturali, uel quasi, tunc appellatione parentis, uel filij, continetur etiam pater naturalis, uel filius naturalis: aut statutum est super iure ciuili, & tunc si statutum est fauorabile, naturales comprehenduntur, secus si sit odiosum. per quam distinctionem infertur, quod pena criminis læsæ maiestatis, ex pena parricidij habebūt locum

88 in filiis ꝑ naturalibus, quia sunt fundatæ super iure naturali, ex cuius traditione filius, & subditus tenentur honorare patrem, & Imperatorem, qui est pater subditorum suorum. Sed an, & quando appellatione filiorum contineantur naturales siue in ultima ꝑ uoluntate, siue in contractibus, siue in sententia iudicis, siue in priuilegijs, siue in dispositione legis, uel statuti, uide Alex. in l. 2. nu. 9. ff. de in ius uocan. & ibi Iason, in §. prætor ait, colum. fin. & ibi optime Roma. num. 8. colum. fin. & plenius Alexan. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo, num. 15. ff. ad Trebellia. & Cyn. & Alber. & alij in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. & uide Beroium in conf. 14. nihil, nume. 14. uolum. 2. ubi loquitur de legitimo, & Doctor. in cap. in præsentia, & ibi omnino Decium, nu. 127. vers. successiue Abbas, extra de probat. & plenissimè Alexan. in c. per uenerabilem, nu. 86. vers. ex his infertur, cum seq. extra qui filij sint legit.

89 in filiis ꝑ naturalibus, quia sunt fundatæ super iure naturali, ex cuius traditione filius, & subditus tenentur honorare patrem, & Imperatorem, qui est pater subditorum suorum. Sed an, & quando appellatione filiorum contineantur naturales siue in ultima ꝑ uoluntate, siue in contractibus, siue in sententia iudicis, siue in priuilegijs, siue in dispositione legis, uel statuti, uide Alex. in l. 2. nu. 9. ff. de in ius uocan. & ibi Iason, in §. prætor ait, colum. fin. & ibi optime Roma. num. 8. colum. fin. & plenius Alexan. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo, num. 15. ff. ad Trebellia. & Cyn. & Alber. & alij in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. & uide Beroium in conf. 14. nihil, nume. 14. uolum. 2. ubi loquitur de legitimo, & Doctor. in cap. in præsentia, & ibi omnino Decium, nu. 127. vers. successiue Abbas, extra de probat. & plenissimè Alexan. in c. per uenerabilem, nu. 86. vers. ex his infertur, cum seq. extra qui filij sint legit.

90 Quæstio uero ꝑ legitimitatis, an, & quando pertineat ad Iudicem ecclesiasticum, & quando ad seculari, uide Doctor. in c. 1. & ibi Alexandrum de Neuo, extra qui filij sint legit.

91 Ultimo quæritur, an in legitimada prole quo ad successiones attendatur iuris ciuili, an iuris canonici dispositio, quando inuicem iura discordant, & uideretur ius canonicum esse attendendum, tum quia filij non sunt legitimi ante approbationem ecclesiæ, ut notat Alex. de Neuo in c. quod nobis, nu. 45. extra qui filij sint legit.

tineat ad Iudicem ecclesiasticum, & quando ad seculari, uide Doctor. in c. 1. & ibi Alexandrum de Neuo, extra qui filij sint legit.

92 Ultimo quæritur, an in legitimada prole quo ad successiones attendatur iuris ciuili, an iuris canonici dispositio, quando inuicem iura discordant, & uideretur ius canonicum esse attendendum, tum quia filij non sunt legitimi ante approbationem ecclesiæ, ut notat Alex. de Neuo in c. quod nobis, nu. 45. extra qui filij sint legit.

Tum etiam, quia cum ad ecclesiæ iurisdictionem pertineat matrimonium, quod est principale, ad eandem pertinere debent filij, qui ex matrimonio dependent, non solum quo ad ordines sacros, sed etiam quo ad temporalia, ut tradit Bal. in l. & si cõtra, nu. 8. vers. sed Canonistæ, col. fi. C. de nupt. & in l. Paulus, nu. 3. ff. de statu homin. & Salycet. in l. fin. col. fi. C. de interd. matrim. & Natta in d. conf. 473. nu. 38. uol. 2. & Hieronym. Gabr. in conf. 2. r. Sebastianus, nu. 12. uers. quo ad secundum, uol. 1. ubi dicit hanc esse communem, & uerorem opinionem, & Manti. in titu. 12. nu. 8. uers. sed adhuc magna, lib. 11. de coniect. ult. uolunt.

Contrarium tenuit Cyn. in d. l. & si contra, q. 3. C. de nupt. ubi dicit in terris ecclesiæ ius canonicum, & in terris imperii ius ciuile est seruandum, quem sequitur ibi Angel. & Socin. iun. in conf. 52. memini, nu. 4. uol. 1. & eleganter Alciat. qui loquitur tamè in alijs terminis, in præsumpt. 5. nu. 2. reg. 2. & Menoch. in præsumpt. 1. nu. 78. uers. cæterum dubitatio, lib. 3.

93 Ex quorum opinione sequitur, quod filius ꝑ natus uel furtiue conceptus ex uirgine stuprata, quæ stuprator postea duxit in uxorem, nõ legitimetur per subsequens matrimonium, quo ad successiones in terris imperii, licet secus sit in terris ecclesiæ, secundum Cynum, & Angelum in d. l. & si cõtra, C. de nupt. & Gabriel. in conclus. 1. nu. 56. uers. concordia, lib. 6. de legitimit.

Sed utcumq; sit in hac quæstione, quam in præsentiarū non examino, qui uult primam opinionem amplecti, animaduertere debet, quod lex canonica corrigens quo ad matrimonium legem ciuilem, & de filiis non faciens mentionem, non extenditur ad illos, quando in eis diuersa ratio consideratur, ut supra fuit dictum.

ADDITIONES.

- a Correcta. Tradit Alciat. in reg. 2. præsumpt. 5.
- b Iuris & de iure. Quod non sit præsumptio iuris, & de iure, tenuit Alciat. in præsumpt. 37. nu. 2. reg. 3. ubi dicit, quod quamuis in aliquo casu non admittatur probatio in contrarium, hoc non est, quia lex ita statuat, sed quia impossibilis est probatio, & sequitur Menoch. in casu 89. nu. 24. lib. 2. & Couarr. qui citat alios in cap. 8. §. 3. col. pen. uers. imo quidam uoluerunt, in 2. par. de spon. & matrim. fol. 233. & Petr. a Duen. in reg. 344. filius natus, nu. 2. & Gozadin. in conf. 13. nu. 62. col. pen. & Paris. in conf. 1. nu. 4. uol. 2. Sed imò probabilius est, ut dicamus legem hoc statuisse in primo casu, quem arotu hic distinxit, ut probatur in l. filium, §. non tamè

ferendum. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iuris.

- c Forma. An illa omisa censeatur matrimonium nullum? uide Ceph. in conf. 421. vol. 3.
- d Filij. Fallit, quando partus nascitur cæcus, nam præsumitur filius adulteri, ut ait Marsil. in sing. 530. In contrarium uide Couarr. in cap. 8. §. 3. col. pen. uers. hinc prorsus, in 2. par. de matrim. uol. 233. & Petr. a Duen. in reg. 344. filius natus, in fine.
- e Famula. Secus si dominus negaret illam carnaliter cognouisse: nam tunc filius natus domi ex famula non præsumitur filius domini, Bald. in l. filium, nu. 17. uers. sed pone quidam. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur.
- f L. In libera. De intellectu illius legis etiam quoad ius ciuile, uide Abbat. in c. illud, in fine, extra de præsumpt.
- g Longa. Id est decem annorum, Abb. in d. c. illud. col. 6. de præsumpt.
- h Leuiore. Alibi dicitur quod legitimitas est de facili probabilis, sed filiatio est difficilis probationis, ut ait Butr. in c. peruenit, in fine, extra qui filij sint legitimi, & ibi Præposit. col. fin.
- i Stuprata. Dixi in add. ad cap. 10. sup. eo.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius de iure ciuili præsumitur quo ad successiones spurius, & non naturalis.
- 2 Filij illegitimi omnes solent naturales appellari.
- 3 Filij pauci sunt, qui uere sint naturales.
- 4 Filius spurius non potest heres institui a patre.
- 5 Filius de cuius statu dubitatur, an sit spurius, uel naturalis, non potest heres institui.
- 6 Filius præsumitur spurius, etiam si pater ipsum naturalem nominasset.
- 7 Filij Iudeorum in dubio præsumuntur spurij.
- 8 Filius in dubio præsumitur naturalis, & non spurius.
- 9 Interpretatio in dubio capienda est, quæ delictum excludat.
- 10 Duo intellectus ubi possunt capi, alter bonus, alter criminofus, semper in dubio de bono intelligitur.
- 11 Actus, qui potest esse licitus, & illicitus, in dubio præsumitur licitus.
- 12 Coitus concubinarius est licitus.
- 13 Capax hereditatis quilibet in dubio præsumitur.
- 14 Omnia intelliguntur esse permissa, quæ specialiter non sunt prohibita.
- 15 Edictum de testamentis est prohibitorium.
- 16 Præsumptio illa præualet, quæ pro ualiditate actus capitur.
- 17 Factum, quod in se malum est, præsupponitur in dubio malum, licet possit esse bonum.
- 18 Concubinatus non præsumitur, nisi probetur.
- 19 Exceptio regule probanda est ab excipiente.
- 20 Capax successioni quo ad extraneos, quis in dubio præsumitur.
- 21 Præsumptio pro ualiditate actus, quando non præsumatur.
- 22 Heres in dubio potest quis institui, quando per probationem testium ambigam dubitatur de legitimitate filij.
- 23 Legitimum, quis se probare debet, siue agat, siue conueniatur.
- 24 Filius præsumitur capax, quando agitur de successione testamentaria.
- 25 Naturales stricto modo appellantur, qui sunt nati ex concubinato.
- 26 Naturales largo modo dicuntur.
- 27 Naturales filios potest dominus ex serua procreare.
- 28 In successione testamentarijs non attenditur tantus rigor, quæntus attenditur in successione ab intestato.
- 29 Filij suscepti ex serua, quomodo possint heredes institui a domino.
- 30 Concubinatus potest esse inter dominum, & ancillam.
- 31 Concubinatus debet esse cum illa, cum qua possit contrahi matrimonium.

Dicenti quem esse filium spurium, vel naturalem, an, & quando incumbat onus probandi.

CAP. XVII.



X præcedenti capitulo cognosci potest, quod fornicatio in dubio præsumitur, & quod alleganti legitimitatem incumbit onus probandi, nunc illud in loco quæsitum est, nunquid præsumpta fornicatio intelligatur de concubinato, an uero de stupro, idest an tales filij censeantur uere naturales, an autem spurij, quem quidem iuris articulum Alciatus ex professo examinavit in præsumpt. 5. nu. 3. vers. sed circa hanc præsumptionem, reg. 2. ubi dicit, quod de iure ꝛ civili præsumitur quis, quo ad successiones, esse filius spurius, non autem naturalis, licet de iure canonico possit simpliciter dici contrariū, vel attento communi usu loquendi, quo generaliter omnes filios illegitimos ꝛ solemus naturales appellare, & quidem circa ius civile dicit, in concubinato, ex quo naturales nascuntur, tot, & tanta requiri, ut dixi in cap. 5. nu. 5. sup. eo. ut cum ea uersentur in pluribus factis, nequaquam præsumi possint, nisi probentur, allegatque Bald. in consi. 262. recolo me consuluisse, sub nu. 2. uersi. porro quæ crudelitas, vol. 1. ubi notat, quod pauci ꝛ sunt illi, qui uerè sint filij naturales, propter multa, quæ requiruntur in legitimo concubinato, cui sententiæ adhæret Oldrad. in consi. 196. factum tale est, ubi consuluit spurium esse, non autem naturalē quendam filium cuiusdam nobilis soluti natum ex quadam muliere soluta prorsus ignobili, quæ portabat aquam de fonte in domum nobilis, & locabat operas suas ad messes, et de laboribus manuum suarum uiuebat, cui nobilis de duobus annis, in duobus annis donabat tunicam, et singulis annis duas, vel tres salmas bladi, moueturque prædicta ratione, quia non fuerat retenta in schemate concubinatus, ad quod multa sunt necessaria, et Oldradum sequitur Alber. in Rub. C. de natur. liber. in princip. ubi tradit, de illa re magnam fuisse quæstionem in prouincia, et tandem fuisse determinatum secundum Oldradi opinionem, quam probat etiam Bald. in l. eam quam. nu. 35. vers. denud dubitatur, C. de fideicommiss. et Alciat. in consi. 52. quia in fine, lib. 5. et Palçot. non magis cardinalatu, quam uirtutibus insignis, in cap. 12. nu. 3. de Nothis spurijque.

Et hoc quidem notatu dignissimum est, nam cum pater non ꝛ possit filium spurium hæredem instituere, nec ei legatum facere, quia cuiuscunque paternæ substantiæ sunt indigni, ut cautum est in l. ex complexu. C. de incest. nupt. et in §. fin. Auth. quomo. natural. efficiant. sui, et Barto. in l. si. nu. 3. vers. quæro an istis, ff. de his, quib. ut indign. et De-

cus

- 32 Matrimonium non potest contrahi cum ancilla.
- 33 Filij nati in seruitute ex domino plus iuris habent, quam naturales simpliciter nati in libertate.
- 34 Naturalis uerus non præsumitur.
- 35 Spurius non præsumitur quoad pœnam inferendam.
- 36 Naturalis quis largo modo præsumitur.
- 37 Fornicatio facta cum uirgine ignobili non punitur.
- 38 Naturales largo modo sumpti non succedunt loco uirorum naturalium.
- 39 Naturales an sint infames.
- 40 Nasci de adulterio non est culpa eius, qui nascitur, sed illius qui generat.
- 41 Virtutes, & uirtutes non sunt in origine, sed in uoluntate nascuntur.
- 42 Legitimus, & illegitimus communis est natura.
- 43 Christus Dominus noster, uoluit nasci ex incestis ascendentium suorum coniunctionibus, ut exemplo tali nos doceret, iniquitates parentum nihil obesse filiis.
- 44 Iudas Patriarcha concubuit cum Tamar nuru sua.
- 45 Multi ex ancillis nati inter Patriarchas, & trium Principes fuerunt numerati.
- 46 Sponsus Euangelicus uoluit nasci de bonis & malis, & uocauit bonos & malos ad nuptias, ut ostenderet se esse omnium communem parentem.
- 47 Bastardi an sint obligati ad bonum faciendum.
- 48 Io. Andrea, Bartolus, & Iason fuerunt bastardi.
- 49 Tutela filij bastardi cui deferenda sit.
- 50 Filij bastardi, qua cautela possint hæredes institui.
- 51 Hæres scriptus, an ad instantiam uenientium ab intestato possit cogi respondere positioni, quod ipse fuerit rogatus de restituenda hereditate spurio.
- 52 Positioni criminose non tenetur quis respondere.
- 53 In actione rerum amotarum tenetur quis respondere, an deliquerit, uel non.
- 54 Positioni criminose tenetur quis respondere, quando locupletatur cum aliena iactura.
- 55 Positioni criminose tenetur quis respondere de illis criminibus, quæ faciunt, ut quis non possit retinere rem.
- 56 Hæres, qui tacitè fuit rogatus de restituenda hereditate incapaci, non potest hereditatem retinere.
- 57 Positioni criminose tenetur respondere quis, quando dissimulatio criminis periculum inducit.
- 58 Positioni criminose tenetur quis respondere, quando crimen est notorium.
- 59 Positioni criminose, quod quis est infamis, uel excommunicatus, quando de illo crimine fuit condemnatus respondere tenetur.
- 60 Positioni criminose de fama, & notorio criminis tenetur quis respondere.
- 61 Positionibus in criminalibus non est respondendum de credulitate, sed de ueritate.
- 62 Hæres, qui accommodauit fidem de restituenda hereditate incapaci, priuandus est hereditate, & danda est fisco una cum fructibus.
- 63 Hæres salua conscientia non potest retinere hereditatem, quæ ab eo tanquam indigno auferenda est.
- 64 Hæres tacitè rogatus restituere post suam mortem hereditatem incapaci, potest eam retinere sine peccato, si incapax prius moriatur.
- 65 Ablatum ab indigno, an semper debeat fisco applicari. Spurius potest hæres institui sub conditione si erit capax, uel si legitimabitur, quo casu dabitur curator hereditati, uel ipse si sit ueretur bonorum administrator, ibidem in additionibus. Naturalis est capax, quando nec filij legitimi, nec uxor adsunt, ibidem in addit.
- Filius natus ex domino & ancilla, est seruus domini, licet sit natus ex eo, ibidem in additionibus.
- Filius naturalis an excludat substitutum, in additionibus.
- Bastardi non sunt infames, in additionibus.

cus in consi. 288. quæritur, uer. sed prædictis non obstantibus, col. 2. et optimè Natta in consi. 42. 1. est considerandum, in 4. uol. 2.

Ex prædicta opinione infertur, quod non poterit filius hæres institui, quando incertus sumus ꝛ de statu ipsius, idest an sit naturalis, uel spurius: ex eo enim quod uolumus in dubio ipsum præsumi spurium, ex consequentia fatemur, ipsum successione incapacem, quam opinionem tenuit iterū Alciat. in consi. 51. facit, et in consi. 52. quia, tomo 2. lib. 5. et in consi. 22. in hac causa, num. 12. tomo 3. lib. 8. et Cephala. in consi. 82. hæreditas, nu. 65. uersi. amplius non solum, vol. 1. et in consi. 358. inibi, nu. 1. uol. 3. et egregiè Natta in d. consi. 42. 1. num. 3. sub uersi. habebit igitur necesse, vol. 2. et Bertrand. in consi. 135. et in consi. 158. uol. 2. et Mascard. in conclus. 1085. nu. 3. lib. 2. de prob.

Quæ quidem sententia ampliatur, ut procedat etiam si pater ipsum filium ꝛ nominasset naturalē, quia nihilominus alio non docto spurius præsumetur, ut consuluit Alciat. in d. consi. 52. nu. 1. uol. 5. cuius rei tamen contrarium ex diametro consuluit in consi. 58. quæritur, num. 13. uersi. non omitto, col. fin. lib. 9.

Rurfus ampliatur, ut procedat non solum inter Christianos, sed etiam ꝛ inter hebræos, qui & ipsi iure Romano in successione utuntur, ut tradit idem Alciat. in d. consi. 22. num. 8. uersi. quarto responderetur, lib. 8.

Contrariam uerò opinionem, ut scilicet ꝛ in dubio filius præsumatur naturalis, & non spurius, & consequenter sit capax, ubi legitimi non adsunt, amplexus est Bald. in consi. 448. quæritur, num. 4. uersi. tertio quæritur, uol. 1. & Crau. in consi. 166. licet plurimi, in princ. & Alciatus sibi contrarius in consi. 158. probabilia, num. 3. uersi. quo ad secundum, lib. 9. & Didac. in cap. 8. §. 3. in prin. de spons. in 2. par. & Mantica, uir doctrina famosus, in tit. 3. in fine, num. 31. uer. sed quamuis spurius, lib. 4. & in tit. 1. num. 32. uersi. quæret etiam, lib. 6. de coniectur. ult. uolunt.

Cuius opinionis primum fundamentum ex eo fulcitur, quod in dubio semper ea ꝛ capienda est interpretatio, propter quam delictum non præsumatur, ut patet in l. ueritè. ff. pro socio.

Hinc in iure nostro decisum est, quod ubi ex aliquo actu ꝛ duo intellectus possunt capi, alter bonus, alter criminofus, semper de bono intellectu capienda est interpretatio, ut habetur in c. estote misericordes, extra de reg. iur.

Cui rei ualde congruit, quod notauit Bar. in l. non solum. §. sed ut probari, num. 3. ff. de oper. non. ubi ait, quod si certo tempore potuit actus ꝛ esse licitus, & alio tempore illicitus, præsumendum est in bonam partem, ut scilicet actus sit gestus eo tempore, quo licet, ut quis à delicto excusetur, quod etiam notat Barbat. in consi. 77. præclare, col. 1. uol. 4. & Corn. in consi. 205. uidetur prima, in lit. K. uersi. & maximè, uol. 2. & Cephala in consi. 21. ego, uersi. item pro hoc facit, col. 8. lib.

crimin. & Alex. in consi. 221. super, num. 6. uersi. accedit etiam, uol. 2. & in consi. 200. perspectis, num. 4. col. 2. uol. 6. & Marfil. in consi. 2. num. 1. & Alex. in consi. 74. uiso processu, num. 3. uersi. nam in dubio, uol. 2.

At qui si præsumeremus quem esse spurium, assumeremus intellectū criminofum, per quem quis caderet in delictum, & in pœnam coitus illiciti, & damnabilis. §. fin. Instit. quib. mo. natur. efficiant. sui, & notat Gram. in uoto 4.

Ergo ut benigniorem partem sequamur, debemus præsumere, quem esse filium naturalem, cum talis coitus ꝛ non sit punibilis de iure ciuili, l. 3. ff. de concub. & tradit Paul. Gril. in q. 3. in fine, & in q. 9. de pœn. omnif. coit. & Clar. in §. fornicatio, num. 4. uersi. & in primis quæro, Pract. crim. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem.

Accedat, quod in dubio quilibet ꝛ præsumitur esse capax, nisi ex aduerso specialiter probetur incapax, tum quia omnia intelliguntur esse permiffa a iure, quæ specialiter prohibita ꝛ non inueniuntur. l. ab ea parte. ff. de probat. & dixi in cap. 52. num. 4. lib. 1.

Tum etiam, quia edictum de testamentis, ꝛ legatis, est prohibitorium: quia licet unicuique capere ex testamentis, nisi qui expressè reperiatur prohibitus, l. uerbis. ff. de uerb. signif. & in his terminis tradit Alciat. in d. consi. 58. num. 2. lib. 9. & Mant. in d. tit. 1. nu. 33. lib. 6. de coicet. ult. uolunt.

Ultimò semper debet illa præsumptio ꝛ præuolare, quæ pro actus ualiditate capitur. l. quoties. ff. de reb. dub. & notat Alciat. in reg. 3. in præsumpt. 34. & Cephala. in consi. 93. cum in testamento, nu. 10. & in consi. 138. testamentum, nu. 13. uol. 1.

Sed per institutionem, uel per legatum factum filio naturali sustinetur testamentum, & infringitur, si legatum fiat spurio, ergo in dubio præsumendum est filium esse naturalem, non autem spurium.

Cæterū is, cui prior opinio magis arridet, hæc fundamenta modico negotio tollere poterit: & in primis ad illud, quod dictum fuit de capienda interpretatione exclusiua delicti, respondebis secundum ea, quæ dixi in cap. præcedenti, num. 16. cū seq. uel dicas iuxta illud, quod Felynus notauit in c. 1. col. 3. uersi. tamen factum, extra de sent. & re iud. ubi tradit, factum, quod in se malum ꝛ est, præsumi in dubio malum, licet aliquam excusationē possit habere, maximè quādo nihil est probatum, quod possit adumbrare, uel offuscare malum, sed copula carnalis extra matrimonium in se mala est, ergo in dubio præsumitur mala, quamuis possit habere excusationem concubinatus, qui licet de iure ciuili sit licitus, tamen ꝛ debet probari, tum quia uersatur in facto, quod non præsumitur, nisi probetur, ut iam sæpius dixi, & tradit Natta in d. consi. 42. 1. num. 9. uol. 2. & Alciat. in d. consi. 51. num. 7. libro 5.

Tum etiam, quia cum sit casus exemptus a regula prohibitoria, debet ab eo probari, qui casum licitum allegat, quia regulariter alleganti exceptio nem

ncm

19 nem ꝑ regulæ incumbit onus probandi, ut aliàs dictum est in cap. 8. num. 12. lib. 1. & in his terminis notat Natta in d. conf. 421. num. 13. uol. 2.

Nec quicquam releuat, quod quis in dubio presumatur capax, nisi probetur incapax, cum editum de testamentis, & legatis, sit prohibitorium, & liceat unicuique capere ex illis, nisi probetur prohibitus.

Quia respondetur, satis fuisse probatum illum esse prohibitum capere, qui fuit probatus illegitimè natus, d. l. ex complexu. C. de incest. nupt. cum similibus.

20 Præterea dicendum est, quod aut quæris, an presumendus sit quis capax ꝑ quo ad extraneos: & dicendum est, quod sic, nisi probetur prohibitus, & ita in filiis illegitimis concludit glos. in §. fin. in uerbo participium, Auth. quibus mod. natural. efficiant. sui.

Aut quæris, an presumantur filij capaces quoad patrem, & tunc probata illegitimitate dicendum est, quod non, quia concubinitus non presumitur, nisi probetur, ut iam diximus.

Nec obstat, quod sit capienda presumpcio pro ualiditate actus: respondetur enim non posse hoc 21 admitti, uel quâdo fortior presumpcio ꝑ est in contrarium, uel quando sumus in odiosis, & timor est fraudis in faciente actum, ut bene considerat Alciat. in d. conf. 52. num. 2. uol. 5. & in d. presump. 34. nu. 12. uers. sexto limitatur, reg. 3.

Postremò non obstat Baldus, super quo se fundant omnes contrariæ sententiæ in d. conf. 448. nu. 4. in 3. dubio, uol. 1. ubi ait, quod si sit dubium, an aliquis sit naturalis, uel spurius, poterit heres in dubio institui, quia presumitur capax. Respondetur enim casum Baldi differre a casu nostro, nam 22 Baldus loquitur, quando ꝑ incerti sumus de statu filij per probationem testium ambiguam, quorû aliqui dicebant, quod mater habebat alium uirum, aliqui dicebant contrarium, quo casu filius presumitur capax, ut ex uerbis Baldi cognoscitur, & uocat etiam Natta in d. conf. 421. num. 10. uers. ex hoc patet responsio, uol. 2.

Sed nos non sumus in probatione ambigua, quia loquimur in casu, quo manifestum est, filium esse illegitimè natum: ergo nisi probauerit, se fuisse natum in concubinitu, presumetur spurius.

Quid tenendum ꝑ sunt qui dicunt, quod aut filius agit, & tunc debet probare, se capax, id est naturalem esse, non autem spurium, cum sit hoc suæ intentionis fundamentum: aut filius conuenitur, & tunc potest se tueri, nisi ex aduerso probetur eum esse spurium, & consequenter incapax, quæ distinctio sumitur ex Crauetta in d. cõ s. 166. num. 3. uers. sed ad maiorem, col. 1. & sequitur D. Mantica in d. tit. 1. num. 34. lib. 6. de coniectur.

Cui distinctioni non solum aduersantur ea, quæ in præcedenti capitulo dixi de filio, qui tenetur se probare legitimum, ꝑ siue agat, siue conueniatur, uerum etiam refragantur ea, quæ in contrarium respectu rei conuenti concludit Natta, in dicto

consilio 421. uolumine secundo.

24 Quapropter alij dixerunt, quod aut tractamus de successione ex testamento, & tunc filius ꝑ præsumitur capax, etiam si non fuerit natus in concubinitu, aliàs presumetur incapax, & consequenter spurius, quàm distinctionem tradit Alciat. in dicto conf. 58. num. 5. uers. rursus moueor, lib. 9.

Ex qua distinctione patet, filiorum naturalium duplex esse genus: alij enim stricto modo ꝑ naturales appellantur, quales sunt illi, qui ex concubinitu suscepti sunt; alij uerò dicuntur largo modo naturales, quales sunt illi, qui extra concubinitum

25 sunt ꝑ nati ex soluto, & soluta, nec refert an mater fuerit libera, uel serua, nam etiam ex muliere serua potest dominus procreare filios, qui naturales uocantur, ut patet in l. naturalis. ff. de præscript. uerb. l. si. ff. de iure deliber. l. denique. de pignorib. & l. 2. C. si mancipium ita fuerit alienat.

26 Qui filij cum sint capaces successione testamentaria, ut constat in l. si. ff. de iure deliber. & in l. Lucius Titius. ff. de uulg. & pup. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.

27 Manifestè datur intelligi, quod in successione testamentaria non attenditur tantus rigor, sed sufficit, ut filius sit largo modo naturalis, licet in successione ab intestato requiratur concubinitus, hac ratione, quia talis est indubitatus filius, qui aliàs non debuit admitti, sed quando quis uocatur ex testamento satis est ei paternum testimoniū, & quod ab eo fuerit agnitus, secundum Alciatum.

28 Sed aduertendum est, hanc differentiam inter successiones ab intestato, & testamentarias non probari a textu. quem Alciatus allegat, imò contrarium potius funditur, ut percipitur ex §. ne igitur semper, & in §. si quis autem defunctus, Auth. quibus modis natural. efficiant. sui. in quibus iuribus cum de utraque successione statuatur, fit mentio in utroque loco de filiis naturalibus, & de concubina, propter quod ostenditur Imperatorem sensisse de filiis natis in concubinitu, & non de natis extra concubinitum. Nec quicquam facit, quod possit quis filios naturales habere ex serua, & eos hæredes ꝑ instituere: quia respondetur eos hæredes

29 institui posse eo iure, quo alij serui possunt a dominis hæredes institui, ut cautum est in §. 1. Instit. quib. ex caus. manumitt. non licet, in §. 1. Instit. de hæred. instit. & §. 1. Instit. de hæred. qualit. & different.

30 Vel etiam dici potest, filios natos ex serua tunc a legibus rectè naturales appellari, quâdo sunt nati in concubinitu, si quidem inter dominum, & ancillam, uerus cedit concubinitus, quando ꝑ ancilla a domino sub nomine concubine retinetur, ut est textus in terminis in l. fin. C. commun. de manumissionib. & in l. bonis uenditis. ff. de priuilegiis. & in d. l. denique concubinam, ff. de pigno.

31 Ex quo facilimè cognoscitur, uerum non esse illud, quod tradit Specul. in §. 1. num. 17. uers. & nota tria, de succes. ab intest. ubi notat, in uero schemate concubinitus esse necessarium, ut ꝑ concubi-

na sit talis, ut cum ea possit contrahi matrimonium, quod notat etiam Gramm. in voto 4. nu. 6.

32 Quoniam matrimonium ꝑ non potest contrahi cum ancilla, nisi manumittatur, ut traditum est in §. iustè autem, Instit. quib. ex caus. manum. non licet.

Et tamen clarissimum est, quod concubinitus potest esse cum ancilla etiam in seruitute manente, per iura superius allegata, & notat Aretin. in conf. 48. reuocatur in dubium, in prin. & Decius in c. in presentia, nu. 106. uers. sed si ancilla, col. 14. extra de probat. & Cephal. in conf. 390. in facto, nu. 29. uers. quæ conclusio, uol. 3.

Nec obstat textus in d. l. fin. ff. de iure deliber. quoniam ibi tractatur de filio naturali nato in seruitute sub figura matrimonij, ut ibi notat Castrèf. in principio, & eodem modo loquitur textus in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell.

33 Qui filij quamuis sint ꝑ nati in seruitute, tamen plus iuris habent, quàm naturales simpliciter nati in libertate, quia ueniunt ad successionem sicut legitimi, ut notat Decius in d. c. in presentia, num. 106. cum seq. uers. alij uero filij, extra de probat.

Nec aduersatur textus allegatus in d. l. Lucius. ff. de uulg. & pup. Quoniam, uel ille loquitur in uero naturali secundum schema concubinitus, iuxta cõem Doctorum interpretationem, & hoc præcipue notat Barto. ibi in principio, uel debet illa lex intelligi, ut loquatur de filio naturali, & legitimo secundum intellectum Illustrissimi Cardin. Palæt. in c. 37. de Nothis, spurijsque.

34 In hac difficultate ego dico, quod aut querimus, an uerus naturalis ꝑ presumatur. & dicitur, quod non, cum talis qualitas non possit esse sine concubinitu, qui debet ab allegante probari secundum opinionem Oldradi, & aliorum, quæ si uera fuerat, quando concubinitus erat permissus, multo magis est uera de iure nouissimo, quo fuit concubinitus prohibitus, propter quod iure merito possumus affirmare, quod hodie nulli, aut pauci sunt ueri naturales, ut tradit Bald. in d. conf. 262. sub num. 2. uol. 1. & Cardin. Palæt. in c. 12. nu. 3. de Spurijs, nothisque.

35 Aut querimus, an spurius ꝑ presumatur, & tunc si qualitas spurietatis est eius generis, ut a lege puniatur, ut est adulterium, stuprum, incestus, & cætera id genus, potest dici, si uis alteram opinionem sequi, ut nec iste presumatur, ne delicti capiatur interpretatio.

36 Aut tertio loco querimus, an largo ꝑ modo naturalis presumatur, id est natus ex coitu non punibili de iure ciuili, ut est is, qui nascitur ex soluto, & muliere soluta ignobili, cum qua etiam uirgine fornicatio ꝑ non punitur. l. quæ adulterium, & l. si ea, C. ad l. Iul. de adulter. & notat Gozadin. in cõf. 21. uidetur, sub num. 5. uers. præterea non potest, col. 2. in fine, & Crau. in d. conf. 166. nu. 6. uers. 3. respondeo, col. 2. & Cardin. Palæt. in c. 16. nu. 6. uers. spurijs uero, de Nothis, spurijsque.

Et tunc propter benignam interpretationem

potest sustineri, quod sic, quandoquidem secundum uulgarem modum loquendi hodie filij illegitimi appellantur naturales, non autem spurij, ut tradit Abb. in c. per venerabilem, nu. 31. extra qui filij sint legit. & plene Crau. in d. conf. 166. num. 8. uers. sed ad istud respondeo, col. 3. & Craff. in §. institutio, quæst. 7. num. 7. uers. sed quæro, tract. de success.

38 Sed difficilis est quæstio, an isti largo modo appellati naturales nati ex ꝑ soluto, & soluta ignobili succedant hodie in locum illorum, qui sunt ueri naturales, adeo ut illis possit ex testamento relinqui, & paternæ substantiæ sint capaces. quam quæstionem mihi reseruo examinandam, si casus euenierit, tu interim pro parte affirmatiua uidebis Alciat. in d. conf. 58. lib. 9. & Crau. in d. conf. 166. & D. Mant. in d. tit. 1. nu. 32. lib. 6. de coniect. Boer. in decis. 127. nu. 6. & omnino Cardin. Palæt. in c. 40. per totum, de Nothis spurijsque, & Craff. in d. §. institutio, q. 7. num. 10. uers. intellige, tract. de success.

Pro parte uerò negatiua uidebis Nattam in d. conf. 421. uol. 2. & Aretin. in d. conf. 48. in prin. & Alciatum sibi contrarium in d. conf. 51. nu. 5. & in d. conf. 52. in si. lib. 5. & Oldrad. in d. conf. 196. & Alber. in rub. C. de naturalib. liber. in principio, ubi dicit pro hac parte fuisse iudicatum.

39 Sed quoniam in hoc toto capitulo frequentem mentionem fecimus de filiis illegitimis, qui uernacula lingua bastardi apud nos uocantur, pro complemento illud addam, quod quamuis secundum aliquos infamia sit esse ꝑ illegitimum, possitque iniuriarum actione is conueniri, qui alterum uocauit bastardum, ut tradit Castrenf. in l. 3. nu. 5. uers. item nota. ff. de liber. & posthu. de qua re uide omnino doctiss. Palæt. in c. 64. de Nothis.

40 Tamen nihil est, quod illegitimè natos a recta uiuendi ratione remoueat, tum quia nasci de adulterio, ꝑ nõ est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat:

41 Tum etiam, quia non in origine, sed in uoluntate nascentis causa ꝑ uitorum, atque uirtutum constituta est, ut dicitur in c. nasci, dist. 56.

42 Illegitimi siquidem sunt mali, & infames habentur, si paternæ incontinentiæ imitatores fuerint: at si morum honestas eos cõmendauerit, nulla ratio suadet, ut de uitiosa natiuitate erubescere debeant, cū dignos ueneratione propria uirtus eos effecerit.

43 Accedat, ꝑ quod legitimis, & illegitimis non solum cõis est natura, cõis cibus, cões morbi, communis interitus, sed etiam communis omnium est pater Dominus noster Iesus Christus, qui sicut ipse uoluit ꝑ nasci ex incestis ascendentiu suorum coniunctionibus: nã Iudas Patriarcha concubuit cū Thamar nuru ꝑ sua, ex quo concubitu nati sunt Phares, & Zarã, & in de successiuis gradibus Salmon, Booz, & postea Isai, qui fuit pater Dauid, ex cuius radice natus est Saluator noster, ut habetur in c. Dominus, distin. 56. & notat Chrysoftom. in homil. 3. sup. Mattheu, & Card. Palæt. in c. 55. n. 10. de Nothis, Ita

Ita etiam tali exemplo docuit, iniquitates parē
 tum non obesse filijs, nec in hominibus spectandū
 esse nascendi primordium, sed uiuendi modum,
 qui si laudabilis erit, nec a diuinis, nec a mundanis
 dignitatibus illegitimus filius eijciatur, hac ratio-
 ne constat multos ex ancillis procreatos inter Pa-
 45 triarchas, & tribuum Principes extitisse, ut retulit
 Chrysofom. in d. homil. 3. super Matthæum.
 Sic etiam manifestè patet ad sacratissimum sum-
 mi Pontificatus culmen multos peruenisse: qui li-
 cēt illegitimè nati fuissent, tamen proprijs uirtuti-
 bus maculam natiuitatis absterferant, qui nu-
 merantur in c. Osius Papa, distin. 56. & uide in c.
 13. sup. eo. lib.
 46 Hac eadem ratione ille sponsus † Euangelicus,
 qui uoluit nasci de bonis & malis, uocauit bonos
 & malos ad nuptias, ut ostenderet, se esse omnium
 communem parentem, ut diximus, nec ullam per-
 sonarum esse acceptionem, sed illos alijs præuale-
 re, quos uitæ probitas, non parentum nobilitas a
 cæteris differre faceret. Quid enim prodest homini
 uitioso ac inertī, uirtuosos ac fortes habuisse pro-
 genitores? audi Iuuenalem, qui exclamabat in il-
 lis uersiculis.
 Malo pater tibi sit Therfitēs, dummodo tu sis
 Aeacidæ similis, Vulcaniaque arma capeffas,
 Quam te Therfitæ similem producat Achilles.
 Nec ego hæc loquor, uel quia ipse sim illegiti-
 mus, uel ab illegitima progenie descendam, sed ut
 47 consolet illegitimè natos, eosque excitet ad uirtu-
 tem capeffendam, nec timeant illud uulgare pro-
 uerbum, quo dicitur, bastardum † non esse obli-
 gatū ad bene faciendum, nam & Iephte, qui filius
 meretricis erat, inter Sanctos fuit numeratus, &
 Esau, qui filius erat legitimus, fuit reprobatus, ut
 habetur in d. c. nasci, distin. 56.
 Sed ne mundana exempla transeamus, possunt
 eisdem consolari, & ad gloriam sectandam nō me-
 48 diocriter incitare laudes immortales Ioannis † An-
 dree, Bartoli, & Iasonis: qui licēt fuerint illegitimi,
 tamen uirtus eorum omnibus alijs, qui legitimi
 fuerunt, antepositur, ut tradit Ripa in c. inter cæ-
 teras, extra de rescript. ubi dicit filios naturales de-
 bere sumere animum, & incumbere uirtutibus exē-
 plo Ioannis Andree, Bartoli, & Iasonis, qui fue-
 runt naturales, de quo Ioanne Andree idem nota-
 uerat ibi Abb. & Ioan. de Imola, & de Bartolo ibi
 notauit idem Felynus in principio, ubi de hac re
 colligit quandam leuem coniecturam, quæ Ripæ
 ibi nequaquam satisfacit: alios uero bastardos, qui
 magnis uirtutibus eminentissimi fuerunt, refert Ti-
 raquellus in cap. 15. num. 30. uersi. porro, ne quis
 putet, de nobilit.
 De successione autem naturalium, & spuriōrū,
 uide Specul. in §. 1. num. 5. uersi. nunc de natura-
 lium, de success. ab intest. & Bartol. in l. fin. ff. de his
 quibus, ut indign. & Ludouic. de Sard. in §. de suc-
 cessione naturalium, cum §. seq. de natural. liber. &
 plenè Ange. in §. quoniam, usque ad nu. 20. Auth.
 quib. mod. natur. eff. sui, & Cardin. Palæot. in cap.

38. cum seq. de Nothis spurijsq. & optimè Capra
 in consilio 1.
 49 Et quomodo prædictis filijs dentur † tutores,
 & cui deferenda sit tutela, tradit summa cum ele-
 gantia Palæot. tam doctrina, quam probitate uitæ
 celeberrimus, in cap. 52. de Nothis spurijsq.
 Non omittes etiam uidere Castren. in l. 3. num.
 3. ff. de liber. & posthum. ubi dicit ex illo textu su-
 mi cautelam ad fauorem illorum, qui habent † ba-
 50 stardos, ut instituant eos sub nomine matris, uel u-
 ti instituo talem filium talis mulieris, nec dicant fi-
 lium suum, ne ex inspectione testamenti reddatur
 institutio nulla, nam facta institutione sub nomi-
 ne materno, qui uoluerit dicere institutionem nul-
 lam, habebit onus probandi institutum fuisse fi-
 lium spurium testatoris, quod uidetur esse diffici-
 le, imò quasi impossibile, quando mater instituti
 h haberet maritum, alias quamplures h cautelas in-
 stituendi spurios uidebis apud Durant. in caut. 14.
 ti. 1. de arte testan. & Palæot. in cap. 45. de Nothis,
 spurijsq.
 51 An autem heres scriptus † ad instantiam ueniā-
 tium ab intestato possit cogi respondere positio-
 ni, qua sub iuramento interrogatur, an tacitè fue-
 rit rogatus de restituenda hæreditate spurio, uel al-
 teri incapaci, solet sæpissime quaeri. in qua questio-
 ne uidetur dicendum, quod non, tum quia nō te-
 netur quis prodere seipsum contra naturalem
 52 charitatem; tum etiam, quia regulariter non † te-
 netur quis positioni criminosa respondere, & sua
 turpitudinem detegere, ut notat Specul. in §. septi-
 mo, num. 40. uersi. decimonono, de posit.
 Contrarium in terminis consuluit Bar. in conf.
 194. Cæchus, num. 3. uersi. super tertio, col. fin. &
 egregiè in l. fin. num. 10. uersi. quæro, utrum. ff. de
 his, quibus, ut indign. & in l. non intelligitur. §. tacitè,
 in fine, ff. de iur. fisci, & Ioan. de Imola in l. in taci-
 tis, in fine, ff. de leg. 1. & Curtius, licēt se inuoluat
 depoli. num. 45. uersi. uigesimum primum, & Car-
 din. Palæot. in cap. 43. in fine, de Nothis spurijsq.,
 & Duran. in caut. 14. sub num. 4. uersi. hoc tamen
 remedio, tit. 1. de arte testan.
 Nec obstat, quod quis non teneatur prodere se
 ipsum, & consequenter non debeat positioni crimi-
 nosæ respondere, quia dicitur, hanc traditionē
 multas habere exceptiones, & in primis non ha-
 bet locum, quando in actione rerum amotarum
 53 quis † interrogatur cum iuramento, an deliquerit,
 uel non, secundum textum in l. Marcellus. §. 1. ff.
 rerum amotarum, & Bartol. in d. l. fin. num. 10. ff.
 de his quibus, ut indign.
 Secundo non procedit, quando quis locupleta-
 retur † cum aliena iactura, si crimen occultaretur,
 nam tunc positioni criminosa respondere debet,
 ut notat Bart. in d. l. Marcellus, §. 1. num. 3. ff. rer.
 amot. ubi per hanc rationem dicit fuisse cautum, ut
 debeat quis respondere, an possideat, uel dolo de-
 54 ficerit possidere, pro quo facit, quod notauit Bar. in
 l. 2. §. quod obseruari, sub nu. 32. col. fi. C. de iure
 iuran. propter calumn. ubi ait positioni criminosa
 fore

fore respondendum, quando per illam detegitur a
 lege, quem esse detentorem rerum ad alium perti-
 nentium, uel esse alterius debitorem, quam ratio-
 nem ibi adducit ad nostræ questionis decisionem.
 Tertio fallit, quando agitur de illis criminibus,
 55 quæ impediunt † executionem officij, uel faciunt,
 ut non possit quis retinere rem, uel beneficium, nā
 tunc respondere tenetur, ut tradit Specul. in d. §. se-
 ptimo, sub num. 40. uersi. item, & super his, de po-
 sit. & Bart. in d. l. Marcellus, §. 1. sub num. 3. uersi. &
 hoc est quod dicunt, col. 2. & in d. l. fin. num. 10. uersi.
 nō obstat quod Canonistæ, ff. de his quibus, ut indign.
 Sed in nostro casu agitur de crimine, quod im-
 56 pedit retentionem rei, quoniam hæres † indignus
 est retinere hæreditatem, & possidet mala fide, & te-
 netur de fructibus, & hoc modo arguit Barto. in d.
 conf. 194. sub num. 3. uersi. nec obstat, col. fin. & in
 d. l. fin. nu. 10. col. 3.
 57 Quarto fallit, si dissimulatio † criminis pericu-
 lum inducit, ut hæresis, uel dilapidationis, in qui-
 bus periculum est, si ocula fiant, c. qualiter, & quā-
 do, ilij, extra de accus. & Specul. in d. §. septimo,
 sub num. 40. uersi. item si dissimulatio, de posit.
 58 Quinto fallit, quādo crimen † est notorium, uel
 est detectam per sententiam, uel confessionem, nā
 tunc super eo interrogatus respondere debet: unde
 licet non debeat quis respondere positioni, qua
 quis interrogatur, an sit infamis, uel excommuni-
 catus, ut notat Barto. in d. l. Marcellus, §. 1. sub nu.
 3. ff. rerum amot. & in d. l. 2. §. quod obseruari,
 sub num. 32. col. fi. uersi. quandoque per positio-
 nem. C. de iureiur. propter calumn.
 59 Tamen securus est, quando de illo † crimine fuis-
 set condemnatus, uel confessus, ut inquit Specul.
 in d. §. septimo, sub nu. 40. uersi. Innocentius quar-
 tus, de posit. ubi tradit, quod super notorijs, uel
 super manifestis per sententiam, uel alio modo te-
 netur quis respondere, & hoc idem retulit Bartol.
 in dicta lege, Marcellus, §. primo, sub numero
 tertio, uersiculo, prædicta uera, columna finali, in
 fine.
 Ex quo infertur, quod si quis fecerit positiones
 60 quod talis crimen tale commisit; Item † quod il-
 lud est notorium; Item quod est fama, tenebitur il-
 le talis respondere positioni de notorio, & fama lo-
 quenti, quasi si negauerit non erit obligatus re-
 spondere primæ positioni qua ponitur ipsum ta-
 le crimen commississe, cum non teneatur se pro-
 dere ut dictum est, & ita concludit Specul. in dicto
 §. si primo, numero 41. uersi. sed quid si ponatur.
 de posit. ubi etiam in præcedenti uersiculo dixit, te-
 neri quem respondere, quando interrogatur, an
 fuerit confessus crimen, uel de illo fuerit condem-
 natus, nam talia querendo dicitur quaeri de noto-
 rio, de quo respondere quis tenetur.
 61 In criminalibus autem † nō est respondendum
 positionibus de credulitate, sed de ueritate, ut no-
 tat Bar. in d. l. 2. §. quod obseruari, in fi. C. de iure
 iur. propter calumn.
 Verū licēt ex prædictis pateat, hæredem, qui in

62 fraudē legis accommodauit fidē de † restituenda
 hæreditate incapaci tanquam indignum priuan-
 dum esse hæreditate, eamque unā cum fructibus
 perceptis esse fisco applicandam, ut patet in l. eum,
 qui tacitum, ff. de his quibus, ut indign.
 Tamen sciendum est ualde differre, an hæres fue-
 rit tacitè rogatus de restituenda statim hæreditate
 spurio, uel alteri incapaci, an fuerit rogatus de illa
 restituenda post mortem ipsius hæredis, nam prio-
 re casu, applicanda est fisco, etiam si spurius moria-
 tur ante, quam fiat restitutio, nec hæres potest eam
 63 † retinere salua conscientia, ut tradit Barto. in d. l.
 fin. num. 9. ff. de his quibus, ut indign.
 64 At secundo casu si moriatur † spurius ante,
 quā tempus hæreditatis restituendæ cesserit, ni-
 hil erit applicandum fisco, & hæreditas penes he-
 redem sine peccato remanebit, ut optime destin-
 guit Bart. in d. conf. 194. in fi.
 65 Sed quando aliquid aufertur † ab indigno, an
 debeat fisco semper applicari, uide Bart. in d. l. fin.
 num. 1. uersi. uerum quia, col. pen. ff. de his quibus,
 ut indign.

ADDITIONES.

- a spurium. Licet spurius nō possit hæres institui purè, po-
 test tamen sub conditione, cum erit capax, uel si legiti-
 mabitur, quo casu poterit interim spurius petere, ut de-
 tur curator hæreditati, donec legitimetur, uel poterit
 petere, se immitti in possessionem bonorum, & se con-
 stitui administratorem, ut ait Angel. in l. in tempus, nu-
 mero 2. ff. de hered. instit. & Alex. in l. Gallus, §. infi-
 tuens, numero secundo, ff. de liber. & posthum. & Du-
 ran. in caut. 14. numero 15. uersi. decimum quintum, de
 arte testan. & Craff. in §. institutio, q. 7. num. 14. tract.
 de success. sed contrarium consuluit Gozadin. in conf.
 21. nu. 33.
- b Capax. Naturalis est capax, quādo nec filij legitimi, nec
 uxor adsunt, §. pen. Auth. quibus, mod. natural. efficiā. sui.
 sed quid si legitimi renuntiarent hæreditati, nunquid
 extante uxore admitterentur naturales, uide Alex. in l.
 Lucius, nu. 11. ff. de vulg. & pupil.
- c Extraneos. Sequitur Specul. in §. primo, numero uigesi-
 moseptimo, uersi. sed an natis de success. ab intest. &
 Barto. in lege fin. numero nono. ff. de his, quibus, ut
 indign.
- d Alij serui. Ergo filius natus ex domino, & ancilla est ser-
 uus domini, licet sit natus ex eo, quia partus sequitur
 conditionem matris. l. fi. C. commun. de manumiss. &
 glos. in l. bonis uenditis. in verbo, concubina, ff. de pri-
 uileg. creditor.
- e Naturalis. An filius naturalis excludat substitutum, uide
 Decium in c. in presentia, nu. 107. de probat. & Alex.
 & alios in Lex facta, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel.
- f Aliquos. Benedixit secundum aliquos, nam alij contra-
 rium dixerunt, id est quod bastardi non sunt infames, uide
 de Palæot. in c. 55. de Nothis, spurijsq. sed uide latius
 hoc tractantem Tiraquel. in cap. 15. numero 14. de
 nobilit.
- g Voluit. Habetur in c. sponsus, distin. 56. & Matth. in capi-
 tulo 22.
- h Cautelas. Vide cautelam, quā posui in prima additione.

- 1 Dicenti se esse filium legitimatum incumbit onus probandi.
- 2 Qui vult ut talis haberi, debet se talem probare.
- 3 Adoptivum se esse dicens, probare debet.
- 4 Legitimatione probatur per instrumentum legitimacionis.
- 5 Legitimandi facultas est de referuatis Imperatori, vel Papa.
- 6 Legitimandi facultatem potest Imperator, vel Papa concedere cui voluerit.
- 7 Legitimandi facultatem habens a Papa, vel ab Imperatore potest in omni loco legitimare, in quo potest Papa, vel Imperator.
- 8 Imperator in terris Ecclesie non potest legitimare subditos Ecclesie.
- 9 Imperator potest suos subditos legitimare in terris Ecclesie.
- 10 Legitimandi actus est voluntarie iurisdictionis.
- 11 Comes palatinus potest subditos Imperatoris legitimare in terris Ecclesie.
- 12 Ordinarius potest inter suos subditos voluntariam iurisdictionem extra territorium exercere, sed non delegatus eius.
- 13 Iurisdictione delegati est fragilior, quam delegantis.
- 14 Iurisdictione voluntaria licet possit alteri delegari, delegatus tamen non potest eam exercere extra territorium delegantis.
- 15 Episcopus potest extra diocesim conferre beneficia, sed hoc non potest Vicarius eius.
- 16 Comes Palatini non possunt legitimare in terris Imperij, de quibus alius Princeps perpetuo sui inuestitus, sine licentia ipsius inuestiti.
- 17 Imperator non potest legitimare ad feuda filium feudatarii in principatum domini infeudantis.
- 18 Comes Palatini an possint impediri a feudatariis Imperatoris, ne in terris eorum legitimem.
- 19 Comes Palatinus in terris Venetorum non potest subditos Reipub. legitimare.
- 20 Subditi unius Principis non possunt subijcere se iurisdictioni alterius Principis sine consensu domini in actu voluntarie iurisdictionis.
- 21 Regalia habentes an possint iure regaliorum legitimare.
- 22 Reges, & alij Principes, qui recognoscunt superiorem, an possint legitimare.
- 23 Baro, vel Comes habens potestatem legis condende, an possit creare milites.
- 24 Creare Equites est actus, qui facilius conceditur, quam facultas legitimandi.
- 25 Legitimatione an sit actus voluntarie iurisdictionis simpliciter.
- 26 Legitimatione est de illis, que sunt meri Imperij omnino supremi.
- 27 Dux eo ipso, quod creatur, an in ducatu suo censetur habere facultatem legitimandi bastardos.
- 28 Legitimatione an facienda sit cum causa.
- 29 Appellari an possit a legitimacione facta a Comitibus Palatinis.
- 30 Legitimationis instrumentorum, an probet filiationem.
- 31 Legitimatus semel, an pluries possit legitimari.
- 32 Legitimari an quis possit, ut non succedat nisi in eo, quod sibi fuerit relictum.
Legitimatione an reuocetur per superuenientiam filiorum legitimorum. ibidem.
- 33 Legitimati debent se humaniter, ac benigne gerere.
Legitimatione maculam natiuitatis abolet, ibidem.
- 34 Legitimati non debent esse sue sortis immemores, cum sint similes homini curato a vulnere, cuius aliqua remanet cicatrix.
- 35 Legitimati non debent esse superbi, nec filiis legitimis insultare.
- 36 Legitimati, debent reuerentiam exhibere legitimis natis, nec cum ipsis sedere ad unam mensam.
Legitimati an efficiantur nobiles, quando non sunt ex patre nobilitati, ibidem.
- 37 Statuta loquentia de filiis, an verificentur in legitimatis.
- 38 Legitimatione probatur per oblationem curie.
- 39 Oblatio Curie, quomodo fiat.
- 40 Oblatio curie a patre, an differat ab eo, qui semetipsum obtulit.
- 41 Filia naturalis, si nupserit curiali, legitimatur.

- 42 Naturalis assumptus inter consiliarios civitatis efficitur legitimus.
- 43 Legitimatione an probetur eo ipso, quod pater filium naturalem in testamento nominat simpliciter filium, & quot requirantur.
- 44 Pater nominans filium in testamento, quibus modis censetur ipsum legitimare.
- 45 Nominatio filij facta a patre, quomodo possit eum facere legitimum.
- 46 Nominatio unius filij facta ex pluribus a patre, an legitimet alios filios non legitimatos.
- 47 Suias infert, quod filius sit in potestate patris.
- 48 Pater in testamento nominans filios suos naturales, & dicens se velle illos sibi esse legitimos successores, an erunt legitimi.
- 49 Filius nominatus a patre cum ceteris requisitis, an intelligatur legitimus, an legitimatus.
- 50 Legitimatus per nominationem factam in testamento, an admittatur in terris Ecclesie, quo ad successiones.
Imperator non potest aliquem legitimare disponendo super radice matrimonij, ibidem.
- 51 Legitimatione probatur per sui sequens matrimonium.
- 52 Legitimatione, an fiat per ingressum religionis.
- 53 Monachus omnem maculam abstergit, & purgatur ingratiu do filij, & irregularitas.
- 54 Monachus bastardus non potest admitti ad beneficia curata, nec ad prelaturam.
- 55 Spurius an legitimetur per monachatum.
- 56 Filij illegitimitas, an probetur per instrumentum legitimacionis.
Comes Palatinus, an possit legitimare filios sacerdotis, ibidem in additione.
Comes Palatinus, an possit legitimare proprium filium, in additionibus.
Iurisdictione voluntaria potest exerceri sine territorio. in additionibus.
Prorogatio iurisdictionis, an possit fieri de diuersa specie iurisdictionis, quantuncumque voluntarie, in additionibus.
Principes de facto non recognoscentes superiorem possunt legitimare in suo territorio, in additionibus.

ARGUMENTVM.

De legitimacione naturalium, et alleganti naturalium fuisse legitimatum, incumbit onus probandi.

C A P. X V I I I.

DICTIONVM est de filiis legitimis & naturalibus, nec non & de naturalibus dicitur, & de spurijs: nunc de naturalium, & spuriorum legitimacione tractare conueniens esse videtur, in quo articulo primum omnium sciendum est, quod alleganti & legitimacionem, uel dicenti se esse, uel que fuisse legitimatum, incumbit onus probandi, tum quia ista est qualitas extrinseca accidentalis, quae cum in facto uersetur, non praesumitur, nisi probetur, l. in bello, §. facte. ff. de captiuis, & postlim. reuers.

2 Tum etiam, quia qui uult ut & talis haberi, debet se talem probare, l. non ignorat, & ibi Salyce. & Butrig. C. de his, qui accus. non possunt, et ita in terminis legitimacionis consuluit Rolan. in consil. 49. legitimacionem, num. 2. 3. uersi. uerum si diligenter, uol. 4. et in consil. 100. reuocatur, num. 19. uersi. quibus tamen non obstantibus, uol. 2. et Alex.

in consil. 60. uisa legitimacione, num. 17. uersi. uenio ad secundum, uol. 2. & Castrens. in consil. 178. super eo, sub nu. 1. uersi. cum igitur ille, uol. 2.

Illud autem quod diximus de legitimo, idem quoque dicendum est de adoptato, ut & pariter alleganti adoptionem incumbat onus probandi, ut tradit Alex. in l. neque professio, & ibi Iason, C. de testam. & melius idem Alexan. in l. si pater tuus, nu. 2. C. de haered. instit. & ibi Iason.

Probatur autem legitimatio pluribus modis, & in primis probatur & per instrumentum legitimacionis facte ab habente authoritatem legitimandi, nam qui habet instrumentum in fauorem, dicitur satis efficaciter suam intentionem fundasse, ut tradit Gozadin. in consil. 48. in causa Florentina, num. 11. uersi. istis non obstantibus, col. 2. ubi dicit, quod qui habet rescriptum legitimacionis, dicitur habere suam intentionem fundatam pro validitate legitimacionis, & dicenti illud non valere, incumbit onus probandi, & idem notat etiam Decius in consil. 307. uiso puncto, in princ. & Rolan. in consil. 61. multiplici, numero 28. uolum. 1. & in consilio 67. Dominus Iacobus, num. 14. uersi. quo stante dico, uol. 3. & in consil. 12. legitimacionem, nu. 29. uersi. his tamen non obstantibus, uol. 4. & Socin. iun. in consil. 93. per spectis, num. 16. uersi. & fundamentum, uol. 3. & Rolan. in consil. 96. decreueram, num. 16. uersi. his tamen non obstantibus, uol. 3. & in consil. 49. legitimacionem, in prin. uol. 4.

Nec refert, an legitimatio fiat ab ipso Principe, an ab ipso delegato ad id specialiter deputato: nam licet & facultas legitimandi sit de referuatis ipsi Imperatori, vel Papae, ut scripsit Abb. in capit. per venerabilem, sub numero 23. uersi. prima, quia legitimare, col. 5. & num. 26. uersi. in Imperatore dicendum, colum. 6. extra qui filij sint legit. & optime Bald. in l. 1. in princip. C. de iure aureor. annul. & Decius in consilio 150. dubitatur, num. 5. col. 3. & Roland. in d. consil. 12. numero 52. uersi. secundo dicitur, uol. 4. & Gabriel. in concl. 5. nu. 12. uersi. ratio autem, lib. 6. de legitim. & Ias. in consil. 70. super, nu. 13. uersi. prima quia, uol. 3. & Rui. in consil. 66. per lectis, nu. 3. uol. 3. & Rol. in consil. 88. in causa, nu. 18. uol. 1. & in consil. 96. decreueram, num. 2. uol. 3.

Attamen potest princeps & eandem facultatem, cui uoluerit, impartiri, prout contingere videmus in istis Comitibus Palatinis, qui uel Pontificia, uel Caesarea authoritate bastardos quotidie legitimant, ut refert Bal. in consil. 129. factum proponitur, nu. 2. uersi. circa primum, uol. 2. de quorum potestate inspectis uerbis, priuilegij loquitur Anto. de Butr. in d. cap. per venerabilem, col. 1. in prin. uersi. ex his facile soluitur, extra qui filij sint legitimi, & ibi Alex. de Neuo, numero 38. uersi. ex praedictis, columna 13. in fine, & Abbas, nu. 23. uersi. & antequam subijciam, uol. 5. & Soci. in l. Gallus. §. & quid si tantum, numero 18. uersiculo, circa primum, col. 4. in fi. ff. de liber. & posthum. & Iason in consil. 68. dicta legitimatio, nu. 15. uersi. imo fortius, col. 5. uol. 3. & in consil. 137. dubitatur, nu. 14.

uerf. nam tantam, uol. 4. & plenè Rolan. in d. consil. 12. nu. 33. uol. 4. & Capra in consil. 2. num. 13. & Menoch. in consil. 20. nu. 14. uolumine 1. ex quo infertur, quod habens & potestatem legitimandi ab Imperatore, uel a Papa, poterit legitimare in omni loco, in quo potest Imperator, & ubi non potest Imperator, ibi nec ipse legitimare poterit, & eodem modo dicitur de habente potestatem a Papa, ut aperte concludit Anton. de Butr. in d. c. per uenerabilem, uers. ex his facile soluitur, col. 1. in princip. & ibi Alex. de Neuo, nu. 38. col. 13. in fi.

Quam illationem ego intelligo esse uerissimam in casu negatiuo, ut scilicet ibi non possit Comes Palatinus legitimare, ubi non potest Imperator, sed in casu affirmatiuo potest dubitari: unde licet Imperator in terris & ecclesie non possit legitimare subditos ecclesie, secundum opinionem multorum, quam tenuit Iacob. Butrig. in lege 1. uers. modo uidi dubitari, C. de iure aureor. annul. & ibi Bald. numero 6. uers. item quare nunquid, columna 2. & Anto. de Butr. in d. cap. per uenerabilem, sub numero 12. uers. aut uult legitimare per rescriptum, columna 10. extra qui filij sint legitimi, & ibi Abb. numero 26. uers. in Imperatore, columna antepen. & Alex. de Neuo, numero 35. uers. quartus casus est, col. 12. & Iason in consil. 77. super utraque, numero 9. uers. item communis, uol. 3. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & late Gabriel. in conclus. 3. numero 7. uers. tertio amplia, lib. 6. de legitim. & Socin. iunior in consil. 100. pro habenda, nu. 12. uers. conclusio autem, uol. 2. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem, & Rolandus in consil. 88. in causa, nu. 13. uol. 1. & D. Fran. Mant. in tit. 10. num. 42. uers. undecimo communis, lib. 11. de coniect. ult. uolunt.

Hoc tamen non procedit, quando legitimet subditos suos in terris ecclesie: cum enim actus legitimandi pertineat ad iurisdictionem & uoluntariam, ut notat Decius in consil. 150. dubitatur, sub nu. 3. uers. sed tamen praedictis non obstantibus, col. 2. & in consil. 307. uiso, nu. 7. uers. 1. quia ex quo, col. 3. & Barbat. in consil. 49. legitimatio, in prin. uol. 2.

Illa potest exerceri extra territorium, modo inter subditos exerceatur, ut in terminis legitimacionis concludit Bal. in d. l. 1. nu. 8. uers. tu dic. C. de iure aureor. annulor. & sequitur Capra in consil. 2. nu. 12. uers. sed his non obstantibus, col. 5. & Soc. iun. in d. consil. 100. nu. 16. uers. & hanc opinionem, uol. 2.

Imo etiam non subditos, & filium clerici legitimare potest in terris ecclesie, modo patris consensus accedat, ut late tradit Veral. in decis. 146. legitimatus, nu. 9. & in decis. 147. in fine, & in decis. 149. par. 2. & decis. 74. Imperator, cum tribus seq. par. 1.

Sed an hoc ipsum poterit facere & Comes Palatinus; dicendum est, quod sic secundum authoritatem Antonij de Butrio, & Alex. de Neuo, & hoc in specie consuluerunt plures Doctores, & praecipue Rui. in consil. 67. uiso themate, num. 3. uers. nec obstant, uol. 3. & Capra in d. consil. 2. sub nu. 12. col. 5. & Veral. in locis allegatis.

Verum quamvis ego non viderim vllum de hac re dubitationem mouentem, potest tamen dubitatio moueri ex his, quæ notauit Alber. in l. 2. num. 10. vers. sed adhuc quæro, ff. de off. proconf. ubi ait, quod licet ordinarius possit inter suos subditos voluntariam iurisdictionem extra territorium exercere, tamen eandem non potest exercere delegatus, uel eius locum tenens, & hac ratione mouetur, quia iurisdictione delegati est fragilior, & debilior, quam delegantis, & plus potest ordinarius, quam delegatus, & hoc idem sensit etiam Baldus ibi, numero 4. vbi quærendo, an voluntaria iurisdictione possit alteri delegari, concludit, quod sic, sed postea subiungit, quod non poterit exerceri extra territorium delegantis, pro qua re faciunt ea, quæ scripsit Ferrer. in conf. 23. contra, in prin. volumine primo. vbi dicit, quod quamuis episcopus possit extra diæcesim conferre beneficia, & cætera exercere, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, ea tamen vicarius eius non potest extra diæcesim conferre.

Verum sustinendo priorem sententiam distinguere possumus inter iurisdictionem voluntariam delegatam a Principe, & delegatam ab inferiore.

Primo capite delegatus poterit extra territorium legitimare in omni casu, quo potest Princeps delegans: at secundo capite nequaquam, vt distinguit Bar. in l. 1. ff. de off. proconf. & ibi Fulgos. num. 5. vers. & ex hoc colligunt, col. 1. & Decius in l. fi. nu. 6. ff. de iurisd. omni. iud.

Sed quicquid sit circa prædictam distinctionem, hodie tamē de facto videmus, quod prædicti Comites Palatini ab Imperatore creati non possunt legitimare in illis terris Imperij, de quibus aliquis Princeps cum omnimoda potestate fuit perpetuo inuestitus sine licentia ipsius Principis, vt notauit Curtius senior in conf. 73. super memorata, numero 28. versiculo, quinto principaliter, & Barbat. in conf. 58. sapienter, columna sexta, volumine secundo, & Burfat. in consilio 76. sub numero 3. vol. 1. & Rolan. in conf. 88. in causa magnifici, numero vigesimo sexto, versicu. pro qua opinione, vol. 1. & in conf. 49. legitimationem, sub num. 34. vers. secundo respondetur, vol. 4. & iterum in consi. 67. Dominus Iacobus, num. 67. vol. 3. & Bossius in tit. de Principe, nu. 184. & Decius in conf. 557. accusari, col. fi. & Iason in d. conf. 70. numero 15. versiculo, confirmo etiam, uolumine 3. & Socinus iun. in conf. 100. pro habenda, numero 2. vers. accedat prædictis, vol. 2. & in conf. 126. in causa, numero 22. vers. accedat, uolumine 3. & in conf. 21. diligenter, columna fi. volumine 4. & Alex. in conf. 60. visa legitimatione, numero 2. volumine secundo. ubi quod fortius est, ex mente Salyceti dicit, Imperatorem non posse legitimare ad feuda filium feudatarij Marchionis Ferrariæ sine consensu prædicti Marchionis.

Ob quam rem olim in ducatu Mediolani decreta ducalia sancita fuerunt, vt nulla legitimatio facta a Comitibus Palatinis ualeret, nisi fuisset ab ip-

so Duce confirmata, & idem etiam constantissimè seruatur in dominio Serenissimi Ducis Ferrariæ, quæ decreta quomodo ualeant, & quo pacto fieri possint, uide Barbat. in conf. 58. sapienter, col. 6. & col. 7. vers. & si quispiam dixerit, quod inferior, uolumine 2.

Videbis etiam Curtium iuniorem in conf. 157. præsupponitur, numero 30. vers. ad quintum fundamentum, columna 8. vbi non solum prædicta decreta impugnat, sed etiam contradicit opinioni Salyceti, & Alex. tenentium, Imperatorem non posse legitimare filium feudatarij in præiudicium domini infeudantis, & D. Mant. in d. tit. 10. numero 44. vers. quod ipse etiam intelligit, libro vndecimo, de coniect. vltim. uolunt. sed contra Curtium communis est opinio, ut ait Cotta in uerbo, legitimatio facta, lib. mem. & Rolan. in consilio uigesimo secundo, numero 40. vers. secundo respondetur, uol. 3.

In terris autem Venetorum non est dubium, quod Comes Palatinus non potest in eis legitimare illius Reipublicæ subditos, cum nec in eis legitimare possit Imperator, eo quia Veneti non recognoscunt superiorem, quemadmodum consuluit Ias. in d. conf. 70. numero quarto, uolumine 3. & Rui. in conf. 66. perlectis, volumine tertio, & Soci. iun. in conf. 99. uiso, numero 36. versiculo, secundo ex defectu, & in d. conf. 100. numero 10. uol. 2. & in conf. 21. diligenter, nu. 6. uol. 4. de qua re uide D. Franciscum Mantic. in tit. 10. num. 46. vers. sed quod legitimatio, lib. 11. de coniect. ult. uolunt.

Non enim possunt subditi vnus Principis subijcere se iurisdictioni alterius Principis, uel alterius priuati sine consensu proprii domini in actu legitimationis, quæ cum sit actus iurisdictionis, & referuata Principi, non est prorogabilis consensu partium, ut eximie per duas rationes concludit Abb. in d. c. per uenerabilem, nu. 23. vers. & quod non sit prorogabilis, col. 5. extra qui filij sint legitimi, & ibi optime Anton. de Butr. nu. 38. vers. nota secundo, quod in his, columna antepenultima, & Iason in d. consilio 70. numero 11. uolumine 3. & Gabriel. in concl. 3. numero 12. libro sexto, de legit. & Rolan. in dicto consilio 88. numero 34. volumine primo, de qua re tamen in contrarium uide Parisium in consilio 10. numero 118. cum sequ. uolumine 2.

Legitimare uerò possunt Papa, & Imperator, & illi Reges, uel Principes, qui non recognoscunt superiorem, & omnes illi priuati, quibus a Papa hoc fuit, uel ab Imperatore concessum, ut uideamus: sed an illi, quibus regalia concessa fuerunt, possint iure regaliorum legitimare, uidebis Ant. de Butr. in dicto capitulo, per uenerabilem, numero 39. vers. nota tertio, columna antepen. extra qui filij sint legitimi, ubi dicit, quod habens regalia non potest solo iure regaliorum legitimare, nisi sit in possessione libertatis, quod idem sensit ibi Abbas, num. 26. vers. in temporalibus uerò, col. antepen. ubi tradit Reges, & alios Principes recognoscetes superio-

superiorem, non posse legitimare de iure, quia legitimatio & famæ restitutio, & cætera his similia uidentur esse referuata summo Principi eorum superiori, subiungens secus esse in illis principibus, uel ciuitatibus, quæ superiorem non recognoscunt, nam procul dubio legitimare poterunt, cum in eorum terris tantam habeant potestatem, quantum Imperator habet in Imperio, & idem sequitur Ludouic. de Sard. in §. de legitimatione per rescriptum, numero 18. vers. octauo quæritur, de Natural. liber.

Verum in contrarium faciunt ea, quæ scripsit Barto. in lege prima, numero 80. versiculo, ex prædictis multa inferuntur, columna 9. C. de dign. libro 12. vbi tradit, quod magnus Baro, uel alius Comes, qui habet potestatem legis condendæ, potest creare milites, uel equites, licet ipse non sit eques, & hoc non solum in suo comitatu, uel baronia, sed etiam extra comitatum, cum ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possint extra territorium exerceri, cuius doctrinam sequitur Decius in rub. C. de testamen. milit. numero secundo, columna prima.

Potest dici, aut Bartoli traditionem non esse ueram, pro ut eam falsam asserit Petrus Calcat. de equestri dignitate, numero 69. vers. & in quantum Decius, col. 10.

Aut si vera est, dicendum est, potestatem creandi equites, & valde differre a potestate legitimandi, si quidem creari equites est actus nemini præiudicialis, & pertinens ad iurisdictionem merè uoluntariam, unde non est mirum, si facilius competere potest ei Baroni, qui habet regalia, & facultatem legis condendæ secundum Bartolum, & Decium: at legitimare est actus, qui potest & alijs præiudicare, & ideo non potest absolute dici, quod purè, & simpliciter ad uoluntariam iurisdictionem pertineat, vt eleganter ait Abb. in d. cap. per uenerabilem, sub numero 23. versiculo, secunda ratio, col. quinta, extra, qui filij sint legit. vbi notat, quod licet legitimare sit iurisdictionis uoluntariæ eo respectu, quia exercetur in consentientem, cum non possit filius inuitus a patre legitimari, tamen alio respectu ista potestas, seu iurisdictione non est purè uoluntaria, in quantum excludit agnatos inuitos, qui erant successuri ab intestato, ex qua differentia uidetur inferri, quod ista potestas legitimandi, difficiliter concedatur, & non possit exerceri ab eo, cui regalia competant, cum sit de illis, quæ sunt meri imperij omnino supremi, & supremæ potestatis, & differat ab illis, quæ sunt meri imperij non omnino supremi, ut inquit Alex. de Neuo in d. cap. per uenerabilem, numero trigesimo quinto, vers. quartus casus est, columna 12. & Ant. de Butr. ibi sub num. 12. uers. aut uult legitimare per rescriptum, columna 10.

Sunt tamē, qui dicunt eo ipso, quod quis creatur Dux, intelligi quoque in ipsum fuisse translatam potestatem legitimandi bastardos in ducatu suo, in quo cum Imperator non exerceat iurisdic-

tionem, nisi per personam Ducis, uidetur quo ad ipsum ducatum transfuisse omnem potestatem imperialem, quæ quidem quæstio minus dubitabilis erit, si in priuilegio ducatus est dictum, quod ipse Dux possit in toto suo Dominio ea, quæ Reges Romani, & Imperatores facere possent transferendo in eum omnimodam potestatem imperialem, cuius opinionis fuit Iacobin. de Sancto Georgio loquens de Duce Sabaudia in uerbo Dux, vers. dubitatur etiam de feud. & uide quæ in alijs terminis notauit in capitulo trigesimo septimo, in fine, infra eo.

Sed contrarium tenuit Curtius senior, qui loquitur de Duce Mediolani, in consilio 16. clarus, versiculo, nec potest fieri fundamentum, columna finali.

De causis uero, quibus & facienda est legitimitio, uidebis Gozadinū in consilio sexto, numero primo, & nu. 34. & in conf. 48. numero 12. & Doctores in d. cap. per uenerabilem, & ibi Alex. num. 7. in 1. notab. extra qui filij sint legitimi, & ibi Bar. num. 5. & Roland. in conf. 89. uisa, numero 51. uers. quinto redditur, vol. 1. & Gozadi. in consilio 85. uidetur, nu. 18. col. antepen.

Quibus amplius illud addes, quod a legitimatione facta, uel ab istis Comitibus faciēda potest appellari ad superiorem, vt tradit Bal. in l. eā quā, nu. 29. vers. alij dicebant, col. 8. C. de fideicom. vbi notat, quod si Comes Palatinus perperā legitimauerit, poterit appellari ad Imperatorem, sicut appellatur a cæteris decretis iniustis factis ab inferioribus a Principe, de qua materia circa appellationem interpositam post factam legitimationem uidebis, quæ notat Gozadin. in d. conf. 85. nu. 24. col. fi. & Paris. in conf. 12. num. 25. vers. & potuit ipse Comes, vol. 2. vbi tradit, quod non solum appellatio interposita a die scientiæ suspendit legitimationem, sed etiam potest ea reuocari a concedente, quando fuit obreptitia.

Cæterum licet, vt diximus, instrumenta, uel rescriptum legitimationis factæ ab habente auctoritatem legitimandi probet legitimationem, non tamen probat filiationem, nisi aliter de ipsa constiterit, ut inquit Roland. in d. conf. 49. nu. 12. vol. 4. & Paris. in conf. 22. nu. 239. vers. nec obstabit, col. pen. vol. 2. Contrarium tenuit idem Rolandus in conf. 96. de creueram, nu. 47. vers. similiter non obstat, vol. 3. & Alex. in conf. 88. sub nu. 11. vol. 7. & Paris. in conf. 10. nu. 105. vol. 2.

An autem semel legitimatus possit iterum legitimari, & pluribus legitimationibus uti valeat, consuluimus Curtius Senior quod non, in conf. 73. num. 12. & Curtium sequitur Rui. in conf. 80. de duobus, nu. 20. vol. 3. Contrarium sensit Gozadin. in d. conf. 6. nu. 55. vers. decimonono dico, col. 9. & nu. 85. vers. non obstat decimum quintum, col. antepen. & in conf. 92. breuiter, nu. 3. vers. dico quod iterum, col. 1. & Andr. Gail. obseruat. 142. in fine, lib. 2. & Decian. in conf. 42. Dominus clemens, nu. 20. vers. adde quod duci, uol. 1.

- Videbis tamen omnino, Soci. in conf. 246. eleganter, col. 2. vers. primo principaliter, uol. 2. ubi consuluit, eum, qui habet priuilegium legitimandi spurios, non posse legitimare spurium semel ab alio legitimatum, nisi specialiter hoc sit expressum in priuilegio, quod consilium insertum est inter consilia Curtij senioris in conf. 18.
- 32 Sed an possit quis uerè legitimari sub eo pacto, ut patri non succedat, nisi in eo, quod sibi fuerit relictum: & an per superuenientiam filiorum legitimorum reuocetur legitimatio prius facta, uide Roland. in conf. 26. stante capitulo, volumine 4. & in d. consil. 96. numero 43. vers. tertio non obstat, uol. 3. & Capra in conf. 157. num. 39. vers. nec obstat, quod & tertio, columna antepen.
- Et an infantes, & concepti, sed nondum nati, possint legitimari per rescriptum, uide Roland. in conf. 61. multiplici, num. 38. uol. 1. & Ias. in conf. 125. pondus, num. 10. cum seq. vol. 4. & Gabr. in concl. 5. de legitima.
- 33 Naturales autem filij, qui legitimantur, humaniter, ac benignè se gerant: nam quamuis legitimatio maculam aboleat, ipsique famæ, ac natalibus restituantur, ut scribit Gozadin. in d. conf. 6. nu. 62.
- 34 Tamen non debent ipsi suæ fortis esse immemores, memoriterque tenere debent, se esse similes homini curato a vulnere, cuius aliqua remanet cicatrix, ut scripsit Bal. in c. si. vers. item cum priuilegium, extra de translat. episcop. & Marfil. in sing. 273. notissimum, & Tiraq. in c. 15. nu. 8. vers. pro quo facit, de nobilit. & Bursa. in conf. 76. ex hac, numero 24. uol. 1.
- 35 Propter quod indignum est, ut superbia elati filijs legitimis insultent, quibus ipsi tanquam ualde inferiores debent reuerentiam exhibere, ut notat Bald. in c. per tuas, nume. 3. uers. illud quoque, extra de maior. & obed. ubi ait, quod omnes legitimati debent præstare reuerentiam legitimè natis, nec sedere cum ipsis ad unam mensam, & maxime cum ad huc non sit absolutum, an ipsi per legitimatorem efficiantur nobiles, licet ex patre nobili nati fuerint, de qua re uidebis Tiraq. in d. c. 15. num. 17. uers. hinc amplia, de Nobilit. Cætera ad legitimat. pertinentia uidebis apud Ludouic. de Sard. de naturalib. libro quinto, & Anton. de Rosell. de legitim. lib. 2.
- 37 Et an statuta loquentia de filijs uerificentur in legitimatis, quasi quod sint ueri, & non ficti legitimi, uide Iason. in l. si is, qui pro emptore, num. 255. uers. nota diligenter, ff. de usucap. & ibi late Bart. & Roman. & uide Cur. sen. in conf. 36. & Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, suscepit liberos, nu. 61. cum plurib. seq. C. de iure donat.
- 38 Secundo legitimatio probatur per oblationem Curie, ut habetur in §. si quis igitur, Auth. quibus mod. natural. efficiant. sui, & in l. communium, C. de natural. liber. sit autem oblatio Curie quando Ciuitas indiget officialibus: nam si tunc filius naturalis transit ad regimen Ciuitatis, & dicit uos egetis tali officiali, ego offero me Curie, & offero

- me paratum tali officio deseruire, si Curia recipit eum, efficitur in cõtinenti legitimus, ut notat glossa, in §. quibus, in uerbo Curijs, Instit. de hæred. quæ ab intestato deferunt. & pulchre Angel. in §. finali, sub numero vigesimo, versicu. alio modo, Auth. quibus modis natural. efficiantur sui, & textus in lege, communium, & ibi Doctor. C. de natu. liber.
- 40 Multum autem differt, an pater obtulerit Curie filium naturalem, an ipse filius semetipsum obtulerit, nam priori casu filius oblati efficitur legitimus, etiam si pater habeat alios filios legitimos, at posteriore secus: nam oportet, ut nullus ad sit legitimus, ut tradit Alexan. de Neuo in cap. per tuas, num. 13. in secundo, & tertio modo, columna tertia, extra qui filij sint legitimi, & Angel. in dicto §. si. in fine, Auth. quib. mod. natu. efficiant. sui.
- 41 Nec istud solum procedit in masculis, sed etiam in foeminis naturalibus, quæ & ipsæ legitimantur, si pater eas nupserit Curiali, ut habetur in lege 3. §. finali. C. de natura. liber. & egregie tradit Ludouic. de Sardis in §. de legitimatione per Curie oblationem, de Naturalib. liber. ubi amplius tradit, quod Decuriones, & Curiales eiusdem significationis sunt, & naturalis assumptus inter consiliarios, uel decuriones ciuitatis efficitur legitimus, & succedit patri, & sibi succeditur secundum modos ab eo expressos, ad quem te remitto.
- 42 Tertio legitimatio probatur eo ipso, quod pater filium naturalem in testamento nominat simpliciter filium, & eum hæredem instituit, nam tunc eum legitimare censetur per textum in authen. si quis liberos. C. de natur. liber. & in §. ad hoc autè, Auth. ut liceat matri, & auix, & notat glo. in capitulo, per tuas, in uerbo, filium, extra qui filij sint legitimi.
- 43 Ut tamen huiusmodi legitimatio fortiatu effectum, plura sunt necessaria, quorum primum est, ut mulier, ex qua filius naturalis est susceptus, re tenta fuerit in schemate concubinatus, alioquin non sufficeret, si natus esset ex alia muliere, quam concubina, ut patet in d. auth. si quis liberos, & ita interpretatur Barto. in quaestione 11. habeo filiam, & nu. 10. uers. quarto sciendum est, & uidetur hoc sentire Bald. in c. innotuit, numero 10. uers. nota quod si pater, columna 2. extra de elect. & aperte Anton. de Rosell. in cap. finali, de matrimonio præsumptiuo, nu. 9. uers. sed iuxta prædicta quero lib. 1. de legitimat.
- 44 Secundo requiritur, ut prædicta mulier potuerit esse uxor uiri eo tempore, quo naturalem simpliciter nominauit filium, ex quo infertur, quod si eo tempore, quo pater in testamento uel in alio instrumento publico filium nominauit, esset mortua, uel facta religiosa, uel alio modo inhabilis ad matrimonium contrahendum, tunc ex illa simplici nominatione filius non efficeretur legitimus, ut concludit Barto. in dicta quaestione undecima, numero septimo, & Angel. in §. ad hoc autem. Auth. ut liceat matri, & auix.

- Contrarium tenuit Ludouic. de Sard. in §. de legitimatione patris per nominationem, nu. 3. vers. tertio queritur, de naturalib. liber. ubi dicit spectandum esse tempus, quo natus fuerit filius, & non tempus quo fuit simpliciter nominatus filius, & idem tenuit Bald. in d. cap. innotuit, sub nume. 10. uers. item requiritur, col. 3. extra de elect. & Butr. in c. per tuas, sub nu. 15. uers. ideo Doctores dant, extra qui filij sint legit. & ibi pulchrè Alex. de Neuo, sub nu. 11. uers. item soluit, col. 2.
- 48 Tertio requiritur, ut non extent alij filij legitimi, quando naturalis simpliciter filius nominatur, ut tradit Barto. in d. quaest. 11. num. 10. uers. quinto sciendum est, & Butr. in dicto cap. per tuas, sub nume. 16.
- In contrarium transiit Ludouicus de Sardis in d. §. de legitimatione patris, nu. 5. uers. quinto queritur, de natur. liber. sed cum Bartolo, & Butrio stetit Alex. de Neuo in d. c. per tuas, nu. 14. uers. quartus modus, col. 3. extra qui filij sint legit. & Iason in d. l. neque professio, nu. 4. uers. nota tamen, C. de testam. & Angel. in §. fin. in fine, Auth. quib. mod. natur. efficiant. sui.
- 49 Quarto requiritur, ut illa nominatio scripta, uel prolata à testatore sit emanata principaliter propter se, & non incidenter, ueluti causa demonstrationis, ut inquit Barto. in d. quaestio. 11. sub nume. 8. uers. tertio est sciendum, colum. fin. & sequitur Ludouic. de Sard. in d. §. de legitimatione per patris nomini, sub num. 6. uers. sexto queritur, de natur. liber. & Anton. de Rosell. in d. cap. si. nu. 10. uers. ulterius quero, lib. 1. de legitim.
- Quinto requiritur, ut nominatio fiat à patre in testamento uel instrumeto publico, uel in scriptura priuata propria manu subscripta, cum subscriptione trium testium fide dignorum, uel in figura iudicij, ut patet in d. auth. si quis liberos, in princ. C. de natur. liber. & notat Ludouic. de Sard. in d. loco, num. 1. & Angel. in d. §. ad hæc autem, Auth. ut liceat matri, & auix, & Antonius de Butr. in d. cap. per tuas, sub nume. 16. uers. quartus modus, colum. pen. & ibi Alex. de Neuo, nu. 14. uers. quartus modus, col. antepen.
- Et si plures habuerit filios ex eadem muliere, non est necessarium, ut omnes suos filios nominet.
- 46 Sed nominatio facta ad fauorem vnus prodest ceteris omnibus ad legitima iura consequenda, ut habetur in dicta auth. si quis liberos, in fine, ubi glossa notauit, quod res inter alios acta in illo casu prodest alijs, quod idem fuit expressum in dicto §. ad hæc autem Authen. ut liceat matri, & auix.
- 47 Sexto requiritur, ut naturalis non solum à patre nominetur filius, sed etiam suus, absque adiectione naturalis, per quam fuitatem uidetur inferre, quod ipsum habeat in potestate, dicta auth. si quis liberos, in princ. & notat Bald. in dicto cap. innotuit, numero 10. uers. nota quod si pater, colum. secunda, extra de elect. & sequitur Iason

- in dicta l. neque professio, numero quarto, uers. sic. nota tamen, C. de testam. Alij tamen Doctores superius allegati non considerant hanc fuitatis adiectionem, sed solum dicunt sufficere, quod nominetur filius absque adiectione naturalis. sed quid si pater in testamen. nominat filios suos naturales, & subiungit, se uelle illos sibi esse legitimis successores, nunquid alijs legitimis non extantibus erunt legitimati? dic quod non, sed necessarium est Principis rescriptum, ut habetur in §. si uero is, qui solummodo, Auth. quibus mod. natur. efficiant. sui, & Anton. de Butr. in d. capit. per tuas, colum. pen. uers. septimus modus. extra qui filij sint legit. & ibi Alex. nume. 14. uers. quintus modus.
- 50 Sed queritur, an talis filius eo modo nominatus, quo dictum est, intelligatur legitimus, an legitimatus. & dicitur præsumi legitimum, quasi quod uir in concubinam conserferit, ut probatur in dicto §. ad hæc autem, Auth. ut liceat matri, & auix, & ita notat ibi Angel. in princ. & Iason in dicta l. neque professio, numero quarto, C. de testam. & Alexan. de Neuo in dicto capitulo, per tuas, sub numero undecimo, uersicu. item soluit Ioannes, colum. secunda, extra qui filij sint legit. & Bartol. in dicta quaest. 11. in fi. & Anton. de Rosell. in d. cap. fin. in princ. & num. 12. uers. sed quero, lib. 1. de legitimat.
- Et propterea attenta hac iuris ciuilibis dispositione dicunt Doctores, ut talis præsumptio matrimonij procedat, esse necessarium, ut concubina fuerit eius conditionis, ut cum illa uir honestè secundum mores ciuitatis contrahere possit, aliàs secus, ut concludit Bartol. in dicta quaestione undecima, sub numero octauo, uersicu. 2. sciendum, colum. fin. & Angel. in dicto §. ad hæc autem, numero nono, Auth. ut liceat matri, & auix, ut Iason in dicta lege, neque professio, numero quarto, C. de testam. & Ludouic. de Sard. in dicto §. de legitimatione per patris nominationem, nu. 4. uers. quarto queritur, de natur. liber. & Anton. de Rosell. in cap. fin. de matrimonio præsumptiuo, num. 9. uers. idem dico, in fine, lib. 1. de legitim.
- Ex quo infertur ad duo. Primò, quod aduersus hanc præsumptionem datur probatio in contrarium, ut ait Ludouic. de Sardis in allegato loco, nu. 7. uers. septimo queritur, de qua re uide omnino Anton. de Rosell. in d. cap. fin. nu. 11. uers. sed hic quero, lib. 1. de legitim.
- Secundo, quod talis præsumptio matrimonij de iure canonico non procedit, nec in terris ecclesiæ talis legitimatio quoad successiones admitteretur, cum non possit Imperator aliquid legitimare disponendo super radice matrimonij, ut dicunt Doctores in capit. per uenerabilem, extra qui filij sint legit. & in terminis nostri casus tenuit idem Bartol. in dicta quaestione undecima, in fine, & Ludouic. de Sard. in dicto §. de legitimatione per patris nominat. numero 14. uers. quarto decimo, in fine.

ADDITIONES.

51 Quarto legitimatio + probatur per subsequens matrimonium, de cuius materia videbis ea, quæ tradit plenè Anton. de Rosell. in lib. primo de legitimat. & Ludouic. de Sard. in §. de legitimat. per verum in trim. de natur. liber. & latè Gabriel. in conclus. lib. 6. de legitimat.

52 Quinto probatur legitimatio + per ingressum religionis, sicut enim illegitimi legitimantur per oblationem Curie, vt supra dixi in secunda specie legitimat. ita etiam legitimantur per oblationem monasterio factam, ut ex mente Gulielmi de Cuneo concludit Bald. in l. prima, numero 33. vers. iuxta hoc quæro, in lect. 1. columna penultima. C. de sacros. eccles. vbi tradit, quod quamuis spurio nil possit a patre relinqui, valebit tamen legatum, quod ei fuit factum sub conditione, si monasterium ingrediatur, per cuius ingressum censetur legitimatus eadem ratione, qua quis per Curie oblationem legitimatur, pro quo facit textus in §. primo, in prin. Auth. de monach. vbi dicitur, quod monachus + omnem humanam maculam abstergit, & hoc modo purgatur ingratitude filij, & irregularitas, ut notat glo. in c. non liceat, 19. quæstione tertia, & prædictam Gulielmi traditionem sequitur Roman. in authen. similiter, numero 57. vers. septima, quod licet alias. C. ad l. Falcidiam, & Felyn. in c. testimonium, sub numero 31. vers. sexta conclusio, columna antepenultima, extra de testibus, & in c. ex tuæ, sub numero secundo, vers. nota quod per ingressum, extra de simon. & Marfil. in rub. ff. de fideiussores, numero 123. vers. addo etiam prædictis, in quæstione 12. columna 24. & in sing. 273. nouissimum, & Anton. de Rosell. in tractatu de legitimat. in fine, de qua tamen materia videbis omnino Rodericum Suarez in alleg. 25. quidam miles.

53 Et hoc quidem intelligitur esse verum quoad ius succedendi tantum, sed secus, quoad beneficia curata, & prælaturam consequendam, ad quæ bastardus monachus + non potest admitti sine dispensatione, cap. 1. extra de filiis præbiter. & notat Roman. in d. authen. similiter, numero 57. C. ad l. Falcidiam.

54 Rursus prædicta dicuntur procedere in uero naturali facto monacho, sed secus + in spurio, qui per monachatum non legitimatur, cum non sit dignus nominari filius, vt tradit Anton. de Rosell. in tract. de legitimat. in fi.

55 Sed contrarium in spurio manifestè tenuit Bald. in dicta lege prima, numero 33. in lect. prima. C. de sacros. eccles. & Felynus in dicto cap. testimonium, sub numero trigessimoprmo, columna antepenultima, extra de testib. & in d. cap. ex tuæ, sub numero secundo, extra de simon. & Marfil. in d. sing. 273.

56 An autem per instrumentum + legitimat. probetur quem non esse natum legitimum, uide quæ dixi in capitulo vigesimosecundo, numero 35. lib. 1.

- a Comitibus. An Comes Palatinus possit legitimare filios sacerdoti, uide Roland. in conf. 12. vol. 4. & an possit legitimare proprium filium, dic quod sic, ut notat Anton. de Butr. in c. peruenerabilem, nu. 40. col. antepen. extra qui filij sint legit. sed omnino uide Iason. in l. Galus. s. & quid si tantum, num. 94. uers. octauo, & ultimo. ff. de libe. & posthum. uide Couar. in c. 8. s. 8. in fi. lib. 2. de sponf.
- b Territorium. Ratio est, quia iurisdic. uoluntaria potest exerceri sine territorio, ut tradit Capra in conf. 2. num. 12. col. 5.
- c Venetorum. Hoc procedit etiam si legitimatio fieret ad instantiam patris, ut ait Socin. iun. in conf. 100. nu. 23. uol. 2. & Ruin. in conf. 66. in prin. uol. 3. & Roland. in conf. 88. nu. 33. uol. 1. & Iaf. in conf. 70. nu. 11. uol. 3.
- d Prorogabilis. Prorogatio non cadit, nisi in personas illorum, qui iurisdic. funguntur, nec potest fieri de diuersa specie iurisdic. quantuncumque uoluntarie, sed oportet, ut id, de quo fit prorogatio, sit eiusdem speciei, cuius est iurisdic. prorogata, alias prorogatio est nulla, ut ait Angel. in conf. 93. uis. & inspectis omnibus, col. 2.
- e Superiorem. Qui de iure, & non de facto recognoscunt superiorem, ut sunt Duces Lombardia, possunt in suo territorio legitimare, ut ait Castrenf. in conf. 34. in fi. uolumine 2. & Curt. senior in consilio 73. numero 28. uers. quinto principaliter, & Præposit. in c. per uenerabilem, s. quod autem, nu. 91. uers. ex his infertur, qui filij sint legitimi.
- f Excludunt. Sequitur Iason in d. conf. 70. nu. 14. uol. 3. sed uide Barbat. in conf. 49. uol. 2.
- g Curia. Idem est si offeratur seruitio Imperatoris, uel Præfidis Prouinciæ, ut notat glo. in s. fi. in uerbo Curia, in stit. de nuptijs, & cauetur in l. 3. C. de naturalib. liber.
- h Habeat. Hoc uerum, quando naturalis est natus ex libera muliere, secus si ex ancilla, quia non potest a patre offerri legitimis filiis extantibus, ut ait Alex. de Neuo in c. per tuas, nu. 13. extra qui filij sint legitimi.
- i Contrarium. Dic quod utrumque tempus, id est natiuitatis, & prolutionis uerborum potest inspicere, de qua re uide Anto. de Rosell. in c. fi. de matrimon. præsumptiuo, nu. 43. lib. 1. de legitimat.
- k Prodest. Quid si pater nominauit unum filium simpliciter, alios autem dixit esse naturales, an primus legitimus erit? dic quod non, ut ait Anton. de Rosell. in d. c. fi. in fi. lib. 1. de legitimat.

SUMMARIUM.

- 1 Personarum duplex est genus.
- 2 Serui non solum fiunt, sed etiam nascuntur.
- 3 Vernæ qui sint.
- 4 Vernæ unde dicatur.
- 5 Vernæ dicitur pulcher seruiens, quasi uernans, & florens in domo nobilium.
- 6 Dicenti aliquem esse seruum incumbit onus probandi.
- 7 Quilibet præsumitur in possessione libertatis. Præsumptio naturæ est, ut quilibet præsumatur liber à natiuitate, ibidem.
- 8 Testamentum illius ualet, in quo seruus, qui reputabatur liber, fuit testis ad scriptus. Quælibet res præsumitur esse libera, ibidem.
- 9 Ingenuitas non præsumitur, nisi probetur.

Domino

- 10 Domino incumbit probatio, cum ex libertate petit aliquem in seruitutem. Possessio libertatis transfert onus probandi in eum qui seruitutem allegat, & contra, ibidem.
- 11 Liber an quis in dubio præsumatur.
- 12 Actor agens contra eum, qui est in possessione libertatis, debet seruitutem probare.
- 13 Talis quis esse præsumitur, qualis est status, in quo reperitur.
- 14 Filio neganti se in potestate patris esse, incumbit onus probandi.
- 15 Ingenuum debet is se probare, qui est in possessione libertatis.
- 16 Filius in possessione filiationis allegans emancipationem, debet eam probare.
- 17 Patria, & dominica potestas præsumuntur durare, quando constat de suo initio.
- 18 Quasi possessio iuris personalis, quod quis asserit, transfert onus probandi in aduersarium. Ingenuus præsumitur, qui est in possessione ingenuitatis, ibidem.
- 19 Reus qui non tenetur probare, si onus probandi in se suscipiat, & non probat, non sibi nocet.
- 20 Reus potest onus probandi in se suscipere, non solum in causa ingenuitatis, sed in alio quolibet iudicio.
- 21 Reo pluribus defensionibus uti permittitur.
- 22 Reus quando in se suscipit onus probandi, tunc testes admittuntur lite non contestata.
- 23 Reus in se suscipiens onus probandi, & non probans, sibi nocet in eo, quod probare uolebat.
- 24 Non præsumitur, neque pro libertate, neque contra libertatem hominis, sed attenditur status, in quo quis reperitur.
- 25 Homo non præsumitur à natura liber.
- 26 Ius naturæ fuit immutatum respectu personarum, quæ hodie non præsumuntur liberae, nec serua.
- 27 Fundus in dubio præsumitur liber. Libertas hominis non præsumitur, quia potest nasci tam seruus, quam liber, ibidem.
- 28 Furiosus quis non præsumitur, licet homo possit nasci tam demens, quam sanæ mentis.
- 29 Ius naturale, secundum quod omnes liberi nascebantur, recepit à iure civili correctionem.
- 30 Possessor ubi agit in petitorio in iuribus realibus non releuatur ab onere probandi, quia quando aliquid fuit semel tale, ad hoc præsumitur tale.
- 31 Possidens quidpiam contra ius commune, non releuatur ob possessionem ab onere probandi. Libertas hominum quare non præsumatur, sicut libertas rerum, ibidem.
- 32 Homines licet ab initio generationis humana fuerunt creati liberi, tamen illi primi mutati sunt, & extincti.
- 33 Prædica hodie sunt, quæ olim in substantia fuerunt, ideo seruitus in eis non potest esse naturalis. Inciuilis est ingenij, uelle reprehendere illum, quem non possis emulari, ibidem.
- 34 Prius inquirendum est, an quis sit in possessione libertatis, an seruitutis.
- 35 Liber, quo casu quis præsumatur.
- 36 Talis quis iudicari debet, qualis est status eius.
- 37 In quo statu te inuenero, eo te tenebo.
- 38 Apparentia sequenda est, donec contrarium probetur.
- 39 Qualem te inuenit Dominus, cum uocat, talem pariter & iudicabit. Deus est scrutator rerum, & cordis, ibidem.
- 40 Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio Dei representabitur.
- 41 Virgo reperta in ueste meretricia, poterit impunè de impudicitia attentari.
- 42 Talis quis esse præsumitur, in quali habitu reperitur.
- 43 Percutens clericum in ueste laicali reperit, non incurrit in excommunicationem.
- 44 Percutens familiares Prætoris non habentes uestes solitas, non incurrit penam eos percutienti impositam.
- 45 Officialis quis esse præsumitur illius, cuius signum portat.
- 46 Signa faciunt præsumi talem, qualis per signa demonstratur.
- 47 Cuius, uel rusticus indicatur secundum statum, in quo reperitur.
- 48 Vasallus non amittit feudum, quando percussit dominum ignoranter.
- 49 Bannitus qui habuit gratiam, sed non fuit cancellatus à libro bannitorum, poterit ex forma statuti impunè occidi.
- 50 Instrumenta eius ualent, qui non erat notarius, sed tamen in matriculam notariorum est descriptus.
- 51 Pudicitiam uirginis meretricio amictu uestite attentans, & percuciens clericum sub laicali ueste ignoranter, non puniuntur.
- 52 Qualitas personæ ignorata ex defectu, uel facto iniuriati non attenditur ad infligendam penam respectu illius qualitatis. Qui non uult sciri, uel cognosci ut talis, iniuria non infertur ei ut tali, ibidem.
- 53 Vasallus cognoscens carnaliter uxorem domini ignoranter, non perdit feudum.
- 54 Vasallus quot modis possit ignoranter coire cum uxore domini sui.
- 55 Faustina uxor Marci Antonini Imperatoris apud Caietam se, & nautis, & gladiatoribus bene mentulatis cognoscendam tradidit.
- 56 Vasallus non potest impunè concubere cum uxore domini meretricie.
- 57 Iuramento uasalli stabitur se cognouisse uxorem domini sui ignoranter.
- 58 Monialem carnaliter cognoscens, & nesciens illam esse monialem, non puniuntur de stupro monialis.
- 59 Pœna eligentis indignum non habet locum in electione ignoranter facta.
- 60 Ignorantia iusta, & probabilis excusat. Sciens reputatur qui ignorantiam affectauit, ibidem.
- 61 Credere an quis debeat dicenti, noli me tangere, quia sum uirgo, ubi erat meretricia ueste amicta.
- 62 Ignorantia crassa, & supina, quæ dicatur.
- 63 Ignorantia excusat quo ad penam augendam ratione qualitatis ignoratæ, sed non quo ad penam delicti ordinariam.
- 64 Vasallus qui domini uxorem ignoranter cognouit, excusatur à perdendo feudo, sed non à pœna ordinaria concubinitus.
- 65 Iudas cognoscens Thamar nurum suam ignoranter, fuit excusatus quo ad incestum, sed non quo ad fornicationem.
- 66 Cognoscens coniugatam, credens esse solutam, excusatur quo ad adulterium, sed tenetur de pœna fornicationis.
- 67 Clericum percuciens putans laicum, excusatur ab excommunicatione, sed non à pœna iniuriæ.
- 68 Occidens ignoranter bannitum, qui non erat legitime bannitus excusatur à pœna homicidij, sed non à pœna culpæ.
- 69 Defendens se ne capiatur a familia Potestatis solita insignia non habente, nulla pœna puniuntur etiam si in defensione aliquem offenderit.
- 70 Bonarum mentium est, ibi timere periculum, ubi culpa non reperitur.

- 71 Percutens animo occidendi Titium, quem credat dormire in lecto, cum tamen prius esset mortuus, an puniatur.
- 72 Excusatur quis ratione habitus, & vestimentorum, quando forma, & usus vestiendi erat distinctus, secundum gradum personarum.
- 73 Imputandum est ei, qui non se informavit de conditione personae, quando habitus fuit congruus conditioni suae.
- 74 Habitus congruus quis dicatur.
- 75 Possessio, vel quasi possessio, quando transferat onus probandi in adversarium.
In terris ecclesiae nullum allodium reperitur, ibidem in additionibus.
Primogenitus, qui scit in conscientia sua consuetudinem non valere preferentem primogenitum in omnibus bonis, an sit tutus in conscientia, ibi in additionibus.

ARGUMENTVM.

De iure personarum, & cui incumbat onus probandi, quem esse seruum, vel ingenuum.

C A P. XIX.

- 1 **P**ERSONARVM duplex est genus, nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae; & quidem earum, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae sunt in potestate dominorum, ut serui; aliae in potestate parentum, ut filii, quemadmodum eximie narratur in §. i. Instit. de his, qui sui, vel alieni iur. sunt, & in l. i. ff. eo.
- 2 Nunc quoniam de personis nos tractamus, quarum initium sumpsimus a natiuitate, ut apparet in capitulo secundo, sup. eo. non est inconueniens in prosequenda materia de seruis hic mentionem facere, cum & ipsi non solum fiant, sed etiam nascantur ex ancillis nostris, ut constat in §. serui autem, Instit. de iur. personarum.
- 3 Quos quidem seruos, qui scilicet ex ancillis nascuntur, appellamus verna, ut est textus, & glossa in §. huic proxima est, Instit. de leg. & in l. cum super. C. de rei vindicatione. Vnde de verna sic loquitur Tibullus in eleg. quinta, ver. 25.
Consuescet numerare pecus, consuescet amantis
Garrulus in Domini ludere verna sinu; Et Plautus in Mel. dicit,
Quid nutrici non missurus quicquam, quae verna alit?
Et a verna Plinius fecit diminutiuum vernula, in capitulo decimo septimo, libro vigesimo secundo, ubi dixit, quod erat vernula charus Pericli Atheniensium Principi.
- 4 Dicitur autem verna, secundum aliquos, a verbo: tum quia illud tempus anni ad generandum maxime videtur idoneum, tum etiam quia Domi-

- ni cum ancillis suis, consuetudinem habebant verno tempore, & ideo seruos dominatos verna appellauerunt. sed Ioannes Andreas dixit, quod verna dicitur pulcher seruiens, quasi verna, id est florens in domo nobilium, in qua natus est, ut hoc tradidit in capitulo primo, numero sexto, columna prima, de reliq. & venerat. Sanctorum, in sexto.
- 6 Conclusio igitur haec est, quod ei, qui dicitur alium esse seruum, probatio incumbit, ut textus elegans est in l. moueor. C. si seruus export. ven. ubi habetur, ei non esse credendum, qui dicit se fuisse venditum a seruis suis, nisi re vera probet venditores fuisse suos seruos, & alius est textus in l. ad probationem. C. de probat. ubi onus probandi iniungitur ei, qui alium esse suum seruum asserit: & propterea dixit Baldus, quod quilibet praesumitur esse in possessione libertatis, quia de iure naturali inhaeret, pro ut hoc ipse notauit in l. secunda, numero quarto, versicu. quare nunquid quis, C. de sentent. & interlocut. omn. iud. & hoc idem notauit etiam Salycetus, in lege prima, numero 11. versicu. sed dubitari potest. C. de testam. ubi tradit, quod iuris naturalis, & ciuilibus praesumptio est, ut quilibet nascatur, & praesumatur bonae famae, & liber a natiuitate, cum seruitus, & infamia proueniant per accidens ut plurimum, & non a natura.
- 7 Pro qua parte videntur ea facere, quae ponit textus in l. non epistolis. C. de probatio. ubi dicitur, quod frater debet probare illam esse ancillam, quam per literas sororem vocauerat, & per haec inferitur iure merito valere testamentum illius, in quo seruus, qui reputabatur liber, adhibitus fuit in numero testium, tum quia communis error facit ius, ut traditur in §. sed cum aliquis, Instit. de testam. ord.
- 8 Tum etiam, quia praedictus communis error in probabili causa fondatus fuit, quae est, ut quilibet praesumatur esse liber, quae conclusio ampliatur, ut procedat etiam in rebus, quae liberae praesumuntur, ut ait Decius in consilio 413. consuluit, numero septimo, columna secunda, & infra dicitur.
- 9 Sed circa personas aduertendum est, quod in contrarium facit textus in l. matrem. C. de probatio. ubi dicitur ingenuitatem non praesumi, nisi probetur.
- 10 Nec obstant iura superius allegata, quoniam procedunt, quando constabat actores, vel reos fuisse in possessione libertatis, quae possessio transfert onus probandi in aduersarium, siue sit actor, siue sit reus, sed tamen ex illis iuribus nullo pacto inferitur, quod in dubio quis praesumatur liber, iuxta Baldi, & Salyceti traditionem, quae absolute non videtur esse vera. Proinde in hac difficultate duae sunt opiniones, una fuit glossae in d. l. ad probationem. in princip. C. de probat. ubi dicit, quod domino probatio incumbit, cum ex libertate

- bertate petit in seruitutem, aliam secus, si ex seruitute in libertatem petatur, quae glossa licet subobscurè loquatur, tamen in effectu concludere videtur, inspiciendum esse statum uniuscuiusque, id est, ut ille, qui sit in possessione libertatis, transferat onus probandi in eum, qui dicit eum esse seruum: at ille, qui est in possessione seruitutis, probandi onere grauetur, quam iussit reus, ut apparet in dicta l. matrem, quae lex in re loquitur, & ista opinio absque dubitatione est vera, ut infra dicam, num. 12.
- 11 Altera opinio fuit glossae in d. l. matrem. C. de probat. ubi videtur velle, quod in dubio quis praesumatur liber ob benignam interpretationem, quae in dubijs facienda est, l. cum de aetate. ff. de prob. Et licet hoc expresse non firmet, tamen hanc fuisse ipsius intentionem colligi potest ex argumentatione, quam facit: & ad textum praedictae legis respondendo dicit, quod ideo ibi filia mulieris manumissae debebat probare se liberam, quia erat in possessione seruitutis, ex qua responsio inferri potest, quod si non fuisset in illa seruitutis possessione, nequaquam probare cogeretur, ob praesumptionem libertatis, quae in dubio capienda est, & hanc partem magis expresse tenuit Bald. in dicta l. secunda, num. 4. C. de sentent. & interlocut. omn. iud. & Salycetus in dicta lege prima, numero undecimo, C. de testam. quos supra citauimus, numero septimo, & infra dicitur, numero vigesimo quinto.
- 12 Verum his non obstantibus uerior est glossae sententia prima, quam tenuit Bartol. in dicta l. matrem, in prima lect. C. de proba. ubi dicit, quod actor, aut agit contra eum qui est in possessione libertatis, & ei necessitas probandi incumbit, aduersarium fuisse seruum: aut ille qui est in possessione seruitutis, se dicit esse liberum, & tunc suam intentionem probare debet, pro qua parte multum conferunt ea, quae tradita sunt in dicta l. moueor, C. si seruus export. ueneat. ubi ex textu colligitur, quod talis esse quis praesumitur, qualis est status eius, in quo reperitur, & qui nititur contra talem possessionem, debet intentionem suam probare, quae res secundo loco probatur per textum inuitabilem, quem Doctores citati non allegant, in l. liberis, §. si quis ex seruitute, ff. de liber. causa, ubi dicitur, quod ille, qui ex seruitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet: si uero ex libertate in seruitutem petatur, is partes actoris sustinet, qui seruum suum dicit, ad idem facit alius textus in l. si filius, in fine, ff. de prob. ubi habetur, quod filio neganti se in potestate patris, isti incumbit onus probandi, quoniam qui proclamat ad libertatem, prior docere iubetur. rursus ad eandem conclusionem pertinet textus in l. circa eum, ff. de prob. ubi expressum est, distinguendum esse in eo, qui se dicit ingenuum, an in possessione libertatis sit, an in possessione ingenuitatis. Priore casu oportebit ipsum docere se

- ingenuum, at posteriore casu, quando in possessione ingenuitatis est, tunc ille, qui eum dicit libertum suum, probare debet, cum nihil interfit, seruum suum quis, an libertum dicat, & propterea Bald. in d. l. si filius, in princip. ff. de prob. adnotauit, quod filius in possessione filiationis allegans emancipationem, & seruus in possessione seruitutis allegans manumissionem, debet uterque probare, quia patria, & dominica potestas, praesumitur durare, quando constat de suo initio, facit quod scripsit Bartol. in dicta l. circa eum, in princip. ff. de probat. ubi ait, quod quasi possessio iuris personalis, quod quis asserit, transfert onus probandi in aduersarium, licet secus sit in iuribus realibus, quod idem quoque notauit Alber. in dicta l. si filius, & in dicta l. circa eum, & ibi Salycet. & Bald. in prima, & secunda lect. ubi dicit, quod praesumitur ingenuus, qui est in possessione ingenuitatis, & qui est in possessione libertinitatis, praesumitur libertinus.
- 13 Sed difficultas est respondere ad textum in dicta l. matrem, C. de probat. ubi apparet, quod mulier erat rea, quae ex libertate in seruitutem petebatur, & nihilominus ei incumbebat onus probandi se ingenuam, quod est contra praedicta.
- 14 Huic difficultati glossa respondendo dicit, quod illud procedit, quoniam illa mulier erat in possessione seruitutis: quae responsio esset bona, quando mulier esset actrix, sed cum satis aperte cognoscatur illam mulierem fuisse ream, sed dicat textus, quod se defendebat, ideo responsio glossae procedere non potest, ut ait Salycet. ibi in tertia oppositione.
- 15 Vnde Baldus ibi pro textus intelligentia dicit, quod illa mulier ea ratione debebat probare se ingenuam, quia actricem se constituerat, onus probandi in se suscipiendo: cum enim tractaretur, an illa foret nata ante manumissionem matris, an post, quae controuersia est fundata in differentia temporum, ideo tempus ab ea probandum erat, quod est de substantia ingenuitatis, super qua fundabat intentionem suam.
- 16 Verum licet credendum sit Baldum habuisse etiam illius textus intelligentiam, attamen uidetur illam non posse colligi ex ipsius doctrina generaliter intellecta: nam clarissimum est in iure nostro, quod reus qui non tenebatur probare, etiam si
- 17 onus probandi in se suscipiat, nihilominus in principali controuersia nihil sibi nocet, quamuis non probet, ut est textus in dicta l. circa. §. si quis autem, ff. de probat. ubi habetur, quod reus potest onus hoc probandi in se suscipere, & ibi glossa subiungit concedi non solum in causa ingenuitatis, sed in alio quolibet iudicio, & quamuis in suscipita probatione ipse postea deficiat, non tamen perdit priuilegium absolutionis, quod sibi competit auctore non probante, quia pluribus defensionibus uti cuilibet permittitur, l. is qui dicit, ff. de excep. §. qui autem, Instit. de excus. tutor. & hanc

hanc doctrinam glossæ multum commendat Bartol. in dicta l. circa eum, ubi dicit, hodiernis temporibus vllam dubitationem circa hoc non posse oriri, quoniam in omnibus articulis solet apponi illa clausula, non se tamen astringens, & c. & rursus ibidem prædictam glossam sequitur Albericus, ubi subiungit, quod quando reus suscepit in se onus probandi, tunc testes + admittuntur lite non contestata, quod est summè notandum, & pariter dictam glossæ traditionem magnopere laudat ibidem Salycet. ubi in fine dicit, hanc partem esse communiter a Doctoribus approbatam, & Baldus eandem glossam sequitur in l. qui accusare, numero 4. uersiculo, item fallit quando reus, C. de eden. & ibi Iason, sub num. 3. uersiculo exten de istam regulam, & Purpurat. num. 17. uersiculo, & idem si reus, & Curt. iun. numero 9. uersiculo, ad istam regulam, sic declaratam, & ego supra latissime dixi in cap. 7. in quinta ampliacione, num. 42. & in cap. 69. lib. 1.

Quocirca ex prædictis ad rem nostram inferendo dicendum est, quod etiam si illa mulier rea in se suscepisset onus probandi, hoc tamen ei nihil obesse deberet, quamuis probare non posset, & per hoc non deberet releuari onere probationis ille, qui dictam mulierem ex libertate in seruitutem petebat, & tamen contrarium dicitur in textu, & hoc etiam facit contra solutionem Baldi generaliter intellectam.

Quid igitur erit dicendum? ego dico ueram istius textus intelligentiam esse illam, quam posuit Bartol. in l. actor, numero 8. uersiculo, sed contra prædictam, C. de prob. ubi dicit, quod quando ille, qui non + est obligatus ad probandum, in se suscepit onus probandi, tunc non probando, sibi nocet in eo, quod probare uoluerat, sed non tamen sibi nocet in eo, quod probare non intendebat: sed in quæstione nostra mulier, quæ petebatur in seruitutem, proposuit se esse ingenuam, & ad probandam ingenuitatem se astrinxit ad hoc, ut a Iudice ingenua pronuntiaretur. Vnde si non probat ingenuitatem, nocet sibi in hoc, quia ingenua non pronuntiabitur, sed non propter hoc sibi nocet, ut debeat serua pronuntiari, si seruitus non fuerit probata ab actore, qui propter susceptas probationes reæ non releuatur ab onere suo probandi, imò eo nihil probante illa mulier pronuntiabitur non serua, quoniam utrumque potest simul stare, id est, ut illa non sit serua actoris, nec sit ingenua, & hanc esse ueram intelligentiam illius textus attestatur Salycetus ubi in dicta l. matrem, sub numero 3. uersiculo, quid dicemus, C. de prob. ubi in summa tradit, quod illa mulier rea, aut solum se defendebat, & solum se absolui petebat, & debet obtinere actore non probante: aut ultra petebat se ingenuam pronuntiari, & tunc ut hanc probationem ipsa consequatur, debet probare ingenuitatem suam, qua non probata, non quidem pronuntiabitur ingenua, sed nec etiam serua,

quotiescunque non probauerit actor, quam traditionem sequitur ibi quoque Paul. de Castro, sub numero secundo, uersicu. tu dic, columna secunda, ubi notauit, quod si prædicta mulier erat in possessione libertatis, & rea petebatur in seruitutem, tunc si ipsa allegabat se ingenuam, & petebat, ita pronuntiari, necesse habuit ostendere se ingenuam, & sic probare, quod asserbat: cæterum si non petijisset se ita pronuntiari, tunc sufficiebat sibi, quod esset in quasi possessione libertatis quantum ad hoc, ut actore non probante seruitutem, ab eius petitione absolueretur, non tamen pronuntiaretur ingenua, & subiungit hoc esse magni effectus, quoniam talis sententia non proficeret sibi ad probandam ingenuitatem, si occuparetur postea per alium tamquam serua, quemadmodum si ago rei uendicatione, & non probo dominium, tu quidem absolueris, sed non tamen dominus pronuntiaris, nisi hoc asseras, & probes te dominum, & petas ita pronuntiari, l. si inter me, & te, ff. de excep. rei iud. & idem tenuit Salycetus in dicta l. circa eum, in quæstione quarta, ff. de prob. & ego supra dixi in dicto capitulo septimo, & in dicto capitulo 69. libro primo.

Rursus non obstat dictum Baldi in dicta l. secunda, numero quarto, C. de sentent. ubi dicit præsumendum esse, ut quilibet sit in quasi possessione libertatis, quod idem quoque uidetur tenuisse gloss. in dicta l. matrem, secundum Baldi interpretationem ibi positam, numero secundo, & dixi supra, num. 7. & numero 11.

Quia quod attinet ad glossam respondetur, quod ibi glossa hoc non dixit, sed eius intentio fuit dicere, ut non + præsumatur neque pro libertate, neque contra libertatem, & solum attendatur status personæ, an scilicet sit in possessione libertatis, an in possessione seruitutis, & ita Bartolus dictam glossam interpretatur in dicta l. matrem, in noua lect. C. de probat. & idem sentit in l. is potest, numero decimo quinto, uersicu. uideamus qualiter, col. 4. ff. de acq. hæred.

Quod uero attinet ad Baldum respondetur, non esse uerum, ut quis + præsumatur in possessione libertatis inhærendo iuri naturali, quoniam hoc quidem procedit in rebus, quibus ius naturale integrum ab ortu primò remansit, sed non habet locum in personis, quæ possunt nasci tam seruæ, quam liberæ, ut diximus in principio, ex quo apparet, respectu personarum ius naturæ fuisse immutatum, ob cuius mutationem talis præsumptio + ab aula recessit, adeo ut secundum glossam non sit præsumendum, neque pro libertate, neque contra libertatem, & ista fuit traditio glossæ in dicta l. circa eum, in uerbo, ingenuitatis, ff. de prob. ubi dicit, quod fundus + in dubio præsumitur liber, quia constat fundum a primo initio aliquando fuisse liberum: sed hoc non constat in homine, quia seruus nasci potuit, quod glossam multum ibi amplificat Albericus, ubi tradit, quod libertas hominis non præsumitur, quia

quia potuit nasci seruus, at libertas prædij bene præsumitur, quoniam ipsum est a natura liberum, & ei non potest superuenire seruitus nisi per factum extrinsecum, & factum non præsumitur, nisi probetur. 28 a Habet ergo prædij principium libertatis necessarium in se, quod non sequitur in homine. & si dixeris, non ne + sicut homo potest nasci sanæ mentis, & potest nasci furiosus, eo tamen non præsumitur furiosus, nisi probetur, l. nec codicillos, C. de codicil. Quare non sic dicendum est in libertate, ut scilicet homo præsumatur liber, quamuis possit nasci seruus?

Ad hoc respondetur secundum Albericum, quod ius naturale, secundum quod omnes homines liberi nascebantur, in hominibus + recipit correctionem a iure ciuili, sed in eo quod homo est animal rationale, nullam correctionem recipit, & indistinctè præsumitur sanæ mentis, nisi contrarium probetur, sed non est sic in libertate; quæ recipit a iure ciuili correctionem, ut diximus, & prædicta omnia quasi de uerbo ad uerbum retulit Florian. in d. l. circa eum, & ante ipsos hoc idem tenuit Cyn. in l. si aquam, num. 4. uersu. quarto quæritur, C. de seruit. & aqua, ubi quærendo, an possessio seruitutis liberet possessorem ab onere probandi in petitorio, distinguit inter personas, & res, & dicit, quod aut quæritur de seruitute personarum, aut rerum. Primo casu possessor releuatur ab onere probandi per textum in d. l. circa. At secundo casu si agatur petitorio, tunc possessor non releuatur ab onere probationum, & reddit rationem, quia quando aliquod fuit semel tale, adhuc præsumitur tale, l. siue possidetis, C. de probat. Nunc ita est, quod omnia prædij a principio libera sunt de se, & ob id adhuc libera præsumuntur, donec contrarium probetur, ex quo contingit, quod possessio non releuat, quin oporteat probare seruitutem. Sed sic non est in seruitute personarum, nam personæ non sunt omnes liberæ a principio, quia quædam nascuntur seruæ, & ideo possessio talis seruitutis releuat a grauamine probandi, unde ex prædictis colligit, quod quædo + aliquis possidet quidpiam contra ius commune, & quod a principio non potest esse tale, tunc possessio non releuat ab onere probationis, sed si fuit tale, bene releuat, quod est magnopere notandum. Idem similiter sequutus est Salycetus in d. l. circa eum, ff. de proba. & copiosius in d. l. moueor, C. si seruus exportandus, ubi dicit, quod libertas hominum, sicut libertas rerum, non præsumitur, saltem quo ad onus probationis transferendæ in aduersarium, quia omnia prædij ab initio suæ creationis erant libera, sed homines + licet ab initio generationis humanæ fuerint creati liberi, tamen illi mutati sunt, & extincti, & quotidie per generationem substituuntur, & subrogantur, unde cum postea seruitus fuerit inuenta, reperiuntur multi, qui nascuntur serui, & ob id hodie non præsumuntur liberi, sed tales, qualis est status, in quo reperiuntur, ipsi iudicantur, donec contrarium probetur, sed non ita in prædij, quia eadem prædij sunt in

substantia, quæ olim fuerunt.

Vnde seruitus in eis non potest esse naturalis, sed accidentalis, & idem tenuit Bartol. in l. si prius, num. 7. uersu. tertio contra istud, cum seq. ff. de ope. no. nunciat. & ibi Alber. num. 13. uersu. contra hoc instat Dynus, & Baldus ibidem, sub num. 3. uersu. non obstat, & Imola, num. 24. uersu. in contrarium tamen, col. 4.

Ex quibus satis abunde cognosci potest, rationem Baldi non esse bonam, dum dicebat in homine præsumendam esse libertatem, quia inhæret de iure naturali, quandoquidem istud ius naturale recipit mutationem, nec est bonum argumentum de rebus ad personas in tali præsumptione facienda. Cæterum quamuis hæc sit communis, & uera opinio, attamen pro reuerentia, quam debet tanto uiro quilibet Doctor exhibere, excogitata est uia, per quam prædicti Baldi opinio sustineatur, tum quia uerisimile non est, eum errasse, qui tantum sciuit, & qui dicitur nihil ignorasse, tum etiã quia inciuilis est ingenij, uelle reprehendere illum, quæ emulari non possis. Pro concordia igitur opinionum tres casus distinguere oportet. Primus est, quando constat in quo statu, & in qua possessione sit homo, uel seruitutis, uel libertatis, & dic ut superius adnotatum est: secundus, quando non constat, in qua possessione sit positus, & tunc dic quod super hoc litigandum est, & super hoc + incidenti in iudicio cognoscendum est, an quis sit in possessione libertatis, an seruitutis, ut patet in l. liberis. §. igitur cum de hoc incertum est, ff. de liber. causa, quem textum Bartolus ibi multum exultat ad hoc, ut intelligamus super incidenti esse pronunciantum, & in isto casu præsumitur quis esse in possessione, uel libertatis, uel seruitutis secundum probationes factas in hoc articulo, & secundum iudicis declarationem, & quando, & quomodo super hoc incidenti ueniendum sit ad tormenta, uide textum, et glossam, et Bald. et Salycetus, in l. cam quæ, C. de liber. causa.

Tertius est casus, quando litigatum et super hoc possessionis incidenti, et aut nihil utrinque probatum est, aut æqualiter, et cum paribus probationibus uterque probauit, et tunc + in re dubia, et in pari causa pronunciantum est ad fauorem libertatis ad hoc, ut præsumatur quis esse in possessione illius. l. quoties. ff. de reg. iur. et ita procedit, et debet habere locum opinio Baldi supra citati, et hoc modo intelligendus est etiam Salycetus, alioqui sibi esset contrarius, in d. l. 1. num. 11. C. de testam.

Ex his igitur omnibus duæ notabiles conclusiones colliguntur, ex quibus inferuntur ad plura, quæ scitu necessaria sunt, et in practica pluries contingere solent.

Prima est, quod quilibet debet + talis iudicari, qualis est status eius, in quo reperitur, donec contrarium probetur, et egregius est textus in d. l. moueor. C. si seruus exportand. ueneat, et in l. Barbarius. ff. de officio præf. et in d. l. liberis. §. si quis ex seruitute,

feruitate, ff. de liber. causa, & in d. l. circa eum, ff. de probat. & in l. ingenuum. C. de ingenui. manum. & in l. item apud Labeonem. §. si quis uirgines. ff. de iniurijs, & in c. si uero, il secundo, & in c. in audientia, extra de sentent. excommun. & in l. si ignorans. ff. locati, & in c. si iudex, de sentent. excommun. in 6.

Hinc illud passim, & uulgò dici solet, In quo statu te inuenero, eo te tenebo, donec contrarium uidebo, ut glossa, & Cynus adnotauerunt in d. l. moueor, per quem textum Baldus ibi quoque dixit, quòd nos cogimur apparetiam sequi, donec contrarium probetur, & ibidem Angelus pariter scripsit, quòd in eo statu, in quo quis conuenitur, debet tueri, donec probetur contrarium, & Salycetus ibi ait, quòd secundum statum, in quo quilibet inuenitur, iudicari debet, quòd etià notat Decius in consi. 125. in causa spoliationis, sub num. 6. uerfi. & hoc maximè, col. pen. in prin.

Et si hæc in humana iustitia locum habent, multò magis in iustissimo Dei iudicio obtinebunt, quoniam dicitur in sacris literis, qualem te inuenit Dominus, cum uocat, talem pariter & iudicabit, quoniam ipse testatur, & dicit, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator rerum, & cordis, ut habetur in c. nunquid, distict. 1. de poenit. Propter quod Diuus Gregorius attestatur, quòd si qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit, uel repræsentabitur, quòd est translatum in c. qualis, distict. 25.

Infertur itaque ex prædictis, quòd matrona honesta, aut si uirgo reperta in ueste meretricia secundum ius ciuile poterit impunè de pudicitia attendari, ut traditur in d. l. item apud Labeonem, §. si quis uirgines, ff. de iniurijs, & in d. c. in audientia, extra de sentent. excommun.

Cuius rei illa est ratio, quia talis quis esse prima facie præsumitur, in quali habitu reperitur, ut notat Bartol. in d. §. si quis uirgines, & latius expressum est in dicto c. si iudex, de sentent. excommun. in 6. ubi dicitur, iustum esse, ut quilibet talis ex habitu, quem gestat, præsumatur, qualis is esse cuius fert habitum, cõprobatur, & notat etiam Decius in d. consi. 125. sub num. 6. col. pen. in princip.

Secundo infertur, ut percutiens clericum, qui non gestabat habitum clericalem, sed ueste laicali indutus incedebat, non incurrat in excommunicationem, quia secundum statum laicalem præsumitur laicus, ut habetur in d. c. si uero, il secundo, & in d. c. in audientia, extra de sentent. excommun. & ibi Abb. & Felynus, & glossa in d. l. si ignorans. ff. locati, & Bartol. & Alber. in d. §. si quis uirgines, & Ioan. Andr. inter consilia Alexandri, in consi. 61. quia sæpissime, col. uol. 4.

Tertio infertur, ut percutiens familiares prætoris, qui non habent insignia solita, nec uestes solitas, quas deferre tenentur, non incurrat poenam statuti punientis eos, qui familiam Prætoris iniurijs affecerunt, ut ait Alber. in d. §. si quis uirgines, nam sicut deferens alicuius officij signum præsu-

45 mitur esse officialis illius, cuius signum portat, d. c. si iudex. §. ex stigmatate, de sentent. excommun. in 6. & notat ibi Geminian. in uerbo, idem esse.

Ita è conuerso, qui non portat signum, de illis esse non censetur, cui rei adstipulatur illud, quòd notauit Bald. in l. directis, in prin. C. de testam. manum. ubi dicit, quòd signa faciunt præsumi talè, qualis per signa demonstratur, nam ex actibus præsumitur habitus, & ex eorum remotione præsumitur, quem dignitatis substantiam non habere, sic etiam iudicatur, an quis sit ciuis, an rusticus, & secundum statum, in quo reperitur, ut tradit Alber. in d. l. moueor.

Per quam rationem idem dicitur de illo, qui percussit Antianum, quem ignorabat esse antianum, quia non uestiebat eo modo, quo ceteri antiani uestire solebant, non enim punietur pena statuti imposita percipientibus antianos, sicut nec etiam si uassallus amittit feudum, quando percussit dominum, quem nesciebat esse dominum, ut tradit Bal. in c. si capitanei, nu. 2. quib. mod. feud. amitta.

Quarto infertur, ut si bannitus, qui habuit gratiam, si non fuerit cancellatus a libro bannitorum, sed adhuc in eo scriptus reperitur, poterit non obstante gratia Principis impunè offendi, stante statuto, ut banniti impunè offendantur, quoniam in quo statu te inuenero, in eo te iudicabo, & ita tradit omissis alijs Marfil. in sing. 340. cautè agant, & in §. aggredior, num. 4. uerfi. item scias etiam. Practica crimin.

Quinto infertur, ut ualeant instrumenta eius, qui non erat Notarius, sed tantum in matricula notariorum descriptus reperitur, ut retulit ason in d. l. Barbarius, num. 49. uerfi. quarto notabiliter limita, ff. de off. prætor. & Marfil. in d. §. aggredior, nu. 35. uer. & facit etiam, Pract. crim. de qua materia latius dicam in c. 20. infra eo. tu interim uide Alciat. in præsumpt. 17. num. 4. reg. 3.

Declaratis tamè superiores dilationes, ut ita demum procedant, cõ attendans si pudicitiam uirginis, meretricio amicu uestitè, & quando percutiens clericum sub laicali ueste, et offendens familiarem potestatis, uel antianum sine solitis insignibus, et occidens bannitum non cancellatum è libro bannitorum, re uera ignorabat aut illas esse uirgines, aut esse clericum, aut antianum, uel familiarè potestatis, aut esse rebannitum: quoniam si conditiones eorum sciuisse, ipse puniretur, ut ait gl. in d. c. in audientia, in uerbo, iniuriarum, extra de sentent. excommun. et ibi Abb. et in d. c. si uero, il 2. et ibi Fely. extra eo. et Alber. in d. l. item apud Labeonem, §. si quis uirgines. ff. de iniur. ubi de uirgine, de clerico, et de familiari prætoris loquitur, et ibidem Angel. num. 1. et Marfil. in d. §. aggredior, num. 31. uerfi. pro quibus faciunt, Pract. crimin. ubi de bannito, muliere, et clerico loquitur, de quibus idem notauit etiam Afflict. in cap. 1. §. item si fidelis, nu. 7. uerfi. item quero, quib. mod. feud. amittat. et Bal. in l. si qua per calumniam, num. 2. uerfi. deinde uenio, et ibi Castrenf. C. de episcop. et clericis.

Ad

Ad quam materiam facit, quòd scripsit Salyc. in l. quoniam multa facinora, sub nume. 12. uerfic. ego credo aliter dicendum, C. ad l. Iul. de vi publica, ubi notauit, quòd qualitas personæ ignorata ex defectu, uel facto iniuriati non attenditur ad infligendam poenam, respectu illius qualitatis propter ignorantiam quæ excusat, quoniam qui non uult sciri, uel cognosci ut talis, meritò iniuria non infertur ei ut tali, cum talem se esse neget in habitu difformi incedendo, sed si qualitas non esset ignorata ex defectu iniuriati, tunc poena grauiori respectu qualitatis puniretur, ad id pertinet illud, quòd notauit glo. in d. cap. si capitanei, in uerbo, adulterauerint, quib. mod. feud. amittat. ubi dicit, quòd quamuis uassallus cognoscens carnaliter uxorem Domini feudum amittat, ut dicitur in textu, tamen hoc debet intelligi, si scienter illud adulteriũ commiserit, non autem ignoranter, quam glossam sequitur ibi Ifern. & Bald. num. 3. & Aluarot. nu. 5. uerfi. quero cum glossa, & ibi Afflict. num. 29. & in d. §. item si fidelis, in princip. & ibi Aluarot. nu. 10. uerfi. quero quid si uassallus.

Et quomodo possit hoc cõtingere, ut si scilicet uassallus rem habeat cum uxore Domini ignoranter, glossa ibidem ponit exemplum, ueluti quando uassallus uxore sua absente inuenit in lectum suum Dominam suam, & eam cognouit credens esse suam uxorem, ut est casus in c. in lectum, 34. qua. 2. uel aliter potest poni exemplum in cæco, qui credens cognoscere uxorem, pollueret Dominam suam, de quo est textus in c. illud, §. sed objicitur, 15. q. 1. Item potest poni aliud exemplum in eo uassallo, ad quem publicus leno Dominam loco meretricis cõdu perduxit, uel in eo qui cognosceret uxorem Domini meretricis more luxuriantem, & prostibula publica sub uestibus meretricijs frequentantè, pro ut fecisse dicitur Faustina si uxor Marci Antonini Philosophi Imperatoris, quam apud Caietam cõditiones sibi, & nauticas, & gladiatorias elegisse ferunt, idest bene mentulorum uirorum electionem fecisse, quemadmodum exponit Egnatius in uita Marci apud Iulium Capitolinum.

Nam quamuis uassallus non possit impunè cõcumbere cum uxore Domini meretricis, ut ait Andrè. de Ifern. in d. c. si capitanei, §. item si fidelis, nume. 5. uerfi. quod si ista personæ, quib. mod. feud. amittat. & ibi Afflict. num. 10. uerfi. qui d. autem, ubi limitat in uidea.

Attamen hoc semper debet intelligi, quando illud scienter fecisset, nec locus prostibuli, nec meretricis uestes illum decepissent, arg. d. §. si quis uirgines, & hæc si ignorantia per iuramentum suum probabitur, ut ait glossa in d. c. in lectum, 34. q. 2.

Pro quibus etiam facit, quòd notat Bald. in d. c. si capitanei, in fine: ubi tradit, quòd cognoscens carnaliter monialem, nesciens illam esse monialè, non punitur si tanquam de stupro monialis, quòd idem sequitur ibi Afflict. in fine, & Aluarot. numero 5. in fine.

Quæ quidem conclusio confirmatur ex his, quæ

tradit Domin. de S. Gemin. in c. perpetuæ, in prin. de elect. in 6. ubi dicit, quòd poena eligentis indignum nõ habet locum, nisi quando scienter eligisset.

Secundo declara, ut talis ignorantia ita demum excuset, si est probabilis, & iusta, non autem crassa, & supina, uel affectata, ut ait glo. in d. c. 1. §. similiter, in uerbo, sciens, quibus mod. feud. amittat. & hanc glossam commendat Bald. ibi numero 21. uerfi. quero quid de eo, & in d. c. si capitanei, nu. 2. & ibi Afflict. num. 29. ubi dicit crassam, & supinam, & affectatam ignorantiam non excusare, quia patriaria sunt scire, & scire debere, & reputatur sciens, qui ignorantiam affectauit. c. fin. extra de clandest. despons. impub. & Aluarot. in d. §. item si fidelis, num. 10. uer. quero quid si uassallus, & in d. c. si capitanei, sub nu. 5. uerfi. intelligas tamen.

An autem scientia inducatur, si iniuriandus dicitur, noli me tangere, quia sum clericus, uel familiaris Potestatis, aut uirgo, aut antianus, uel rebannitus, uide Alber. in d. l. item apud Labeonem, §. si quis uirgines, ff. de iniurijs, ubi ex mente Butrigarrij dicit, talibus non esse credendum, cuius opinionis ibi quoque fuit Angelus, qui attestatur ita fuisse iudicatum in ciuitate Senarum, uidebis tamen Bologn. latius distinguentem in l. non solum, §. morte, num. 168. uerfi. sed dubitatio remanet, ff. de oper. no. nunc. & Clarum in §. homicidium, num. 58. uerfi. sed quid si bannitus, Pract. crimin.

Quæ uero sit ignorantia crassa, supina, & affectata, uide Lucam de Pen. in l. generali, nume. 8. cum seq. colum. 2. C. de tabular. lib. 10. ubi dicit ignorantiam crassam, & supinam esse, quando factum omnibus publicum ignoratur: at ignorantiam affectatam esse illam, quando quis non uult intelligere, ut benè agat, de qua re optimus est textus in c. ideo prohibetur, in fine, distict. 37. & uide textum in c. turbatur. .q. 4.

Tertio declara prædicta, ut scilicet ignorantia excuset non quo ad poenam delicti ordinariam, sed quo ad poenam augendam ratione qualitatis, quæ non debet irrogari, cum qualitas illa fuerit ignorata, & hanc declarationem ego pondero ex textu, & ex glossa in cap. in lectum, 34. qua. 2. ubi habetur, quòd carnaliter cognoscens sororem uxoris suæ, excusatur quidem propter ignorantiam à poena incestus, sed non a simplici fornicatione, propter quam poenitentiam debet agere. Hoc idem uoluit, & ponderauit Ifern. in dict. capit. 1. §. item si fidelis, sub numero quarto, in quadam parua additione, quib. mod. feud. amit. ubi dicit, quòd uassallus, qui uxorem Domini sui ignoranter cognouit, excusatur à perdendo feudo, sed non ab ordinaria poena concubinitus, propter illud, quòd dicitur de Iuda ingredientem ad Thamar uxorem suam, quia si excusatus fuit incestus, non autem fornicatio, ut tradit Nicol. de Lyra, in c. 38. Gen. in uerbo iustior.

Rursus hoc idem tenuit Cynus in d. l. quoniam multa facinora, col. 1. uer. ista faciunt ad quaestionem, C. ad l. Iul. de ui publica, ubi dicit, quòd de pe-

na

66 **na** adulterij nō tenetur ille qui cognouit ꝛ cōiugata credens esse soluta, sed solum tenetur de pœna fornicationis, & idem quoque notauit ibi Salycet. sub num. 12. vers. ego credo. ubi dicit, quod ignorantia qualitatis infatæ personæ, cui fit iniuria, excusat quo ad euitandam pœnam propter illā qualitatem, sed non quo ad euitandam pœnam tamquam de iniuria illata simplici personæ, ex quo fit,

67 **ut** iniurians clericum ꝛ sub veste laicali incedentem excusabitur quidem propter ignorantiam a pœna excommunicationis, sed non propter hoc euadet pœnam de iniuria illata tamquam in simplicem laicum, facit doctrina Bartoli in l. si ex lege, ff. ad l. iul. de adulter. ubi in fine dicit, quod occidens ignoranter bannitum, qui non erat legitime bannitus, excusatur ꝛ a pœna homicidij, sed non tamen a pœna culpæ, de cuius dicto uidebis tamen Alex. in consi. 65. attenda dispositione, nu. 8. vers. ad hoc etiam, uol. 3. & circa huiusmodi materiam uidebis Doctores, & præsertim Bolognet. distinguentem in l. non solum §. morte, num. 166. uers. unde tertius est casus, cum seq. ff. de operis no. nunc.

68 **Et** prædicta intelliges esse uera, quando initiū rei ordinatur ad crimen, id est quando quis ab initio rei illicitæ incumbere, ut patet in superioribus exemplis. At secus est, ubi initium erat licitum, quoniam in nihilum tenetur, ut apparet in d. l. i. c. apud Labeonem, §. si quis uirgines, ff. de iniurijs.

69 **Ex** quo infertur, quod se ꝛ defendens, ne capiat a familia Potestatis solita insignia non habente, nulla pœna puniatur, etiam si in difensione aliquem ex illis offendisset, cum rei licitæ, id est propriæ defensionis incumbere, ut inquit Ange. in d. §. si quis uirgines, num. 2.

70 **Nec** obstat textus in d. c. in lectum, 34. quæstio ne 2. quoniam illud procedit in spiritualibus fauore animæ, propter quam ꝛ tutius est ibi timere periculum, ubi culpa minimè reperitur, ut dicitur in c. 2. extra de obser. ieiun. & propterea glossa ibi, & in d. c. in lectum, affirmauit, quod in talibus casibus pœnitentia iniungitur potius ad cautelam, quam ad necessitatem.

71 **Sed** quid si quis animo occidendi vulnerauerit Titium suum ꝛ inimicum, quem credebat dormire in lecto, cum tamen esset mortuus, an punietur, & qua pœna? uide Alber. in l. scientiam, §. qui cum aliter, in fine, ff. ad l. Aquil. ubi concludit illū esse puniendum, sed non aperit, quo genere pœnæ.

72 **Quarto** declara, ut excusetur ꝛ quis ratione habitus, & uestimentorum, quando forma, & usus uestiendi erat distinctus secundum gradum, & qualitatem personarum: tunc enim si unus induat morem uestiendi alterius, probabilis ignorantia oriri poterit secundum ea, quæ dicta sunt. At secus est, quando difformis habitus inter personas non esset distinctus, ut est in pluribus ciuitatibus, in quibus habitus meretricis, non differt ab habitu matronæ honestæ, nec habitus antianorum differt ab habitu cæterorum ciuium, sed unusquisque uesti-

tus incedit secundum morem, & decorem proprium: nam tunc si quis pudicitiam uirginis attentauerit, aut antianum, uel familiarem Potestatis offenderit, non erit excusatus a pœna grauiori ob qualitatem personæ ratione ignorantia: ex quo enim dabit operam rei illicitæ sibi imputandum est, qui ꝛ præcauere debebat, & se informare, præsertim cū habitus, aut uestimenta fuissent congruentia, & apta conditioni personæ, quam offendit, & ita tradit Salycet. in d. l. quoniam multa facinora, sub nu. 12. uers. aut qualitas illa non erat, col. 3. C. ad l. iul. de ui publica, & Bartol. in l. diuus, num. 2. uers. secundo quæro, ff. ad l. Cor. de sicarijs.

73 **Quis** autem dicatur habitus ꝛ congruus, & conueniens, dic inspicendam esse qualitatem personæ, & morem regionis, in qua uiuitur, ut ait Spec. in §. sequitur uidere, de aduocato.

74 **Secunda** principalis conclusio hæc est, quod possessio ꝛ aut quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium, ut supra diximus, per textum in d. l. liberis, §. si quis ex seruitute, ff. de liber. causa, & in d. l. si filius, & in d. l. circa eum, ff. de prob. & in dicta l. matrem, C. eo. & in d. l. moueor, C. si seruus exportan. ueneat, & in d. l. ad probationem, la. 2. C. de probat. & latè Tiraq. in quæstione 17. in 1. opin. num. 20. uers. sunt que alij, de iure primigen.

75 **Veram** tamen quoniam iste est altus, & profundus articulus, & longam indaginem requirit, statui illius examinationem in subsequens capitulum maiori commoditate transferre, quoniam magnitudo huius capituli satis creuit.

A D D I T I O N E S.

- a Principium. Hoc fallit in prædijs Ecclesiæ, in quibus nullum allodium reperitur, quæ res quomodo intelligatur, uide Ioan. Andr. in c. nimis, extra de iureiur.
- b Nihil. Quid autem iuris sit, quando quis non est in possessione seruitutis, nec libertatis: dic eum præsumi ingenuum, Salycet. in l. circa eum ff. de prob.
- c Contrarius. Contrarietas apparet ex his, quæ dixit idē Salycet. in l. moueor, C. si seruus exportan. ueneat.
- d Familiam. Sequitur Angel. in litem apud Labeonem, §. si quis uirgines, ff. de iniurijs.
- e Sciuit. Facit, quod tradit Alber. in l. Barbarius, num. 22. uers. item quia supradixi, ff. de off. prætor. ubi notat, quod licet communis error faciat ius, & excuset ignorantantes, tamen non excusat eum, qui sciebat ueritatem illius, quod communiter ignorabatur: & infert ad illā quæstionem quam multi disputauerunt, ut scilicet primogenitus, qui est doctus, ut scit in conscientia sua nō ualere consuetudinem præferentem primogenitum in omnibus bonis, cum sit contra ius scriptum, non sit excusatus, nec tutus quo ad Deum, cum læsam conscientiam habeat, sed debeat partem suam restituere fratribus suis, & refert in hanc partem plures Theologos in clinasse, quam opinionem tenuerunt pariter Calderinus, & Felynus, qui eum refert, in c. ad probandum, nu. 8. in 2. limitatione, col. pen. extra de sentent. & re iud. ubi subdit etiam, quod si aliqua ciuitas communi opinione credatur habere priuilegia studij, quæ re uera tamen non habeat, ut huius ueritatis ego sciens ibi me fecerim doctorari, tunc mihi non proderit communis error, quod idem notat Felyn. in c. sciscitatus, num. 5. uers.

uersi. secundo fallit, & ibi Decius, num. 40. uers. prædicta conclusio, extra de rescript. sed circa illud quod dictum est de inualiditate consuetudinis præferentis primogenitos, uidebis omnino Tiraq. in quæst. 4. de iure primogenitor.

f Non tenetur. Contrarium, & male in hoc casu adulterij, tenuit Rubeus in l. non solum, §. morte, nu. 74. uers. secunda regula, ff. de oper. no. nunciat.

S V M M A R I V M.

- 1 Possessio, uel quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium, quando status, aut qualitas illius possessionis inest, uel est apta inesse ab origine rei.
- 2 Homo potest nasci, uel seruus, uel liber.
- 3 Libertas hominis, uel seruitus, est qualitas, quæ inest, uel est apta inesse ab origine rei.
- 4 Possessio uitiōsa non releuat possessorem ab onere probandi. Quasi possessio in iuribus incorporalibus bona fide habita, releuat ab onere probandi, ibidem.
- 5 Possidens libertatem cum mala fide, in possessione seruitutis esse uidetur. Possessio dolosa in iuribus realibus, an releuet ab onere probandi possessorem, ibidem.
- 6 Præsens status, uel præsens qualitas, quæ contradicit origini, & progressui naturali, non releuat possessorem ab onere probandi.
- 7 Res quælibet ab origine prima, & in suo progressu præsumitur libera.
- 8 Dicenti prædium debere seruitutem incumbit onus probandi.
- 9 Possessio contraria iuri communi non præsumitur legitima, nisi titulus producat.
- 10 Differentia est inter res, & personas respectu libertatis originariæ.
- 11 Agens negatoria cōtra rem contumacem facit, ut transferatur onus probandi in eum, qui est in quasi possessione seruitutis.
- 12 Seruitus futuro edificio potest imponi.
- 13 Onus probandi translaturum in contumacem ob pœnam contumaciæ uersatur in probando dominio.
- 14 Seruitus futuro edificio quomodo possit imponi.
- 15 Nulla seruitus realis habet causam naturalem.
- 16 Seruitus futuro edificio non potest imponi.
- 17 Seruitus rerum directè contradicit origini, & progressui naturali.
- 18 Prædium naturaliter dicitur esse seruum in decursu, a quæ pluuie arcendæ.
- 19 Seruitus arborum debita ob uentum idoneum ad tritrandum fructus, non potest impediri, & fundo naturaliter inest. Vicino non licet taliter edificare, ut uentum idoneum ad tritrandum suo uicino impediatur, ibidem.
- 20 Quasi possessio seruitutis realis non releuat ab onere probandi possessorem contumacem.
- 21 Quasi possessio longa in seruitutibus realibus liberat ab onere probandi possessorem.
- 22 Libertus nemo nascitur.
- 23 Status præsens contradicens origini, sed non progressui naturali liberat possessorem ab onere probandi.
- 24 Sicut ille, qui est in possessione bonitatis, præsumitur bonus, ita malus ille præsumitur, qui est in possessione malitiæ.
- 25 Omnis ætas ab adolescentia in malum pœna est.
- 26 Quasi possessio accidentalis præter naturam non liberat possessorem ab onere probandi. Clericatus, iurisdictio, pedagium, uestigalia, Doctoratus notariatus, & similia, sunt accidentia præter naturam, ibidem.
- 27 Quasi possessio illius qualitatis, quæ non procedit nisi ex priuilegio, uel ex iure speciali, non liberat possessorem ab onere

- probandi.
- 28 Sacerdos nullo tempore potest se præscribere in sacerdotem, nec Prætor in Prætorum, nec tabellio in notarium. Vassallus qualitas potest inesse naturaliter uassallo, & ideo possessio liberat uassallum ab onere probandi, ibidem.
- 29 Clericus petens beneficium debet clericatum probare.
- 30 Episcopus petens hereditatem defuncti tanquam clerici, debet probare eum fuisse clericum.
- 31 Episcopus potest beneficiatum cogere ad faciendam fidem de clericatu.
- 32 Clericatus quasi possessio non prodest malefactori ad euitandam pœnam iudicis secularis, nisi titulum doceat.
- 33 Index laicus deprehendens aliquem in uestibus, & tonsura clericali, debet eum remittere ad iudicem ecclesiasticum.
- 34 Clericatus possessio ita debet prodesse ad onus probandi transferendum in contradicentem, sicut possessio ingenuitatis prodest ei, qui ab alio dicitur libertinus.
- 35 Possessio illius inuis, quod nemini nocet, liberat possessorem ab onere probandi.
- 36 Possessio clericatus non sufficit ad liberandum malefactorem ab onere probandi se clericum, sed solum ad faciendam remissionem.
- 37 Argumentum a quasi possessione ingenuitatis ad quasi possessionem clericatus, an ualeat.
- 38 Clericatus quasi possessio, quo casu nihil operetur ad faciendam remissionem.
- 39 Clericalis habitus aliquando nihil ualet ad faciendam remissionem.
- 40 Clericus coniugatus quibus casibus gaudet priuilegio fori ecclesiastici.
- 41 Clericus coniugatus an debeat facere fidem de clericatu coram iudice seculari, an ecclesiastico.
- 42 Virginitas præsumitur, cum sit qualitas, quæ naturaliter inest.
- 43 Clericus coniugatus non potest inuitus trahi coram iudice seculari pro debito pecuniario.
- 44 Clerici tonsurati, & coniugati, quomodo gaudeant hodie priuilegio fori.
- 45 Possessio in præparatorijs iudicijs prodest possessori, ubi de modico præiudicio tractatur.
- 46 Quasi possessio in decisijs, an releuet ab onere probandi.
- 47 Possessio, nec in possessorio, nec in petitorio non releuat possessorem, quando auocat possessionem in rebus magni momenti.
- 48 Iurisdictio exercenda quasi possessio in certo loco non releuat possessorem sine titulo.
- 49 Nuda possessio non liberat possessorem ab onere probandi, quando agitur de priuilegio, quod alteri nocet.
- 50 Quasi possessio uectigialis exigendi, uel iurisdictio in loco exercenda, non liberat possessorem ab onere probandi titulum.
- 51 Error in rebus corporalibus habetur pro titulo ad præscribendum. Error supinus ad præscribendum sufficit in rebus incorporalibus, ibidem.
- 52 Consuetudo differt a prescriptione.
- 53 Longa possessio sufficit ad transferendum onus probandi in aduersarium.
- 54 Longa possessio dicitur spatio decem annorum.
- 55 Episcopus non potest cogere clericum existentem in longa possessione clericatus ad faciendam fidem de clericatu.
- 56 Præsumptio requirit spatium decem annorum.
- 57 Præsumptio ex diuturna possessione in bis, quæ sunt contra ius, nihil operatur.
- 58 Titulus an, & quando sit necessarius ad præscribendum rem, contra quam est ius commune.
- 59 Possessio contra ius non prodest possidenti, sed bene prodest alijs, ubi agitur de pena uitanda.

- 60 Quasi possessio tertio prodest pro omni ipsius interesse obrinendo. ubi versatur publica utilitas.
- 61 Possessio quando exorbitat a regulis communibus, non presumitur pro possessore, nisi publica utilitas, & communis error concurrant.
- Confessio facta a penitente ei, qui non erat sacerdos, sed tamen erat in longa possessione sacerdotij, an valeat, ibidem in additione.

ARGUMENTVM.

Possessio alicuius status, aut alicuius qualitatis, an est quando transferat onus probandi in aduersarium.

C A P. X X.

MAGNA profecto utilitas versatur in presenti tractatione, in qua quaeritur, an, & quando possessio, aut quasi possessio alicuius status, aut alicuius qualitatis transferat onus probandi in aduersarium. cuius rei cognitio, ut dilucidius, & distinctius intelligi possit, hanc totam materiam per quatuor regulas distincta examinatione declarabo.

Prior itaque regula haec est, quod possessio, uel quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium, quando status, aut qualitas, in cuius quasi possessione sumus inesse, uel est apta inesse ab origine rei, textus est in l. liberis. §. si quis ex seruitute, ff. de liber. causa, & in l. si filius. & in l. circa eum, ff. de prob. & in l. moueor, C. si seruus exportan. ueneat, & in l. maurem, & in l. ad probationem, la secunda, C. de prob. & late Tiraque in quaestione 17. in 11. opin. numero 20. uersiculo, suntque alij plurimi, de iure. primog. & Bal. in consi. 351. in bonis feudilibus, num. 2. uol. 1.

Ex quibus iuribus exemplum praedictae regulae habes in seruitute, uel in libertate hominis, nam cum possit homo + nasci, uel seruus, uel liber, ut traditur in §. serui aut, Instit. de iure person. aperte constat, quod libertas hominis, uel seruitus & qualitas, quae + inest, uel est apta inesse ab origine rei, & consequenter ille, qui est in quasi possessione huiusmodi qualitatis, liberatur ab onere probandi, & illud transfert in aduersarium suum, & ita dicit, & dictam regulam format Bartol. in l. si prius, numero decimonono, uersiculo, ut igitur praedicta notabilia, ff. de ope. no. nunciat. & Bartol. in l. indicia, numero 4. uers. tertio principaliter, C. de rei uend. & in l. 2. num. 80. uers. sed his obijciatur, C. de seruit. & aqua, & in l. Titia, sub num. 2. col. 2. uers. circa hoc utrum possessio, ff. solu. matrimo. & Florian. in l. sicut autem. §. sed si quaeratur, num. 6. uers. conclude ergo ex praedictis, ff. si seruit. uend. & Iason in d. l. si prius, num. 43. uers. regula affirmatiua est, ff. de oper. no. nunciat. & Euerard. in loco 42. in fine, uers. tertio casu subdistingue, tract. de mo. arguen.

4 Limitatur tamen praedicta conclusio, ut non procedat in eo, qui est in quasi possessione cum mala fide, quoniam tunc ipse non releuatur a grauiamine probandi, l. eam que, C. de liber. causa, & d. l. liberis, in fine, ff. eod. & l. uis eius, & l. siue possidetis, C. de prob. & notat glos. in dicta l. liberis, ubi dicit eum, qui dolosam habet possessionem, perinde esse, ac si non haberet: quoniam, ut Bartolus ibidem subiunxit, talis possessio uitiosa non releuat possessorem ab onere probandi, & idem scripsit Bald. in d. l. eam que, ubi dicit, quod in iuribus incorporalibus quasi possessio bona fide habita releuat ab onere probandi, secus si mala fide, quia qui dolose possidet + libertatem, in possessione seruitutis esse uidetur, quod etiam notat Alexan. in dicta l. si prius, numero 40. uersiculo, de materia etiam uide, ff. de oper. no. nunciat. & ibi Iason, num. 43. uers. secundo limita, & egregie Bald. in d. l. uis eius, in prin. C. de prob.

Quaeres ampliatur, ut habeat locum, nedum in iuribus personalibus, id est in causa status secundum iura, sed etiam ut procedat in iuribus realibus, in quibus & ipsa dolosa possessio non releuat ob onere probandi uiolentum possessorem in iudicio petitorio, ut ait Bartol. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 17. uers. secundo uideamus, ff. de acq. posses. ubi dicit, quod agens possessorio recuperandae obrinet contra uiolentum inuadentem, etiam in petitorio prius intentato absque alia dominij probatione.

Sed ista ampliatio licet sit notabilis, tamen non uidetur uera, & Baldus contrarium tenuit in d. l. uis eius, num. 1. uers. quaero hic nunquid agens, C. de probatio. & Iason in d. l. naturaliter, §. nihil commune, num. 120. uers. tamen. ut ueritas praedictorum, ff. de acq. posses. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem, licet subiungat hunc articulum posse in utranque partem disputari, & sequitur ibi late Bolognet. num. 302. uers. secundo colligitur, & num. 323. uers. secundo praesupponit.

6 Secunda regula principalis est, quando praesens status, aut praesens + qualitas rei contradicit necessario origini, & progressui naturali, & tunc quasi possessio non releuat possessorem illius status ab onere probandi, & exemplum poni potest in quasi possessione seruitutum realium: quoniam cum naturaliter ab origine prima, & postea in progressu omni praedium liberum sit, l. altius. C. de serui.

8 Ideo quicumque dicit praedium esse seruum, contradicit naturali origini, & progressui, & propter hoc + tibi incumbit onus probandi, licet sit in quasi possessione seruitutis, & ita dicit Ang. in d. l. si prius, uers. tu dic quod interdum, colum. fin. ff. de oper. no. nunciat. & hoc sequitur Imola ibidem, uers. tu dic quod interdum, colum. quarta, in prin. & Alexan. num. 37. uers. cuius dictis adde, & Iacobin. de S. Georg. in d. l. circa eu, numero 4. uers. circa istum articulum, ff. de probat. & Anton. de Padil. in l. si adibus, num. 2. C. de seruit. & aqua.

Et hoc est illud, quod uoluit significare Bartolus, licet diuersis uerbis utatur, in d. l. si prius, num. 19. uers. ut igitur praedicta notabilia, ff. de ope. no. nuntia. ubi dicit, quod quando status, aut qualitas non inest, nec est apta inesse ab origine rei, & de necessitate concordat cum intentione contradicentis, & non diuiditur in possessorium, & petitorium, tunc onus probandi transfertur a possidente in aduersarium, & hanc Bartoli doctrinam esse notabilem dixit Rom. in l. l. sub nu. 5. uers. tertio per notabilem, col. pen. C. de restam. & sequitur Iason in d. l. si prius, num. 44. uers. secunda regula, ubi dicit, quod Doctores communiter hoc tenent.

Et ex praedictis facile cognoscitur huius regulae rationem esse, quia ex eo, quod praedia libera a primo initio praesumuntur, ut diximus, & etiam notat glos. in d. l. circa eum, in uerbo, ingenuitatis, ff. de probat.

10 Ideo praesumptio iuris militat contra possidentem, & per consequens nihil prodest quasi possessio, cum enim sit contraria iuri communi, non praesumitur + legitima, nisi titulus producat, ut ait egregie Bald. in l. non ignorat, sub nu. 10. uers. in contrarium facit, C. de his qui accus. non possunt, & ante ipsum Baldum hoc idem notauit Cyn. in l. si aquam, nu. 4. uers. quarto quaeritur, C. de seru. & aqua. ubi tradit, quod quando aliquis possidet quidpiam, quod est contra ius commune, quodque a principio non potuit esse tale, tunc possessio non releuat ab onere probationis.

Patet igitur, quod sicut differentia est inter hanc, & superiorem regulam, ita etiam maxima, & notabilis differentia reperitur inter res, & personas, quoniam rebus + praesumptio libertatis originariae competit, at non personis: quae quia possunt nasci tam seruae, quam liberae, ob id nulla praesumptione libertatis fulciuntur, sed iudicantur secundum statum praesentem, in quo reperiuntur, ut ait glos. in d. l. circa eum, ff. de prob. & Cyn. in d. l. si aquam, num. 4. C. de seruit. & aqua, & late Alber. in d. l. circa eum, & ibi Salycet. & Florianus, & rursus Salycet. in l. moueor. C. si seruus exportan. ueneat, & latius dixi in praecedenti capitulo, num. 25. uers. quod uero attinet ad Baldum.

Aduersus tamen hanc secundam regulam surrexit Alciat. in praesump. 1. reg. 2. de praesump. ubi duobus fundamentis mouetur.

11 Primo dicit, quod in contrarium facit textus in d. l. si prius, in secunda parte, ubi secundum intellectum Doctorum agens + negatoria contra reum contumacem facit, ut transferatur onus probandi in eum, qui est in quasi possessione seruitutis. si ergo in poenam contumaciae compellitur reus probare, sequitur, quod si contumacia non esset, erat tutus ex illa quasi possessione seruitutis, & hoc argumentum posuit etiam Bartol. in d. l. si prius, sub num. 10. uers. uenio ad secundam partem.

Secundo mouetur Alciatus, & dicit, non esse bonum exemplum Bartoli, & Doctorum dicentium seruitutem realem repugnare origini suae prima-

riae, quoniam imò in diuersum est ueritas, ex quo seruitus + futuro edificio potest imponi, l. si seruitus, §. futuro, ff. de seruit. urb. praedior. & glos. in c. ad dissoluendum, extra de despons. impub. Ergo si ante, quam nascatur aedificium, seruitus illi potest imponi, sequitur, quod res potuit ab origine sua debere seruitutem, & ista potentia satis est ad hoc, ut ex quasi possessione transferatur onus probandi, d. l. circa, ff. de prob.

Verum his nequaquam obstantibus defendi potest supradicta comis opinio, quae in sua ratione rarissima est, & ad primam obiectionem respondetur, quod quis ob poenam contumaciae onus probandi transferatur in contumacem, qui erat in quasi possessione seruitutis realis, tamen non per hoc sequitur, quod quasi possessio liberasset eum a probanda seruitute praesenti, si non fuisset contumax, ut praesupponit Alciat. quoniam imò illa seruitutem debuisset probare stante supradicta praesumptione libertatis, quae potentior est illa quasi possessione, ut aiunt omnes Doctores, & refert Iason in d. l. si prius, sub num. 35. uers. aggredior tertiam partem principalem.

13 Onus igitur traslatum in contumacem ob poenam contumaciae non uersatur in probando iure libertatis, quae semper praesumitur, sed uersatur in probando dno, & possessione praedij dominantis, uel seruiantis, quam probare non debuisset, si non fuisset de reo factus actor, id est si non fuisset contumax & hunc esse com. intellectum attestatur ibidem Ias. nu. 37. uers. tertio habes intellectum, ubi postea ipse dat quendam nouum intellectum ad illam legem, qui satis probabilis est, & eruditione plenus.

Ad secundum uero Alciati obiectionem respondetur, in fauorem Bartoli, & ceterorum regulam iuris esse, quae dicitur, quamlibet rem liberam praesumimus. d. l. altius. C. de seruit.

Vnde sufficit pro se habere regulam, & qui dicit seruitutem fuisse per pactum impositam edificio, antequam natum, uel constructum fuisset, probare debet, quia fallentiam, uel regulae exceptionem alleganti incumbit onus probandi, ut dixi in cap. 8. num. 12. lib. 1.

14 Praeterea aduertendum est, quod licet seruitus futuro edificio possit imponi, d. §. futuro, & l. Labeo, ff. de seruit. rusticor. praed. Tamen illud non est quid + naturale, nec est qualitas ex necessitate annexa origini naturali, sed est quaedam obligatio inita, & celebrata extrinsecus inter duas, uel plures personas differentes ab ipso edificio futuro, quae res cum uersetur in factio extraneo, non praesumitur nisi probetur, ut in terminis ait Florian. in d. l. circa eum, num. 3. uers. in glos. sed cur, ff. de prob.

15 Et hoc elegantius expressit Bal. in c. cum omnes, nu. 44. sub uers. in contrarium uidetur, extra de constit. ubi dicit, quod nulla seruitus + realis habet causam naturalem, sed aut positiuam, aut praescriptam, l. 1. & 2. ff. de aqua plu. arcen. & sequitur Iason in d. l. si prius, num. 40. uers. quarta, & ult. ff. de oper. no. nunciat.

I Ergo

16 Ergo in rebus talis seruitus nunquam præsumitur, quia in positiones, & præscriptiones cum sint quid facti, probari debent, sed non est sic in personis, quarum seruitus, est nativa, & adeo intrinseca natura, ut cum ipsa omnino nascatur absque alio adiuncto, vel facto extrinseco, & remoto, §. serui itaq; Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.

Vel potius dicendum est, non esse verum, quod ædificio ÷ nondum nato possit seruitus proprie constitui, hac ratione, quia qualitas nõ potest esse sine subiecto, sed bene potest obligari persona ad constituendam seruitutem, cum ædificium erit in rerum natura, & isto casu loquuntur contraria, & hoc modo tradit, & in terminis respondet Abb. in c. quia nonnulli, nu. 8. vers. in glossa, in verbo, ad futuras, extra de rescript. & ante ipsum hoc idem notauit pulcherrima glossa in c. ad dissoluendum, in verbo accusari, in fine, extra de despons. impub. & Socin. in confi. 141. considerata, sub num. 3. uers. uel melius dicendum est, col. 3. uol. 1.

17 Ob quam rem sequitur, exemplum Bartoli, & cæterorum omnino esse verum, satisque efficaciter probare, quod seruitus ÷ rerum directe contradicit origini, & progressui naturali secundum præscriptam huius regulæ traditionem: sed tamen, ut famæ Alciati, qui uir doctissimus fuit, consulatur, in subsequenter limitationibus ipsius opinio sustinebitur.

Limitabis itaque, quod dictum est de libertate rerum, ut nõ procedat in seruitutibus aquæ pluuiæ arcendæ, in quibus aliquando ratione loci inferioris, qui superiori seruire debet, dicitur ex lege natura ÷ prædium esse seruum, ut habetur in d. l. 1. §. fin. cum lege seq. ff. de aqua pluui. arcen.

18 Vnde quasi possessio istius seruitutis competentis ex lege naturæ bene transferet in aduersarium onus probandi, cum naturalis præsumptio sit contra ipsum non possidentem in fauorem possidentis, quam fallentiam notauit Angel. in d. l. si prius, col. fin. vers. tu autem audacter, & sequitur ibi Ias. nu. 40. vers. quarta, & vltima conclusio est, & Alex. nu. 35. vers. fateor quod si ille.

19 Secundò limitatur, ut non procedat in seruitutibus areæ ÷ debitis, ob uentum idoneum, ac sufficiens ad triturandum fructus, ut habetur in l. fin. §. fin. C. de seruit. & aqua, ubi secundum Salycetum dicitur, quod iuxta aream, ubi fructus aridi triturantur, non licet vicino taliter ædificare, ut uentum uenientem ualeat impedire: ex quo textu similiter habes, quod cum ratione situs, & regionis ista seruitus a lege sit imposita ob fauorem fructuum, ne reddantur inutiles, ideo præsumptio, quod omnia prædia sint libera, non habebit locum in tali casu, ut notant in locis proxime citatis Angelus, & Alexander, quem casum notat etiam Ias. in l. ex hoc iure, num. 14. uers. tertio limita, ff. de iustit. & iure.

Tertio limitatur, ut quo ad seruitutes reales procedat prior regula in quasi possessione sola, & simplici, atque alio adiuncto, quoniam tunc ve-

rum est, quod quasi possessio non releuat ab onere probandi.

20 At secus est, ubi in tali possessione ÷ concurreret contumacia, secundum intellectum Iasonis, in d. l. si prius, sub nu. 37. vers. unde ultra omnes scribentes, & nu. 47. uers. tertio limita prædictam regulam.

21 Quarto limitatur, quando sumus ÷ in longa possessione secundum opinionem Alciati in d. præsumptione 1. reg. 2. & copiose tractat gloss. in l. seruitutes, la quarta, ff. de seruit. & latissimè Balb. in 2. par. quartæ partis principalis, quæstione 1. fol. 56. de præscript. ubi satis eleganter ostendit, seruitutem habentem causam continuam præscribi decem annis inter præsentem, & uiginti inter absentes, ad exemplum rerum immobilium: at illam, quæ habet causam discontinuam, non præscribi, nisi per tantum tempus, cuius initij memoria non extet, nec requiritur titulus, sed sufficit sola possessio longa decem, uel viginti annorum, ut ait idem Balb. in quæst. 2. in 2. par. quartæ partis princip. ubi tamen limitat hoc non habere locum in seruitute ususfructus, & usus, in quibus ultra possessionem titulus, & bona fides requiritur.

22 Quintò limitatur prædicta regula, ut non habeat locum, quando status præsens licet contradicat origini primæ, non tamen illa prima origo concordat necessariò cum intentione eius, qui contra præsentem statum dicit, ut exemplum est in libertinitate, cuius possessio licet contradicat ÷ primitiuæ origini, cū nemo libertus nascatur, l. libertini. ff. de statu homin.

Attamen intentio mea, qua me dico esse ingenuum, non conuenit de necessitate primitiuo statui, in quo potuit tã seruus nasci, quam ingenuus, & subtiliter ait Bart. in d. l. si prius, sub nu. 18. uers. ex hoc apparet, cum seq. & ibi Iason, nu. 47. uers. limita istam regulam.

23 Tertia regula principalis est, quando præsens status contradicit ÷ origini, sed non progressui naturali, imò illi consentaneus est, & tunc quasi præsumitur talis, in quali statu reperitur ad onus probandi transferendum, cuius exemplum poni potest in ætate hominum, quoniam licet quilibet nascatur minor, tamen quia in progressu efficitur maior, idcirco ex aspectu præsentis super ætate iudicatur. l. maior 25. annis, ff. de minorib. de quo latè dixi in c. 23. inf. co.

24 Rursus aliud exemplum poni potest in passionibus anime: nam quamuis status malitiæ præsentis repugnet primitiuæ origini, qua nascitur quis in summa puritate, & absque propria malitia, tamen talis status non repugnat progressui naturali, in quo quis effici potest tam malus, quam bonus. & hinc fit, quod sicut ille, qui est in ÷ possessione bonitatis, præsumitur bonus, ut ait Cyn. in lege, si solemnibus, columna secunda, C. de fide instrum.

Ita quoque ille, qui est in possessione malitiæ, præsumitur malus, c. semel, de reg. iur. in 6.

Quidè talis possessio malitiæ progressui natura

25 li non repugnat, quia omnis ÷ etas ab adolescentia in malum prona est. c. omnis etas. 22. q. 1. & ita notant Ange. in d. l. si prius, col. ff. de oper. no. nunciat. & ibidem Ioan. de Imola, nu. 25. col. 4. & Alex. nu. 37. & Iacob. de S. Georg. in d. l. circa eum, nu. 4. colum. 2. ff. de prob.

Et hoc est illud, quod per diuersa uerba notauit Bar. in d. l. si prius, nu. 19. ubi dixit, quod quoniam status præses, aut qualitas non inest, nec est apta inesse ab origine rei, sed tñ cum intentione contradicentis concordat, & non diuiditur in possessorium, & petitorium, ut est militia, cuius possessio non est a malitiæ proprietate, uel essentia separata, tunc quasi possessio prædictæ qualitatis transfert necessitate in probandi in aduersarium, & Bartolū sequitur Floria. in d. l. sicuti, §. sed si quærat, nu. 6. vers. cõclude ergo, ff. si seruit. uend. & Bal. in l. indicia, nu. 4. uers. tertio principaliter. C. de rei uend. & Iason in d. l. si prius, num. 43. uers. ista reg. fallit.

26 Quarta, & vltima regula est, quoniam præsens status, quem inducit possessio, est præter naturam, unde non contradicit, nec consentit origini, ut in omnibus accidentibus præter naturam euenit, qualia sunt clericatus, iurisdictio, pedagium, uicigalia, doctoratus, notariatus, & similia, & tunc quasi possessio talium accidentium, nisi doceatur de titulo, nõ prodest ad causam possidentis, & sic prædictam regulam format Angel. in d. l. si prius, in fine, ff. de oper. no. nunciat. & eum sequitur Florian. in d. l. sicuti, §. sed si quærat, sub num. 6. uers. adde prædictis, ff. si seruit. uend.

27 Confirmatur hæc regula ex his, quæ notat Cyn. in d. l. si solemnibus, vers. & ideo ad pleniorè intellectum, col. 2. C. de fide instrum. ubi dicit, quod quasi possessio, quæ procedit ÷ per uiam iuris cõis prodest, & transfert onus probandi in aduersarium: at illa possessio, quæ non procedit nisi ex priuilegio, uel ex iure speciali, minimè prodest, & ideo licet aliquis fuerit in statu, uel in quasi possessione talium iurium specialium, tamen non præsumitur, quod sit talis, imò debet probare se talè esse, & talia priuilegia habere, quam Cyni doctrinam nuncupatim tenuit Bal. in d. l. circa eum, in 2. lect. ff. de proba. & Florian. in d. l. sicuti, §. sed si quærat, ff. si seruit. uend. & Alex. in confi. 138. opportunè consideratis, num. 8. uers. confirmantur prædicta, uol. 1. & in d. l. si prius, nu. 40. sub uers. de materia etiã, & Iacob. in d. l. circa, sub nu. 4. uers. accedat id. Pro quo facit illud, quod notauit Bal. in l. 1. nu. 4. uers. item probatur ratione. C. emancip. lib. ubi dicit,

28 quod qui non est ÷ sacerdos, etiam si mille annis fecerit officium, tamen nullo tempore potest se præscribere in sacerdotem, & qui non est Prætor, nullo tempore potest præscribere præturam, & qui non est tabellio, cursu longinqui temporis tabellionatū non acquirit, imò de falso punitur, & qui non est maritus, nunquam per longam possessionem matrimonium præscribere potest, uide tamen notabile consilium Baldi in confi. 351. in bonis feudalibus, num. 2. uers. præterea quoties, uol.

1. ubi ait, quod feudatarij, qui sunt, & quorum parentes fuerunt in possessione feudi, releuantur ab onere probandi inuestituram, quoniam ista qualitas uasallagij potuit ipsis inesse ab origine, cum potuerint nasci uasalli sacri Romani Imperij ex feudo auito, & proauito, & infra uide num. 48. & in cap. 39. num. 6. infra eo.

29 Inferitur itaque primo ex hac regula, quod Clericus, qui petit beneficium, debet probare se clericum, nec ei quasi possessio proderit ad illud obtinendū, uel ad fugiendū probationis grauamen, ut ait Ang. in d. l. si prius, in fine, ff. de ope. no. nu. ubi dicit, quod ille, qui se dicit clericum, licet sit in habitu, ac tonsura, tñ nõ obtinebit beneficium, nisi doceat de titulo, pro quo tu allegabis tex. in c. cū adeo, & ibi Abb. nu. 3. uers. sed quæro quid si quis, & ibi latè Fely. extra, de rescript. & facit tex. in c. ex literis, extra de trans. & notat Ioan. in c. si Iudex, in fine, de sentent. excomm. in 6. & hoc quidem facit ad quæstionem de illo, qui cum sine hærede mortuus esset, ex una parte fiscus episcopi petit hereditatem allegando defunctum fuisse clericum, & ex altera parte fiscus Principis secularis se opponit, asserendo hereditatem ad se pertinere tanquam de rebus laici, quoniam in tali casu, cū se fundet episcopus in clericatu, qui est accidens præter naturam, debet plenè probare titulum, nec quasi possessio sufficiet, ut notat Dominic. de S. Geminiano, in d. c. si Iudex, in fine, uers. quid, si moritur vnus, de sent. excomm. in 6. & Alciat. in præsump. 4. reg. 2.

30 Ad quorum confirmationem illud et pertinet, quod notauit Franc. in d. c. si Iudex, in fine, ubi dicit, quod si uiderit episcopus ÷ tenentem beneficium in possessione clericatus, poterit prædicta quasi possessione non obstante illū cogere ad faciendā fidem de clericatu, de qua materia uide quod dixi in c. 61. in 10. limit. nu. 36. lib. j. & infra dicā 1. limit. nu. 52.

31 Secundo inferitur, quod ei, qui fecit maleficium, non proderit ÷ quasi possessio clericatus, ad euitandam poenam iurisdictionis secularis, sed oportebit, ut titulum suum plenè doceat, ut inquit Ang. in d. l. si prius, in fine, & Florian. in d. l. sicuti, §. sed si quærat, sub num. 6. uers. & ideo datario, ff. si seruit. uend.

32 In contrarium tamen aduersus hanc illationem, imò aduersus totam regulam facit textus in terminis in d. c. si Iudex, de sent. excomm. in 6. ubi habet,

33 quod Iudex ÷ laicus deprehendens aliquem in uestibus, & tonsura, non debet eum compellere, ut probet clericatum, sed debet remittere ad iudicem ecclesiasticum, & ibi subiungit Papa, quod sic prodesse debet possessio ÷ clericatus ad onus transferendum in contradicentem, sicut possessio ingenuitatis prodest ei, qui ab alio dicitur libertinus, ex cuius textus argumentatione cognosci potest prædictam regulam non uideri ueram, quoniam clericatus est quid præter naturam, cum ab origine hominis non insit,

34 quia nemo nascitur clericus, & tamen illius quasi possessio transfert onus in aduersarium ad utilitatem possidentis, & sic contra doctrinam Angeli dictū tex-

35 cum allegat Alex. in d. l. si prius, nu. 39. uerf. sed ad de secundum hoc, & Alciat. in d. præsumpt. 1. reg. 3. & Iacobin. in d. l. circa, num. 5. uerf. aduerte quia textus, ff. de prob.

Pro qua parte uidetur quoque stetisse Bal. in d. l. non ignorat, sub nu. 10. uerf. in contrarium facit, C. de his qui accus. nō possūt, ubi dicit, quod si per priuilegium confertur alicui ius, quod nemini nocet, ut est sacer ordo, uel officium tabellionatus, uel potestas legitimandi, sobole legitima non existente, tunc præsimitur pro possessore. de qua re uidebis ea, quæ dicam in sequenti capitulo, nu. 37. uerf. & adde quod ita debet.

36 Cæterum his non obstantibus prædicta regula, & prædicta illatio sustinenda est, duobusq; modis respondetur ad textum in d. c. si iudex, & primo dicitur, illam solam possessionem non sufficere, ut ille liberetur ab onere probandi se clericum, sed sufficere solum ad hoc, ut fiat remissio de ipso ad iudicem ecclesiasticum, per quā remissionem ipse non aliter erit liberatus a manibus iudicis laici, nisi manifestè probauerit clericatus sui titulum coram iudice ecclesiastico, & hoc uoluit, & ita dictum capitulum interpretatur Ioan. Monach. in d. c. si iudex, col. 1. & ibi Dominic. in uerbo, non sic, uerf. sed quia textus, col. 2. & Francus, col. 1. in fine, de qua re uide in c. 3. nu. 48. infra eo.

37 Ex quorum Doctorū interpretatione duo colliguntur, primum quod argumentum factū de quasi possessione ingenuitatis non ad quasi possessionem clericatus, non fuit sumptum ad totalem utriusque casus æquiparationem, quoniam hoc fieri non potuisset, cum ingenuitas possit esse conformis statui naturali, ut diximus: at clericatus nunquam, cum nemo possit nasci clericus, sed prædictum argumentum fuit per quandam similitudinis apparentiam sumptum ad simplicem remissionem dumtaxat in introducendam, prout etiam apparet in textu ex aliorum signorum ratiocinatione.

38 Secundum est, quod illa quasi possessio clericatus, ex qua producitur effectus prædictæ remissionis non transfert onus probandi in laicū, sed istud remanet in ipso remisso, qui si uoluerit effugere poenas laicales, debet probare titulū sui clericatus, secundū regulā suprascriptæ diffinitionē, ex quo manifestè cognoscitur, illā simplicem remissionē nō procedere alia rōne, nisi fauore ecclesiæ, pp̄ ex actā reuerentiā, qua dignum est, ut illi, & eius ministro summum honorem sæculares exhibeant. qua propter si talis respectus, aut ratio rāte reuerentię in aliquo casu cessaret, ego teneo, ut nec ad simplicem remissionē faciendā illa quasi possessio quicquā prodesset, ut exemplum est, si quæstio uerfaretur inter ecclesiasticas personas coram iudice ecclesiastico, prout patet in c. cum personæ, de priuileg. in 6. & pro hac parte facit doctrina Cyni in d. l. si solemnibus, col. 2. C. de fide instrum. ubi inferēdo ad quosdam canonicos, qui dicebant se immunes a iurisdictione episcopi, dicit, quod licet ipsi fuerint in usu, & quasi possessione ipsius priuilegij immunitatis,

tamen hoc illis non prodest, nisi priuilegiū demonstrant, & refert ita fuisse responsum capitulo Sancti Armani, quod petebat clericū captum ab episcopo, & episcopus noluit ipsum prius relaxare, nisi priuilegiū allegatū ostenderent, quinimo uidetur, q̄ et coram iudice laico dari possit instātia, in qua nec habitus clericalis prædictam remissionē operetur, ueluti quando sumus in casu in quo solus habitus non sufficit ad obtinendum priuilegium clericale, sed oportet, ut alia copulatiue concurrant, ut exemplum est in clerico coniugato, qui non aliter gaudet priuilegio clericali respectu fori ecclesiastici, nisi duo coniunctim cōcurrant, id est, quod matrimonium contraxerit cum unica, & cum uirgine, item quod portauerit habitum, iuxta textum in c. 1. de clericis coniug. in 6.

40 Vnde si talis in habitu clericali captus fuerit a iudice sæculari, & instet se remitti ad forū episcopi, allegando se clericum, uidetur talem remissionem ob simplicem habitum non debere fieri ex eo, quod alia debent concurrere, & sic necesse esse, ut prius probet se cum unica, & uirgine contraxisse matrimonium, ut fuit decisum à Rota Romana in decis. 3. alias 202. si clericus coniugatus, de sentent. excom. & sequitur Domin. in d. c. si iudex, in fine, ubi dicit, quod interim remanebit in potestate iudicis laici, donec de suis iuribus coram iudice ecclesiastico probauerit, quæ probatio solet etiam aliquādo fieri coram iudice sæculari, ut tradit Gram. in decis. 10. nobilis Iacobus.

41 Sed aduerte, quod licet ista opinio sit satis colorata, tamen illam Canonistæ non admitterent, quando scilicet clericus coniugatus ante capturam sine fraude in habitu fuisset, quoniam tunc & ipse statim remittendus esset, pro ut in non coniugato clerico definitum est, & ita uoluit, & dictam decisionem Rotę interpretatur Francus in d. c. 1. in uerbo, & eum, col. 2. uerf. & ideo tenet Rota, de clericis coniug. in 6. & Iacobin. in d. l. circa eum, nu. 6. uerf. ego tamen in quæstione, ff. de prob. & Gemin. in d. c. 1. §. fin. nu. 9. uerf. quid si clericus, col. fi. de cler. coniug. in 6. & uide quę dixi in c. 33. infra eo.

42 Nec obstat, quod ultra clericalem habitum etiā necessarium sit, q̄ matrimoniū contraxit cū uirgine, quia satis habet ipse fundatam suam intentionē ex eo, quod uirginitas præsumitur, cum sit qualitas, quæ a natura inest, ut plene dixi in c. 2. sup. eo. & ita dicit Franc. in d. c. 1. in prin. & Iacobin. in d. l. circa, num. 6. & Abb. in c. 1. nu. 5. uerf. sed quæro, extra de adulter. & ibi latè Socinus.

43 An autem talis clericus coniugatus pro debito pecuniario possit inuitus trahi corā iudice sæculari, uide quę copiose tradit Lopus in allegat. 118. quęritur non leuiter, de foro comp. ubi concludit, quod non. Hodie uero neque clerici tonsurati, neque clerici coniugati gaudent priuilegio fori, nisi alicuius ecclesię seruitio fuerint deputati, uide in c. 6. sess. 23. Concil. Tridentini.

45 Alio modo respondetur et ad textū in d. c. si iudex, & dī, q̄ possessio allegatur aut p̄ modū alicuius

ius præambuli, ueluti in præparatorijs iudiciorū, in quibus tractatur de modico præiudicio, & tunc illa quasi possessio in his præambulis prodest allegantes, & sic procedit textus in d. c. si iudex, & gl. in l. non ignorat, C. de his qui accus. non possunt, & ibi Baldus, & Alciat. in præsump. 4. reg. 2.

46 Aut quasi possessio allegatur pro decisione totius negotij, & tunc possessio non releuat, sed oportet probare titulum, iuxta opinionem Angeli, & hæc fuit distinctio Cyni in l. 1. nu. 12. uerf. quinta quæstio. C. ubi causa status, & sequitur Bal. in l. in dicitia, nu. 4. uerf. tertio principaliter quæritur, C. de rei uend. & latius in l. eam quam, nu. 8. uerf. dic pro solutione. C. de fideicom. ubi dixit, q̄ interdū aliqua qualitas personæ requiritur ad præparationē negotij, & tunc sufficit probare possessionē illius qualitatis, iuxta glossā, & Cynū in d. l. non ignorat.

47 Interdum qualitas requiritur ad litis decisionem, & in ea tractatur de modico præiudicio, & idē iuris est, iuxta notata in l. fin. C. de Carb. edicto.

Aut agitur de magno, & perpetuo præiudicio, & tunc debet plenè probare tam in petitorio, q̄ in possessorio, quādo auocat possessionē, ut notat in l. j. C. quorū bonor. & in l. Lucius, ff. de cond. & dem.

48 Tertiō ex prædicta regula inferitur, q̄ quasi possessio iurisdictionis exercenda in certo loco non proderit, nec releuabit possessorem, nisi titulū doceat, ut tradit Ang. in d. l. si prius, in fine, ff. de oper. nuncia. & Bal. in d. l. non ignorat, sub num. 10. uerf. si aut priuilegiū, col. 4. C. de his qui accus. nō p̄nt. ubi dicit, q̄ nunq̄ præsumitur p̄ nuda possessione, quādo agitur de priuilegio, q̄ alteri nocet, ut est priuilegium exercendæ iurisdictionis contentiosæ in subditos alienos, & priuilegiū p̄cipiendi redditus alienæ iurisdictionis, vel decimas alienæ diocesis, quia ratio facit contra possidētē, ideo sibi incumbit onus probandi titulum, d. c. ad decimas, de restit. spoliat. in 6. q̄ rem circa decimas idē Bal. repetiuit in l. uis eius, C. de prob. & idem cōfirmat Flor. in d. l. sicuti, §. sed si quatur, sub nu. 6. uerf. adde prædictis, ff. si seruit. vend. ubi scripsit, q̄ quasi possessio uetigalis exigendi, vel iurisdictionis in loco exercendę non prodest possidenti, nisi titulus ostendatur, & facit quod notat Bal. in d. l. si solēnibus, C. de fide instrum. ubi dicit, q̄ qui allegat priuilegium, censetur allegare malā fidem, nisi probet titulum, d. c. ad decimas. Ad eandē rem pertinet illud, q̄ idē Bal. tradidit in l. fin. uerf. attende, scias, nu. 42. C. de edicto diui Adr. tollen. ubi inquit, q̄ licet error in rebus corporalibus habeatur pro titulo ad præscribendum, & in iuribus incorporalibus sufficiat error supinus, tamen hoc non habet locum, quando quis uult præscribere aliquā iurisdictionem in territorio alieno, quoniā qui in alienum mittit falcem, præsumitur facere mala fide, quod tamen intelligit esse verum, quo ad ipsū superiorem, sed quo ad subditos obedientem præscribitur, quia consenserunt, & hæc est magis consuetudo, q̄ præscriptio, quæ in hoc a præscriptione differt, quia consuetudo requirit consensum tacitū

50

51

52

utriusq; partis, sed præscriptio non requirit cōsensum, & idem dixit in d. l. si solemnibus, ubi notauit quod præscriptio propriè nō cadit in priuilegijs, & ideo titulus probandus est, vel per auctoritatē concedentis, vel per longuam consuetudinē, q̄ idem confirmauit in l. 1. nu. 18. cum seq. C. de feru. & aqua, & ibi dat nouum intellectum ad textū in d. c. ad decimas, de restit. spoliator. lib. 6.

53 Limitatur tamē hæc vltima regula pluribus modis, & prima limitatio est, ut non procedat in longa possessione, quoniam tunc illa sufficit ad transferendum onus probandi in aduersarium, ut notat Bal. in l. 2. nu. 80. sub uerf. sed his obijcitur, C. de feruit. & aqua. ubi dicit, q̄ licet quasi possessio prælaturæ non profit ad probandū quē prælatū, hoc tamen non procedit in eo, qui fuerit in longa possessione prælaturę per textū in l. post mortē, ff. de adop. ubi glossa interpretatur longā possessionem spatium decem annorū, & idē tenuit Bal. in cons. 118. quia plenissimè, vol. 2. ubi uult, longā possessionē ei prodesse qui est in possessione notariatus, ex quo tñ infra copiosè dicemus in subsequēti capitulo, & idē notauit Franc. in d. c. si iudex, in fi. de sent. excō. 1. 6. ubi tradit, ep̄m nō posse cogere clericū habentē beneficiū ad faciendā fidē de clericali, qm̄ fuit in longa possessione clericatus, qm̄ tunc præsumitur clericus, & petitio ep̄i præsumeretur calūniosa, & idē rursus Bal. notauit in l. siue possidetis, nu. 5. in 4. oppositione, C. de prob. & latè Fely. in c. illud, nu. 5. uerf. nota primo, extra de præsump. & Marsil. in uerbo, tps, nu. 84. uerf. & p̄ prædictā regulā, de bannit. & dixi in c. 6. in decima limitatione, lib. 1. & uide latè Franc. in c. ordinarij, de off. ord. in 6. & copiosè Soc. in cōf. 32. ex his, nu. 19. uerf. vñ posito, vol. j. ubi multa dicit, q̄ repetit Marsil. in §. aggredior, nu. 35. Prac. crim. & uide q̄ dicā in c. seq. nu. 8. uerf. rursus ad prædictorū, & in c. 28. infra eo.

54 Sed p̄ ueritate prædictorū aduerte, q̄ ista limitatio nō est in distincte uera, qm̄ multi sunt casus, tā iurium incorporaliū, q̄ rerum corporalium, in quibus neq; decem, neq; viginti, neq; quadraginta annorū possessio, vel quasi possessio sufficit absq; titulo, & bona fide, quos enumerare longū foret, & p̄sens tps nō postulat, nisi forsītā diceres illud hæc locum in præscriptione, at secus est in præsumptione, q̄ vñ requirere spatiū dūtaxat decē annorū, ut notat Gabrie. in cōclu. j. nu. 19. uerf. & q̄d requirat, de psū.

55 Sed replicare potes, q̄ et in his, quæ sunt contra ius commune, nihil operatur præsumptio ex 57 t̄ diuturna possessione in fauorē possidentis, ut ait Alex. in cons. 70. in causa inter dñm, col. 1. uol. 3.

58 Ideo interim tu uidere poteris textum in c. 1. de præscrip. in 6. & ibi Ioan. Andr. & Dñicū, & Francū distinguētē, uidebis et oīno Fely. in c. si diligētī, nu. 7. uerf. cæterū pro ampliando, extra de præscrip. ubi ponit materiam, an, & qm̄ titulus necessarius sit in possessore ad præscribendū rem, cōtra quam est ius commune, quæ res propriè est materia tradita in d. c. 1. de præscrip. in 6. & de hac iuris cōis resistētia faciāt ea, q̄ notat pariter Bal. in q. 7.

& in quaestione 11. in prima parte quartæ part. princip. de præscript. & Gabriel. in conclus. r. nu. 63. uerf. undecimo limita, de præsumpt.

Possumus igitur in præsentia limitationem generaliter formare in possessione, cuius initij memoria non extet in contrarium, quæ tamen & ipsa quoque aliquando nihil operatur in his maxime, quibus ius cõe refistit, & quorum possessores sũt omnino incapaces, ut in decimis, & in iuribus spiritualibus, & alijs similibus euenit, de qua materia cum limitationibus uidebis Fely. in c. accedentes, sub nu. 6. uerf. tertius casus est, col. 4. & in cap. causam, num. 2. extra de præscrip. & Baldus in d. quaestione 7. num. 14. uerf. tertia quaestio est, in prima parte quintæ part. princip. de præscript. & latissime Gabriel. in conclus. r. de præscript.

Secunda limitatio est, ut regula non procedat in præambulis, uel in iudiciorum præparatorijs, ubi agitur de modico præiudicio, iuxta opinionem Cyni, Baldi, & aliorum, quos citauimus supra in secunda illatione huius regulæ, num. 44. uerf. alio modo respondetur.

Tertia limitatio est, ut regula procedat quo ad causam possidentis duntaxat, ut scilicet in eius fauorem nihil quasi possessio profit: at secus est, quo ad commodum aliorum, ubi agitur de poena uitæ da, quoniam tunc ad excusationem quasi possessio iuuabit, & transferet onus probandi in contradicentem, & poni potest exemplum in eo, qui percussit clericum incedentem in habitu laicorum, quoniam propter habitum, in cuius quasi possessione clericus fuerat, præsumitur laicus ad excusandum a poena excõicationis illum, qui eum percussit, ut ait Angel. in d. l. si prius, in fine, ff. de oper. no. nun. & Florian. in d. l. sicuti. §. sed si quaeratur, sub num. 6. uerf. ad prædictis, ff. si seruit. uend. & latius dixi in præcedenti capitulo.

Quarta, & ultima limitatio est, ut hæc regula nõ procedat ad causam aliorum, non solum pro uitæ da poena, ut diximus in præcedenti limitatione, sed etiam pro omni, & quocumq; eorum interesse obtinendo, ubi uerfatur publica utilitas, & nõ aliter, l. Barbarius, ff. de off. prætor. l. 1. C. de testam. l. si arbiter, C. de sent. & ita dicit Angel. in d. l. si prius, in fine, ff. de oper. no. nun. & Florian. in d. l. sicuti. §. sed si quaeratur, sub num. 6. uerf. quantum uero ad commodum. ff. si seruit. uend. & Pau. de Castro in d. l. si solemnibus, nu. 3. uerf. breuiter dico, C. de fide instrum. & ante ipsum Innoc. in cap. ueniens, sub num. 4. uerf. fecus autem esset si Prælatum uiuere, de uerb. signifi. in 6. & Bald. in dicto conf. 118. uol. 3. & in l. 2. num. 80. uerf. sed his obijcitur, C. de seruit. & aqua. ubi dicit, quod quando possessio

exorbitat a regulis communibus, tunc non inducitur præsumptio pro possessore, nisi publica utilitas, & communis error concurrant, & hæc faciunt ad illam uulgarem, sed tamen nondum bene, ac fideliter examinatum quaestionem, qua quaeritur, Nunquid ualeant instrumenta eius, qui in possessione notariatus erat, & communiter pro Notario

habebatur, quam materiam in sequenti capitulo latissime ac diligenter exponam.

ADDITIONES.

- a Aetas. Vide in cap. 3. num. 19. lib. 1. ubi notauimus.
- b Sacerdos. Licet non sit sacerdos in effectu, si tamen fuerit in possessione longa sacerdotij, ualebit confessio, si facta a penitente, & etiam absolutio habita ab ipso, ut ait Iason in l. Barbarius, num. 56. uerf. quid autem si quis, ff. de off. prætor.
- c Fraude. Quomodo intelligendum sit, quod sine fraude fuerit habitus assumptus, uide Oldrad. in consi. 4. quod laicus, in fine.

S Y M M A R I U M.

- 1 Instrumenta ualent illius, qui communiter pro notario habebatur.
- 2 Possessio notariatus probatur non solum per testes, sed etiam per exhibitionem plurium instrumentum.
- 3 Sufficit probare communem opinionem, quod talis habebatur pro Prælate, uel pro Notario, quando quis agit ex contractu Prælati, uel ex instrumento notarij.
- 4 Statur in dubio instrumento in longinquis partibus confecto.
- 5 Consuetudo facit instrumentum authenticum, quod non erat, & dat ei iurisdictionem qui habere non potest, & facit illegitimum, qui erat legitimus.
- 6 Consuetudo facit, ut instrumento credatur sine testibus.
- 7 Consuetudo facit, ut iudex scribat acta iudicij.
- 8 Longa quasi possessio clericatus facit possessorem præsumi clericum.
- 9 Iudices ecclesiastici solent de canonica institutione inquirere nisi sitando singulis annis diocesim.
- 10 Longa possessio tabellionatus facit possessorem præsumi notarium.
- 11 Faber fabro inuidet.
- 12 Notarium, & apparitorum est praua uenalis perfidia.
- 13 Testimonium populi habetur loco examinationis.
- 14 Ciuitates Italiae habent collegia notariorum, quæ suos consules eligunt.
- 15 Conducciones factæ ab eo, qui reputabatur communi opinione rector aut prælati, ualent.
- 16 Præsentatio facta ab eo, qui reputabatur communiter patronus, ualeat.
- 17 Collatio facta ab eo, qui putabatur habere potestatem conferendi, ualeat.
- 18 Soluens ei, qui communi opinione reputabatur procurator ad exigendum, liberatur.
- 19 Filij familias, qui communiter sui iuris existimabatur, obligatur in mutuo.
- 20 Instrumenta illius, qui communiter pro notario reputabatur, nõ ualent nisi fiat fides de tabellionatu.
- 21 Instrumentum productum ex longinquis partibus, si negetur fuisse factum ab eo de quo dicitur, an sit ueniendum ad comparationem.
- 22 Imperator annullauit omnia gesta notariorum, qui non sunt ordinati auctoritate superioris.
- 23 Notariatus est qualitas extrinseca, quæ non proficiscitur a natura, & alleganti quem notarium incumbit onus probandi. Notariatus quasi possessio non prodest possessori. ibidem.
- 24 Falsum comittit, qui gerit se pro notario, cum non sit notarius.
- 25 Probatio quasi possessionis notariatus nihil operatur.
- 26 Possessio acquisita cum mala fide non releuat possessorem.
- 27 Usurpatio officij non potest facere quem officialem.
- 28 Princeps solus, uel habens ab eo auctoritatem, creat notarios.

- 29 Priuatorum consensus non potest ea conferre, quæ sunt de rebus uatis Principi.
- 30 Indoclorum uarietate excusatur is, qui alteram opinionem sequitur. Modica mutatio facti mutat ius. ibidem.
- 31 Instrumenta illius non ualent, qui constat non fuisse notarium, licet communiter pro notario habebatur.
- 32 Notariatus possessio non prodest ei, quem constat non esse notarium.
- 33 Instrumenta illius qui non est notarius ualent, quando stetit in possessione tabellionatus sciente, & patiente domino, qui ius habet creandi notarios.
- 34 Delegatio præsumitur præcessisse, quando legati excuerunt iurisdictionem, sciente, & patiente ordinario.
- 35 Ordinarius existens in possessione iurisdictionis sciente, & patiente superiore, non tenetur ostendere literas patentes.
- 36 Subditi non possunt uenilare facta superioris.
- 37 Creare tabelliones, uel legitimare bastardos potest is, qui est in quasi possessione tales actus faciendi sciente superiore. Princeps etiam tacite potest impertiri auctoritate sua. ibidem.
- 38 Instrumenta illius, qui pro notario habebatur si fuerint confecta antequam consisterit illum non fuisse notarium, an ualent.
- 39 Aequitas non attenditur contra scripti rigorem.
- 40 Instrumenta illius ualent, qui est in longa possessione tabellionatus, licet de tabellionatu non constet.
- 41 Quasi possessio tabellionatus transfert onus probandi in aduersarium.
- 42 Notariatus breuis quasi possessio, ueluti trium annorum, non facit quem præsumi notarium.
- 43 Notariatus quasi possessio, quo casu transferat onus probandi in aduersarium.
- 44 Quasi possessio non sufficit in his, quæ sunt prohibitiua.
- 45 Notariatus quasi possessio non transfert onus probandi in aduersarium.
- 46 Notario incumbit onus probandi priuilegium notariatus.
- 47 Notarius præsumitur ex quasi possessione ad transferendum onus probandi in aduersarium, quando quaestio est inter alios.
- 48 Prælati petens ecclesiam, & maritus uxorem, & tabellio auctoritatem, debent suos titulos probare.
- 49 Notarius quando principaliter agitur de notariatu, debet suum titulum probare.
- 50 Notariatus recens quasi possessio adepta sciente, & patiente superiore transfert onus probandi in aduersarium.
- 51 Patientia superioris, an sufficit quando constat de usurpatione.
- 52 Per patientiam multa tolerantur, quæ exigente iustitia, non debent tolerari.
- 53 Notarios possunt ordinarij Iudices creare.
- 54 Scriptura facta in iudicio debent scribi per deputatos ad illud officium.
- 55 Arbitrio iudicis relinquunt, an recens quasi possessio notariatus adepta sciente superiore, an transferat onus probandi in aduersarium.
- 56 Notarius uocandus est, ut testimonium sui perhibeat, quando de fide sue scriptura tractatur.
- 57 Instrumenta antiquissima probant, & faciunt eum qui scripsit præsumi notarium.
- 58 Instrumenta confecta in longinquis partibus, & producta in loco in quo notarius, & testes ignorantur, an probent.
- 59 Iuris diuersitas an debeat induci ex diuersitate locorum.
- 60 Notariatus quasi possessio, quomodo probetur.
- 61 Litteræ testimoniales, uel legalitatis, quare ponantur in instrumentis publicis.
- 62 Litteris legalitatis creditur, & imputandam ei, qui non procurauit eas habere.
- 63 Litteræ legalitatis, quomodo debeant formari.
- 64 Notarius uocandus est ad inrandum an instrumentum fuerit ab eo publicatum.
- 65 Tabellionatus quomodo per iuramentum tabellionis probetur.
- 66 Instrumento confecto in longinquis partibus ob necessitatem quando credatur.
- 67 Notariatus probatur per priuilegium.
- 68 Notariatus quasi possessio una cum priuilegij exhibitione probatur notarium, licet iustus in dubio an fuerit legitime creatus.
- 69 Notarius non potest argui de mala fide, quando habet priuilegium sui notariatus.
- 70 Præsumitur pro eo, qui est in quasi possessione creandi notarios.
- 71 Instrumenta debent esse facta ab eo, qui sit notarius.
- 72 Priuilegium pro non dato habetur, quando datur ab eo, qui de iure dare non poterat.
- 73 Opinio cedit ueritati manifesta.
- 74 Publica auctoritas non sufficit, nisi interueniat auctoritas superioris.
- 75 Iudicis, uel tabellionis acta non ualent, nisi fuerint legitime ordinata.
- 76 Præsumitur pro eo, qui est electus solemniter.
- 77 Ordinarius delegans causam, nec habens titulum, non facit, uel acta delegati ualent.
- 78 Peccatum formæ, & peccatum substantiæ qualia sint.
- 79 Gesa electi contra formam consuetam non ualent.
- 80 Peccatum materiæ est, quando quis eligitur ab eo qui ius eligendi non habet.
- 81 Institutus in ecclesia ad presentationem illius, qui erat in possessione presentandi non debet remoueri, licet appareat eum non fuisse patronum.
- 82 Tabellionatus an præscribatur.
- 83 Notarius an possit suis scripturis auctoritatem publicam præscribere.
- 84 Instrumenta eius ualent, qui priuilegium habuit inualidum ex aliqua causa.
- 85 Electus ab eo, qui erat in pacifica possessione eligendi non debet remoueri.
- 86 Priuilegium an operetur, quando fuit datum ab eo, qui dare non poterat.
- 87 Communis error, an operetur quando decretum superioris non interuenit.
- 88 Instrumentum eius, qui fuit creatus notarius ab eo, qui creare non poterat faciunt aliquam præsumptionem.
- 89 Instrumenta ualent illius notarij, qui non poterat esse notarius ob proprium defectum, quando defectus erat occultus.
- 90 Decretum superioris, communis error, & publica utilitas simul iuncta sustinent quidquid in officio factum est.
- 91 Instrumenta serui ualent, qui fuit creatus notarius, dum reputabatur liber.
- 92 Instrumenta facta ab heretico, uel excommunicato occulto ualent si fuit creatus notarius.
- 93 Spurius creatus notarius non potest scribere processus, & acta ad bancum iudicis. Spurius est infamis infamia facti. ibidem.
- 94 Spurius, uel alius infamis non potest gerere officium, quod habeat dignitatem, uel sit datum a publico.
- 95 Instrumenta confecta post priuationem notariatus ualent ob primordium ueritatis.
- 96 Notarius ab episcopo secreto de falso condemnatus, si fecerit inter ignorantes instrumenta, ualebunt.
- 97 Acta facta ab excommunicato occulto in his, quæ sunt iuris, ualent ratione publici officij.
- 98 Excommunicatus publicus, uel occultus, quis dicatur.
- 99 Ordinationes collatæ ab irregularibus occultis, uel excommunicatis, & scismaticis, ualent.
- 100 Turpitudinem suam quando quis sit obligatus detegere.
- 101 Notarius de falso condemnatus, an inter ignorantes poterit instrumenta ualida conficere.
- 102 Notarius de falso condemnatus non poterit amplius de nouo creari notarius a Comite Palatino etiam si fuerit a Principe restitutus ad famam.

- 103 *Communis error, & publica utilitas, quando faciam acta valere.*
- 104 *Notariatus quasi possessio non facit valere instrumenta eius, qui prohibetur esse tabellio.*
- 105 *Instrumenta condemnati de falso, & facta inter ignorantes ualent inspecta aequitate.*
- 106 *Notarius, qui propter defectum non potest instrumenta conficere, retinetur partibus ad interesse si patiatur se rogari absque relevatione sui defectus.*
- 107 *Turpitudinem suam quando quis debeat detegere.*
- 108 *Notarius qui rogatum suum non pesuit in protocollo, uel qui protocolium amittit, tenetur partibus ad interesse.*
- 109 *Notarius damnatus ex causa, que facit eum infamem propter delictum commissum extra officium, potest instrumenta ualida facere.*
- 110 *Notarius officium non est dignitas, sed munus.*
- 111 *Infamis potest esse procurator, & arbiter, & tutor, uel curator. Infamis potest esse curialis, id est nuntius curie. ibidem.*
- 112 *Notarius condemnatus de falso commissum extra notariatus officium, potest facere instrumenta.*
- 113 *Tutor suspectus propter crimen commissum extra tutelam, non debet a tutela removeri.*
- 114 *Notariatus auctoritas non consistit in fama, sed in decreto superioris.*
- 115 *Notarius infamis, an possit conficere instrumenta.*
- 116 *Notarius condemnatus de homicidio, uel de furto, uel deposito, uel similibus, que iuris infamiam continent, potest instrumenta facere.*
- 117 *Notarius infamis non poterit esse notarius Principis, nec ad bancum iuris.*
- 118 *Notarius infamis ob crimen, quod inducit officij priuationem non potest facere instrumenta.*
- 119 *Notarius notorie infamis ob crimen extra officium commissum an possit facere instrumenta.*
- 120 *Baldus se gloriose Baldus nominat.*
- 121 *Notario infami minor fides adhibetur.*
- 122 *Notarij infamis scripturae ualidantur, si fuerint subscriptae ab alio notario fide digno.*
- 123 *Fides notarij an minuatur ob crimen extra officium commissum.*
- 124 *Instrumenta notarij infamis notorie ob crimen commissum extra officium ualent, sed minor fides adhibetur.*
- 125 *Notarius quando deliquit extra officium delicto, quod non respicit.*
- 126 *Fides, uel legalitatem per se, ne potest facere instrumenta ualida.*
- 127 *Instrumenta notarij mortui infamis non potuerunt ex protocolis exemplari.*
- 128 *Notarius infamis non potest esse testis super ueritate suorum instrumentorum, sed ad protocolium confugitur.*
- 129 *Notarius pendente accusatione potest interim facere instrumenta.*
- 130 *Notarius rectius faciet si pendente iudicio falsitatis abstinere se a nouis instrumentis.*
- 131 *Deponendus ab officio potest gerere officium antequam deponatur.*
- 132 *Delinquens in officio recte administrat officium antequam remoueatur.*
Notarius delinquens in officio non dicitur priuatus officio antequam sit condemnatus. ibidem.
- 133 *Accusatus de crimine commissum in officio, an sit ut suspectus remouendus ab officio insituta accusatione.*
- 134 *Notarius si fuerit per crimen falsitatis receptus inter reos, an possit interim instrumenta facere.*
- 135 *Notorium inducitur ex actis processus.*
- 136 *Decurio delinquens in officio, decurionatus pendente iudicio non desinit esse decurio.*
- 137 *Index pendente accusatione falsitatis potest notario accusato prohibere usum officij, donec ueritas appareat.*
- 138 *Sententia iudicis declaratoria requiritur super notorio.*
- 139 *Instrumenta notarij, facta pendente accusatione ualent.*
- 140 *Notarius inquisitus pendente inquisitione non potest instrumenta facere.*
Differentia inter accusationem, et inquisitionem, qua sit. ibidem.

- 141 *Pena tallionis hodie non est in usu.*
- 142 *Accusatus de crimine potest eligi ad honores, sed non inquisitus.*
- 143 *Pecius presumitur contra inquisitum, quam contra accusatum.*
Lucas de Pena fuit Neapolitanus, & dum obloquitur de notarijs uoluit intelligere de peridia notariorum Neapolitanorum. ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

Exactissime tractatur, an ualeant instrumenta Notarij putatiui, qui in possessione notariatus erat, & consequenter, an ista quasi possessio transferat onus probandi in aduersarium.

C A P. XXI.

PROFUNDISSIMAM quaestionem aggre-
dior, que cum fructuosa, & ualde sit
illis necessaria, qui in foro versantur, da-
bo operam, ut in ea tractanda, neq; studium, neq;
fides in me possit a quoquam desiderari: quaeritur
itaque nunquid ualeant instrumenta illius, qui in
quasi possessione notariatus erat, & communiter
pro Notario habebatur. In qua quidem quaestio-
ne partem affirmatiuam sequutus est Innoc. in c.
1. sub nu. 2. uers. oportet tamen, extra de fide instr.
ubi dicit, ad ualiditate[m] instrumenti sufficere quasi
possessionem notariatus, quae probabitur uel per
testes deponentes, quod ille publice officio nota-
rij eo tempore fungebatur, l. Barbarius, ff. de off.
praetor. Vel per exhibitionem non duorum, sed plu-
rium instrumentorum, quae ipse inter multas, ac di-
uersas partes fecerit super contractibus legitimis,
quae firma maneant, & sine contradictione, cuius
opinionem sequitur ibi Ioan. Andreas, uers. quid si
negetur, col. 2. ubi dicit, quod circa numerum instru-
mentorum exhibendorum stabitur arbitrio Iudicis.
Quinimo quod fortius est, hoc non solum pro-
cedit in notario mortuo, ut ipsi dicunt, sed etiam
habet locum in notario uiuente, ut ait idem Inno.
in c. ueniens, nu. 5. uers. ite[m] secus uidetur, de uerb.
signifi. in 6. ubi notat, quod si non agitur per causa[m] inter
principales, sed inter alios, ueluti si quis petit ali-
quid ex contractu praelati uiuentis, uel ex instru-
mento tabellionis uiuentis, sufficit probare com-
mune[m] opinionem, quod talis habebatur pro praelato, uel
pro notario quousque; probetur contrarium. l. 3. C.
de testib. & l. 2. C. de sent. & idem tenuit etiam in
uiuente, Hostien. in summa de fide instru. sub nu. 3.
uers. quid ergo si tabellio amisit, col. 3. & expresse
Spec. in §. probare, sub nu. 30. uers. & haec uera ui-
dentur, cum seq. de proba. & in §. restat uidere, nu.
39. uers. illud autem, de instru. edit. & in §. instru-
mento, nu. 2. uers. quid ergo si tabellio amisit, eo. tit.
Quinimo & hoc idem uerum Azo sensisse, licet &
ipse perperam in contrarium allegetur, in Auth. de in-
stru. caut. uers. sed quid si praesentat. ubi uoluit, ut in du-
bio steterit in longinquis partibus confecto, quoniam
apparet in eo publicam formam interuenisse, quo
magis miror, ut illam lafon, & Tiraq. pro contra-
ria parte allegauerit, item quod praedicta instrumē-

ta ualeant, tradit etiam Panor. in d. c. 1. sub uers. 12.
requiritur, col. 4. extra de fide instrum. & Bar. in d.
l. Barbar. nu. 6. uers. & si mit argumentum, in prima
lectura. ff. de off. praetor. & Bal. in d. l. 1. nu. 14. uers.
pone, quidam gessit, C. de fideicom. & Zabarel. in
conf. 74. in discussione praemissi articuli, sub nu. 5.
uers. ad secundum principale de tabellione, col. fi.
& Fely. in d. c. 1. nu. 18. uers. item requiritur, extra
de fide instru. & Bal. in conf. 115. quia plenissime,
vol. 3. & Paul. de Castro in l. si solemnibus, num. 3.
uers. breuiter dic. C. de fide instru. & Angel. in conf.
140. quidam Matheus, & Soc. iun. in conf. 138. in
causa D. Ioannis, nu. 13. sub uers. ad secundum ve-
ro responderetur, vol. 3. & Faber in §. sed cum aliquis,
nu. 21. uers. & iste, instit. de testam. & Ange. in l. si
quis patrem, ff. ad senatusconsult. Macedo. & Barbat.
in conf. 5. illud in medium adducam, col. 2. uers.
ego uidi dubitari, vol. 4. & Albertus Galeot. in c.
20. nu. 3. uers. sed quid si non constet, de instrum.
in Margar. & Odofredus, & Albericus, qui cum re-
fert in d. l. Barbarius, num. 31. cum seq. sub uers. ite[m]
quaero an instrumenta. ff. de off. praetor. ubi dicit
hanc opinionem de consuetudine seruari, & ibi
Fulgo. num. 13. uers. superest una dubitatio, col. 3.
ubi aliquantulum perplexus tandem concludit hanc
opinionem tanquam humaniorem in iudicijs esse
tenendam, & idem uidetur innuere in conf. 151.
egregius miles, uers. cum tamen in re praesenti, col.
2. & Lanfran. de Oriano in c. quonia[m] contra, in ver-
bo, instrumentorum productiones, nu. 15. uers. sed du-
biu[m] stat, extra de prob. & Soc. senior in conf. 32. ex
his, nu. 20. sub uers. & pro hac etiam facit, vol. 1. & ita
debet intelligi in conf. subsequenti, in 2. concl. &
Decius in d. c. 1. nu. 44. uers. 11. requiritur, extra de
fide instrum. ubi dicit hanc opinionem esse aequiore[m],
refertq; Andream Siculu[m] idem tenuisse, & idem tenuit
Decius in conf. 42. pro facultate mea diligenter, in
primo dubio, col. pen. & Ioan. a Grassis in tractatu
de substantialibus procurator. in uerbo, & ego Ioan-
nes Palterati, & Igneus in l. 3. §. si quis tabulas. nu-
mero 70. uers. ceteru[m] hac euasione. ff. ad Silla. & Co-
uarruu. in c. 19. nu. 9. conf. hae sane latius, praet. q.
& Alex. in conf. 184. uisio processu, nu. 9. uers. & p-
dicta multitudinem, uol. 7. & in conf. 198. uisio pro-
cessu, nu. 4. uol. eo. & Bertac. in tract. episcopo. i. 5.
par. quarti lib. q. 2. nu. 8. uers. sed incidenter qua-
ro, & Angel. qui tamē & a nonnullis perperam pro
contraria parte allegatur in l. 1. col. 2. in fi. uers. re-
stat uidere, C. de testam. & ibi late & copiose Cor.
nu. 15. uers. an autē longa quasi possessio, ubi dicit
hanc opinionem cōiter obseruari, & eleganter Bal.
in l. 2. sub nu. 6. uers. si aut non sunt aliqua indicia,
C. de sentent. & pulcherrime in l. ad testiu[m], §. condi-
tionem, sub nu. 3. uers. 2. casu scilicet in eo, ff. de te-
stam. & ibi Cattrenf. nu. 3. uers. si aut nunquā fue-
rit, & iteru[m] Bal. in c. 1. sub nu. 2. uers. idē ait quod
sufficit, extra de fide instrum. & Bonus de Curtili
in tract. de nobilit. in 3. par. nu. 163. uers. faciunt et
in argumentum, & Praet. Papien. in glo. non fuit,
de forma opponendi contra instrum. & egregie Sa-

lycet. in d. l. 1. sub nu. 11. uers. dico igitur sic, C.
de testam. & ibi Roman. nu. 15. uers. in quantum tñ
D. Bal. col. pen. & Marf. i. §. aggredior, nu. 37. uers.
& facit et, praet. crimin. & Gabriel. in concl. 8. nu.
25. uers. contrariu[m], quod imo, lib. 1. de prob. ubi in
ter ceteros allegat Ant. de But. in c. significauit, ex-
tra de testib. sed ibi Butrius loquitur in instrumen-
to antiquissimo centum annorum, in quo nulla est
dubitatio propter antiquitatem temporum, unde
pro hac parte non debuit allegari, sicut nec Pari-
sius, qui loquitur in Nuncio apostolico, & non in
Notario, ut patet in conf. 17. de bono, uol. 4.
Et haec quidem sententia confirmatur per ea, quae
tradita sunt in c. cū delictus, extra de fide instrum.
ubi per illum notabile[m] textum glo. dicit, quod con-
suetudo facit aliquod instrumentu[m] authenticu[m],
quod aliās nō esset, & dat ei iurisdictionē, qui aliās
habere non potest, & facit aliquē illegitimu[m], qui aliās
erat legitimus ad promotionem, & personas legi-
timas ad matrimonium facit illegitimas, de qua
glossa feci mentionem in libro primo. & circa in-
strumentum subinixit ibidem Innocent. quod cō-
suetudo potest facere, ut illi credatur, etiam si fue-
rit nulla testium subscriptione uallatum, & idē se-
quitur ibi Ant. de But. & Imola, & Fely. & Abb.
in princip. ubi subdit, quod etiam consuetudo potest
facere, ut iudex scribat per acta iudicij, & illis credat.
Illi tñ, quibus opinio cōtraria magis arrisit, re-
spondēt ad textu[m] in d. c. cū delictus, extra de fide
instru. & dicit esse uerū, quod cōsuetudo potest dare
auctoritatē scripturae illius, qui nō est notarius, quā
scilicet inducta fuit: secus si ignoranter, uel sub er-
rore, ut ait Decius in d. c. 1. sub nu. 46. uers. non ob-
stat ratio Cardinalis, extra de fide instrum.
Rursus ad praedictorum confirmationē facit: nā licet
qualitas clericatus nō insit a natura, & ob id nemo
praesumatur clericus, ut dixi in c. praedicti. nu. 29.
Attamē si quis steterit in longa possessione clerica-
tus, uel subdiaconatus, uel aliqua alia possessione
beneficij et curati, praesumetur clericus, uel subdia-
conus, uel curatus, ut ait egregie Inno. in c. super his,
uers. sed quid dices, col. pen. extra de accus. & late
Fely. in c. illud, sub nu. 5. uers. nota primo, col. 3. ex-
tra de praesumpt. & Soci. in d. c. super his, num. 70.
uers. si uero opponeretur defectus, & Decius in
conf. 118. uisio instrumento, nu. 2. uers. sed supra di-
ctis minime obstantibus, ubi dicit hanc quasi pos-
sessionem prodesse non solum in possessorio, sed
etiam in petitorio, & sequitur late Marf. in uerbo,
tempus, nu. 84. uers. & per praedictam regulā scias,
de Bannit. & supra dixi in c. praedicti, in prima li-
mitatione ultimae regulae, nu. 35. uers. limitatur ta-
men haec ultima, de qua uide Gabriel. in conclu. 1.
num. 10. uers. 7. inferitur, de praesumpt.
Et quauis aliqui dicant in hoc casu concurrere rō-
nem specialē, quae est, quod iudices ecclesiastici solent
de canonica institutione inquirere, uisitādo singu-
lis annis s. a diaconum, & cū nō sit uerisimile, ut ipsi
tolerarent tanto tpe absque canonico titulo eccle-
siam retineri, ob id praesumitur, ipsos titulum uidi-
se, ut

se, vt aiūt Doctor. & præcipue Fely. in d. c. illud, sub nu. 5. vers. nota primo, col. 3. & Decius in d. c. i. nu. 47. vers. ad hoc facit, extra de fide instrum. & Crau. in 3. parte, sub nu. 23. vers. 3. potest responderi, de antiq. temp. & dixi in c. 6. in 10. limitatione, li. 1.

Attamen potest dici hanc quoque ratione quodammodo concurrere in nostro casu, in quo verisimile non est, vt tandiu quis toleratus fuisset publicè officii, & tabellionatus exercere, coram officialibus, coram ceteris notarijs, coram toto populo, nisi priuilegium habuisset: & quamuis, non soleat per deputatos fieri tam specialis inquisitio, an quis habeat priuilegium notariatus, sicut fit, an quis habeat canonicam institutionem, vt habetur in c. ordinarij, de officio ordin. in 6.

Nihilominus negari non potest, quin saltem magna præsumptio oriatur in fauorem illius, qui diu pacificè fuit in quasi possessione conficiendi instrumenta nullo penitus reclamante, & nemine omnino contradicente, & præcipue videntibus, & tacentibus alijs notarijs, inter quos magna solet esse inuidia, tum quia regulariter faber est fabro inuidet, vt in veteri prouerbio est: tū etiā quia (si Lucæ de Penna credimus) tabellionum, actuariorum, apparitorum, & similibus hominum est praua venalis, & perfidia, vt ipse dixit in lib. 12. in prin. C. de numerar. ex quo fit, vt minus verisimile sit, vt ceteri notarij inuidia ducti negligentibus fuissent inquirendo de conditione illius, & ita in his præcipuis terminis loquitur Hostiensis, in summa de fide instrum. sub nu. 3. vers. quid ergo si tabellio amisit, vbi dicit ex eo, quod quis diu sit in quasi possessione notariatus, præsumi, quod ab initio facta fuerit fides de priuilegio, alijs contrahentes ad ipsum non venissent, pro quo facit notabile argumentum textus in cap. nullus ordinatur, distin. 24. vbi dicitur, quod testimonium est populi habetur loco examinationis, vnde si populus hunc notarium esse putabat, & eum pro notario fouebat, quid amplius testimonio indigemus? & ista opinio videtur esse maxime vera nostris temporibus, in quibus omnes Italiae Ciuitates habent collegia notariorum, quæ suos consules eligunt, qui toti collegio præfunt, & curam habent, ut quilibet recedat, & fideliter officium suum exerceat, & hoc est Mutinæ, Ferrariæ, Bononiæ, & in ceteris Italiae magnis Ciuitatibus, vt merito dicere possimus, sic in isto casu esse præsumendum, vt Consules viderint priuilegium illius putatiui notarij, sicut præsumitur, vt iudices ecclesiastici viderint titulum putatiui clerici, & ita in his terminis quando consules adsunt, tenuit Salet. in l. 1. C. de testam.

Postremò adhuc prædicta confirmantur ex his, quæ copiosè notauit Soci. in conf. 32. ex his, num. 19. vers. vnde posito, vol. 1. vbi tradit valere et conditiones ab eo factas, qui communi opinione reputabatur Rector, aut Prælatus, & adducit Inno. in c. l. extra de schisma. & subiungit, quod communis opinio existens de habilitate, & legitimatione agentis in tempore, quo aliquid fecit, operatur, vt

illud valeat, licet postea appareat ipsum inhabile, seu illegitimum fuisse, & propterea dicit, valere præsentationem ab eo factam, qui erat in quasi possessione iuris patronatus, & communi opinione existimabatur patronus: licet enim postea appareat ipsum non fuisse patronum, nihilominus præsentatio non infringitur, c. consultationibus, extra de iure patrona. & c. querelam, extra de elect. Per quem textum idè etiam dicimus de Rectore putatiuo, idem de collatione facta ab eo, qui potestatem conferendi putabatur habere, c. cum olim, extra de causa possess.

Ad idem facit, quod soluens ei, qui communi opinione reputabatur procurator creditoris ad pecunias exigendas, liberatur, qui quamuis procurator non fuisset. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. petat. & l. si quis seruo, ff. de solut.

Et filius familias, qui communiter sui iuris existimabatur, obligatur in et mutuo, quod accepit, licet in potestate patris reuera fuisset, l. 2. C. ad Macedon. & l. 3. ff. eo. que omnia cum multis alijs concordantibus tradit Soc. in d. conf. 32. vol. 1. & Tiraq. in glo. 8. in uerbo, son Marq. nu. 146. vers. contrariū tamen, cum seq. de legib. connub. & Marf. in §. aggredior, nu. 37. cum seq. pract. crimin.

Cætera uero argumenta, quæ ad confirmandam hanc partem sumuntur a seruo cõiter sui iuris reputato, uidebis apud Iaso. in d. l. Barbarius, nu. 40. vers. pro ista sententia, ff. de officio prætor. ubi ipse quoque in vtrâque parte hunc articulū disputauit, cuius argumenta nolui referre, quia possunt apud ipsum commodissime legi, & de eodè seruo pariter notauit Tiraq. in d. gl. 8. nu. 149. vers. valet queq; testamentū.

Sed tamè prædictis et omnibus non obstantibus in contrariā sententiā multi præstatisimi Doctores abierunt, & in primis Bar. sibi contrarius in l. actuarios, nu. 2. vers. ex fine leg. s. C. de numerarijs, lib. 12. & ante ipsum, Olara. & Gabriel de Osseletis, & I. ynus, & Martinus Sillimanus, & Rayner. quos omnes in hanc partem citat Albe. in d. l. Barbarius, sub nu. 31. ff. de officio prætor. & Ioan. Andr. i add. ad Specul. i d. §. restat, nu. 24. vers. & scias, de instru. edit. & Bar. in d. l. Barbarius, nu. 8. vers. ponamus, quod deficiat auctoritas, in repetitione, & ibi Bal. sibi cõtrarius, nu. 30. vers. & prædicta multas dirimunt quæstiones, & Bar. in l. Herennius, ff. de de curionib. & Bal. in l. 1. nu. 12. vers. 6. quæro, C. de testam. & Ange. sibi contrarius in d. l. ad testium, col. 1. vers. quid aut sit in eo qui ut tabellio, ff. de testam. & ibidè Imola in fi. vers. extra glo. tangit, & Bal. in l. nihil, in prin. vers. & per hoc dico, C. de vend. liber. & Aut. de Butr. in d. c. 1. vers. sed practica non placet, col. 2. extra de fide instru. & Ancha. in conf. 213. pro isto patre instituto, nu. 2. vers. ultimo aduertendū, col. 2. ubi citat in hanc partem Speculatorè, qui tamè intelligendus est ut infra dicā, & hanc partem latissime tenuit Alex. sibi contrarius in cõf. 138. opportunè cõsideratis, uol. 1. ubi in hanc partem citat Iaco. de Arena, Guid. de Suz. Iacobū de Bellapertica, & And. de Pisis, & Guliel. de Cuneo, & con-

& concludit hanc esse magis communem, a qua in iudicando non est recedendum, & rursus hanc eandem opinionem esse magis communem idem Alexander attestatur in l. 1. nume. 12. vers. quærit hic Baldus, C. de testam. & in hanc sententiam pariter inclinauit Iason in d. l. Barbarius, nu. 41. vers. contraria opinio, vbi dicit hanc esse veram, & communem opinionem, atque intrepide tenendam, & Alciat. in præsumpt. 13. nume. 5. vers. sed quid si non constat, reg. 3. vbi dicit hanc esse communem Doctorum sententiam, & Villalobos in ver. notarius non præsumitur, nu. 15. lib. commun. opin. & Francisc. Turzan. in conclus. 91. commun. opin. & Bertrand. in conf. 71. ex tenore, alias 81. lib. 3. & Aufrerius, qui tamen confusè loquitur in addit. ad de cif. Tholosan. 330. quos duos adducit Additionator ad Decium in d. c. 1. de fide instrum. & Iacobin. de Sancto Georg. in auth. si quis in aliquo, nume. 43. vers. sed ego consului, C. de eden. allegatur etiā pro hac parte Ruinus, & Tiraquel. à Gabriel. in d. conclus. 8. nu. 24. lib. 1. de probat. sed Ruinus potius videtur superiori sententiæ adherere, & Tiraquellus vtranque partem solum retulit, nec aperit in quam sententiam ipse postea inclinet.

Pro hac parte allegatur etiam à Iafone, à Gabriel. & à Tiraquello Cynus in l. comparationes, nume. 12. vers. sexto iuxta hoc quæro, C. de fide instrumen.

Sed ibi Cynus loquitur in diuersis terminis, id est quando producit instrumentum in longinquis partibus confectum, & negatur illud fuisse scriptum ab eo, de quo dicitur, nam quærit ibi, an veniendum sit ad comparationem secundum terminos illius legis, an vero propter difficultatem comparationis faciendæ ob longinquitatem, vel absentiam notarij, standū sit illi instrumento, quod erat in publica forma confectum, & sic ibi præsupponit, quod ille, qui dicebatur illud instrumentum confecisse, erat notarius, sed tamen negabat, illā scripturam fuisse ab ipso scriptam. Præterea dato etiā quod Cynus loqueretur in eo casu, quod notarius negaretur, hoc tamen nequaquam congruit huic quæstioni, cum ibi nihil probatum sit de quasi possessione notariatus, nec probari possit: at nos quæstionem nostram ponimus in casu, quod quasi possessio probata sit, & quærimus, an illa sufficiat, vnde cum sit illa quæstio a nostra quæstione diuersissima, videre potes, cum quanta incuria Doctores hic, & etiam in superiori parte raptim inculcentur, & promiscuè cumuletur, dum quilibet nititur ampliore Doctorum numero confirmare illam opinionem, quæ sibi magis arridet, quæ res non alia ratione procedit, nisi quia ex relatione aliorum multi Doctores allegantur, sed pauci in fonte leguntur.

Rationes autem, & argumenta, quibus hæc posterior pars innitur, sunt validæ, ac admodū urgentes, & præcipue videtur hæc sententia in terminis decisa a textu in l. actuarios, C. de numerarijs, lib. 12. vbi Imperator esse irrita decernit, & nullius roboris omnia gesta actuariorum, qui non fuerint

secundum consuetum modum ex auctoritate superioris ordinati, quem textum pro hac parte multum ponderauit ibi Bartolus, & per eundem in hac quoque sententiam trāsuit Andreas de Pisis, pro ut eum refert Alex. in d. conf. 138. colum. 4. uol. 1. & eundem textum ponderauit etiam Gulielmus de Cuneo in d. l. Barbarius, pro ut ibi refert eū Bartolus in repetitione, nu. 8. ff. de off. prætor.

Sed tamen illi, qui primam sententiam tenent, illi legi respondentes dicunt, illum textum non loqui de notarijs, sed de certis exactoribus pecuniæ publicæ, qui sine licentia principis constitui non poterant, & hoc dixit Bart. in d. l. Barbarius, in prima lectura, num. 6. vbi dicit hanc fuisse interpretationem Gulielmi, & idem Bartolus adnotauit in l. nec ei, §. eorum, nume. 6. vers. quæro quis possit, ff. de adopt. & pro hac Gulielmi, & Bartoli interpretatione videtur esse textus in l. actuarij, C. erog. milit. ann. lib. 12. & idem tenet glos. in l. ne diutius, C. de numerarijs, lib. 12. & Oldrad. in conf. 75. quis possit creare, in fine, & Ioan. And. ad Specu. in §. restat, nu. 22. vers. sed quis potest facere tabelliones, in uerbo, igitur, de instrum. edit.

Rursus adducitur, quod notariatus est et qualitas, vel solemnitas extrinseca, quæ non proficiscitur à natura, sed per actum extrinsecum confertur à Principe, uel ab eo, qui auctoritatem conferendi habet, l. generali, C. de tab. lib. 10. notat Specul. in d. §. restat uidere, numero 24. vers. & scias quod tabellionatus.

Ideo qui talem solemnitatem extrinsecam allegat, probare debet, ut ait ibi Speculator, nec quasi possessio sufficit, cum innitur in qualitate, quæ non inest a natura, ut diximus de seruitute prædiali, in capitulo præcedenti, cuius possessio non releuat possidentem, cum præsumptio naturalis libertatis sit contra ipsum, & ita dicebat Aretin. in quodam consilio, non impresso, cuius argumenta refert Decius in d. c. 1. num. 45. vers. & secundum istum, extra de fide instrum. quæ argumenta refert etiam Roman. in l. 1. nu. 15. vers. in quantum tamen, col. pen. C. de testam.

Sed responderi potest, prædicta non habere locum in longa quasi possessione, sicut idem quoque diximus in seruitutibus realibus, ut patet in capitulo præcedenti.

Iterum dicitur adhuc, quod ille, qui non est notarius, gerendo se pro et notario, committit falsum, l. eos, §. qui se, ff. ad l. Falcid. Ergo cum sit falsarius, instrumenta ualere non possunt, l. si aliquid, C. de susceptor. & archa. lib. 10. Præterea cum data est certa forma a iure probandi, scilicet per instrumentum decernens officium, probatio quasi et possessio nihil operatur, l. 1. C. de mand. prin. l. decernimus, C. de sacrosan. eccles. l. Herennius, ff. de decurionibus.

Imo quod amplius est, talis possessio fuit acquisita cum mala fide, ob id nihil releuat, et tanquam iniusta, & clandestina, & hæc ait Bald. in l. 1. num. 13. C. de testam. & reassumit ea Tiraq. in d. glof. 8. nu. 154.

sum. 154. uers. dici etiam potest. in uerbo, de son
Marq. de legib. connubialib.

At his responderi potest, ea omnia procedere
posse, quando constaret, illum re uera nō fuisse no-
tarium, & ex temerario ausu illud officium usur-
passe, quoniā tunc esset falsarius, & usurpatio of-
ficij non potest illum facere notarium. l. improba.
C. de acquir. possess. & notat Butr. in d. c. 1. col. 2.
extra de fide instrum.

Sed secus est, quando sumus in dubio, quoniam
tunc ut delicti interpretationem euitemus, quasi
possessio proderit ad transferendum onus proban-
di in aduersarium, ut latius infra dicemus.

28 Vltimò dicitur, & solum Principem, uel habentē
auctoritatem ab eo, posse conferre officium tabel-
lionatus, c. cum P. tabellio, extra de fide instrum. 3

Ergo si hoc est de reseruatis Principi, nihil po-
test operari quasi possessio, quia priuatorum & cō-
sensus non potest ea conferre, quæ sunt Principis,
l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iud.

Verum respondetur, quod facere tabellionem
non solum Princeps potest, sed etiam consuetudo,
ut iam diximus & secundum opinionem aliorum,
etiam quilibet ordinarius potest notarium creare,
ut infra dicam.

Præterea non tractamus hic, an ex quasi posses-
sione ille sit effectus tabellio, quoniam quo ad fa-
uorem ipsius hoc difficilius admittitur, sed tracta-
mus, an illa quasi possessio operetur quoad fauo-
rem aliorum, qui propter communem opinio-
nem sunt in bona fide, & à fama populi non de-
bent decipi.

Ex quibus iam satis apertè cognosci potest,
quàm varius, difficilis, & implicitus sit iste iuris ar-
ticulus, in quo resoluendo, tanquam in scopulo
difficili, & in re multum ardua diuinum auxilium
meritò implorauit Salycetus in l. 1. nume. 11. sub
uers. sed dubitari potest, C. de testam.

30 Et in tanta Doctorum uarietate sine dubio & is
dignus excusatione foret, qui uel priorem, uel po-
steriorem sententiam sequeretur, cū utraque opti-
mis rationibus innixa sit, & utraq. magnis Docto-
rum auctoritatibus fulciatur.

Ego autem in hac difficultate sæpius meditat-
us sum, an ullo pacto dissidentes Doctorum sententiæ
ad concordiam reduci possent: & Deo bene iuuan-
te, mihi uidetur, rem ex uotis optimè succedere
posse, si quasdam casuum species separatim consi-
derari uoluerimus. quoniam sicuti manifestum
est, quod modica mutatio facti mutat ius, ut in-
quit Specul. in §. nunc tractemus, nu. 2. uers. & sæ-
pe breuissima, de aduocato.

Ita etiam multi Doctores dum confuse, ac indi-
stinctè allegantur, in hac re uarij fuisse uidentur, &
tamen in eis nulla uarietas apparebit, si sententiæ
ipsorum discretè considerabuntur; Dico igitur
hanc materiam in tres casuum distinctiones sic pos-
se concludi, quarum prima est, quando constat il-
lum, de cuius instrumentis agitur, re uera non fuis-
se notarium, & tunc quoniam iste & semper com-

misit falsum, l. eos. §. qui se. ff. ad l. Corn. de falsis.
Ego teneo posteriorem sententiam esse ueram,
idest, ut acta non ualeant d. l. a. uarios, C. de nu-
merar. lib. 12.

32 Nec illi proderit & quasi possessio tabellionatus,
quia semper fuit iniqua, & dolosa, & ita procedit
opinio Baldi in d. l. 1. num. 13. C. de testam. ubi cla-
re loquitur in eo casu, quo manifestè apparebat, il-
lum non fuisse notarium, & in hoc casu etiam ma-
nifestis uerbis loquitur Specul. in d. §. restat uide-
re, num. 32. uers. quid si is qui non est notarius, de
instrum. edit. & hoc modo quoque procedit Ange-
lus, qui dictum Specul. allegat, in d. l. ad testium,
uers. quid autem sit in eo, ff. de testam. & pariter ita
loquitur Bart. in d. l. a. uarios, C. de numerar. lib.
12. & in d. l. Barbarius, in 2. lect. num. 8. uers. pona-
mus quod deficiat auctoritas, & ibi Bal. num. 30.
uers. ecce quidam tanquam tabellio, in prima le-
ctura.

In quib. locis ipsi Doctores apertissimè casum
ponunt in eo, qui re uera non erat notarius, & in
hoc casu idem quoque tenuit Roman. in d. l. 1. in
primo membro, nu. 14. uers. ulterius inducitur, C.
de testam. & ita loquuntur Andreas de Pisis, & Gu-
lielmus de Cuneo, pro ut cognosci potest ex rela-
tione Alex. in d. conf. 138. col. 4. uers. eiusdem sen-
tentiae fuit Andreas, uol. 1.

Cum enim illorum commentarios non habeā,
illos in fonte uidere non potui, & ita etiam intelli-
gitur opinio Raynerij, prout cognoscitur ex Albe-
rico in d. l. Barbarius, nu. 3. uers. item quæro, ff. de
officio prætor. & ita loquitur Iason, licet promi-
scuè Doctores alleget, in d. l. Barbarius, sub n. 39.
in primo casu, cum seq. & Turzan. in d. concl. 91.
& Saly. in d. l. 1. nu. 10. uers. quæro quinto de Ta-
bellione, C. de testam.

Fallit tamen iste primus casus, ut non habeat lo-
cum, quando probaretur eum, qui prædicta instru-
menta confecit, fuisse in & quasi possessione tabel-
lionatus, sciente & patiente domino, qui ius habe-
bat creandi notarios, quoniam tunc prædicta in-
strumenta ualerent, ut ait Anton. de Butr. in d. c.
1. columna 2. uers. puto tamen quod si sciente, ex-
tra de fide instrum.

34 Pro cuius opinione facit, quod uoluit Bal. in d.
l. 2. nu. 6. col. 2. uers. modo dicit Iacobus, C. de sen-
tent. ubi notabiliter ait, quod quando & legati exer-
cuerunt iurisdictionem sciente & patiente ordina-
rio, præsumitur delegatio præcessisse, & omnia, quæ
ipsi gesserunt, omnino ualebunt, & prædictam An-
tonij opinionem sequitur nuncupatim Alex. in d.
conf. 138. nu. 8. uers. & cum opinione Speculato-
ris, col. 5. uol. 1. & Imola in d. c. 1. nu. 6. uers. posset
etiam saluari dictum Innocentij, extra de fide in-
strum. & Iaf. in d. l. Barbarius, nu. 45. uers. secundo
communem sententiam limitat, ff. de officio præ-
toris.

Quibus adstipulatur quod tradit Bal. in d. lege,
Barbarius, in prima lect. num. 20. uers. sed hic quæ-
ritur, nunquid sua iurisdictione, columna 4. in fi. ubi
secun-

35 secundum Innocentium refert, quòd quando & or-
dinaris existit in quasi possessione iurisdictionis
superiore sciente, & patiente, nihil possunt ei sub-
diti opponere, nec exquirere ab eo titulum suæ
quasi possessionis, quia non attinet ad subditum uē-
tilare & facta superioris, quando uidetur tacitè con-
firmasse, quam rem notat etiam Fely. in c. sciscita-
tus, nu. 5. sub uers. considera bene, col. 4. extra de
rescript. & Iaf. in d. l. Barbarius, nu. 47. uers. confir-
mo etiam per id, col. 11.

36 Et adde, quod ita debet intelligi, uel suppleri
doctrina Bal. in l. non ignorat, num. 11. uers. unde
ex quo comes, col. 4. C. de his qui accus. non pos-
sunt. ubi dicit, quod ille, qui est & in quasi posses-
sione creandi tabelliones, uel legitimandi bastardos,
adiuuatur ex illa quasi possessione, & præsumitur
pro his, quæ publice facit, quam doctrinam intelli-
ges esse ueram, quando illa quasi possessio fuit ac-
quisita sciente, & patiente superiore, sine cuius li-
centia non potest acquiri, quæ scientia, cum non
præsumatur, debet probari, & ita dictum Baldi
supplet & declarat Alex. in d. conf. 138. num. 11.
uers. non obstat quod notat Baldus, uol. 1. de qua
re uide, quæ dicam infra, nu. 70. uers. & quamuis in
tertia casus distinctione.

Hanc tamen fallentiam impugnavit Abb. in d.
c. 1. col. 5. uers. ego credo, extra de fide instru. ubi
dicit, quod quando constat de usurpatione officij,
sola scientia superioris non prodest, ubi ex parte
superioris nō interuenierit aliquis actus positius,
cum requiratur officij collatio, seu creatio, arg. c.
cum iam dudum, in fi. extra de præben.

In hoc autem casu constabat de officij usurpa-
tione, & sic de mala fide usurpantis, ergo scientia so-
la nihil operatur. nec obstat textus in d. c. consulta-
tionibus, extra de iure patron. quia secundum Ab-
batem loquitur de possessione bona fide acquisita,
alias præsentatio nihil ualeret.

Verum pro sententia Antonij, quam multi Do-
ctores superius citati sequuntur, uidetur facere,
quòd solus Princeps etiam tacite potest impertiri
auctoritatem suam, ut ait Bal. in c. cum P. tabellio,
numero 12. sub uers. quæro dictum est, extra de fi-
de instrum.

Nec refragatur textus in d. c. cum iam dudum,
quoniam illud habet locum in rebus spiritualibus
quæ ex se prohibitiæ sunt, de qua re uide quæ in-
fra dixi, num. 56. uers. amplia tamen, cum seq.

38 Iterum fallit superior opinio, ut habeat locum
duntaxat in instrumentis & celebratis post detectā
conditionem illius, qui pro notario habebatur, &
postea apparuit illum non fuisse notarium, quo-
niam post errorem detectum quicquid ipse postea
fecerit, inane & irritum censetur, sed secus est in
instrumentis confectis ante conditionem illius de-
tectam, quoniam tunc ex quadam æquitate uale-
bunt, ut tradit Saly. in d. l. 1. num. 10. uers. quæro
quinto de tabellione, C. de testam. ubi post multā
disputationem tandem dicit, quod quando tantū
tempus ante detectam conditionem transiit, ex

quo titulus eius, & creatio præsumi possit, tunc ip-
se putat, ut instrumenta confecta ante detectum er-
rorem debeant ex quadam æquitate ualere, sed se-
cus est in illis instrumentis, quæ post errorem dete-
ctum, confecta fuerint.

Sed mihi uidetur istam fallentiam non esse te-
nendam, quia est contra communem sententiam
omnium in distinctè dicentium, omnino instrumē-
ta non ualere, quando constabat eum non esse no-
tarium, quia illa confecit, nec longa quasi posses-
sio potest quicquam prodesse: tum quia ut dictum
est, semper fuit falsarius, tum etiam quia semper
fuit in mala fide, propter quam nec titulus uerus,
nec præsumptus acquiritur, ut dicunt omnes, nec
est curandum de præsumptione, cum ueritas, pa-
teat in contrarium, & contra Salycetum facit ra-
tio textus, qui nihil distinguit, sed omnes actus an-
nullat, in d. l. a. uarios, C. de numerar. lib. 12. & in
d. l. Hærennius, ff. de decurionib.

39 Nec quicquam ualet æquitate consideratio,
tum quia æquitas & non attenditur contra scriptū
rigorem, ubi scripta non reperitur, ut ait glo. in c.
fi. & ibi plenè Abbas, extra de transact.

Tum etiam, quia si partes sunt in instrumentis
inualidis læse, poterunt pro omni eorum interesse
habere regressum contra notarium olim putatiū,
ut infra dicitur, & prædictam Salyceti opinionem
non multum probat Corn. in d. l. 1. sub nu. 14. uers.
secundo fallit, C. de testam. ubi dicta eius referen-
do dicit, quod iura allegata a Salyceto loquuntur
in alijs casibus, uide tamen casum infra, in quo præ-
dicta opinio Salyceti sustinetur, nu. 87. uers. non
obstant allegata in contrarium.

40 Secunda principalis casus distinctio est, quando
non constat, an ille, qui fecit instrumenta, fuerit no-
tarius, sed sumus in dubio, & tunc tenet ex longa
& quasi possessione pro instrumentis præsumendū
esse, donec contrarium probetur, & ita procedit
prior opinio, & hoc expresse, & distinctè tenuit In-
nocen. in d. c. ueritas, nu. 5. uers. item secus uidetur
si non agitur causa, de uerbo. signif. in 6. ubi dicit
ei, qui nititur in instrumentis, sufficere, si probaue-
rit, quod ille pro notario communiter habebatur,
quoniam tali instrumento standum erit, quousque
probetur contrarium, quod idem uoluit etiam
Bald. in l. ad testium, §. conditionem, sub nume. 3.
uers. secundo casu, scilicet in eo qui nunquam fuit
tabellio, ff. de testam. ubi sequendo prædictam In-
nocentij opinionem dicit, quòd ex quo quis pu-
blicè exercuit officium, præsumitur fuisse tabellio,
quæ præsumptio & transfert onus probandi in ad-
uersariū, & licet ibi subiungat, quod Azo in Auth.
de instrum. caut. simpliciter dicit, quod instrumen-
ta non ualeant, tamen ego credo textum esse men-
dosum, quia potius ibi Azo totum contrarium no-
tauit, ut apparet in uers. sed quid si proferatur char-
ta, col. 2. ubi scripsit, quod si de alia terra, unde non
cognoscitur, qui scripserit, proferatur charta publi-
ca, & in forma publica, & non uitiata in aliqua par-
te sui, tunc ei standum erit, & qui uoluerit ad illam
objicere,

objicere, probare debet, l. sciant cuncti, C. de prob. & idem voluit Bal. in d. conf. 118. vol. 3. & Albertus Galeot. in d. c. 20. nu. 3. vers. sed quid si non constat, in margarita, & Castrensi. in d. l. si solemnibus, numero 1. vers. breuiter dic, C. de fide instrum. & Bald. in d. l. 2. sub nu. 6. vers. quæro quid si aliquis, col. 2. C. de sentent. vbi dicit, quod quando quæstio incidenter est inter partes, tunc longa quasi possessio tabellionatus facit præsumi titulum, & sequitur Roman. in d. l. 1. sub nu. 15. vers. potest tamen vtraque. C. de testam. & Coua. in d. c. 19. col. si. pract. quæst. & Corn. in d. l. 1. nu. 15. vers. an autem longa, C. de testam. & ita procedit ibi Saly. & Paul. de Castro in d. l. ad testium, §. conditionem, nu. 3. vers. si autem nunquam fuerat, ff. de testam. & egregie Specul. in d. §. probare, nu. 30. vers. verum licet, de prob. & ibi ostendit, se ita voluisse intelligi in d. §. restat, num. 39. vers. illud autem notandum, de instrumen. edit. & Hostiens. in summa de fide instrum. sub nu. 3. vers. quid ergo si tabellio amisit, & Bald. in d. l. 1. nu. 14. vers. pone quidam gessit, C. de fideicom. vbi dicit, quod breuis possessio veluti trium annorum non facit quem præsumi notarium, sed bene ex longa quasi possessione, veluti decem annorum, oritur præsumptio notariatus inter contrahentes, & ita debet intelligi Angelus in d. conf. 140. & in d. l. si quis patrem, ff. ad Macedon. vbi licet ipse dicat ex longa possessione probari quem fuisse notarium, tamen hoc debet intelligi esse verum secundum prædicta, id est, ut interim pro instrumentis præsumatur, donec probetur contrarium, quemadmodum idem Angelus hoc clarius, & expressius voluit in d. l. 1. vers. restat videre, columna 2. C. de testam. vbi dicit, quod non valent instrumenta eius, qui non fuit creatus notarius, sed bene quasi possessio notariatus id operabitur, ut in aduersarium transferat onus probandi, cum non esse notarium, & hoc modo in præsumptione loquitur Alber. in d. l. Barbarius, num. 33. vers. quicquid sit de iure, ff. de off. prætor. vbi dicit de consuetudine seruari, quod si tabellio est de longinquis partibus, & causa magna, scribatur officiali loci, ut rescribat, an ille foret, aut saltem reputaretur publicus notarius, si autem tabellio est in loco, tunc ut ille præsumatur tabellio, sufficit probare eum fuisse in quasi longa possessione tabellionatus, & Decius hoc idem in præsumptione tenuit, licet loquatur in matricula, in d. c. 1. num. 50. vers. an autem per matriculam, extra de fide instrum. & in hac præsumptione oriente ex decenniali possessione clarissime loquitur Ale. in d. col. 184. nu. 9. vers. & p. di. cta multitudinē, vol. 7. & Bal. in d. c. 1. sub nu. 9. vers. idem ait quod sufficit, extra de fide instrum. vbi dicit hanc doctrinam Innocentij esse notatu dignam, sed dum voluit, ut quis ex longo exercitio præsumatur notarius, & circa eandem præsumptionem loquitur etiam Bonus de Cortili in 3. par. num. 163. vers. faciunt etiam in argumentum, de nobilit. & nota sensisse videtur Felynus, & Abbas in d. c. 1. extra de fide instrum.

Et in summa sic debent intelligi omnes illi, qui tenent instrumenta putatiui notarij valere, quos in priori opinione supra citavi in principio: & licet nonnulli ex illis sint, qui non præsumptiue loquuntur, sed tenent indistincte prædicta instrumenta valere, tamen melius est, ut eorum dicta intelligantur secundum declarationem aliorum.

43 Quibus adde, quod ita demum in dubio quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium quando possessor nullum defectum habuisset, qui potuisset impedire illum esse notarium, ut inquit Angel. in add. ad Barto. in l. generali, C. de tabul. lib. 10. vbi admonet aduocatum, ut sit cautus, dum contra instrumentum opponitur, & dicitur, illud non fuisse factum a notario, ut scilicet ipse faciat probari, quod tempore dicti instrumenti confecti is, qui scripsit, erat tabellio, & in quasi possessione tabellionatus, & pro tabellione habebatur, & reputabatur ab omnibus, qui cognoscebant eum, & quod erat homo liber, & talis conditionis, quod non prohibebatur esse tabellio, aliàs non sufficeret, hoc solum probare, quod erat in quasi possessione tabellionatus officij, ex quo quasi possessio non sufficit in his, quæ sunt prohibitiua, de quo infra dicam, nu. 105.

44 Nec obstat textus in dicta l. Barbarius, vbi sufficit ratione publicæ utilitatis quem fuisse in quasi possessione, esto quod prohiberetur, quia ibi erat in quasi possessione ex dispositione populi, qui eum liberum facere potuisset, & fecisset, se sciuit, quam responsum notauit etiam Bartol. in l. præses, nu. 2. vers. ex quo noto, C. si seru. aut liber. ad decur. aspir.

Et quamuis Felynus per verbum fortè, videatur transire in contrarium, in d. c. 1. nu. 18. vers. item intelligitur in eo, extra de fide instrum.

Attamen Angeli intelligentia non videtur esse mala: nec obstat Calderinus a Felyno allegatus, qui voluit valere instrumenta spurij reputari legitimi, quia respondetur spurietatem non esse uitium, quod impediatur, quem esse notarium, ut infra dicam in 3. dist. num. 94.

45 In contrarium tamen, ut scilicet nec prædicta quasi possessio transferat onus probandi in aduersarium, quando sumus in dubio, transiit manifestis uerbis Ioan. Andr. in add. ad Specul. in d. §. restat, num. 24. vers. & scias, de instrum. edit. vbi dicit non obstat quasi possessionem officij, quia quando præsumptio est pro aduersario, etiam possessor probat. l. siue possidetis, C. de prob. & idem tenuit Iacobus de Arena, ut cognoscitur ex relatione, quam fecit Iason in d. l. Barbarius, sub num. 41. vers. eandem opinionem tenet notabiliter, col. 10. ff. de off. prætor. & expressè Ioan. de Imola in d. l. ad testium, §. conditionem, in fine, ff. de testam. & Anton. de But. in d. cap. 1. extra de fide instrum. & latè Alex. sibi contrarius in d. conf. 138. vol. 1. & Anchar. in d. conf. 213. quem tamen Ancharanum intelliges, ut infra dicam, sub num. 48. & Bartol. in d. l. Hærennius, ff. de decur. qui tamen Bartolus ibi

ibi nihil certi determinat, sed se remittit ad Innocentium, & Speculatorem, ergo secundum ipsos intelligendus est: sed negatiuè expressè tenuit Alciat. in d. præsumpt. 13. num. 15. reg. 3. & Iacobin. de S. Georg. in auth. si quis in aliquo, num. 43. vers. sed ego consului totum contrarium, C. de eden.

Qui Doctores loquuntur omnes in casu dubio, scilicet quando non constat, an ille, qui fecit instrumenta, fuerit notarius, & tamen concludunt, quasi possessionem tabellionatus non transferre onus probandi in aduersarium.

Ceterum illis non obstantibus minime recedendum est à priori opinione, quæ magis communis est, & quod attinet ad prædictos Doctores, poteris eos hoc modo concordare, & dicere,

46 Quod quæstio tabellionatus aut principaliter venit in iudicium, & versatur inter ipsum notarium putatiuum, & alium: & tunc non obstante possessione tabellionatus ipsi notario incumbit onus probandi priuilegium, & ita procedit opinio Ioanis Andreae, Imolæ, & cæterorum, quos nouissimo loco citavi.

47 Aut quæstio tabellionatus non versatur principaliter inter ipsum notarium, sed inter alios, eo quia una pars producit instrumentum, & altera negat scriptorem fuisse notarium, & tunc ex quasi possessione præsumitur quis tabellio ad transferendum onus probandi in aduersarium, & ita procedit opinio Innocentij, & omnium illorum, quos priori loco adduxi, & hanc concordiam opinionum, in his terminis tradidit Roman. in d. l. 1. sub nu. 15. vers. potest tamen utraque, C. de testam. Quæ quidem distinctio non fuit Romani, sed fuit Innocentij in d. c. ueniens, sub num. 4. vers. secus autem esset si prælatus viueret, de verbor. signific. in 6. ubi dicit, quod si prælatus, aut maritus, aut tabellio principaliter agerent, puta quia prælatus peteret ecclesiam, uel maritus uxorem, vel tabellio peteret aliquem cessare a diffamatione sua super eo, quod non esset tabellio, tunc non videtur, quod communis opinio transferat onus probandi in aduersarium: sed si causa non agitur inter principales, sed inter alios, puta quia aliquis petit aliquid ex contractu prælati uiuentis, uel ex instrumento tabellionis uiuentis, tunc sufficit actori probare communem opinionem, quod scilicet talis habebatur pro prælato, vel pro notario, quousque probetur contrarium, arg. l. 2. C. de sentent.

48 Ex qua Innocentij doctrina fideliter a me relata inferitur, responsum Petri de Ancharano non posse procedere, in d. conf. 213. vers. non obstat dictum Innocentij, colum. fin. ubi ad dictam doctrinam respondendo dicit, Innocentium loqui in factis antiquis, in quibus quasi possessio sufficit quo ad personas tertias, sed secus est in factis recentibus. Quoniam ista responsio ex diametro contraria est intentioni, & verbis Innocentij, qui loquitur in tabellione uiuente, nisi saluando Petrum de Ancharano intelliges eum uoluisse factum antiquum interpretari pro possessione decenniali, quæ tempus

antiquum dicitur.

Et certè si talis est intelligentia Ancharani, ille non erit contrarius, sed imo stabit, & allegandus erit pro prima opinione, quoniam ceteri omnes, qui uolunt possessionem tabellionatus sufficere ad transferendam probationem, intelligunt de longa possessione decem annorum, ut ait Bald. in d. l. 1. num. 14. vers. pone quidam gessit, C. de fideicom. & Felyn. in d. c. 1. extra de præsumpt. & Marfil. in d. uerbo, tempus, in fine, num. 101. vers. & ad intellectum, de Bannit. & generaliter in omni solemnitate tradit Gabriel. in conclus. 1. nu. 68. vers. declar. & intellige, de præsumpt.

Rursus eandem Romani distinctionem, quam diximus fuisse Innocentij, de uerbo ad uerbum sequitur Speculator, licet Innocentium non alleget, in d. §. probare, sub num. 30. vers. secus autem esset si prælatus, de prob. & Bald. in d. conf. 118. uol. 3. vbi dicit, quod si tabellio petit aliquem actum tanquam tabellio, non ei prodest, quasi possessio, nisi titulum probet, & ita voluit procedere textum in d. l. Hærennius, ff. de decur. & in d. l. si solemnibus, C. de fide instrum. Si uero quæstio est inter alios, tunc quasi possessio prodest, iuxta tradita per eum, & iterum hoc idem sensit Bald. in d. l. 2. colum. 2. sub num. 6. vers. quæro quid si aliquis, C. de sentent. ubi dicit, quod si notarius fuit in longa possessione, id est in longo exercitio, valent sua instrumenta, quoniam ex longa possessione, & consuetudine publica præsumitur titulus, quando incidenter tractatur de officio propter aliud inter partes, non ut iudicetur de officio principaliter, & hoc Baldi dictum sequitur Ia. in d. l. Barbarius, name. 48. sub vers. tertio notabiliter limita. ff. de off. prætor.

49 Similiter eandem distinctionem notauit Paul. de Castro, qui non facit mentionem, neque de Innocentio, neque de Speculatore, neque de Baldo in d. l. si solemnibus, nu. 3. vers. breuiter dic, C. de fide instrum. ubi dicit, quod quantum ad hoc, ut instrumenta notarij putatiui ualeant, sufficit quasi possessio notariatus, & quæ talis ipse tenebatur, & reputabatur, ostendendo plura instrumenta ab eo confecta: sed quantum ad hoc, ut ipse principaliter pronuntietur notarius ad perpetuam memoriam, tunc quasi possessio non sufficit, sed ei incumbit onus probandi priuilegium, & ait idem iuris esse in Doctore, & hanc eandem distinctionem multum quoque approbavit Corn. in d. l. 1. num. 15. vers. an autem longa, C. de testam. ubi tamen prædictos Doctores non allegat, & Anton. de But. in c. innotuit, num. 8. vers. concludendo hanc materiam, colum. 1. extra de eo qui furtiue ord. recept. & dixi in c. 43. infra, eo.

50 Conclusio igitur generaliter hæc erit statuenda, ut quando quæstio est inter tertias personas, tunc quasi possessio tabellionatus ita demum transferat probationem in aduersarium, si fuerit longa possessio, ut dictum est. quam conclusionem amplius, ut procedat etiam in recenti quasi possessione, quæ sit adepta sciente, & patiente superiore, qui

qui potestatem habebat, officium tabellionatus cōferendi, quoniam in tali casu onus probandi pariter in aduersarium transferetur, & ita sine dubitatione procedere poterit opinio Antonij de Butr. in d. capitulo 1. uers. puto tamen, colum. 2. extra de fide instrum. de qua re supra dixi, num. 3. uer. fallit tamen.

51 Cui ampliatiōni non obstabit obiectio Abbatibus ibi dicentis, non sufficere ꝑ superioris patientiam, quando requiritur officij creatio, ut constat de usurpatione officij. Quia responderetur in hoc casu non constare de usurpatione, quia loquimur in dubio, & ob id non aduersabitur textus in d. c. cum iam dudum, in fine, extra de prebend. ubi dicitur, quod multa per patientiam ꝑ tolerantur, quæ si de ducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non debeant tolerari, & ibi glossa notat, quod per solam patientiam non fit dispensatio.

52 Quia responderetur, quod in nostro casu interuenit non solum patientia, sed etiam scientia superioris.

Præterea non dicimus ex hoc solum creari notarium, & instrumenta inconcussè ualere, sed dicimus ob talem patientiam superioris etiam in recēti quasi possessione præsumendum esse pro instrumentis, donec contrarium probetur, & hæc opinio non est mea, sed Baldi in d. consi. 118. uol. 3. ubi dicit, quod etiam possessio non longa eius, qui fecit aliquas scripturas in iudicio, facit eum præsumi tabellionem, ex quo persona eius a iudice approbata est, argum. l. 1. §. idem Pomponius, ff. quod falso tutore.

Et quamuis ibi Baldus non aperiat, an ille iudex haberet potestatem creandi notarios, an nō, attamen hoc suppiendum est iuxta opinionem nō nullorum, qui uoluerunt, ut etiam iudices ꝑ ordinarij possent notarios creare, inter quos fuit Hostiensis, quē refert Specul. in d. §. restat, nu. 22. uer. sed quis potest facere tabelliones, de instrum. edit. & clarius Oldrad. in consi. 75. quis potest creare, & Bartol. in l. nec ei, §. eorum, num. 6. uer. quæro quis possit, ff. de adopt. ubi citat Gulielmum idem tenentem, de quare tu tamen uide Doctor. in c. cū P. tabellio, extra de fide instrum.

53 Sed aduerte quod Baldus uidetur contrarium tenere in rub. C. de fide instrum. num. 3. uer. modo circa, colum. 1. ubi tractando de scripturis factis ꝑ in iudicio dicit, quod illæ debent fieri per deputatos ad illud officium ex lege cōmuni, uel municipali, uel consuetudine, uel ab habente potestatem huiusmodi officia statuendi, & si tales deputati non reperiantur, iudex ordinarius debet ad hoc munus scribendi deputare notarios, si adsunt, & illis deficientibus debet assumere duos idoneos scribas, quos tamen notarios creare non potest, & eorum scripturis iudicarijs publica fides adhibebitur ratione officij, & auctoritate Prætoris, ut dixi in c. . . . lib. 1. & ita bene procedit textus in d. l. 1. §. idem Pomponius, ff. quod falso tutore.

54 Vnde ex prædictis fatis dubia possit aliquibus

55 uideri hæc ampliatio de recenti possessione, nisi diceres hanc totam rem esse relinquendam ꝑ iudicis arbitrio, qui pensatis, & bene consideratis tam numero scripturarum iudicialiū, & extraiudicialiū, quam bona fama ipsius scriptoris una cum modo patientiæ superioris, arbitrabitur ex coniecturis, in quem transferendum erit onus probandi priuilegium, iuxta textum in l. cum de atate, ff. de probationib. & hæc uidetur sensisse Bal. in d. consilio 118. vol. 3.

Ego tamen si uiueret ille, qui tãquam notarius dicitur esse in recenti quasi possessione, & in loco reperiretur, non obstante quod quæstio inter personas tertias uersaretur, nunquam induci possem, ut transferrem probationem in negantem tabellionem, tum quia potest assertor se de probatione priuilegij non difficulter informare à notario putatio, tum etiam quia & ipse notarius vocari potest, ꝑ ut testimonium sui perhibeat. l. si quis decurio, in fine, C. ad l. Corn. de falsi. & tex. in §. in his uero, Auth. de instrum. caut.

56 Quæ inquisitio non ita facilè debet admitti in longa quasi possessione uiuentis, quia præsumeretur calumniosa, quo ad tertias personas, ut iam diximus in longa prælatorum possessione.

57 Fallit tamen ista conclusio, ut non habeat locū in instrumentis ꝑ antiquissimis, ut puta centum annorum: tunc enim pro instrumentis præsumetur absque ulla alia probatione de quasi possessione notariatus, ut ait Salycet. in d. l. comparationes, C. de fide instrum. & copiose Decius in consi. 42. pro facultate mea, nu. 2. uer. sed prædictis non obstantibus, col. 2. & in consi. 36. nu. 3. uer. secundo non obstat, col. 2. de qua re te remitto ad Crauetā in 3. par. cap. uidimus in genere, de antiquitate tempo.

58 Item fallit in instrumentis confectis ꝑ in longinquis partibus, & productis in regionibus, in quibus & notarius, & testes omnino ignorantur, quoniam tunc ob difficultatem probationum prædictis instrumentis stabitur, modo sint in publica forma confecta, & nullam sui partem habeant uitiosam, ut dixit Azo supracitatus in Auth. de instrum. caut. uer. sed quid si proferatur charta, col. 2. de qua re uidebis infra, num. 66. uer. at si neque notarij, & Azonis sententiam sequitur Franciscus de Tigr. ut refert Castrenf. in consi. 395. uidentum est utrum, in princ. uol. 1. & Marfi. in l. si quis ne quæstio, num. 138. uer. quæro ulterius post prædicta, ff. de quæst. ubi dicit in hanc partem inclinasse illa potissimum ratione, quia si aliter diceremus, sequeretur, quod notarius nunquam posset probari per instrumentum. si enim produceretur instrumentum priuilegij illius notarij absentis, semper posset dici, quod ille, qui scripsit illud priuilegiū, non erat notarius, & hoc modo res procederet in infinitum, & pars aggrauata multis expensis, & laboribus semper indebitè succumberet, quod est iniquum.

Contrarium uero tenuit Cynus in d. l. comparationes,

rationes, in fi. C. de fide instrum. ubi dicit, ex diuersitate locorum diuersitatem ꝑ iuris non debere induci, l. fi. C. de temp. in integ. restit. & sequitur Alber. in d. l. Barbarius, sub numero 32. uer. quid dicemus, ff. de off. prætor. & Galeot. in dicto cap. 20. numero 4. uer. sed pone quæstionem de instrum. & Specul. in d. §. restat, numero sexto, uer. sed quid si producat, de instrum. edit. ubi dicit opinionem Azonis posse procedere, quando instrumentum produceretur cum iuramento producentis parte absente, uel præsentem, & non contradicente: sed si pars præsens sit, & contradixerit, negando ipsum esse notarium, tunc instrumento non est standum, & idem tenuit Anton. de Butr. in dicto capitulo primo, columna secunda, uer. & fortè probari potest per famam, extra de fide instrum. & ibi Felyn. sub numero 18. uer. & adde quod si opponeretur, & Castrenf. in d. consilio 395. volumine primo, & Imola in d. cap. 1. numero 7. uer. & per prædicta potest, extra de fide instrum. & Salycet. in d. l. comparationes, num. 17. uer. iuxta uilem, & necessariam, C. de fide instrum. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & Orian. in c. quoniam contra, in uerbo, instrum. product. sub numero 14. uer. quæro ulterius nunquid, extra de prob. ubi dicit hanc esse uerissimam sententiam, & Decius in d. c. 1. nu. 52. uer. unum tamen dicit, extra de fide instrum.

59 Nec obstat ratio Francisci, & Marfilij, uidelicet, quod notariatus probari non posset per instrumentum, quoniam ad hoc respondit Specul. in §. restat, sub numero 39. uer. qualiter ergo se probabit tabellionem, de instrum. edit. ubi tradit in tali casu debere ꝑ probari, quod publica fama, & communis opinio est, illum esse publicum notarium, & quod publicè confecit instrumenta in singulis contractibus, & quod instrumenta ab eo confecta pro publicis habentur in tali ciuitate uel diocesi, & quod exercet officium tabellionatus, & tãquam tabellio fungitur muneribus publicis, nec sufficere ostendere tantum duo instrumenta per eum confecta, imo tot debent apparere, ut euidenter appareat, eum commune officium pro omnibus gerere ut supra dixi in princ. nu. 1.

60 Præterea quando copia testium deficit, nec alię probationes suppetunt, consuetudo generalis in instrumentis confectis in longinquis partibus illud remedium adhibuit, ut apponantur in dictis ꝑ instrumentis literæ testimoniales cum sigillo iudicis loci attestantes illum, qui confecit instrumentum esse publicum notarium, & pro tali haberi, & communiter teneri, quibus literis etiam in magna causa creditur, & imputandum est ei, qui nō ꝑ procurauit eas habere, ut ait Salyce. in dicta l. comparationes, C. de fide instrumentorum, de quibus notat Alber. in d. l. Barbarius, numero 33. uer. quicquid sit de iure, ff. de officio prætor. & plene Marfi. in d. l. si quis ne quæstio, numero 144. uer. alius est etiam modus, ff. de quæst. & Imola in d. capitulo primo, numero septimo, uer. & per prædi

cta potest patere, extra de fide instrumentorum, & Orian. in d. c. quoniam contra, in uerbo, instrum. product. sub numero 15. uer. uidemus tamen hodie, extra de probat. & Decius in d. cap. primo, numero 53. uer. & ideo cautela est, extra de fide instrumentorum. ubi dicit, quod quamuis in puncto iuris prædictæ literæ non faciant fidem, tamen practica communis obtinuit, ut illis plenè credatur.

63 Circa tamen formulam ꝑ prædictarum literarum aduertendum est, non sufficere, ut in eis dicatur, quod talis sit tabellio, & publicè habeatur, sed etiam opus esse, ut dicatur, quod talis tabellio scripsit hoc præsens instrumentum quod incipit sic, & finit. sic, ut tradit Salyce. in d. l. comparationes, numero 17. uer. sed & hic attende, C. de fide instrumentorum, & Imola in dicto capitulo primo, numero septimo, uer. & per prædicta potest patere, extra eo, & Orian. in dicto cap. quoniam contra, in uerbo, instrumentorum productio. sub numero 15. uer. uidemus tamen hodie, de probat.

Ratio autem secundum præfatos Doctores, hæc est, quoniam illæ literæ testimoniales non faciunt fidem, nisi de contentis in eis, & ideo si negaretur notarius, literæ quidem facerent fidem de notariatu: at si tabellio non negaretur, sed solum diceretur, illud instrumentum non fuisse scriptum manu illius, tunc illæ literæ de hoc non facerent fidem, nisi & hoc in eis esset expressum, ex quo fit, quod ubi prædictæ literæ hoc non attestarentur, tunc opus esset uenire ad literarum comparationem, & si tabellionis copia posset haberi, ipse uocandus ꝑ esset ad iurandam, an instrumentum ab eo fuisset publicatum, uel ab eo scriptum, iuxta tradita in §. in his uero, cum §. præcedenti, Auth. de instrum. caut. & notat Alciat. in præsumpt. 13. numero decimo octauo, uer. & dicit notabiliter, reg. 3.

Et hoc modo intelligendus est Marfi. in rub. C. de probat. numero 144. uer. item iuramentum, & lafon in d. l. Barbarius, numero 50. uer. quinto multum solemniter limita, ff. de officio prætor. & Petrus Gerard. in sing. 47. nota quod singulariter, & Boer. in decis. 36. in prin.

65 In quibus locis ipsi dicunt, quod tabellionatus probatur ꝑ iuramentum ipsius tabellionis, & omnes allegant Angel. in §. hinc nobis, sub numero trigésimo primo, uer. nota cum instrumentum negatur, Auth. de hæred. & Falcid. & ibi glo.

Quoniam prædicti Doctores una cum glossa, & Angelo debent intelligi secundum prædictū modum, prout etiam notat Alcia. in d. præsumpt. 13. num. 18. reg. 3.

At si neque notarij, neque literarum eiusdem, ex quibus fiat comparatio, neque testium copia posset haberi, eo quia fuisset instrumentum confectum in regionibus alienis, & notarius non negaretur forsitan ob literas testimoniales, sed solum

K diceretur

66 diceretur instrumentum non fuisse ab eo publicatum, vel scriptum, tunc maius dubium esset, & incidemus in superscriptam Cyni quaestionem, an credendum sit instrumento publico propter impossibilitatem comparationis faciendae, an non: & certe in isto casu fortasse posset procedere opinio Azonis supracitati, numero 58. qui voluit, ut instrumento credatur. & quamvis Cynus contradicat in dicta l. comparationes, cuius contradictio de stricto iure videtur rationalis, maxime, cum sit ei imputandum, qui literas testimoniales bene formatas non suscepit, ut ibidem tradit Salyce. sub num. 17.

Attamen quando producens illud instrumentum esset vir spectatae fidei, & indubitatae auctoritatis, forsitan non erraret iudex, qui talem exceptionem tanquam calumniosam rejiceret, sicut hoc idem videtur nequaquam displicuisse Salyceo nouissime citato.

67 Tertia casus distinctio est, quando notarius pro ducit privilegium suum, per quod et notarius legitime probatur, ut aiunt Doctor. in d. cap. 1. extra de fide instrum. & ibi Anto. de Burr. sub num. 2. vers. prima practica est, col. 1. & Abb. vers. primo, ut probetur per instrumentum, col. 5. & Io. Andr. nu. 2. vers. quid si negetur, col. 1.

Sed tamen huic privilegio obicitur, & dicitur, ipsum non valere vel propter defectum potestatis in concedente, vel propter defectum in persona notarii, qui notarius esse non poterat. circa primum, quando dicitur eum, qui concessit privilegium notarius, non habuisse potestatem concedendi, refert, an simus in dubio de hac potestate, an liquido constet, eum talem potestatem non habuisse.

68 Primo casu quando sumus in dubio, ego puto, quod sufficit una et cum privilegii exhibitione probare quasi notarius possessionem, nam in dubio semper melior esse debet conditio possidentis, ut alias diximus, & hoc procedit non solum quando

69 quaestio foret inter personas tertias, sed etiam et quando quaestio occasione officij inter ipsum notarium, & alios: non enim possumus in hoc casu notarium arguere male fidei, cum titulum ostendat, quae res intelligitur esse vera, quando saltem probatum fuisset, illum a quo privilegium habebat, fuisse, vel esse

70 in quasi possessione creandi notarios, pro qua et possessione praesumitur, ut ait in terminis Bal. in l. non ignorat, nu. 1. vers. unde ex quo Comes, col. 4. C. de his, qui accus. non possunt.

Cui valde suffragatur illud, quod notavit Lappus in allegat. 89. factum super quo, sub numero 15. vers. sed quicquid sit de hoc in probatione proprii tituli, col. 14. ubi dicit, quod ad iustificationem proprii tituli, satis est in probatione tituli alieni, probare quasi possessionem, & communem famam.

Et quamvis superius dictum sit, illam Baldi doctrinam esse intelligendam, quando possessio creandi notarios adepta fuisset sciente, & patiente supe-

riore, ut apparet in prima fallentia primae distinctionis, numero trigesimo septimo, versiculo, & adde.

Illud tamen debet intelligi esse verum, quando constaret, praedictum Comitem nullum aliud privilegium habuisse, nisi quod creabat notarios sciente, & patiente Domino: at secus est in casu praesentis, in quo sumus in dubio, an privilegium habeat, nec ne. Unde concurrente quasi possessione ipsius una cum hoc dubio privilegij, merito quod ad fauorem notarij, & aliorum praesumendum est pro Comite possessore, donec contrarium probetur, iuxta communem opinionem, quam supra notauimus in secunda casus distinctione, numero 40. a qua praesens quaestio nihil omnino differt, & ita mihi videtur Baldi doctrinam facillime posse sustineri.

Secundo casu quando constat, eum non habuisse potestatem conferendi privilegium, tunc distinguendum est, quoniam aut notarius hoc sciebat, & nemini dubium est, quod instrumenta non valent, & notarius est falsarius, iuxta tradita in prima casus distinctione, num. 31.

Aut notarius hoc non sciebat, imo potius contrarium credere verisimiliter poterat eo, quia talis pro Comite Palatino communiter habebatur, & erat in quasi possessione creandi notarios, & in hoc maius est dubium.

71 Pro parte negativa, ut scilicet huius instrumenta post detectam veritatem nihil valeant, facit quia constat illa et non fuisse facta a tabellione, quod est unum ex requisitis ad validitatem instrumenti, ut notant omnes in dicto capitulo primo, extra de fide instrumentorum, & Azo in Auth. de instrum. caut.

72 Nec obstat privilegium, quia et pro non dato habetur, quod ab eo datur, qui de iure dare non poterat, textus est in capitulo, Daibertum. 1. quaestione 7. & in capitulo, quod autem, extra de iure patron.

73 Ergo iste notarius pro eo habendus est, ac si nullum privilegium habuisset, cum receperit ab eo, qui conferendi potestatem non habebat. nec obstat communis error, quia et veritate apparente cedit opinio veritati, cap. veritate, distinctio 8.

74 Item non obstat publica utilitas, quia sola non sufficit, nisi interueniat et auctoritas, uel decretum superioris, quod communem errorem inducat, ut aiunt communiter Doctor. in dicta l. Barbarius, & Abb. in cap. nihil, columna sexta, sub numero 11. vers. nec communis error iuuat, extra de elect.

75 Et in terminis hanc opinionem tenuit Bartol. in d. l. actuarios, C. de numeris. libro 12. ubi dicit, quod licet aliquis habeatur pro publico officiali, & re vera non sit ex eo, quod non fuerit legitime ordinatus, ut puta et iudex, uel tabellio, tunc acta facta per eum nullius sunt momenti, & ipse faciens punitur. nec obstat textus in dicta l. Barbarius, ff. de off. praetor. Quia quandoque quis est electus

76 electus solemniter, tamen et propter defectum personae non potest esse iudex, & tunc facta per eum valent, cum sint publica, ut ibi: quandoque potest esse, sed non est electus secundum formam debitam, & tunc facta per eum non valent, & dicit ita tenuisse Gulielmum de Cuneo.

Sed ista doctrina licet sit notabilis, tamen nihil feruit casui nostro, quoniam Bartolus loquitur in eo, qui sciuit electionem non esse bonam, & per consequens acta non valent, & ipse ob malam fidem puniendus est, iuxta textum in dicta l. actuarios.

At nos loquimur in eo, qui ignorabat electionem fuisse inuvalidam, & consequenter erat in bona fide constitutus, verum & adhuc bona fide non obstante eandem opinionem tenuit Bal. in l. secunda, numero quinto, vers. modo ego quaero, C. de sentent. ubi tradit, quod quando magistratus ordinarius, delegans et causam nullum habet titulum, quia nunquam fuit electus, tunc delegati acta nihil valent, quia communis error solus nullam dat sibi potestatem, quod idem tenuit iterum Bal. in dicta l. Barbarius, sub numero 40. vers. secundo vero distingue si quaeratur, columna nona, in prima lect. ff. de off. praetor. ubi distinguendo inter peccatum formae, & peccatum substantiae dicit, quod

77 quando et peccatum est in materia, puta quia nulla facta est electio, eo quia electoribus nullum ius competit eligendi, tunc error communis nihil operatur, & acta non valent. l. Haerennius, ff. de decur. & hanc sententiam pariter amplexus est Alber. in d. l. secunda, numero octavo, vers. si vero peccatum est in materia, columna quarta, C. de sentent. & Iacobus de Beluisio in disputatione, quae incipit, cauetur aliquo iure, de qua facit mentionem Alex. in d. consilio 138. sub numero septimo, vers. idem voluit Iacobus, columna quarta, uolumine primo, & Iason in dicta l. Barbarius, numero quadragesimo tertio, vers. ad idem, & quinto facit, ff. de off. praetor.

78 Sed aduertet quod Iacobus de Beluisio, Alexander, & Iason non faciunt ad propositum huius quaestionis, siquidem loquuntur ipsi, quando esset et peccatum in forma, eo quia non esset seruata formalis solemnitas in electione, quae debuerat seruari, quoniam gesta electi contra talem formam nunquam valent, non obstante communi errore, & ipsius quasi possessione.

79 At nos loquimur in peccato materiae, quod est, quando quis et eligitur ab eo, qui ius eligendi non habet, secundum Baldum, & Albericum proximè citatos.

80 Quapropter in contrarium, ut scilicet praedicta instrumenta valeant, ego allego notabilem textum in cap. consultationibus, extra de iure patron. ubi habetur, quod institutus et in ecclesia ad praesentationem illius, qui communiter ecclesiae patronus reputabatur, & erat in possessione praesentandi, non debet ab ecclesia remoueri, licet postea appareat eum, a quo fuit praesentatus, non fuisse

81 electus ecclesiae patronum.

82 Sed in nostro casu notarius accepit privilegium ab eo, qui erat in quasi possessione talia privilegia concedendi, ergo instrumenta eius valere debent, non obstante, quod postea de nullitate privilegij appareat, sicut valet praesentatio non obstante quod postea constiterit privilegium praesentationis nullum, & inuvalidum fuisse.

83 Secundo facit, quia notarius iste habuit bonam fidem, unde concurrente possessione saltem decennali una cum bona fide sua, uidetur praescripsisse tabellionatum, ut ait Alber. in rub. C. de fide instrumentorum, numero decimo, vers. an officium tabellionatus, ubi dicit ex consuetudine seruari, ut tabellionatus et praescribatur. quae sententia uidetur esse maxime uera, stante quod tabellionatus potest ex consuetudine conferri, ut notant omnes in dicto capitulo, cum P. tabellio. extra de fide instrumentorum. Sed dato etiam quod non praescripserit titulum, saltem uidetur auctoritatem et publicam suis scripturis iam confectis praescripsisse ex eo, quod sub fide publica facta sunt, arg. l. 1. §. idem Pomponius, ff. quod falso tutore.

84 Tertio hanc opinionem uidetur tenuisse Ioannes Faber in §. sed cum aliquis, sub numero uigesimo secundo, vers. in alijs autem quae non concernunt, Instit. de testam. ubi uoluit, et quod gesta, & contractus eius, qui non est legitime intitulatus, ualeant, quando habuit bonam fidem, & faciat suos omnes illos fructus, qui ad illum peruenissent si fuisset legitime intitulatus, per textum in d. c. consultationibus.

85 Sed ut diximus, iste notarius habuit bonam fidem, ergo debent instrumenta ualere, & istos fructus suos facere. & hoc idem sensisse uidetur Paul. de Castro in l. ad testium, §. conditionem, numero tertio, vers. idem si nunquam fuit notarius, ff. de testam. ubi dicit, quod instrumenta et eius ualent, qui privilegium habebat inuvalidum ex aliqua causa, licet ex eo re uera non esset notarius, arg. dictae l. Barbarius, & in hanc partem faciunt illa, quae notauit Socin. in dicto consilio trigesimo secundo, numero 19. vers. unde posito, uolumine primo, ubi dicit ualere conductiones ab eo factas, qui communi opinione reputabatur rector, licet non esset.

86 Ultimo uidetur haec praesens quaestio quodammodo decisa in capitulo, olim, extra de causa possess. ubi habetur, quod privilegium et datum, aut electio facta ab eo, qui erat in pacifica possessione eligendi, ualeat, licet postea appareat ius eligendi ad ipsum non pertinere: sed sic est, quod notarius creatus fuit ab eo, qui erat in possessione creandi, ergo creatio quo ad instrumenta ualeat, licet postea constiterit ius creandi ad ipsum non pertinuisse.

87 Nec obstat allegata in contrarium, & primo, quod privilegium et pro non dato habetur, quod ab eo datur, qui de iure dari non potuit, quia responderi potest, hoc esse

esse verum, quo ad faciendum illum notarium, vt scilicet quod post detectam inualiditatem priuilegij amplius vocari non possit notarius, cum fundamentum non subsistat: sed secus est, quo ad futurum medij temporis, quos lucrari debet ob possessionem, in qua cum bona fide retit, secundum Fabrum supra relatum, numero 84. & sic in isto casu forsitan optimè possit procedere opinio Salyceti in d.l. prima, numero decimo, uers. quæro quinto de tabellione, C. de testam. ubi uoluit ante conditionem detectam instrumentam ualere, de quo diximus supra in vltima fallentia primæ distinctionis, nu. 3. uers. iterum fallit.

Et quod illa regula semper non sit vera, apparet ex textu in d. c. cum olim, extra de causa posses. & in d. cap. consultationibus, extra de iure patron. & in specie notat Lap. in allegat. 89. factum super quo, sub numero 11. uers. præterea magis ad propositum.

88 Item non obstat, quod communis error nihil operetur, vbi non interueniat decretum superioris. respondetur enim, quod quandoque prædicta regula fallit, ut ait Tiraq. in glo. 8. in verbo, de son Marq. num. 157. cum seq. uers. sed his omnibus, de legib. connub. de qua materia uidebis Gabriel. in concl. 8. de probat.

Et eo magis uidetur, istam opinionem debere præualere, quia nisi prædicta instrumenta ualerent, contrahentes essent enormissime læsi a publica opinione, quæ dat eis excusationem, nec vllum remedium foret, ex quo possimus eorum indemnitati consulere, cum sit, quod non possent agere actione in factum contra notarium, prout in alijs casibus agere possunt, ut infra dicam, quoniam in isto casu notarius esset tutus ob bonam fidem, vnde ne sequatur hoc absurdum, debent instrumenta ualere, quid tenendum? mihi ex quadam æquitate plurimum arridet hæc vltima sententia, licet articulus sit valdè difficilis, & multa in vtranque partem possint adduci, quæ nunc omitto: tu tamen uidebis Baldum, qui uidetur quodammodo mediam uiam elegisse in d. l. Barbarius, numero 30. uers. & prædicta multas dirimunt quæstiones, ff. de off. prætor. vbi dicit, quod instrumenta eius, qui creatus fuit notarius ab eo, qui potestatem creandi non habebat, sunt nulla, quia non sunt facta a publica persona, sed tamen faciunt aliquam præsumptionem, arg. l. quædam, §. nummularios, ff. de eden.

90 Circa secundum caput, quando notarius exhibet priuilegium suum, & obijcitur defectus propriæ personæ, quia dicitur, illum non potuisse fieri notariū, quia infamis, uel hæreticus, aut seruus est, tunc communis, & indubitata opinio est, vt in instrumenta valeant, si modo talis defectus erat occultus, & ipse communiter idoneus reputabatur, quoniam hic tria interueniunt, scilicet decretum superioris, communis error, & publica utilitas, quæ simul iuncta sustinent, quicquid in officio confectū est, & iste est proprie casus expressus in d. l. Barba-

rius, secundum communem omnium intelligentiā, & ita tenet Specul. in d. §. restat, nu. 32. uers. quid si is qui non est notarius, de instrum. edit. ubi dicit, ualent in instrumenta serui, qui dum communiter existimabatur liber fuit notarius creatus, quod idem tenuit Salyce. in d. l. 1. sub numero 10. uers. fin autem creatus esset seruus, C. de testam. & Bal. in d. l. Barbarius, nu. 30. uers. sed pone quod bene fuit creatus, vbi dicit instrumenta ualere facta ab hæretico, vel excommunicato occulto, qui fuit tabellio creatus, & idem notat Bar. in d. l. actuarios, C. de numerar. lib. 12. & Iafon in d. l. Barbarius, sub nu. 44. uers. istam conclusionem limita, procedere, & Alex. in d. conf. 138. vol. 1. & Abb. in c. nihil. numero 12. uers. tertius casus, extra de elect. & Alex. in consilio 80. examinato processu, num. 3. uers. quinimo requiritur, uolumine 2. & Barto. in l. eadem. §. hac lege, in fine, ff. ad l. Iul. repet. & uide infra, nu. 98.

92 Ex hac itaque conclusione, quæ communiter approbatur, declaranda est cum temperamento quædam adnotatio Hippolyti de Marsilijs in sing. 273. notissimum est, uers. vltimo circa hanc materiam, col. fi. ubi dicit, quod spurius creatus notarius non potest scribere processus, & acta ad bancū iudicis, quia spurius infamis est infamia facti, & is, qui tali macula affectus est, non potest gerere officium, quod habeat dignitatem, uel sit iniunctum a publico, iuxta Barto. in d. §. hac lege, & Alex. in d. consilio 80. uolumine 2. & Barto. in consilio 77. quæritur an notarius, numero 3. uers. dico ergo, quod infamia, & Bal. in l. in exercendis, numero 22. uers. sed Bartolus dicit, columna quarta, C. de fide instrum. & in l. 2. §. miles, ff. de his qui notant. infam. & infra dicam, numero 118. uers. fallit tamen.

94 Quam rem tu declarando intelliges esse uerā, quando nota fuisset omnibus illa spurietas, præsupponendo, quod spurius sit infamis: sed secus est, quando occulta fuisset, quoniam tunc iuxta præcedentem sententiam omnia illius acta ualebunt, ad bancum uiris facta, cum superioris auctoritas, communis error, & publica utilitas in hoc casu concurrant, & hoc etiam uoluit sentire Barto. in d. §. hac lege, in fine, & Alex. in dicto consilio 80. numero tertio, uers. quinimo requiritur, uolumine secundo.

96 His ita declaratis, amplia modo hanc communem sententiam, ut procedat non solum quando quis fuit creatus notarius cum defectu occulto, & ignorato, sed etiam quando quis fuit ab officio remotus ob crimen commissum, & illa remotio fuit occultata, quoniam instrumenta confecta post priuationem, nihilominus ualebunt ob primordium veritatis, ut notat Bal. in lege, ad testium, §. conditionem, sub numero tertio, uers. an sit idem in tabellione, ff. de testamen. & in dicta l. prima, numero 14. uers. secundo casu, C. eo. & in d. l. Barbarius, numero 30. uers. sed pone sicut, ubi dicit, quod si notarius fuerit ab episcopo, secre-

98 to in camera sua de falso condemnatus, & ipse profeta inter ignorantes instrumenta confecerit, tunc ille ualebunt, & circa eundem casum idem confirmauit in c. exceptionem, in principio, extra de except. & in auth. habita, numero 54. uers. sequitur in textu, C. ne filius pro patre, & in d. l. 2. numero octauo, uers. quid dices de quæstione, C. de sentent. & in d. l. prima, numero sexto, uers. in tabellione autem certum est, columna secunda, in fine, & numero 14. uers. secundo casu similiter, columna quarta, C. de testam. & Iafon in d. l. Barbarius, numero 51. uers. secunda limitatio Baldi, & numero 61. uers. tertio istam legem uidetur limitare, ff. de off. prætor. & Florian. in l. cum de in rem uerso, sub numero tertio, uers. cui adde, quod instrum. ff. de usur. & latius hoc idem tenuit in excommunicato occulte siue notario, siue iudice, Bal. in l. prima, numero decimo, uers. unum omisi. C. de iuris, & facti ignor. & in l. prima, numero 11. uers. & idem dico in excommunicato, C. de secund. nupt. & pulcherrima gl. in capitulo, decernimus, in fine, de sentent. excom. in sexto, & Speculator, qui de occulte excommunicato notat, in d. §. restat, numero 34. uers. quid si confectum instrumentum ab hæretico sit, de instrum. edit. & Bal. in l. & militibus. C. de testam. milit. & in l. cunctos populos, numero 43. uers. sed infamia tabellionis. C. de summa trinit. & in l. iubemus, §. sanè, numero 9. uers. facit quod notat, C. de sacros. eccles. & Castren. in d. l. ad testiū. §. conditionem, nu. 3. uers. ite quæro ff. de testam. & Salyce. in d. l. 1. sub numero 11. uers. si autem quærat de confectis, columna fi. C. de testam. & Socin. in cap. fraternitatis, numero 25. uers. quæro quarto, extra de hæret. & Abb. in d. c. nihil, nu. 12. uers. quartus casus principalis, extra de elect. & in c. hæreditatis, nu. 42. uers. nunc uenio ad secundū membrum, extra de dolo, & contum. ubi quod fortius est in spiritibus loquens dicit, quod gesta ab excommunicato in his, quæ sunt iuris, & character non imprimunt, ualent ratione publici officij, dummodo excommunicatio esset occulta, & communiter ignoraretur, quia dignitas hoc facit, & non persona, & de notario occulte excommunicato egregiè notat Feder. de Sen. in conf. 74. uetus querela, numero 3. uers. ad id quod secundo dicitur, columna 2. & multa de ualiditate gestorum ab excommunicato occulto tradit Abb. in c. ad probandum, in prin. & nu. 7. uers. uenio nunc ad glo. extra de sentent. & re iud. & ibi Felynus, vbi duobus modis hunc articulum de occulte excommunicato limitat, & Bal. in repet. l. Barbarius, numero nono, uers. sed quid dices de iudice, ff. de off. prætor.

99 Et obiter pro termini declaratione, quædo quis dicatur publicè uel occultè excommunicatus, uide Federic. in d. conf. 74. col. fi. & Abbatem alio modo loquentem in d. c. ad probandum, extra de re iud. & in d. c. hæreditatis, nu. 42. extra de dolo, & contum. & Bal. in d. c. exceptionem, in prin. extra de except. & in d. l. 2. nu. 8. C. de senten.

Rursus de notario occulte condemnato notat idem Paul. de Castro in l. si quis ex argentarijs, §. cogentur, nu. 3. uers. si autem condemnatus, col. 1. ff. de eden. & ibi Iafon, in fine, & Iacob. bin. de Sãto Georg. in fine, & copiosè Felyn. in c. fraternitatis, numero 10. uers. fallit quarto, extra de hæret. & Lucas de Penna in l. si aliquid, numero quarto, uers. sed dic quod licet tabellio, C. de suscept. libro decimo.

100 Quibus omnibus adde Innocen. in c. 1. num. 3. uers. idem dicendum uidetur, extra de schisma. vbi dicit, quod gesta, & ordinum executiones collata ab irregularibus, & ab excommunicatis occultis, & a schismaticis, & alijs criminosis tenent, & ualent, donec ipsi tolerantur ab ecclesia, & generaliter, an, & quando crimina siue occulta, siue notoria inualident gesta a iudicibus ordinarijs uel delegatis, uide Abb. Butr. Imolam, Felynum, & Deciū in capitulo, sciscitatus, extra de rescript. ubi etiam 101 habebis, an & quædo quis obligatus sit suam turpitudinem occultam detegere.

102 Contrariam tamen opinionem in hac ampliatione tenuit Baldus parum sibi constans in l. nihil. C. de uind. libert. ubi dicit, quod si notarius de falso condemnatus iuit ad remotas gentes prædictam condemnationem ignorantes, & ibi multa cõfecerit instrumenta, nihil ea ualebunt, quia mandatum conficiendi instrumenta, quod habebat ex officio, funditus erat reuocatum.

103 Vnde cum auctoritas illa sit res ipsius Principis, non potuit ipsam usurpare, imo nec amplius de nouo poterit a Comite Palatino creari notarius, etiam si fuisset a Principe restitutus ad famam, cuius dictum esse notabile affirmauit Fely. in dicto capitulo, fraternitatis, numero 10. extra de hæret. & adde quod Bal. idem sentisse uidetur in d. l. & militibus. C. de testam. milit. ubi notat, quod notarius condemnatus de falso nunquam instrumenta conficiet, at secus si sit priuatus ex alia causa occulta, & non notoria. ex quibus uidetur intelligere, quod etiam si condemnatio de falso occulta fuisset, nihilominus instrumenta non ualerent, & prædictam Baldi opinionem expresse tenuit Socin. in d. c. fraternitatis, nu. 32. uers. ultimo circa prædictam materiam, extra de hæret. & Corset. in sing. in uerbo, error communis.

Nec obstat textus in d. l. Barbarius, quoniam Baldus, & Socinus, respondentes dicunt, quod quidam sunt in statu inualido, qui tamen potest ualidari, sicut est seruus, qui potest ad libertatem peruenire, & ad eius quasi possessionem, & tunc uerū 104 est, quod communis error, & publica utilitas ualiditatem actuum inducit.

Quidam uero sunt in statu prohibito, ita quod nec in iure, nec in quasi possessione esse possunt, sicut est notarius de falso condemnatus, qui non potest amplius esse tabellio, nec reponi in possessione tabellionatus, imo quoties se ingerit, toties de nouo falsum committit. l. eos. §. quasi, ff. ad l. Corn. de falsis. & tunc in his publica utilitas nihil disponit,

disponit, quam rationem similiter sentire videtur Angel. in l. generali, C. de tabul. lib. 10. in add. ad Bartolum, ubi dicit quod prohibitus esse tabellio, quamvis sit in quasi possessione officij, & conficiat instrumenta, non tamen propter istam quasi possessionem validabit instrumenta per ipsum facta, licet secus sit, quando quis esset in quasi possessione tabellionatus, qui non sit prohibitus conficere instrumenta, nec esse tabellio.

Verum tamen non est recedendum a priore opinione, quæ communis est, & Baldum in specie reprobatur in d. l. Barbarius, num. 61. uers. tertio istam legem uidetur limitare, ff. de off. prætor. ubi dicit, superiorem sententiam esse ueram, & hanc posteriorem Baldi opinionem esse falsam, & expresse quoque tenuit Floria. in d. l. cum de in rem uerso, sub nu. 3. uers. idem si erat publica, ff. de usuris, ubi tradit, quod instrumenta non uitiuntur, si condemnatio notarij erat occulta in loco, in quo fuit rogatus, licet publica fuisset in loco, in quo fuit condemnatus.

Ad Angelum respondendo dices, eius dictum procedere in eo, qui nunquam fuit tabellio, nec esse poterat, quo constante eius instrumenta uel acta non ualebunt, iuxta tradita in prima casus distinctione, nu. 31. de cuius opinione uide pariter ea, quæ dixi in secunda distinctione, nu. 43.

Sed hic nos loquimur de eo, qui licet amplius non potuisset esse tabellio, tamen olim fuit, & sic iuuatur a primordio veritatis, quæ hunc effectum operatur, & multos alios operari solet, ut in terminis notat Marfi. in sing. 35. ille qui nunquam, & in cons. 179. uiget communiter, col. 3. uers. & faciunt etiam quæ dixi.

Potes etiam concordare prædictas opiniones, & dicere quod ultima opinio Baldi habeat locum de rigore iuris, ut scilicet eo inspecto non ualeant instrumenta & inspecta æquitate bene ualebunt, & ita prior opinio communis obtinebit, & hæc fuit distinctio ipsius Baldi in dicta l. prima, sub numero decimo quarto, uers. secundo casu similiter, C. de testam.

Infertur itaque ex præmissis ad declarationem illius, quod notauit Barto. in d. l. generali, numero sexto, uers. secundo noto, C. de tabul. lib. 10. ubi dicit quod notarius habens aliquem defectum, ut puta infamiam, propter quam instrumenta ab eo confecta non ualent, si patiat se rogari a partibus absque reuelatione illius uitij, tunc partibus ad interesse tenetur, cuius doctrinam sequitur ibidem Baldus, & Roman. in sing. 351. incipit, si sit aliquis, & copiose Felyn. in d. c. sciscitatus, nu. 8. uers. limitata sexto, extra de rescript.

Sed hanc doctrinam intelliges non esse necessarium in casu præmissis: si enim fatentur omnes, quod ualent instrumenta confecta a notario condemnato de falso, cuius condemnatio fuit occulta, & communiter ignorata, ergo sequitur, quod partes nullum interesse aduersus eum prætere potuerunt, & hoc idem sensit in terminis Decius in

dicto capitulo, sciscitatus, numero 48. uers. secundus casus est, ubi dicit quod ita demum quis tenetur turpitudinem suam detegere, quando actus, quem ipse facit, omnino non ualere, dato quod non opponatur de impedimento: at si actus ualere, ubi non esset opposita impedimenti exceptio, tunc ipse inhabilis non tenetur suam inhabilitatem detegere, sed expectare debet, ut opponatur, d. l. Barbarius, ff. de off. prætor.

Sed quicquid sit circa huiusmodi generalem Decij traditionem ego dico, in nostro casu superuacuum esse disputare de partium interesse, cum instrumenta ualeant, quapropter dicendum est, hanc Bartoli doctrinam locum habere in prima casus distinctione, ubi diximus instrumenta non ualere, propter quod is, qui dolose confecit ea, partibus contrahentibus ad interesse obligatur per actionem in factum, ut ait Specul. in d. §. restat, numero 33. uers. sed quomodo subuenitur, de instrum. edit. & Bar. in dicta lege, Barbarius, num. octauo, uers. ponamus quod deficiat, in 2. lect. ff. de off. prætor.

Item locum habebit in c. sequenti, numero 3. & generaliter hæc doctrina obtinebit in omnibus alijs casibus, in quibus partes erunt læsæ ob dolum, uel negligentiam ipsius notarij, ut habes egregium textum in l. fi. C. de mag. conuen. & uide Afflic. in capitulo, Baiulos, numero 88. columna, penultima, libro primo constit. Regni, de ferijs, & sala. ubi ponit de illo notario, qui rogatum suum non posuit in protocollo, & de illo, qui protocollum amisit, nam partibus ad interesse tenebitur.

Amplia secundo prædictam conclusionem, ut scilicet ualeant instrumenta non solum illius, qui cum defectu occulto fuit creatus tabellio, aut fuit toleratus ut diximus, uerum etiam illius, qui publice, & notorie est infamis, modo infamia eius proueniat ex crimine extra officium tabellionatus commissio, ut dicit egregie Bartolus in l. eadem, §. hac lege, numero secundo, uers. quæro simpliciter, ff. ad l. Iul. reper. ubi notat, quod tabellio damnatus

ex aliqua causa, quæ facit eum infamem propter delictum commissum alibi, quàm in officio notariatus, poterit instrumenta inter partes conficere, quæ omnino ualebunt, & inter cetera mouetur ea ratione, quia tabellionatus officium non est dignitas, sed munus, & infamis a muneribus non repellitur. l. nec infamis. C. de decur. lib. 10. si

cur etiam uideamus quod infamis potest esse tutor, & arbiter, §. si. Instit. de except.

Item potest esse tutor, uel curator, secundum Azonem in sum. trium librorum super tit. de infamib. & est casus in l. prima, §. sed est equissimum, & §. finali ff. de postul. ubi infames admittuntur pro pupillo, & adulto ad postulandum. item infamis potest esse curialis, idest nuntius Curie, d. l. nec infamis, & rursus hoc idem confirmauit Bar. in consilio septuagesimo septimo, quæritur an notarius, & in cons. 174. Ser. Ioannes, ubi dicit notarium condemn-

113 condemnatum de falso & commissio extra notariatus officium posse instrumenta conficere, pro quo facit glossa singularis in l. 3. §. quæri potest. ff. de suspens. tutor. ubi in verbo (crimen) notatur, quod si quis suspectus est propter crimen alibi commissum, quàm in tutela, non debet a tutela propter hoc remoueri, & hanc opinionem Bart. sequitur Bal. in l. 2. §. miles, ff. de his qui notan. infam. & in l. in exercendis, nu. 2. uers. sed Bartol. dicit, col. 4. C. de fide instrum. ubi post Bartoli opinionem recitatam ipse subiungit, quod notarius aut est condemnatus ex tali delicto, quod inducit officij priuationem, & tunc non potest instrumenta conficere, aut non inducit officij priuationem, & tunc potest, licet sit infamis, quia tabellionatus auctoritas non consistit in fama, sed in decreto superioris, & idem dixit in l. qui depositum, C. de pos. & in d. l. 1. nu. 6. uers. in tabellione aut certum est. C. de testam. & pulcherrime in l. 2. nu. 2. uers. secundo quæritur, ff. de Senator. & Imola in l. infamen, col. fi. uers. item adde quia tetigit hic. ff. de publicis iud. & las. in d. l. Barbarius sub, nu. 51. uers. quarto limita quædo notarius, & Abb. in d. c. fraternitatis, nu. 5. uers. sed circa prædicta, extra de hæret. & ibi Felyn. nu. 6. uers. fallit secundo & Socin. nu. 15. uers. aduerte tamen quia Bartolus, columna 4. & Ioan. Andr. in add. ad Specul. in d. §. restat, nu. 33. uers. quid si tabellio perdit, de instrum. edit. & Angel. in l. 2. §. miles, ff. de his, qui notan. infam. & Roma. in d. l. 1. nu. 16. uers. ulterius in quantum, C. de testam. & Bartol. in l. si quis. §. cogentur, in princ. ff. de eden. & ibi Bald. num. 5. uers. in gloss. prima, & Paul. de Castro numero 3. uers. item nota textum, & Angel. in princ. & Alexan. in fine, & Iacobin. num. 12. uers. concludere hoc modo, colum. fin. & Iason, numero 15. uers. prima est, colum. fin. & Pract. Papiens. in glo. non fuit, nec est, in fine, de forma oppon. contra instrum. & Afflic. in d. cap. baiulos omnes, num. 65. uers. quantum requiritur, libro primo constit. reg. de ferijs, & salar. & Castrenf. in cons. 103. ponitur in facto, volum. 2. & in cons. 168. super primo dubio, dicendum est, quod cum diuersitas, numero 4. uers. super tertio requisito, colum. 1. volum. 1. & Ancha. in cons. 287. iste B. de quo Ancharano infra dicam in capitulo sequenti, nu. 14.

114 In contrarium tamen abijt Baldus in c. inter partes, nu. 12. uers. extra quæritur, nunquid notarius, de lege Corradi, ubi dicit, quod notarius infamis infamia iuris irrogata per sententiam non potest conficere instrumenta, sed bene potest, donec sit condemnatus: nec refert an ex crimine falsi, uel alio famoso sit danatus, quoniam in hac infamia iuris non est constituta differentia, nisi in hoc, quod si ab alio officio, in quo erat, sit remotus absque criminali condemnatione, non deponet officium tabellionatus; at si fuerit remotus ab aliquo officio, puta cancellariæ, quia falsitatem commiserit, tunc amodo sua instrumenta non ualent. l. si aliquid, C. de suscept. libro 10. & idem uidetur tenuisse in le-

115 ge, cunctos populos, numero 43. uers. sed infam. tabellionis, C. de Summa Trinit. ubi reprobando Bartoli opinionem dicit, quod etiam si tabellio per sententiam non sit officio priuatus, tamen non poterit conficere instrumenta, quando eius infamia erat notoria.

116 Sed præcedens opinio communior est, & ipse Baldus in pluribus locis, ut supra citatis, contrarium tenuit, quoniam condemnatus de homicidio, de furto, deposito, & similibus, quæ iuris infamiam continent, non impeditur, quominus possit instrumenta conficere, donec fuerit expresse prohibitus, ut iam dictum est, & notat Angel. in d. §. cogentur, & in d. §. miles. & ceteri omnes supra citati, & uidebis ea, quæ dicam in capitulo sequenti, num. 13. ubi etiam declarabitur Baldus in d. l. cunctos populos.

117 Fallit tamen prædicta ampliatio pluribus modis. Primo ut non habeat locum in eo tabellionatus officio, quod in se continet dignitatem, ut est notarius Principis, quoniam tale officium non poterit infamis exercere, item nec illud, quod in se non habet dignitatem, sed tamen a publico irrogatur, ut est notariatus ad bancum iuris ciuilibus, uel criminalis, uel notariatus antianorum, ut ait Bartol. in dicta lege, ead. §. hac lege, ff. ad leg. Iul. repet. & in dicto cons. 77. & in dicto cons. 174. in fine, & Bal. in dicta, l. in exercendis, nu. 2. uers. sed Bartolus dicit, colum. 4. C. de fide instrum. & in d. lege. 2. §. miles, ff. de his qui notan. infam. & ibidem Angel. & Afflic. in dicto capitulo, baiulos omnes, num. 65. uers. quantum requiritur, de ferijs, & salarijs, libro 1. cons. regni. & Alex. in d. cons. 80. num. 3. uers. quinimo requiritur, vol. 2. & Marfil. in d. sing. 273. & Abb. in d. c. fraternitatis, num. 5. uers. sed circa prædicta, extra de hæret. & ibi Socin. nu. 2. uers. aduerte tamen, & Felyn. nu. 7. uers. sed hanc fallentiam.

118 Secundo fallit, nisi infamia eius ob crimine commissum extra officium, induceret officij priuationem, uel depositionem, quoniam tunc neque posset instrumenta facere, ut ait Bal. in d. l. in exercendis, numero 33. uers. tu dic, C. de fide instrum. & Felyn. in dicto cap. fraternitatis, num. 8. uers. tertio nisi esset.

119 Quod tamen intellige, quando hoc esset per sententiam iudicis declaratum, ut ait idem Bald. in d. auth. habita, num. 54. uers. sequitur in textu, C. ne filius pro patre, & pulcherrime Castrenf. in d. cons. 168. nu. 4. vol. 1. & in d. cons. 103. uol. 2. & infra dicam in capitulo sequenti, num. 14. uers. adhuc in eundem sensum.

120 Tertio fallit, nisi infamia esset notoria, & grauis, quoniam tunc neque posset instrumenta conficere, quauis commissum esset crimine extra notariatus officium, ut ait Bald. in dicta lege, cunctos populos, numero 43. uers. sed si infamia tabellionis, C. de Summa Trinita. ubi reprobando Bartolus de hac doctrina glorietur, & dicit, respice alios, & intueri Baldettum, & sequitur Fely. in d. c. fraternitatis, K 4

fraternitatis, numero octavo, uers. quarto nisi infamia, extra de hæret. & rursus idem uidetur uoluisse Bal. in d. l. in exercendis, numero uigesimo tertio, uers. tu dic, C. de fide instrum. ubi notat, quod quando infamia non inducit officij priuationem, tunc illa non obstat, quo minus possit notarius instrumenta conficere, præsertim quando leuis est infamia, id est quam vulgus non reputat pro infamia, quasi uelit dicere, quod si grauis esset infamia, tunc non possit.

Sed ista fallentia non uidetur uera, imo si uera foret, distrugeret totam conclusionem superioris ampliationis, qua diximus publicum, & notoriè famosum ex crimine commissio alibi, quam in officio, posse instrumenta conficere, ibique apud prædictos Doctores inuenies, quod condemnatus de homicidio, de furto, & de falsitate commissa extra officium, efficitur notoriè, & grauius infamis, quia per sententiam inducitur notorium, capitulo, tua, extra de cohabit. clericor. & Innocen. in cap. qualiter, & quando, il. 2. columna si. extra de accus.

Et tamen non prohibetur tabellionatum exercere, nisi prædicto officio sententialiter priuetur. Verum tu poteris has contrarietates concordare, secundum ea, quæ mox dicam in subsequenti limitatione.

Quarto fallit, nam licet infamis possit, ut diximus, instrumenta conficere, tamen eius scripturis minor, & non tanta fides adhibetur, quanta solet adhiberi integræ famæ notario, ut inquit Bar. in dicta l. si quis. §. cogentur. ff. de eden. & ibi Castrenf. numero tertio, uers. dic breuiter. ubi scribit, quod notarius condemnatus puta de furto, uel homicidio, efficitur infamis. & licet remaneat notarius, ubi expressè illo officio non priuetur, tamen eius instrumentis postea confectis minor fides adhibetur, & ad faciendam plenam fidem alia requiruntur coniecturæ, & sufficiet subscriptio

122 **†** aliorum notariorum fide dignorum, & sequitur ibidem Iason, numero 15. uers. prima est, & Iacobin. de S. Georg. col. si.

Et quantum mala fama operetur in scripturis notarij, uide quæ scripsit Baldus in consilio 402. quæritur an per solam diffamationem, uolumine quinto.

Contrarium uero in hac fallentia tenuit Castr. in d. consilio 168. sub numero quarto, uers. similiter si est tale crimen, columna secunda, uolumine

124 **†** primo, ubi tunc solum dixit, fidem † aliquam attenuari in notario, quando deliquit in officio faciendò falsum instrumentum, & nondum fuit ab officio depositus: at secus esse uoluit, quando alio modo deliquisset, ut ibi per eum, & hoc idem uidetur sensisse Bar. in d. l. eadem. §. hac lege. ff. ad l. iul. repet.

Hæ dissidentes sententiæ possunt altero de duobus modis conciliari, primò dici potest, quod infamia commissa extra officium † aut est notoria, & tunc instrumenta ualent, ut diximus, attamen

eis de fide minuitur, & ita prior opinio procedit, & hoc modo debet intelligi Bal. in d. l. cunctos populos, quem supra allegauimus, numero 120. uers. tertio fallit.

Aut talis infamia est occulta, & tunc uerior est altera opinio Bartoli, & Castrenf. ut scilicet integra fides adhibenda sit scripturis eius, non obstante, quod esset infamis, & ista distinctio fuit Iacobini de Santo Georgio in d. l. si quis, §. cogentur, ff. de eden.

Secundo modo ego sic concordo, & dico, quod

126 **†** crimen extra officium † commissum, aut nullam adhaerentiam, uel nullum commercium habet, nec habere potest cum tabellionatu, ut est homicidium, adulterium, & similia, quæ non respiciunt fidem, neque legalitatem personæ, & tunc notarius in suo officio aliàs est bonæ famæ, ego teneo, quod instrumenta plenè probent, non obstante infamia prædicta, siue sit notoria, siue sit occulta, quod ego non curo, & ita procedit opinio Bartoli in dicta l. eadem, §. hac lege, & Castrenf. in d. consilio 168. sub numero quarto, uolumine primo.

Pro quo facit illud, quod dixit Bal. in l. iubemus, in fi. C. de proba. ubi notauit, quod tabellionis instrumento creditur, dummodo in officio suo fidelis reperiatur.

Aut crimen extra officium commissum habet commercium, uel adhaerentiam cum tabellionatu, ipsiusque fidem, ac legalitatem personæ respicit, ut est falsitas, periurium, mendacium, negatio depositi, & similia fidem personæ tangentia, & tunc credo ueriores esse alteram opinionem, ut scilicet talibus instrumentis minor fides adhibenda sit. & ratio hæc est, quia cum auctoritas notarij maxime constet in legalitate, & fide ipsius, ego non video quare non sit habenda suspicio semper de illo, cuius fides, aut legalitas semel corrupta fuit, per regulam generalem, quod semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali: sed hic est idem genus mali, id est falsitas, uel periurium, uel semel lapsa fides, ergo præsumptio debet habere locum, quæ cum sit præsumptio, non plenè probat, sed fidem adimit propter infamiam.

Considerabis igitur, an distinctio Iacobini, an mea tibi magis placeat, & eam sequere, quam magis probaueris.

Quinto fallit, ut non habeat locum in scripturis notarij mortui † infamis, quoniam si a uiuente non fuerint exemplata, non poterunt ex protocolis suis postea reassumi, uel exemplari, ut tradit Afflict. in dicto constit. baiulos omnes, sub numero 65. in quinto requisito, de ferijs, libro primo ubi uide, & subiunge, quod hæc fallentia procederet absque dubio, quando statutum extaret, ut reassumi, uel exemplari non possint acta notarij mortui, nisi fuisset ille uir integræ famæ, bonæ uitæ, & opinionis, pro ut in regno Neapolitano cauebatur, alias durum esset hanc fallentiam obtinere.

Sexto

128 **†** Sextò fallit, ut licet talis infamia notatus † possit instrumenta conficere, tamen testis esse non poterit super ueritate illorum instrumentorum, quâdo de illis dubitaretur, ut Angel. & Castrenf. adnotauerunt in d. l. si quis. §. cogentur, ff. de eden. & ideo de more protocolli illius producitur, ut ex coniectura possit apparere, an instrumentum redditum, uerum sit, uel falsum, secundum Angelum ibidem.

Amplia tertio principalem conclusionem, ut non solum delinquens extra officium possit non obstante infamia instrumenta conficere, sed etiam ille, qui deliquit in officio, & tamen nondum fuit

129 **†** condemnatus, quia † pendente accusatione, uel iudicio poterit interim facere instrumenta, ut concludit post longam disputationem Bar. in repet. d. l. Barbarius, num. 17. uers. quid si notarius, ff. de off. prætor. ubi tamen subiungit, quod honestius

130 **†** faceret notarius, † si pendente iudicio abstineret se a nouis instrumentis, & ibidem sequitur Bald. num. 25. uers. sed quid si notarius, & in l. 2. num. 2. uers. secundo quæritur an notarius, ff. de senato. & in l. 1. num. 14. uers. tertio casu ualent, C. de re-

131 **†** stam. ubi dicit, quod licet aliquis sit ab officio † deponendus, tamen antequam deponatur, ualent quæcunque fecerit officij prætextu. omnia enim tolerantur propter officium, quod quis administrat, donec in eum lata sit depositionis sententia, uel spoliatus sit insignibus, uel notatus sit infamia, uel per legem nominatim sit priuatus officio, iuxta Innocentium, & idem tenuit in l. si quis decurio, in princ. C. ad l. Corn. de falsis, & in d. auth. habita, num. 54. uers. sequitur in textu, C. ne filius pro patre. ubi dicit, quod quando propter delictum in officio commissum aliquis ipso iure infamatus, licet eo ipso dignitate priuetur, tamen gesta per eum ualebunt, ratione communis erroris, qui præsumitur ante, quam per sententiam Iudicis hoc sit declaratum, per gl. in §. pen. Auth. de tabell. & idem sequendo dictam glossam repetiuit in d. l. iubemus. §. sanè, nu. 6. C. de sacros. ecclesi. ubi notat,

132 **†** quod licet quis in officio delinquat, tamen quando superior non amouet eum, gesta eius ualent, & in terminis notarij, inferius subiungit, quod si tabellio per sententiã legis sit priuatus officio, hoc tamen non sit declaratum per sententiam hominis, sed est occultum, tunc instrumenta, quæ facit, ualebunt, quia est in quasi possessione officij, quæ declaratio hominis, quomodo sit intelligenda, uide, quæ dicam in sequenti capitulo, num. 13. uers. adhuc in eundem sensum.

Quibus adde quod hæc partem tenuit Alex. in d. l. si quis. §. cogentur, num. 6. colum. si. ff. de ed. ubi dicit hanc esse communem opinionem, ut scilicet notarius delinquens in officio non dicatur priuatus officio ex solo delicto antequam sit condemnatus, & sequitur Decius in l. & militibus, in fine, C. de testam. milit. & Iason in d. l. Barbarius, num. 51. uers. secunda limitatione, Bal. & Anton. de Butr. in d. c. fraternitatis, colum. 2. uers. quæri-

tur an notarius pendente iudicio. extra de hæret. & ibi Socin. num. 24. uers. sed quæro pone, & Saly cet. in d. l. j. num. 10. sub uers. quæro quinto de tabellione, C. de testa. ubi dicit, quod quando quis fuit tabellionatu priuatus propter falsum, tunc instrumenta quæ facit, non ualebunt, sed bene ualent ea, quæ fecit ante sententiam condemnationis, quia quandiu toleratur in officio, iure officij uti debet, & hoc ait esse uerum, etiam si lex diceret, quod ipso facto esset priuatus, quia nihilominus requiritur sententia hominis, quæ faciat rem notoriam, aliàs ob occultam priuationem communis error esset probabilis, & pro ueritate haberetur, & dicam sequenti cap. num. 2. Cæterum in contrarium transiuit in hac eadem specie, Alber. in l. si quis ex argentarijs, num. 5. uers. ultimo allegatur, ff. de eden. ubi dicit, quod quando quis accusatur de crimine † commissio in officio, tunc ut suspectus remouetur ab officio instituta tali accusatione. l. Lutus, ff. de his qui notan. infam. & l. pe. C. de prob. & l. fin. in prin. C. de ed. diui Adriani tollen. Si uero accusatur de crimine commissio extra officium, tunc incontinenti non remouetur. l. quamuis. §. fin. ff. de sol. & hoc idem tenuit quoque Baldus sibi contrarius in d. l. in exercendis, num. 25. uers. quæro quid si non est condemnatus, C. de fide instrum. ubi dicit, quod si notarius per crimine falsitatis receptus sit † inter reos, licet nondum sit condemnatus, tamen scripturæ interim factæ non ualent, & idem sensisse uidetur in d. l. cunctos populos, num. 43. uers. sed in infamia tabellionis, C. de summa Trinit. ubi dicit, quod etiam si tabellio non sit sententialiter remotus ab officio, tamen si infamia eius est notoria, tunc instrumenta non ualent, & idem tenuit in auth. habita, num. 54. C. ne filius pro patre. ubi dicit, quod licet communis error præsumatur antequam per sententiam hominis fuerit declarata notarij infamia, tamen illud non est uerum, quando de illius crimine esset publica, & singularis fama, iux. glo. in l. testium, ff. de testibus.

Pro qua Baldi opinione facit gl. in l. sancimus, §. cum autem, in uerbo, contumaciam, C. ad Trebell. ubi dicit non esse necessariam sententiam, quâdo crimen ex actis apparet. ex quo dicto colligitur, quod † notorium inducitur ex actis processus, & quod notorium, & sententia æquiparatur: quâ glossam esse notabilem, & perpetuo notandam Baldus ibi attestatur. Sed his non obstantibus ego sequor priorem sententiam, tum quia communis est, tum etiam quia confirmatur ex textu egregio in l. si quis decurio, C. ad l. Corn. de falsis. ubi habetur, quod delinquens † in officio decurionatus pendente iudicio non statim desinit esse decurio. & Alberico, & sequacibus respondeo, quod ob suspicionem falsitatis ortam ex pendentia processus potest Iudex facile induci ad prohibendum † usum officij notario, donec ueritas appareat, iuxta tradita per Socin. in cap. sicut, num. 6. uers. ego uero arbitror, extra de simon. Sed si tamen hoc Iudex non fecerit

fecerit, & ille perseverans in officio confecerit instrumenta, tunc illa valebunt.

Nec obstat opinio Baldi, videlicet, quod notoria infamia sufficiat, quæ satis inducitur ex actis.

138 Quia responderetur, imò etiam super notorijs sententiam iudicis declaratoriam requiri, ut latè omiffis alijs probat Marfil. in rubr. C. de prob. num. 226. vers. attende tamen, & in §. postquam, num. 45. vers. contrarium tamen, & in §. aggredior, num. 131. vers. attende tamen, Pract. crimin.

In hac varietate cogitabam, an vtraque opinio posset sustineri, mihi que videbatur sic esse distinguendum, quod nos tunc loquimur in accusatione, & tunc procedit superior opinio Bartoli, & sequacium, ut scilicet instrumenta confecta pendente iudicio valeant. Aut loquimur in inquisitione mota ex iudicis officio, & tunc habebit locum posterior sententia Alberici, & Baldi, ut scilicet pendente inquisitione notarius inquisitus instrumenta conficere non possit, cuius differentia ea est ratio, quia cum inquisitio fieri debeat contra diffamatos. c. licet, extra de simon. & optimè Decius in consi. 170. viso themate, vers. sed prædictis non obstantibus, col. 2.

Apparet per consequens, quod iam notarij infamia est notoria, & publica, & ob id merito instrumenta eius confecta pendente inquisitione valere non debent ob publicam, & notoriam eius suspicionem. At secus est in accusatione, quoniam illa non fundatur in publica diffamatione, vel in notoria infamia.

Sed cõsistit in voluntate accusatoris, etiam nulla fama præcedente, & ob id cum notarius non sit diffamatus, merito accusatione pendente in officio perseverare debet, aliàs absurdum sequeretur, quod esset in facultate cuiusque removere ab exercitio suo notarium accusationem instituendo, maxime cum non sit hodie in usu pœna talionis, & hæc fuit doctrina singularis Innocentij in c. accusatũ, in fine, extra de simo. vbi per illas rationes infert, quod accusatus de crimine poterit eligi ad honores, & non inquisitus, pro cuius rei confirmatione facit alia ratio Baldi in l. 2. num. 11. sub versic. sed nunquid pendente inquisitione, ff. de senator. vbi sequendo Innocentium dicit hanc esse differentiam inter tunc accusationem, & inquisitionem, quod peius præsumitur contra inquisitum propter auctoritatem inquirentis, qui non censetur motus sine causa, quàm contra accusatum, quam differentiam similiter notavit Ang. in l. ea quidem, colum. 12. versic. item quia ratio est maior providere, C. de accus.

Ergo stante hac mala præsumptione inquisiti solus accusatus poterit conficere instrumenta pendente iudicio, non autem inquisitus.

Verumtamen huic considerationi videtur ob stare Bald. in d. l. & militibus, C. de testam. vbi dicit, quod factus infamis ex confessione, vel condensatione iniuriarum, vel homicidij, non est ipso iure priuatus, sed priuandus, non obstante confessio

ne, vel condemnatione prædicta, & interim poterit instrumenta facere. ex quibus verbis inferitur, quod cum notoria infamia nata ex condemnatione in illo casu non sufficiat, minus sufficere debet diffamatio inquisitionis, quæ licet vulgata sit, tamen adhuc incerta est, imò potest esse falsa, & consequenter minus est esse inquisitum, quàm condemnatum.

Sed responderetur, Baldum ibi loqui in delicto commisso extra officium tabellionatus, at nos loquimur in delicto commisso in officio, inter quos casus longa est differentia, ut vidimus, & quoniam in hac materia Doctores indistinctè, promiscuè, & confusè loquuntur, adè ut plerumque iidem videantur sibimetipsis esse contrarij, idcirco ut lector non confundatur, in sequenti capitulo quandam temporum distinctionem ponam, ex qua velut sub methodo perfectam, & ordinatam huius materiæ cognitionem non difficulter adipisci poteris.

ADDITIONES.

- a Lucæ. Lucas de Penna cum fuerit Neapolitanus, forsitan voluit intelligere de perfidia Notariorum Neapolitanorum. Sed mirandum est, quare ille Doctor sit obloquutus de Notarijs, qui regulariter præsumuntur boni ac fideles in officio suo, ut ait hic Auctor in cap. 53. num. 14. lib. 1.
- b Infamis. An hoc sit verum, quod spurius sit infamis, unde in cap. 16. uersus finem, ubi dixi, sup. eo. lib.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenta notarij facta ante accusationem motam valent, licet fuerint facta post instrumentum falsum ab eo commissum.
- 2 Instrumenta notarij facta pendente accusatione falsitatis valent.
- 3 Notarius tenetur admonere contrahentes, se esse accusatum de falso, aliàs tenetur ad interesse.
- 4 Instrumenta condemnati de falso, qui fuit priuatus notariatu, non valent, si fuerit lata in presentem. Notarius non intelligitur ob crimen notariatu priuatus, si sententia hoc non exprimit, ibidem.
- 5 Instrumenta facta a notario condemnato in contumaciã ex forma statuti, an valeant. Condemnatus in contumaciã magis præsumitur condemnatus propter contumaciã, quàm propter delictum, ibidem.
- 6 Infamia iuris non irrogatur ei, qui est condemnatus ob contumaciã.
- 7 Notarius bannitus in contumaciã potest facere instrumenta.
- 8 Contumaces ex forma statutorum an fiant infames. Instrumenta notarij banniti confecta extra territorium bannientium valent, ibidem.
- 9 Notarius bannitus potest facere extra territorium bannientium instrumenta, sed si fuerint producta in territorium, non probabunt.
- 10 Bannitus non potest agere coram Iudice illius civitatis, a qua est bannitus.
- 11 Notarius accusatus nunquam intelligitur priuatus notariatu nisi nominatim fuerit depositus ab officio.
- 12 Notarius infamis ex delicto commisso extra officium retinet officium, donec priuatur.

Priuandus

- 13 Priuatus officio remanet in officio donec priuatur.
- 14 Delictum commissum extra officium, requirit declaratoriam criminis, & priuationem officij.
- 15 Infamia falsitatis, & infamia alterius maleficij deferunt.
- 16 Notarius condemnatus per viam inquisitionis super crimine commisso in officio, an efficiatur infamis.
- 17 Tutor remotus a tutela tanquam suspectus aliter quam per accusationem, efficitur infamis, ibidem.
- 18 Instrumenta notarij valent, quando fuit occulte damnatus. Notario condemnato, an possit a iudice referuari facultas faciendi instrumenta.
- 19 Iudex non potest referuare facultatem faciendi instrumenta notario de crimine commisso in officio.
- 20 Notarius condemnatus de falso, & notariatu priuatus, potest antiquas rogationes ante condemnationem factas redigere in publicam formam.
- 21 Instrumenta notarij damnati de falso non valent, quando ipse solus ea confecit, secus si alias notarius se subscripserit.
- 22 Doctor se subscribens consilio vnius Doctoris, idem consuluisse videtur.
- 23 Instrumenta notarij condemnati de falsitate non valent iure publici instrumenti, sed valebunt in vim taciti pacti.
- 24 Notarius intelligitur priuatus tabellionatu ob crimen commissum in officio, quando ex illo crimine, infamia iuris irrogatur.
- 25 Omnis infamia iuris, an sit causa efficax ad priuandum officio notarium.
- 26 Notarius damnatus mandati, tutela, uel depositi, non potest ab officio notariatus deponi.
- 27 Notarius damnatus ex homicidio, & alijs similibus, an & quando intelligatur officio priuatus.
- 28 Notarius scribens instrumenta pro hæretico, aut pro alienatione rei sacre, priuatur officio. Notarius super quibus casibus prohibeatur conficere instrumenta, ibidem.
- 29 Notarij qui nesciunt bene scribere, aut quorum litera cum magna difficultate intelligitur, debent ab officio deponi.
- 30 Reipublice interest, ut acta iudicialia, & instrumenta efficiantur de litera intelligibili. Pœna statutaria, an vires extendat extra territorium, ibidem, in addit. Declaratoria criminis sufficit, quando pœna imponitur ipso iure, ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

Instrumenta Notarij accusati de falso, vel inquisiti, vel condemnati nunquid valeant.

CAP. XXII.

Ro cognitione præcedentis, ac præsentis materiæ, qua quæritur, an valeant instrumenta notarij accusati de falso, vel inquisiti, vel condemnati, oportet tria tēpora considerare, quorum distinctio rem planam omnibus efficiet.

Primum itaque tempus est, quando instrumenta facta sunt ante accusationem motam, sed tamē confecta fuerunt post illud instrumentum falsum, de quo nunc mota est accusatio.

Secundum tempus est, quando instrumenta facta sunt pendente falsitatis accusatione.

Tertium tempus est, quando instrumenta facta sunt post sententiam condemnatoriam.

Nunc quæro, quid iuris sit de primo tempore. & respondeo, instrumenta tunc valere, quia in hoc casu concurrunt communis error, & quasi possessio officij, quæ gesta confirmant, & ita tenet Lucas de Penna in l. si aliquid, nu. 3. C. de suscept. lib. 10. & ita intelligendus est Specul. in §. restat, nu. 3. ver. quid si tabellio confecit. de instrum. edit. & ita loquitur Innocentius in c. fraternitatis, col. 1. ver. in scripturis autem tabellionum, extra de hæret. & Saly. in l. 1. nu. 11. uers. si aut fuit priuatus forsitan propter falsum, colum. ff. C. de testam. & Paul. de Castro in consi. 103. in prin. uers. secus si condemnatus non esset, vol. 2. & in consi. 160. num. 4. uers. super tertium, vol. 1. & Fely. in d. c. fraternitatis, nu. 5. vers. fallit primo.

Deinde quæro, quid iuris sit de secundo tempore. & dic, instrumenta tunc valere, secundum magis communem opinionem relata in cap. præcedenti, nu. 129. vers. amplia tertio, sed tamen illis minor fides adhibenda est, si postea repertus fuerit culpabilis, ut tradit Bart. in l. si prius, §. cogentur. ff. de eden. & in repetitione d. l. Barbarius, ff. de off. prætor. & Castrensis in consi. 168. col. 2. uers. similiter si est tale crimen, vol. 1. & hic adde quæ dixi in præcedenti cap. in 4. fallentia secundæ ampliationis, nu. 122. vers. quarto fallit.

Et propter huiusmodi detrimentum, quod partes patiuntur ex eo, quod minor fides illis instrumentis datur, notarius tunc tenebitur ad interesse pæditorum contrahentium, si illos accusationis motæ non admonuit eo tempore, quo fuit ab illis rogatus, iuxta illa, quæ dixi in præcedenti capitulo, in prima ampliatione, num. 107. vers. inferui itaque.

Vltimo quæro de tertio tempore, & dic, quod sententia condemnatoria aut nominatim priuatum notarium tunc officio, & tunc si lata fuit contra præsentem, non est dubium, quod instrumenta non valent, si fuit in loco solito, & cum solitis solemnitatibus publice lata, secus si clam, & secreto, aut occultè feratur, & dictum est in præcedenti cap. nu. 96. vers. his ita declaratis.

Sin autem lata fuit contra contumacem, dic, ut infra notabo.

Aut sententia condemnatoria non facit mentionem de officij priuatione, sed simpliciter notarium condemnat de crimine perpetrato, & tunc si crimen est commissum extra officium tabellionatus, ille remanebit in officio, & scripturæ valebunt, ut diximus in præcedenti capitulo, in secunda ampliatione, numero 110. versic. amplia secundo.

Quod quidem intelligitur esse verum, etiam si crimen sit tale, quod inducat officij priuationem, quia non intelligitur priuatus, nisi expressè priuatur, ut diximus, & infra dicemus, num. 11. & numero 14. & 27.

Si uero crimen est commissum in officio, rursus distingue, quoniam aut sententia lata fuit in absentem, aut in præsentem. Primo casu quando lata fuit in tunc absentem contumacem ex forma statuti, tenuit

tenuit Baldus, vt talia instrumenta non valeant, vt apparet in l. 2. num. 4. vers. sed dubitatur, ff. de senator. cui videtur adherere Ias. in d. l. Barbarius, num. 5. vers. ultra Baldum limita tertio, ff. de off. prator.

Sed contrarium tenuit Bartol. in l. si ideo, ff. de cui. ubi dicit, hoc ideo procedere, quia notarius uidetur magis condemnatus ob contumaciã, quam per delictum, cui ius opinionem sequitur Baldus sibi contrarius in l. j. num. 37. vers. item ex formis statutorum, C. de hæred. institu. ubi tradit, quod capitaliter damnatus in contumaciã ex forma statuti non efficitur infamis de iure, & ob id exercere poterit tabellionatum, & alia publica officia extra locum, a quo fuit bannitus, & idem rursus tenuit in l. fin. num. 12. vers. quæro hic tabellio, C. de fide instrum. ubi dicit, quod notarius cõdemnatus de falso ex contumaciã nihil nocet producenti instrumentum ab eo cõfectum, ut tradit hanc fuisse opinionem Nicolai de Matarellis doctissimi ciuis mei, & hanc partem latè in notario nuncupatim tenuit Felyn. cum suis limitationibus in d. c. fraternitatis, num. 9. vers. tertio fallit prædicta, extra de hæreticis, & uberimè in c. cum Bertoldus, num. 20. vers. datur etiam doctrina, extra de sent. & re iud. ubi latissimè ostendit ex tali contumaciã iuris infamiam non irrogari, & sequitur Marfil. in sing. 4. & Bos. in titulo de inquisitione, num. 54. vers. quæro etiam iuxta prædicta, & Viuius in uerbo, infamia iuris. lib. com. opi.

In hoc autem articulo est quædam opinio Baldi, ex qua possunt prædictæ opiniones conciliari in d. l. in exercendis, num. 25. sub vers. sed quæro nunquid, C. de fide instrum. ubi colligi potest, quod aut quærimus, nunquid bannitus in contumaciã efficiatur de iure infamis, & per consequens ei sublata sit, & prorsus abrupta potestas faciendi instrumenta, & dicendum est quod non, & ita procedit opinio communis. Aut quærimus, nunquid per tale bannum potestas faciendi instrumenta sit non sublata, sed suspensa, & dic, quod sic, & ita procedit altera opinio, & hanc ultimam sequitur Iason in dicta l. Barbarius, numero 5. vers. i. uersiculo, ultra Baldum limita tertio, ff. de off. prator.

Ego tamen in hac quæstione dico, inspicienda esse verba statuti, nam quando que sub his formulis concipiuntur, vt etiam de iure contumaces infament, secundum illa, quæ latius dixi in c. 14. de nomine, num. 64. vers. veruntamen si quis vellet, sup. eo. & in his casibus tenendum est, quod instrumenta non valeant.

Vbi vero statuta simpliciter loquuntur, tunc videtur opinio Bartoli esse magis communis, vt scilicet talia instrumenta valeant, quam limitabis secundum tradita per Felynum superiori loco citatum.

Possit etiam in hoc ultimo casu non ineleganter sic distingui, an instrumentum factum sit extra territorium statuentium, & tunc vera sit opi-

nio affirmatiua, vt scilicet instrumenta valeant, iuxta Bald. in d. l. i. num. 37. C. de hæred. institu. vbi dicit capitaliter in contumaciã damnatum posse omnia publica officia, & notariatũ exercere extra territorium, a quo bannitus est, & hoc sensit Anchar. in conf. 287. iste B. sub num. 1. vers. præterea aduertendum, col. 1.

Aut instrumentum factum est, vel productum est in territorio bannientium, & tunc nõ probat, vt dicit Bald. in d. l. in exercendis, num. 21. vers. & idem dico si non condemnatus est, C. de fide instr. & hoc modo procedit altera opinio Baldi negatiua, de qua traditur in l. 2. ff. de senatorib.

Pro qua parte similiter ea faciunt, quæ tradit Bartol. in quæstione 1. Lucanæ ciuitatis, num. 24. vers. credo tamen, col. 6. vbi dicit, quod si quis se obligauerit cum bannito secundum ius commune, illa obligatio valebit, sed tamen bannitus non poterit agere coram Iudice illius ciuitatis, a qua bannitus est, cum sit extra protectionem illius: quæ omnia notabis, quia quotidiana sunt, & adnotatione dignissima.

Secundo casu quando sententia lata fuit in presentem, refert scire, an Iudex processerit ex accusatione, an per viam inquisitionis: si enim per accusationem res acta est, dicunt quidam, quod nullatenus priuatus esse notariatu intelligitur, nisi nominatim fuerit in sententia depositus ab officio, & hæc fuit opinio Innocentij in c. qualiter, & quando, il secundo, colum. pen. num. 10. vers. item nota quod sententia, extra de accus. ubi dicit, quod nulla sententia infamatoria adimit fidem officiali in his, quæ gerit occasione officij, dum toleratur in officio, nisi specialiter in eum lata esset depositionis sententia, vel ipoliatus esset insignibus dignitatis, quia tunc illius acta non valerent, nec posset dici toleratus, sed diceretur intrusus.

Sanè in terminis notarij contrarium tenuit Lucas de Penna in d. l. si aliquid, num. 4. vers. si tamen tabellio, C. de suscept. lib. 10. vbi dicit, quod instrumenta confecta post condemnationem Notarij de falso in officio commisso, non valent, licet in sententia non fuerit expressè tabellionatu priuatus, quod idem tenuit Angelus in d. l. si quis, §. cogentur, vers. idem si esset damnatus propter dolum, ff. de eden. & sequitur Bald. in d. l. 2. sub nu. 3. vers. aut notarius non est expressè prohibitus, ff. de senator. vbi distinguendo dicit, quod quando notarius est infamis ex delicto commisso extra officium, tunc retinet officium, donec priuetur: quamuis enim puniri possit, & debeat ob infamiam, tamen si non priuetur, ualet, quod facit auctoritate legis, quæ potius, quam persona, est ponderanda.

At si notarius est infamis ex delicto commisso in officio, tunc ob iuris infamiam statim absque eo, quod expressè priuetur, repellitur ab officio, d. l. si aliquid, & hanc eandem opinionem tenuit Castrensis, eademque distinctionem absque mentione Baldi facit in d. l. si quis, §. cogentur, num. 3. vers. dic breuiter, ff. de eden.

Et hoc modo debet intelligi Baldus in d. l. & militibus, C. de testam. milit. ubi generaliter dicit, quod condemnatus de falso nunquam instrumenta conficiet, at secus si sit priuatus, & nondum priuatus ob infamiam contractam ex condemnatione iniuriarum, uel homicidij, nam poterit instrumenta facere, donec priuetur per sententiam. rursus eodem quoque pacto intelligendum est etiam illud, quod idem Baldus adnotauit in d. l. cunctos populos, num. 43. vers. sed in infamia tabellionis, C. de summa Trinita. ubi scripsit, quod etiam si tabellio per sententiam non sit priuatus officio, tamen non poterit conficere instrumenta, quando eius infamia erat notoria, nam tu subiunges, quod notorium inducitur per sententiam declaratoriam criminis in officio commissi, ergo declaratio priuationis non est necessaria. Ad huc in eundem sensum accipiendus est iterum Bald. in d. l. iubemus, §. sanè, num. 6. C. de sacros. eccles. ubi dicit, quod ualent instrumenta tabellionis, qui per sententiam legis est priuatus officio, sed tamen nondum est illud declaratum per sententiam hominis, quia debet illa declaratio hominis uerificari secundum præcedentem distinctionem, vt scilicet sufficiat simplex declaratoria criminis, quando fuit peccatum in officio. At quando peccatum est extra officium, requiritur utrumque id est, & declaratoria criminis, & priuatio officij, dato etiam quod lex ipso iure priuasset delinquentem extra officium, & hoc etiã modo debet intelligi Anchar. in conf. 287. iste B. num. 3. vers. & licet quis, col. fin. ubi dicit, quod quamuis ipso iure quis per legem esset priuatus tabellionatus officio, tamen si hoc non fuerit per sententiam declaratum, instrumenta interim facta ualebunt, & quod Baldus in illis tribus locis supracitatis sit intelligendus, iuxta ea, quæ dicta sunt, tradit expressè Castrensis in d. conf. 103. in prin. uol. 2.

Quibus adde, quod Baldus idem uidetur sentire in d. l. qui depositum, C. de depositi, ubi dicit, quod infamis ob maleficium licet ueniat deponendus ab officio, tamen faciet instrumenta donec priuetur, at secus est, si esset infamis occasione falsi, quoniam tunc instrumenta eius non ualerent, & sic uides, quod Baldus dum facit differentiam inter infamiam falsitatis, quæ respicit officium tabellionatus, & inter infamiam alterius maleficij, uidetur de prædicta distinctione cogitasse.

Similiter sub eodem quoque modo declaranda sunt ea, quæ idem Baldus tradidit in auth. habita, num. 54. vers. sequitur in texu, C. ne filius p. patre, ubi scribit, quod quando propter delictum commissum in officio aliquis ipso iure infamatur, licet eo ipso dignitate priuetur, tamen gesta eius ualebunt ratione communis erroris, qui præsumitur antequam per sententiam iudicis hoc sit declaratum, quoniam hoc ultimum debet intelligi de simplici sententia declaratoria criminis commissi in officio, ut scilicet ea simpliciter sufficiat absque eo, quod nominatim officio priuetur. Item cum

prædicto temperamento interpretanda sunt etiã notata per eundem Bald. in d. c. inter pares, num. 12. vers. extra quæritur nunquid, de lege Corradi, & in d. l. 2. §. miles, ff. de his qui notantur infam. & in d. l. si quis, §. cogentur, aliàs, §. quod in fine, ff. de eden.

Et eandem distinctionem sensit Jacobin. de S. Georgio in d. §. cogentur, num. 12. vers. in hac materia concludite, & Angel. in d. l. 2. §. miles, & hæc fuit intentio Bartol. in conf. 174. Ser Ioannes, & in d. l. 3. §. hac lege, ff. ad l. lul. repetun. & Paulus de Castro in d. l. & militibus, col. fin. C. de testam.

Limitabis tamen hanc conclusionem secundum illa, quæ mox dicam post articulum inquisitionis.

Quando uero Iudex tulit sententiã contra presentem per viam inquisitionis motæ super crimine famoso commisso in officio, nonnulli tenent, ut talis condemnatus non efficiatur infamis de iure, & per consequens instrumenta ualeant, iuxta opinionem glossæ in l. 3. §. præterea, in uerbo, debeat, ff. de suspect. tutor. ubi dicit, quod tutor remotus a tutela tanquam suspectus aliter, quam per accusationem, non efficiatur infamis, & idem expressius glossa notauit in l. fin. in fine. C. co. tit. & ibi Cynus, nu. 5. vers. quinto quæritur, ubi subiungit, quod se audiente, Dynus hanc quoque opinionem tenebat.

In contrarium, ut scilicet efficiatur infamis, qui damnatur ex inquisitione, quando crimen est publicum, & famosum, transiit Oldradus, & Andreas de Pisis, & Bartolus, qui refert eos, in l. infamem, num. 7. vers. item quæro utrum damnatus ex inquisitione, ff. de publicis iud. ubi multas rationes adducit, & prædictis glossis in contrarium facientibus opportunè respondet, & hanc esse communem opinionem, & magis ueram tradit Salyc. in l. ea quidem, num. 55. vers. ulterius quæro utrum damnatus, ff. de accus. & in d. l. si quis, num. 3. vers. quæro an damnatus, C. de suspect. tutor. & Angel. in d. l. ea quidem, uers. ultimo quæro utrum damnatus, colum. 8. ubi tradit nullam esse in hoc differentiam inter accusationem, & inquisitionem, & hæc esse ueriores, & communem sententiam, & sequitur Clar. in quæstione 72. num. 3. vers. damnatus publico. Pract. crimin.

In hoc igitur casu conclude, prout supra diximus in accusatione, ut scilicet sententia declaratoria criminis commissi in officio lata, siue per accusationem, siue per inquisitionem contra presentem, inducat officij priuationem, etiam si de talis priuatione nulla specialis mentio facta sit in sententia condemnatoria, & per consequens instrumenta post prædictam sententiam confecta nullius ualoris erunt.

Limitabis tamen hanc conclusionem, ut non habeat locum, quando talis sententia condemnatoria esset occulta, & probabiliter ignoraretur, quoniam tunc instrumenta ualerent, ut supra dixi in præcedenti capitulo, in tertia distinctione, num. 96. vers. his ita declaratis.

Limita secundo, ut non habeat locum, quando in sententia condemnatoria Iudex et notario referuasset facultatem faciendi instrumenta, quod cum causa cognitione referuare potest, ut aduertit Cy. in d.l. & militibus, in fine, C. de testamen. milit. & Barto. in l. si quis, §. miles, ff. de leg. 3. & in l. diuus, ff. de iniurijs, & in d.l. & militibus, C. de testamen. milit. & Angel. in l. & si feuerior, colum. 2. uers. & ex prædictis concludo, C. ex quib. causis infam. irrog. & Alex. & Iason, & Decius in d.l. & militibus, & Felynus in d. c. fraternitatis, num. 1. uers. fallit quinto, extra de hæret. & Iason in d. l. Barbarius, num. 5. uers. quinto limita, nisi Iudex, col. 1. 2. & Jacobin. de S. Georgio, in d.l. si quis, §. cogentur, num. 12. ff. de eden.

Contrarium tenuerunt plures alij, idest Dynus, Oldradus, & Albericus, qui eos refert in d. l. diuus, ff. de iniurijs, & Angel. sibi contrarius in d. l. 2. §. miles, ff. de his qui notant. infam. & in l. quid ergo, §. quamuis, in fine, ff. co. & Baldus, Castrensis, Romanus, & Corneus in d. l. & militibus, C. de testamen. milit.

Quid tenendum? quidam distinguunt, idest Romanus, & Corneus supracitati, & dicunt, aut quæris de crimine commissio in officio, & tunc nunquam potest fieri prædicta referuatio, aut quæris de crimine commissio extra officium, & tunc causa cognita posset talis referuatio fieri secundam priorem sententiam. Ego uero in præsentiar nec approbo, nec improbo prædictam distinctionem, tu cogitabis.

Limita tertio, ut conclusio non procedat in instrumentis ueteribus confectis ante condemnationem, quæ poterit in publicam et formam redigere non obstante sententia condemnatoria, & priuatione officij, ut ait Angel. in l. si quis, §. cogentur, colum. 2. uers. attendi tamen, ff. de eden. ubi dicit, quod notarius quantuncumque depositus ab officio, & condemnatus de falso antiquas rogationes ante condemnationem factas potest redigere in publicam formam, & tradere parti, allegatque textum in §. pen. in uerbo, documentis, & ibi singular. glos. Auth. de tabell. & ante ipsum hoc idem notauit Bartol. in repe. l. Barbarius, num. 16. uers. quid de notario ab officio, ff. de off. prætor. & ibi Bald. num. 24. uers. quid de notario, in secunda lect. & rursus idem dixit Bartol. in d. l. ad testium, §. conditionem, num. 3. uers. & sic facit, quod notarius, ff. de testamen. & ibi Bald. num. 3. uers. pro cuius declaratione distingue, colum. 1. & Iason in d. l. Barbarius, num. 5. uers. iuxta præsentem materiam, colum. 1. 2. & Anton. de Butr. in d. c. fraternitatis, uers. quæritur an notarius, colum. 2. extra de hæret. & ibi Socin. num. 26. uers. quæro tertio, & Fely. num. 1. 2. uers. fallit sexto, & Paul. de Castro, & Iacob. & Alexander, & Iason in d. l. si quis, §. cogentur, ff. de eden. & uide quæ dixi in cap. 64. de editione instrumen. num. 16. uers. quarto amplia. lib. 1.

Limita quarto, ut instrumenta damnati de fal-

so non ualeant, quando ipse solus ea confecerit, at secus est, si alius notarius idoneus illis instrumentis se subscripisset, quoniam inhabilitas unius sustineretur per habilitatem alterius, quemadmodum de teste inhabili dicimus, qui iunctus cum habili sustinetur, & probat, iuxta notata in d. l. si quis, §. cogentur, ff. de eden. & de tali teste latissime ponit Gabriel. in conclus. 5. de testib.

Et in specie circa notarium ita tradit Bartol. in d. §. cogentur, ubi dixit, quod instrumenta facta a condemnato de falsitate commissa in officio non ualent, sed tamen possunt sumere effectum ex subscriptionibus aliorum notariorum, qui dum alieno instrumento se subscribunt, illud instrumentum fecisse dicuntur, quemadmodum dici solet de Doctoribus, qui dum subscribunt se consilio unius Doctoris, ipsi consuluisse intelliguntur, ut notat Ang. in d. §. cogentur, col. fin.

Sed aduerte, quod contrarium in his terminis tenuit Iason in d. §. cogentur, in fine.

Mihi tamen uidetur, opinionem Bartoli posse facillime sustineri, quam in terminis tenuit Bald. in l. Imperator, num. 25. uers. nota etiam quod si duo notarij, ff. de statu homin. & in cap. tertio loco, in fine, ubi egregie limitat, extra de prob. & Socin. in d. c. fraternitatis, num. 30. uers. quæro sexto pone, extra de hæreticis, & ibi Fely. num. 15. uers. nono fallit, & Tiraq. in causa 51. nu. 12. 5. uers. sed & quod de testibus, de pœn. minuend.

Limita quinto, ut instrumenta condemnati de falsitate in officio commissa non ualeant, iure publici instrumenti, sed bene ualebunt in uim taciti pacti, aut tacite confessionis, quando partes mutuo consensu rogauerunt illum, ut non obstante condemnatione se de illorum conuentione rogaret, ut tradit Socin. in d. c. fraternitatis, num. 22. uers. item aduerte, quia quod supra dixi, extra de hæret. & ibi Fely. num. 13. uers. fallit septimo.

Pro quo facit illud, quod notauit Specul. in d. §. restat, num. 3. 2. sub uers. quid si is qui non est notarius, de instrum. edit. ubi dicit, quod scripturæ illius, qui non est notarius, non censentur instrumenta publica, sed priuata, quibus non creditur, nisi trium testium habeant subscriptionem. l. comparationes, C. de fide instrum.

Limita sexto notabiliter, ut scilicet intelligatur notarius priuatus tabellionatu ob simplicem condemnationem de crimine commissio in officio, quando ex illo crimine infamia iuris irrogatur, at secus est, quando infamia facti ob illud crimen notaretur, quoniam tunc non intelligeretur tacite priuatus, quamuis crimen esset in officio commissum, sed opus esset, ut expressè priuaretur officio, ut dicit solus Baldus in l. 2. num. 3. uers. aut est infamis ex delicto commissio, ff. de Senatorib.

Ex cuius occasione hic necessario quærendum est, an omnis infamia iuris sit causa efficax ad priuandum officio tabellionem. in quo articulo dicendum est, infamiam iuris posse duobus modis circa præsentem materiam considerari, altero, quando descendit

descendit ex contractu, altero quando descendit ex maleficio.

Primo casu exemplum ponitur in eo, qui est et damnatus mandati, tutelæ, depositi, & similibus, & tunc ob talem iuris infamiam non potest ab officio notarius deponi, ut ait Bald. in d. l. qui depositum, C. depositi.

Secundo casu, quando iuris infamia proficiscitur ex maleficio, ueluti ex homicidio, furto, adulterio, & similibus, tunc ista quidem est sufficiens ad priuationem: sed quoniam prædicta crimina sunt extra officium, ob id in illa infamia requiritur expressa priuatio, & tacita non sufficeret, ut diximus, & hanc considerationem fecit Salycet. in d. l. qui depositum, C. depositi.

Aliæ sunt etiam causæ, quæ sunt idoneæ ad priuandum tabelliones officio, quæ & ipsæ sub maleficio genere comprehendi possunt, ut apud glosam habetur in §. pen. in uerbo, documentis, Auth. de tabellionib. & apud Specu. in d. §. restat, num. 35. uers. quid si tabellio perdit, de instrum. edit. ubi notatur, quod scribere instrumenta pro heretico, aut pro alienatione rei sacræ est causa efficax ad priuandum officio tabellionem. & si uis scire plures casus, super quibus notarij conficere instrumenta prohibentur, uide Lucam de Penna in l. 1. in prin. C. ut nemo ad suum patrocinium, lib. 1. 1.

Vnum est tamen, quod non comprehenditur sub genere maleficiorum, & tamen est idoneum ad deponendum notarios, & hoc est, quando ipsi nesciunt bene scribere, aut litera eorum cum magna difficultate intelligitur, quia tunc creari non debent, & si ob incuriam electorum creati fuerint, debent deponi, quia reipublice interest, ut acta iudicialia, & instrumenta efficiantur de litera intelligibili, tum propter iudices, qui debent ea sine difficultate posse legere, tum etiam propter personas priuatas, quarum interest, ut causæ citò expediantur, quæ omnia tradit Afflict. in c. in locis de manij, num. 20. uers. decimo noto, de iudicib. ann. lib. 1. constit. regni, ad quem te remitto.

Et ita ex prædictis duobus capitulis habes satis abundanter examinatum materiam circa ualiditatem instrumentorum notarij tam puatiui, quam ueri, sed plures defectus patientis, ex quibus aperte cognosci potuit, an & quando quasi possessio notariatus transferat onus probandi in aduersarium.

ADDITIONES.

- a Procedere. Iason dicit hanc Bartoli decisionem esse pulchram, sed tamen duram, in l. Barbarius, sub numero 5. uers. ultra Baldum limita, ff. de off. prætor.
- b Extra. Pœna statutaria, an uires, & effectum suum extendat extra territorium, tã personas aggrauando ut sint infames extra territorium, sicut intra, quam bona confiscando, uel particularem, multam pecuniariam exigendo, uide Baldum in l. cunctos populos, num. 100. uers. que ad finem, C. de summa Trin.
- c Declaratoria. Cum pœna imponitur ipso iure sufficit

declaratoria criminis, nec est necesse proferre sententiam, quæ irroget pœnam, secundum cõem opinionem, quã ponit Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, reuertatur, num. 3. 8. uers. uerum sunt alij, C. de reuo. donat.

d Inquisitione. Damnatus ex inquisitione, an sit infamis. uide Sigismundum, in uerbo, infantia, libro de statutis Baldi.

SUMMARY.

- 1 Dicenti quem esse filium familias, incumbit onus probandi. Liber quis esse præsumitur. ibidem.
- 2 Nullus est filius familias, qui non sit natus de legitimo matrimonio. ibidem.
- 3 Filius familias, quis esse præsumitur, quando pater est in possessione patrie potestatis.
- 4 Quasi possessio patrie potestatis non prodest parenti, quando constat filium non esse natum in matrimonio.
- 5 Pater legans in testamento filie sue unum florenum pro legitima iure nature sibi debita, an uideatur probare filiam esse legitimam.
- 6 Legitima filiam non obstante lege, qui contra, C. de incestis nuptijs, uidetur fateri filiam esse incestuosam.
- 7 Sola nominatio non probat filiationem legitimam.
- 8 Ius educandi, & alendi filios proficiscitur a iure naturali.
- 9 Nulla differentia est in speculo iure nature inter filios naturales, & filios legitimos.
- 10 Filius est nomen nature, caro ex carne parentis decisa.
- 11 Proles naturalis quo ad naturale sedes habetur pro legitima.
- 12 Dicenti filium sui iuris esse, incumbit onus probandi, quando constat ipsum esse natum in matrimonio.
- 13 Patria potestas præsumitur durare, quando constat de suo initio, ibidem.
- 14 Pater probans filium fuisse natum in matrimonio, dicitur probasse illum esse in sua potestate.
- 15 Filius familias dicenti se emancipatum, incumbit onus probandi emancipationem.
- 16 Filius familias existens in quasi possessione sui iuris non releuatur ab onere probandi titulum sue quasi possessionis.
- 17 Quasi possessio repugnans originali statui non liberat possessorem ab onere probandi.
- 18 In personis non est inspicendus status illius primæ uel originis, in qua fuerunt homines ab initio creati.
- 19 Filius in dubio præsumitur in potestate patris, quando incertus de initio nascens secundum unam opinionem.
- 20 Nec filius familias, nec pater familias quis præsumitur, sed onus probandi incumbit ei, qui se fundat in patria potestate, uel in existentia sui iuris.
- 21 Filius non præsumitur in potestate patris, quando non constat de matrimonio.
- 22 Pater familias an ille sit, qui non est filius familias.
- 23 Nemo liber, neque seruus præsumitur.
- 24 Testamentum filij non ualet, licet esse in possessione libertatis, & communiter ab omnibus sui iuris reputabatur.
- 25 Testamentum illius serui ualet, qui tempore mortis communiter pro libero habebatur.
- 26 Testamentum serui reputati liberi ualet in iudicio possessorio, secus in petitorio.
- 27 Seruus quando est in possessione libertatis, habet præsumptionem in fauorem, ut sit liber.
- 28 Filius familias, quando est in possessione sui iuris, habet præsumptionem in contrarium, idest præsumitur quod sit in potestate patris. ibidem.
- 29 Lex æquiparat probationem filij, & serui, quo ad modum probandi.
- 30 Filius, & seruus in genere considerati releuantur ab onere probandi.

- bandi, quando sunt in possessione sui iuris.
- 28 *Seruus existens in possessione libertatis non praesumitur liber, quando possessio repugnat primae naturae.*
 - 29 *Emancipatio filij non praesumitur. Manumissio serui non praesumitur, nisi probetur. ibidem.*
 - 30 *Testamentum serui communiter sui iuris reputari valet, quando de primo statu serui ignoratur.*
 - 31 *Textus in lege tertia, ff. ad Macedonianum, procedit in odium Senatus Consulti Macedoniani.*
 - 32 *Testamentum non potest validari a longa possessione sui iuris, quia testans debet esse certus de conditione sua.*
 - 33 *Opponens quod contractus non valet, quia est filiusfamilias, aut quod non potest stare in iudicio sine consensu patris, an debeat probare suam oppositionem.*
 - 34 *Lapsa termina probatorio concedenda est noua dilatio actori, quando reus opponit malitiosam exceptionem.*
 - 35 *Deo datur dilatio excedens instantiam triennale, quando actor protraxit tempus.*
 - 36 *Filius si per decennium steterit in possessione libertatis, praesumitur liber.*
 - 37 *Filius habitans seorsum a patre, per decem annos, praesumitur emancipatus si hoc allegat.*
 - 38 *Filius principaliter agens aduersus patrem, ut pronuntietur liber, non iuuatur a possessione decennali. Libertas a filio, & a seruo non praescribitur nisi per spatium viginti annorum, ibidem.*
 - 39 *Longa possessio libertatis sufficit ad validanda gesta filij ex parte testamento.*
 - 40 *Emancipatio inualida concurrens cum decennali possessione libertatis sufficit ad faciendum filium liberum.*
 - 41 *Quomodo probetur filium se gessisse pro emancipato.*
 - 42 *Emancipationis instrumenti forma qua sit.*
 - 43 *Emancipatio non potest fieri ad unum actum.*
 - 44 *Emancipatio an fieri possit per procuratorem.*
 - 45 *Procurator potest constituui ad faciendum illa omnia, quae possunt fieri a principali.*
 - 46 *Filiusfamilias obligans se alicui, & postea nolens soluere uigore statuti irritantis contractum factum a filiofamilias, an cogi possit soluere.*
 - 47 *Filiusfamilias iurans se esse patremfamilias, cum non esset verum, an obligetur ex illo contractu.*

ARGUMENTVM.

Cui incumbat onus probandi quem esse filiumfamilias, an veropatremfamilias.

C A P. XXIII.

SOLVTIS seruis, nunc opportunè subsequitur materia eorum, qui nascuntur ingenui, quo in loco uidentur esse, ad quem spectet probatio, an ad eum, qui dicit quem sui iuris esse, an ad illum, qui filiumfamilias esse contendit.

Vnde per declarationem huius tractationis duos casus distinguemus: alterum, quando de legitimo initio filij incerti sumus; alterum, quando constat de legitimo initio nascentis ob matrimonium inter parentes contractum.

Priore casu regula est, ut ei, qui dicit quem filiumfamilias esse, incumbat onus probandi, nam talis praesumitur esse liber, textus est in l. Titia, ff.

sol. matrim. & notat Barto. in conf. 42. uisa inquisitione facti, in prin. ubi dicit, nullum esse filiumfamilias, nisi sit natus de legitimo matrimonio, sed matrimonium non praesumitur, nisi probetur, ut dixi in cap. 3. sup. eod. ergo nec filius praesumitur alieno iure subiectus, quod idem tenuit Corn. in conf. 68. in sua subscriptione, quae incipit, placet mihi, in litera P. uerf. pro ut dicimus, uolum. 1. & ita debet intelligi Iason in l. post dotem, num. 2. uerf. tertio iste textus dicit, ff. sol. matrim. & notat Alciat. in praesumpt. 2. num. 5. uerf. declaratur secundo praedicta regula, reg. 2. & Corn. in consilio 204. quamquam uideatur, in prin. & litera F. uerf. nec non obstant adducta in contrarium, & in cons. 208. quamquam in hac consultatione, in litera D. uerf. sed his non obstantibus, uol. 3. & ita debet intelligi Decius in l. si emancipati, sub num. 3. uerf. praedictis tamen non obstantibus, C. de collat. & Beroius in consilio 19. in causa, columna finali, uolumine 2.

Quae regula limitatur, ut non procedat, quando pater esset in quasi possessione patriae potestatis, quoniam tunc filiusfamilias praesumeretur, ut ait Corn. in d. conf. 68. in lit. P. uol. 1. & in d. conf. 208. in lit. D. uol. 3.

Et haec quidem limitatio intelligitur esse uera, quando sumus dubij de matrimonij ueritate: tunc enim respectu filiorum matrimonium praesumitur in eorum fauorem, ut dixi in cap. 3. nu. 5. uerf. sed aduersus praedicta, & in cap. 15. num. 44. cum seq. uerf. secundus casus est. sup. eo.

Quae possessio iuuat etiam filium in petenda successione paterna concurrentibus debitis coniecturis, ut ait Alciat. in praesumpt. 38. sub num. 7. uerf. secundus est, reg. 3. de qua materia uide, quae dixi in cap. 6. num. 17. uerf. tertia conclusio, cum seq. supra eo.

At secus est, ubi sumus in claris, & aperte constat, nullum inter parentes fuisse matrimonium aut uerum, aut praesumptum, quoniam tunc quasi possessio nihil prodesset, ut potè contraria ueritati, & primo statui, in quo filius natus est liber, cuius libertas originaria sicut non potest immutari nisi per seruitutem adoptionis, uel arrogationis, ita non potest talis adoptio, uel arrogatio praesumi, nisi probetur, cum in facto consistat, iuxta illa, quae diximus in seruitute praediali, quae cum sit contraria naturali praediorum libertati, non praesumitur extrinsecus imposita, nisi probetur, ut habetur in cap. 19. num. 14. sup. eo.

Iterum fallit haec conclusio, quando pater legasset in testamento filiae suae Titiae unum florenum pro legitima iure naturae sibi debita: nam per ista uerba uidetur probari, Titiam esse legitimam, & in potestate patris, ex quo non possent uerificari in filia simpliciter naturali, quoniam illi non debetur aliqua legitima iure naturae. Si quis autem, Auth. quib. mod. natur. efficiant. sui. & illa uerba (iure naturae) posita ad executionem legati declarant confessionem patris, qualiter assererat eam legitimam

legitimam, pro ut in simili dixit Bald. in l. eam quae, num. 36. uerf. sed pone, quidam, C. de fideicom. ubi tamen aliquis legitimans filiam non obstante l. qui contra, C. de incest. nupt. uidetur fateri eam esse incestuosam, & ita argumentatur Alciat. in dicta praesumpt. 2. numero sexto, uerf. limitem, limitauit istam opinionem, reg. 2. ubi dicit in contingencia facti ita tenuisse.

Sed ista limitatio quamuis ingeniosa sit, tamen in iure nostro periculosa uidetur, & dubium contra illam fuit, quia matrimonium alio non docto non praesumitur, ut saepius iam dictum fuit.

Nec quidpiam suffragantur illa uerba testamenti superius relata, quia dicitur ex illis non induci nominationem, & dato etiam, quod induceretur, adhuc respondeo, regulam iuris esse in contrarium, ex qua dicimus solam tamen nominationem non probare filiationem legitimam, ut ait Crau. in consilio 249. in causa nobilis, numero 10. uerf. & quia Doctores considerant, & Menoch. in casu 89. numero 77. uerf. tertia coniectura, libro secundo. cent. 1. de ab. iud. & Cæphal. in consilio 593. consultatio, numero decimonono, uerf. secundo respondetur, uolumine quarto, & dixi in capitulo decimoquinto, numero 85. uerf. sexto limita, supra eod.

Nec obstat quod simplex nominatio sufficiat in casu auth. si quis liberos, C. de natur. liber. ubi per nominationem a patre factam in testamento filius efficitur legitimus.

Quia respondetur dispositionem illius textus non ita simpliciter esse intelligendam, sed opus esse, ut multa alia concurrant, quae in casu Alciati non constabant, de cuius authenticæ intellectu uidebis ea, quae dixi in cap. 17. nu. uerf. tertio legitimatio. sup. eo.

Item non obstant alia uerba testamenti, uidelicet (pro legitima iure naturae debita,) quae uerba quoniam non possunt, (ut inquit Alciat.) uerificari in filia simpliciter naturali, cui nulla debetur legitima iure naturae, ideo debent uerificari in filia legitima, & in potestate. Quia responderi potest, quod imò in filia simpliciter naturali uerificatur, cum tamen de iure naturali ius educandi, & alendi filios omnino proficiatur, ut habetur in §. 1. Instit. de iure natu. & licet ius civile postea restrinxerit hoc ius naturale ad filios duntaxat legitimos, attamen inspecto iure naturae nulla est differentia inter filios naturales tantum, & inter filios legitimos & naturales, ut habetur in §. liceat igitur sicut praediximus, Auth. quib. mod. natur. efficiant. legitimi.

Pro quo facit illud, quod notauit Bal. in c. quae in ecclesiarum, nu. 86. sub uerf. soli legitimi, extra de consti. ubi dicit, quod filius est nomen naturae, scilicet geniturae, caro ex carne parentis decisa, & ex lumbis parentis transmissa per uias feminales, & ob id natura communis est illegitimis, ad idem facit etiam quod tradit Ancha. in cons. 25. uerf. prima facie, nu. 9. uerf. & uerisimile est, col. pe. ubi tra-

dit, quod quo ad naturale sedus proles naturalis habetur pro legitima, l. adoptiuus, §. seruiles, ff. de ritu nupt.

Qua propter infertur, quod si naturale ius non facit differentiam inter hos filios, sed omnibus natura est communis, merito possunt illa uerba uidelicet (de iure naturae debita) uerificari tamen in filia simpliciter naturali, quam in filia iusta, ut dicamus, quod pater inspecto mero iure naturae illi filiae reliquerit illum florenum ex iure sanguinis naturalis debitum, ut diximus.

Secundo casu principali, quando constat de legitimo initio nascentis, eo quia probatum est inter parentes matrimonium fuisse contractum, tunc alia regula succedit, ut ei, qui dicit filium sui iuris esse, incumbat probatio, quia regulariter filius familias esse praesumitur, ut ait Bal. per illum text. in l. si filius, in prin. ff. de probat. ubi scripsit, quod patria potestas praesumitur durare, quando constat de suo initio, id est quod filius sit legitimus, & sequitur Corn. in d. conf. 68. in lit. N. uol. 2. & in d. conf. 204. in lit. F. uerf. nec obstant adducta in contrarium, uol. 3. & Alciat. in d. praesumpt. 2. reg. 2. & Iacobin. de Sancto Georgio in d. l. si filius, in prin. ff. de proba. & facit tex. egregius in l. si emancipati, C. de collat. & ibi Alex. in prin. & las. in 2. notab. & Roma. nu. 4. uerf. tertio nota, & Cagnol. nu. 80. uerf. tu aduerte, & Cuman. in l. heres, nu. 8. uerf. ibi ergo, & hic filius, ff. de acq. hered. & ita debet intelligi Gramm. in decis. 12. Hector, num. 11. uerf. nam apparente paternitate, & Guliel. Bened. in c. Raynutius, in uerbo, matrem insuper Clera, in prin. extra de testamen.

Et hoc est illud, quod uolunt intelligere Barto. in d. l. Titia, num. 1. uerf. quæro quomodo, ff. solu. matrimo. ubi tradit, ex eo, quod pater tamen probauerit filium fuisse natum ex legitimo matrimonio, satis dici probasse illum esse in sua potestate, quod idem sequitur ibi Albericus, num. 3. uerf. quæro cui incumbat, & Paul. de Castro, num. 3. sub uerf. secundo modo intelligitur, colum. 2. & Feder. de Senis, in conf. 215. agit quidam, & Alex. in d. l. Titia, sub num. 5. uerf. in glossa finali, col. 2. & in l. is potest, num. 9. uerf. querit ab extra, ff. de acq. heredit. & ibi Iason, nu. 65. uerf. sed antiqui, col. 10. & Ioan. Campeg. in questione 96. de petit. & restit. dotis, & Cor. in d. l. si emancipati, num. 2. in prin. C. de collat. & Hieronym. Gabr. in consilio 22. Thomas, numero quarto, uerf. cum igitur non constet, uol. 1.

Ex quibus omnibus praedicta regula uno ore confirmatur, ut scilicet filiusfamilias quis esse praesumatur, quando constat eum fuisse natum ex legitimo matrimonio parentum suorum, quoniam patria potestas praesumitur durare, & ei, qui se dicit tamen emancipatum, incumbit onus probandi, dicta l. si emancipati, & ibi Doctor. C. de collat. & Bald. in d. l. si filius, ff. de probat.

Quae regula adeo uera est, ut extendatur quoque ad eum, qui est in quasi possessione sui iuris, quia

quia nec talis possessio releuaret ipsum filium possessorem ab onere probandi titulum suæ quasi possessionis, ut ait Alber. in d. l. Titia, sub num. 3. uer. si uero confitetur. ff. sol. matrim. & ibi Petrus, & Baldus, qui citat eum, sub num. 2. uerf. quæro hic, quare pater, & Alex. in d. l. is potest, num. 9. uerf. quærit ab extra, ff. de acqui. hered. & Iason in d. l. si emancipati, in secundo notabi. uerf. limita tamen istud, C. de collat. & in dicta l. is potest, num. 65. uerf. sed antiqui, colum. 10. & Bened. in d. c. Raynutius, in uerbo, matrem insuper Cleram, num. 4. uerf. & propterea, extra de testam. & Iacobin. in dicta l. si filius, in prin. ff. de prob. & Campenius in d. q. 96. num. 2. de petit. & restit. dotis, & Iason in l. si prius, num. 44. uerf. nota istam regulam, ff. de oper. no. nunciat. & Anton. de Padil. in l. si ædibus, num. 3. uerf. inferturque, C. de seruit. & aqua.

Qui Doctores in eo fundamento nituntur, quod prædicta quasi possessio repugnat originario statui, in quo natus est filius de legitimo matrimonio, & consequenter in potestate parentis, ergo transferre non potest onus probandi in contradicentem, sed ea possessione non obstante debet ipse probare titulum, c. ad decimas, de restit. spolia. in sexto, & latè dixi in capitulo decimonono, supra eodem.

Contrarium tamen in hac ampliatione tenuit Decius in dicta l. si emancipati, num. 4. uerf. est tamen notandum, C. de collat. & ibi Cagnol. num. 83. uerf. limita prædictum, & Curtius iunior, num. 13. uerf. & ideo pro concordia, col. 3. & glos. in d. l. Titia, in uerbo, denegandam, ff. sol. matrim. & ibi Bartol. in prima oppositione, colum. 1. & in l. is potest, num. 15. uerf. uideamus qualiter, col. 4. ff. de acq. hered. & Tiraq. in q. 17. in 11. opi. num. 27. uerf. addes inquam, de iure primigen.

Nec obstat, quod quasi possessio non releuet possessorem ab onere probandi, quando repugnat primæuo statui. Quia respondetur, quod etiam si constaret filium esse natum in matrimonio, nihilominus dici non potest statum primæuum naturæ contradicere huic quasi possessioni libertatis, attento quod a principio naturæ omnes homines liberi nascebantur, & ius patriæ potestatis non descendit a iure naturæ, sed a iure ciuili Romanorū, per quam rationem dixit Decius argumentationem factam de statu primæuæ naturæ non bene adaptari ad eum, qui nascitur in potestate patris, ut hoc scripsit in d. l. si emancipati, num. 4. uerf. est tamen notandum, colum. 3. C. de collat. & Tiraq. in d. q. 17. in 11. opin. num. 29. uerf. at Philippus. de iure primigen.

Sed certè responsio hæc Decij non est bona, ad uersaturque communi sententiæ omnium dicentium in personis non esse inspiciendum si statum primæuæ originis, qua fuerunt homines ab initio creati, tum quia illæ primæ personæ extinctæ fuerunt, in quorū locum aliæ diuersi iuris per humanam generationem subrogatæ sunt, ut egregiè tra-

dit Salycet. in l. moueor, num. 2. C. si seruus exportatus. ueniat.

Tū etiam quia ius primæuum naturæ fuit potestea a iure ciuili in personis mutatum, & correctū, propter quod circa natiuitatem hominis debet attendi ius corrigens, non autem ius correctum, iuxta communem, & approbatam sententiā, quæ de iure personarum latius expressi in c. 18. num. 25. uerf. quod uero attinet, sup. eo.

Verum hanc materiam compendiosè resumendo, quod attinet ad primum caput, quæ scilicet incertus sumus de initio nascentis, ego dico tres opinioniones esse, quarū prima est, ut filius in dubio præsumatur in potestate patris, quam tenuit Alex. in l. si emancipati, in 2. notab. C. de collat. & Iason. qui se patris, sub nu. 34. uerf. & si tu subtilis, col. 7. in prin. C. unde liberi, & Ruin. in cōf. 109. in fine, uol. 1. & Soci. in cōf. 15. nu. 1. uol. 2. & Cæpol. in cau. 118. nu. 2. & Bero. I cōf. 19. nu. 3. uerf. 3. uol. 2.

Pro qua opinione faciunt omnes illi, qui dixerunt filium in dubio præsumi legitimum, cum legitimitas dependeat a matrimonio uero, uel præsumptiuo, quos latè cum ulaui in cap. 15. num. 2. supra eodem.

Sed ista opinio est falsa, siquidē ius patriæ potestatis inducit in filio seruitutem, quæ seruitus sicut non potest induci nisi per actū extrinsecum matrimonij, ita præsumi non potest, nisi matrimonium probetur, quod ab allegante semper probandum est, cum in facto extrinsecum uersetur, ut latè ostendi in d. cap. 3. in prin. sup. eo.

Secunda opinio fuit aliorum dicentium, neutrum præsumi, id est si neque filium familias, neque patrem familias, sed onus probandi incumbere ei, qui se fundat in patria potestate, uel in existentia sui iuris, cuius sententiæ fuit Roman. in l. hæres institutus, sub numero duodecimo, uersiculo, præterea an quis præsumatur, columna finali, ff. de acquirenda hered. & egregiè Cor. in consilio 208. quanquam, in litera F. uersiculo, & quod quis nō præsumatur, uolumine tertio. ubi dicit, quod ista theoricæ & legendo, & consulendo sibi uisa fuit, & uidetur esse probabilis, & idem tenet in dicta l. si emancipati, columna secunda, C. de collat. & ibi Decius in tertio notabili, & Cagnolus, numero 78. uersiculo, ex quo infertur, columna 12.

Tertia opinio est, ut filius in dubio nulla ratione si præsumatur in potestate patris, cum non constet de matrimonio, ut supradixi, numero primo, & hanc opinionem confirmant omnes illi, qui dicunt filium in dubio præsumi illegitimum, secundum magis communem sententiā, quam retuli in dicto capitulo uigesimo quinto, numero primo, supra eodem.

Sed cum filius non præsumatur in potestate patris, an per hoc præsumatur pater familias, id est sui iuris? & quidam tenent quod non, dicentes, & hoc ipsum esse probandum ab eo, qui se fundat in sui iuris existentia, ut patet in secunda opinione proxime relata. Alij dicunt quod sic, arbitantes

bitrantes eum esse si patrem familias, qui non est filius familias. quæ consequentia uera est, quando constat de conditione matris.

Cæterum si parentes prorsus ignorarētur, ego dico patrem familias non præsumi, qui non est filius familias, quia si nemo liber, neque seruus præsumitur, sed iudicandus est uel seruus, uel pater familias, secundum statum, in cuius possessione reperitur, ut uberrime dixi in cap. 18. num. 25. uersic. quod uero attinet. sup. eo.

Circa uero secundum caput, quando constat de legitimo initio nascentis ob matrimonium inter parentes contractum, ego dico, indubitatum esse conclusionem, ut onus probandi incumbat ei, qui dicit filium sui iuris esse, quia patria potestas præsumitur durare: quæ conclusio uera est, etiam si filius fuisset in quasi possessione sui iuris, quicquid alij dixerint. formata igitur hac conclusione, ut filius præsumatur in potestate patris, quando constat ipsum esse legitimum, non obstante possessione existentie sui iuris, iuxta communem opinionem, de qua supra dixi, num. 14.

Infertur, quod non si ualebit testamentum illius, qui erat in possessione libertatis, & communiter ab omnibus sui iuris habebatur, & reputabatur, aut per mortem patris ab omnibus creditam, aut per emancipationem, cum tamen neutrum esset uerum, ut ait Bald. in l. 2. in fine, C. de sentent. & Alex. in l. 1. num. 5. uerf. & hoc dicitur, C. de testam. & ibi Iason, nu. 4. uerf. istam legem, & Decius in d. l. si emancipati, sub nu. 4. uerf. & ad prædicta notandum est, col. 3. C. de collat. & ibi Cagnol. num. 85. uerf. restringe tamen, col. 13. & Alex. in cōf. 147. uiso themate, nu. 17. uerf. non obstat et, uol. 7. & Cotta in uerbo, opinio communis, lib. memor. & Gabriel. in conclus. 8. nu. 48. uerf. duodecimo limita, & num. 56. uerf. decimosextimo limita, de probat. & Guliel. Bened. in d. c. Raynutius, in uerbo, matrem insuper Cleram, nu. 4. uerf. immo plus dicit, extra de testamen. & Caphal. in cōf. 256. uidebatur prima fronte, num. 16. uerf. quod procedit, uol. 2.

In contrarium facit glossa communiter approbata in l. 2. in uerbo, seruus, C. de edicto diui Adri. tollen. ubi dicit si sustineri testamentum serui, qui tempore mortis communiter pro libero habebatur, quam glossam ibi Iason ponderauit aduersus superiorem Baldi opinionem, & alibi idem Iason dixit eam Baldi sententiā esse multum dubiam, ut hoc scriptum reliquit in l. Barbarius, numero decimonono, uersiculo, quartò notabiliter limita, ff. de off. prætor. & in hanc partem uidetur inclinasse Tiraquellus, in uerbo, de son marq. glosa octaua, numero 157. uersiculo, sed his omnibus, de legib. connub. & mouetur ex textu in l. tertia, ff. ad Senatufconsultum Macedonianum, & l. secunda, C. eod.

His tamen non obstantibus, non est recedendum a priori sententiā, quæ communis est, & ad obiectam glossam respondere Iason in dicta l. pri-

ma, numero quarto, C. de testamen. ubi dicit, illam procedere si in iudicio possessorio, in quo tractatur de modico præiudicio, at secus est in iudicio petitorio, & sequitur Cotta, in dicto uerbo, opinio communis, & Guliel. Bened. in dicto capit. Raynutius, in uerbo, matrem insuper Cleram, numero quarto, extra de testamen. pro quo faciunt ea, quæ dixi in cap. 19. numero 44. uersiculo, alio modo responderetur, supra eodem, & idem uoluit glos. in l. liber, C. de petit. hæredit.

Possumus etiam alio modo dictæ glossæ respondendo dicere, quod casus sunt dispares, & hæc est differentia, quia seruus quæ est in possessione libertatis, habet si præsumptionem in fauorem, ut sit liber, siquidem incumbit in statu, qui inest, uel est aptus inesse ab origine rei, cuius quasi possessio transfert onus probandi in contrarium, per textum in terminis in l. liberis, §. si quis ex seruitute, ff. de liberali causa, & dixi in c. 19. nu. 1. sup. eo.

Vnde stante hac præsumptione libertatis in fauorem serui, non est mirum, si pro testamento eius præsumitur. At secus est in nostro casu, in quo loquimur de filio, qui quoniam constat ab initio eum fuisse natum legitimum, ob id habet contra se præsumptionem, quod sit in potestate, nec illi quicquam prodesse poterit quasi possessio existentie sui iuris, quoniam talis status non potest inesse ab initio, sed penitus repugnat origini eius primæuæ in qua manifestum est, quod natus fuit in potestate, & sic uides, quanta sit differentia inter hunc casum, & superiorem.

Nec obstat textus in l. si filius, ff. de probat. ubi quo ad modum si probandi lex æquiparat probationem filij, & serui, ut notat Alciar. in præsumpt. 2. num. 2. reg. 2.

Ex quo infertur, quod sicut seruus in possessione libertatis præsumitur liber ad transferendum onus probandi in contradicentem. d. l. liberis, §. si quis, ex seruitute, ff. de liber. causa.

Ita debemus idem dicere in filio existente in possessione sui iuris.

Quoniam ad soluendam huiusmodi difficultatem respondeo, quod prædicta æquiparatio nō destruit nostram conclusionem, si modo rectè intelligatur. Quapropter dico, quod nos aut uolumus considerare filium, & seruum in genere, id est quæ nihil constat de illorum initijs, & tūc in dubio dico uerum esse, quod quasi possessio si sui iuris utrunque iuuabit ad præsumendos eos liberos, & ad transferendam probationem in aduersarium, prout de seruo dicitur in d. §. si quis ex seruitute, & de filio supra diximus in prima regula, in prin.

Aut uolumus considerare filium, & seruum in specie, id est quando constat de utriusque initijs, & tūc dico, quod sicut quasi possessio sui iuris nihil prodest filio tanquam repugnans originario statui in quo constat eum natum fuisse legitimum, ut supra diximus, ita nec est possessio libertatis proderit seruo per eandem rationem, quæ constabit hæc

quasi possessionem repugnare primæuæ nature, ut est

exemplum, quando constat seruum esse natum ex ancilla mea domi meae, nam si postea idem seruus constitueretur in possessione sui iuris, ego per eandem probationum æquiparationem dico, quod illa quasi possessio nihil cum iuuabit, prout neq; filium iuuat, quoniam est contraria origini primæ, in qua patet, quod ille est natus seruus meus: nam quemadmodum non præsumitur emancipatio in filio iusto, dicta l. si emancipati, C. de colla. Ita neque præsumitur manumissio in uero seruo, nisi probetur, ut ait Bal. in d. l. si filius, ff. de proba. Et ita per hanc declarationem, quam nulli Doctores considerauerunt, infertur, quod opinio glossæ dicentis præsumendum esse pro testamento ꝑ serui reputati communiter sui iuris, non procederet nisi in seruo, de cuius initio ignoraretur, at non posset habere locum in seruo, de cuius serui origine constaret, quoniam nõ obstante possessione sui iuris, ut potè contraria primæuo statui, adhuc præsumitur seruitus durare, sicut præsumitur in filio, quando constat eum fuisse natum legitimum, & sic optime sustinebitur opinio Baldi circa testamentum filij existentis in possessione sui iuris, quæ si intelligitur cum suprædicta declaratione, nulla erit controuersia inter ipsum, & glossam.

Nec obstat textus in d. l. 3. ff. ad Macedon. & in l. 2. C. eo. ex quibus iuribus Tiraquellus potissimum mouebatur. Quia respondetur illud esse speciale in odium Senatufconsulti Macedoniani, ꝑ secundum Innocent. in c. nihil, sub num. 3. uers. sed respondemus, colum. 2. extra de elect. & Alex. in conf. 138. opportunè, sub num. 7. uers. his consonat sentent. Innocentij, col. 4. uol. 1.

Vel dici potest, illos textus loqui in possessione longa per decennium, quæ ualiditatem illius contractus operabitur, prout sic eos intelligunt Bald. Iacobinus, & Salycet. in l. 2. C. si aduers. rem iud. & Iason in d. l. si emancipati, sub num. 2. uers. tu limita.

Sed testamentum nullo pacto ꝑ ualidari potest, quia condens testamentum debet esse certus de conditione sua, ut inquit Cagnol. in d. l. si emancipati, num. 85. uers. restringe tamen. col. 13.

Secundo ex prædicta regula infertur ad illam notabilem practicam, & mirabilem ꝑ cautelam, quam posuit Angel. in d. l. hæres institutus, ff. de acqui. hæred. ubi dicit, quod de iure communi, & etiam de iure statutorum Italiæ, nonnulli casus, & nonnulli contractus sunt prohibiti filijsfamilias, ideo debes esse cautus, ut in iudicio in fine instantiæ opponas, quod tuus aduersarius est filiusfamilias, & quod per consequens contractus non ualeat, aut quod non potuit stare in iudicio sine consensu patris. l. fin. C. de bonis quæ liber.

Et quoniam præsumptio est contra ipsum, ut scilicet ipse sit in potestate paterna, ut uidimus, iõ succumbet in causa ob nullitatè processus, nec poterit probare se patremfamilias esse, cū iam sumus in decisorijs, & tempus probatorium sit elapsum,

quam cautelam sequitur Cepol. in d. cãut. l. 18. & eam uidetur approbare Iason in d. l. si emancipati, nu. 3. uers. ista faciunt ad notabilem, C. de colla. & expresse eam commendat Barbat. in conf. 10. difficile est, uers. unde singulariter dixit Angelus. col. 3. in princ. uol. 3.

Sed hanc cautelam non sequitur Bal. in l. si. necessitate, in fine, C. de bonis quæ liber. & Angel. in specie reprobaui Cuma. in d. l. hæres, nu. 8. uers. ibi ergo & hic filius, ff. de acqui. hæred. & ibi Rom. nu. 12. uers. itè per hanc glossam, & Imo. in l. sed et si de sua, ff. eo. & ibi Alex. nu. 6. uers. & istam glossam dicit, & Pau. de Cast. ibi in §. sed & si cum esset, nu. 1. uers. Dñs; Angelus notat, & Cagnol. in d. l. si emancipati, nu. 93. uers. ex prædictis inferri potest, & ibi Cart. senior, nu. 10. uers. tertio notate, & Bartholo. de Capua in q. 20. sed quid dices.

Qui Doctores uarijs fundamentis, & diuersis rationibus impugnaverunt prædictam cautelam, quæ quidem neque mihi placet, non quia uera non sit illa præsumptio patrie potestatis, quam in hoc secundo casu uerissimam esse dico, sed eam non sequor per rationes, quas cõtra dictum Angelum copiose adducit Marfil. in l. si quis ne qõ. nu. 44. sub uer. constat et de utilitate, ff. de quest. ubi cõcludit, q. non obstante lapsu ꝑ termini probatorij concedendum est aduersario tps ad probandum, quod ipse est paterfamilias, & hæc fuit in proprijs terminis opin. o Speculatoris in §. j. nu. 44. uer. quid si postquam, de actore, ubi ait, quod si postquam productioni testiũ est renũtium, reus malitiosè ponit, actorem habuisse patrem legitimum, & hoc actore confitente reus neget, illum esse mortuũ, iudiciumq; sine ipsius consensu esse nullum, poterit nihilominus actor super hoc testes producere, cū sit nouus articulus, pro quo facit, qd notauit Alber. in l. 1. §. edenda, nu. 2. ff. de ed. ubi ait, q. sicut qñ actor protraxit tempus, datur reo dilatio excedens instantiam triennalem, ita etiam danda est actori, si reus tẽpus protraxisset, & hoc etiam tenuit Bartholom. de Capua in d. q. 20. in fine, ubi uoluit, ut possit actor probare mortem patris per famam publicam, imo etiam tradit, quod Iudex ex officio suo possit hanc exceptionem reijcere.

Non omitto et, quod mihi nõ placet aliud Angeli fundamentum, q. facit, affirmando, quemlibet præsumi uiuere centum annos, qm istud est falsũ, & contra magis cõem, & magis ueram opinionè, de qua loquutus sum in c. 7. num. 23. sup. eo.

Limitabis tamen prædictam conclusionem, ut non habeat locum in longa possessione sui iuris, ueluti per decennium, quoniam filius si per totũ temporis ꝑ extitisset in possessione libertatis, & publice paterfamilias plerisque uisus fuisset, sic agendo, sic contrahendo, sic muneribus fungendo, iuxta textum in dicta l. tertia, ff. ad Macedon.

Tunc ob tam longam possessionem præsumeretur liber, sicut idè quoq; diximus in l. oga possessione seruitutũ prædialiũ, & in specie de filio notauit Ias. l. si emancipati, sub nu. 2. uer. tu limita, nisi

nisi filius, C. de collat. ubi dicit, quod si filius habitauerit ꝑ seorsum a patre per decem annos, præsumitur emancipatus, si hoc allegat, quod idè scriptum in l. si prius, nu. 44. uers. nota istam regulam, ff. de oper. no. nunciat. & Guliel. Bened. in d. cap. Raynuius, in uerbo, matrem insuper Cleram, in princ. extra de testamen. & Barbat. inter consilia Alexandri, in consilio 135. & quidem uiso, num. 2. uers. & adduco quod pulchre, uolumine 4. & Iason in l. si certis annis, numero 9. uers. septimo facit, C. de pact.

Et licet alij dixerint ad ualidanda gesta sufficere minoris temporis spatium, inter quos est Decius in d. l. si emancipati, numero 4. uer. & in quasi possessione, C. de colla. & ibi Cagnol. nu. 83. uers. limita prædictum.

Tamen præcedens opinio uidetur esse communior, quam pariter sequitur Alcia. in d. præsump. 2. num. 2. uers. tu salua, regula 2. ubi dicit, rationè istius limitationis esse, nam ex quo pater permittit filium stare in huiusmodi quasi possessione per decennium, licet filius talis tempore non præscripserit liberationem a patria potestate, acquisiuit tamen quasi possessionem existentia sui iuris, ex quo per negligentiam decennij pater amisit quasi possessionem patrie potestatis, prout regulariter est in qualibet possessione ciuili. l. prima, in gl. magna, in fine, C. de seruis fugitiuis.

Ex quibus præsupponere uidetur Alciatus, solam possessionem decennalem profuturam esse filio agenti principaliter aduersus patrem, & alios fratres, ad inducendam præsumptionem, quod ipse sui iuris omnino sit, quæ res (pace illius docti uiri) in iure nostro nõ cõsetur esse uera.

Proinde aduertendum est pro declaratione huius limitationis, quod filius aut principaliter agit aduersus patrem, ut pronuntietur sui iuris, & a patris uinculis solutus, & tunc dico illam solam, ꝑ simplicem possessionem decennalem non sufficere, quia libertas a filio, & a seruo non præscribitur, nisi per spatium uiginti annorum, ut ait gl. in l. 1. in uerbo, cum diu, C. de patria potest. & Castrenf. in l. 2. C. si aduersus rem iud. & ibi Aretin. & Iacob. de Sancto Georgio, & idem in l. si filius, in princip. ff. de probat.

Aut agitur non de patria potestate, sed de ualiditate actuum, quæ tanquam paterfamilias sub illa decennali possessione sui iuris fecit, & tunc ad omnia ꝑ gesta ualidanda, quæ aliter ualere non possunt, ad eum præsumendum sufficet illa possessio longa (excepto tamen testamento, ut diximus) & hæc est doctrina, & magistralis declaratio Baldi in dicta l. secunda, numero quinto, uers. iuxta hoc quæro, C. si aduersus rem iud. & ibi egregie, & distincte Iacobin. numero 5. uers. in hac glossa.

Illud autem certissimum est; quod si unà cum decennali possessione probaret quoque filius emancipationem fuisse factam a patre, tunc ꝑ ea prodeffet ad faciendum illum omnino emancipatum,

tum, etiamsi emancipatio esset inualida ob defectum solemnitatis, uel alio quouis modo, quia in eiusmodi iurium præscriptione sufficit etiam titulus erroneus, & ita dicit Iacobin. in dicta l. si filius, in prin. ff. de probat. & Castrenf. in dicta l. 2. C. si aduers. rem iud. & ibi Aretin. & Iacobin. de Sancto Georg. in fine, ubi dicunt sic esse intelligendum textum in l. post mortem, ff. de adopt. ubi uide omnino Alber. numero quarto, uers. sculo, si ergo quæretur, columna 2. & Barbat. inter consilia Alexandri, in dicto consilio 135. numero duodecimo, uers. sculo, & adduco quod pulchre, uolumine quarto.

In hoc autem loco quæri potest, quomodo probetur, quem se gessisse pro emancipato ꝑ spatio decem annorum, aut uiginti, & dic esse probandum, quod in dicto tempore ipse exercuit actus emancipatis, uel existentibus sui iuris dum taxat conuenientes, ut sunt actus testandi, mutuum recipiendi, in iudicio per se existendi, bona per eum acquisita prohibita disponendi, & similia, iuxta textum in l. tertia, ff. ad Macedon. Si enim probaret actus indifferentes, qui conueniunt tam existenti in potestate paterna, quam emancipato, non esset bona probatio, ut scienter ait Salycetus in dicta l. secunda, numero quarto, uers. sculo, quæro iuxta hæc, C. si aduers. rem iudica. & ibi ante ipsum Bald. numero sexto, uers. sculo, secundo quæro.

Forma uero ꝑ instrumenti emancipationis qualis sit, uide Specu. in §. primo, numero decimo sexto, uers. sculo, emancipationis autem, de natis ex lib. uentre.

Quæ quidem emancipatio debet esse generalis, quia ad unum duntaxat ꝑ actum filius non potest emancipari, ut concludit Iacobin. in dicta l. si filius, in prin. ff. de probat.

An autem possit emancipatio fieri ꝑ procuratorem, solet aliquando quæri, quam quæstionem ego uidi de facto, & interrogatus respondi quod non, per textum in l. nec mulierem, C. de uend. libert. & ita tenet Bartol. in l. post mortem, §. finali, numero primo, ff. de adopt. & in l. Galus, §. forsitan, sub numero primo, columna fina. ff. de liber. & posthumis, & ibi Iason, numero septimo, uers. sculo, tertio in quantum, columna penultima.

In contrarium abijt Angel. in consilio quadragesimo quarto, pater quidam, ubi dicit, ꝑ omnia posse fieri per procuratorem, quæ possunt fieri per semetipsum, nisi specialiter prohibita reperiuntur, & Angel. sequitur Alexander in dicto §. forsitan, in fine. Prima opinio est tutior.

Quid autem iuris sit, quando filiusfamilias ꝑ existens in non longa quasi possessione sui iuris, obligauit se ex causa onerosa Titio, & postea nolebat soluere stante statuto, ut filiusfamilias non possit se obligare sine consensu patris, uide Alciat. in dicta præsumpt. secunda, numero tertio, reg. secunda.

Et quid dicendum sit de eo filiofamilias, qui iuravit se esse patremfamilias, uel habitare seorsum a patre, cum neutrum esset uerum, an contra huius tualcat? uide Gram. l. dec. 12. Hector, & Annibal.

S V M M A R I V M.

- 1 Homo quanto plus crescit, tanto magis discescit.
- 2 Homo tunc demum desinit mori, quando desinit uiuere.
- 3 Homo quotidie moritur, quia quotidie demitur aliqua pars uitae, & tunc quoque cum crescimus, uita decrescit.
- 4 Aetatem is probare debet, qui se fundat in aetate.
- 5 Aetatem siue maiorem siue minorem is debet probare, in quam Iudex onus probandi transtulit.
- 6 Iudex in iudicio statim serendo potest iudicare secundum conscientiam informatam ex oculari inspectione.
- 7 Sententia lata super aetate, an sit interlocutoria, & an transeat in rem iudicatam.
- 8 Sententia super aetate transit in iudicatum quo ad faciendam praesumptionem translationum oneris probandi in contrarium.
- 9 Iudex non potest transferre onus probandi aetatem in aliquem, nisi quando ipse est in dubio.
- 10 Sententiam latam super aetate non potest Iudex suo arbitrio reuocare, nisi contrarium fuerit a parte probatum.
- 11 Sententia contrario imperio non reuocatur, quae uim definitiuae habet.
- 12 Iudex in dubio debet pronuntiare in fauorem maioris aetatis.
- 13 Sententia lata super aetate non transfert onus probandi in aduersarium, nisi eo citato.
- 14 Aetas siue maior, siue minor probanda est ab eo, qui se fundat in aetate.
- 15 Aetatis allegatio proposita negatiue, probanda est ab eo, qui aetatem negatiue allegat.
- 16 Institutus haeres cum fuerit certa aetatis, si petierit hereditate, debet aetatem probare.
- 17 Aetas probanda est ab eo, cui fuit a Papa prouisum de beneficio, si legitima est aetatis, etiam nemine opponente.
- 18 Conditionis implementum probandum est ab eo, cui fuit aliquid sub conditione concessum.
- 19 Aetas, quando non est posita in conditione, ita demum probanda est ab eo, qui se fundat in ea, quando aduersarius eius illi se opponit.
Beneficia ecclesiastica petens debet aetatem legitimam probare, etiam nemine opponente, siue aetas sit posita in conditione expressa, siue tacita, ibidem.
- 20 Beneficia mandantur conferri petentibus sub tacita conditione, si legitima sint aetatis.
- 21 Aetas nulla facit quem dignum praesse diuinis, & aliorum animabus, nisi ex dispensatione, & gratia.
Beneficiorum collationes, gratis appellantur, ibidem.
- 22 Officia secularia petens, ut est officium in Reipublica, non habet necessitatem probandi legitimam aetatem, quando nullus se opponit.
Aetate idoneus quilibet esse praesumitur, ibidem.
- 23 Officia secularia petenti incumbit onus probandi legitimam aetatem, quando concedens officium hoc exigit a petente.
- 24 Aetatis legitima probatio potest omitti, quando Iudex uidet eam non esse necessariam, non obstante partis oppositione.
- 25 Substituto pupillariter, an incumbat onus probandi institutum esse mortuum in pupillari aetate, quando ipse uult ex pupillari substitutione succedere.
- 26 Probare is debet filium esse mortuum in pupillari aetate, qui uult matrem excludere a successione pupilli ex eo, quia non petijt illi dari tutorem.
- 27 Qui uult aliquem excludere a iure, quod sibi de iure nature, uel civili competit, debet probare id, per quod ille excludatur.

- 28 Haeres illius, qui non poterat testari nisi cum ad uigesimum annum peruenisset, tenetur probare testatorem fuisse uigesime aetatis eo tempore, quo testamentum condidit.
Aetas non praesumitur idonea in praedictum tertij, ibidem.
- 29 Aetas est probanda, quando est causa danda actionis.
Negatiua est probanda a negante, quando est causa danda actionis, ibidem.
- 30 Filius pupillus fideicommissio grauatus cum libera facultate testandi, si moriatur cum testamento, an haeredi incumbat onus probandi ipsum fuisse legitime aetatis, quando fecit testamentum.
Actus quando habet debitam formam, praesumitur habitus respectu aetatis legitime, ibidem.
- 31 Aetatem debet is probare, qui dicit testamentum fuisse factum a persona aetatis illegitime.
- 32 Aetas minor probanda est ab eo, qui dicit se non teneri responde positioni sine curatore, quia minor est.
- 33 Actor, & reus debent aetatem probare, quando in ea se fundant.
- 34 Aetas minor probanda est ab eo, qui petit tanquam minor restitutionem in integrum.
Reus dicens actorem excessisse aetatem ad petendam restitutionem, debet aetatem maiorem probare, ibidem.
- 35 Aetas legitima probanda est a clerico, qui petit electionem de se factam confirmari.
- 36 Aetas minor probanda est ab eo, qui dicit electionem esse cassandam, quia facta est de persona aetatis illegitime.
- 37 Aetas illegitima probanda est ab eo, qui uult actum iam perfectum impugnare.
- 38 Actus habens suam debitam formam, praesumitur celebratus cum persona legitima etiam respectu aetatis.
- 39 Minori incumbit onus probandi aetatem minorem, quando ratione aetatis impugnat contractum.
- 40 Aetas minor probanda est ab eo, qui dicit professionem monachi fuisse factam a minore, uel testamentum fuisse factum a pupillo.
- 41 Aetas certa inest professioni, & matrimonio.
Aetas idonea, an sit probanda ab eo, qui probat professionem, uel matrimonium? ibidem.
- 42 Aetas idonea praesumitur in contrahente, etiam si nihil opponatur.
- 43 Aetas maior probanda est ab eo, qui dicit eum fuisse maiorem eo tempore, quo fuit illi a Iudice tanquam pupillo, uel adulto, datus tutor, uel curator.
- 44 Leges non praesumunt, neque pro aetate maiore, neque pro aetate minore.
- 45 Aetas probanda est ab illo, qui eam dicit esse illegitimam, ubi non est causa petitionis.
- 46 Aetas probanda est ab eo, qui dicit aduersarium suum non posse se agere sine curatore, qui est minor.
- 47 Aetas minor probanda est ab eo, qui dicit aliquem non posse esse procuratorem, quia est minor.
- 48 Aetate, & moribus habilis quis esse praesumitur ad faciendum actum.
- 49 Maior aetate, an quis in dubio praesumatur.
- 50 Aetas non est probanda ab eo, qui praesumptione iuris habet in fauorem.
- 51 Aetatis probatio fit per coniecturas, & praesumptiones.
- 52 Minori petenti restitutionem in integrum non incumbit probatio aetatis, quando fuit illi datus a Iudice curator ad litem.
Minor quis praesumitur ob decretum Iudicis, ibidem.
- 53 Tutelam dicentis esse finitam incumbit onus probandi maiorem aetatem.
- 54 Aetas minor ob dationem curatoris praesumitur non solum in praedictum illius, cuius causa datus fuit curator, sed et in praedictum tertij, quando datus fuit cum causa cognitione.
- 55 Curatoris datio ad faciendum praesumi minorem aetatem, non praedictat non citatis.
- 56 Minor dolose probans se maiorem, praesumitur maior, quo ad omnia.
- 57 Aetatis probatio omnibus praedictat, quando facta fuit citatis omnibus per generale proclama.

Minor

- 58 Minor quis praesumitur ob decretum tutela fuisse eo tempore, quo tutela decreta fuit, sed secus quo ad alios actus postea celebratos.
Argumentum, nec praesumptio a praeterito in praesens non ualet in his, quae cursu temporis mutantur, ibidem.
- 59 Adultus debet facere, ut Iudex, quando illi dat curatorem, pronuntiat ipsum ex aspectu esse certae aetatis, ut puta 15. uel 16. annorum.
Minor, qui petit restitutionem in integrum, debet lesionem, & minorem aetatem probare, ibidem.
- 60 Minor an praesumatur esse intra tempus petendae restitutionis.
- 61 Minori sufficit probare se minorem, & dicens tempus petendae restitutionis esse lapsum, probare debet.
- 62 Aetas probatur uerbo, & praesumptiue.
- 63 Aetas uerbo, quomodo probetur.
- 64 Aetas praesumptiue probatur per aspectum.
- 65 Aetatis probatio circa excessum relinquitur arbitrio testis.
- 66 Aetatis probatio, an fieri possit per uerbum forsitam, uel circa, & infra, num. 67.
Aetas non cognoscibilis ab omnibus, reseruat cognoscenda, uel a Iudice, uel ab illis, quibus hoc Iudex commiserit, ibid.
- 67 Aetas quo casu possit probari per uerbum circa, uel forsitam.
- 68 Aetas minor filij praesumptiue probatur ex numeratione annorum inchoanda a tempore matrimonij contracti.
- 69 Filius praesumitur natus post matrimonium contractum, & non ante.
- 70 Filius an praesumatur natus in matrimonio, an ante matrimonium, quando constat de fornicatione praecedenti.
- 71 Praesumptiones in probanda aetate, an uehementes esse requirantur.
Aetas probatur praesumptiue per librum patris, & scripturam Plebani, ibidem.
- 72 Bartolus de probatione aetatis repetitionem fecit, tanto ingenij acumine, ut nihil doctius desiderari possit.
- 73 Paulus de Castro dixit, se audiuisset a quodam Cardinali scholare Bartoli, quod in componenda dicta repetitione Bartolus quinque annis laborauit.
Paulus de Castro reprehendit eos, qui nimis festinanter uersus componebat.
- 74 Euripides reprehendit Alceiden Poetam, qui nimis festinanter uersus componebat.
Episcopus, & Abbatissa non possunt eligi, nisi sint triginta annorum, ibidem in additionibus.
Inquisitor hereticae prauitatis debet esse quadraginta annorum, ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

Cui incumbat onus probandi aetatem.

C A P. XXIII.



Nunc dicendum est de hominis aetate, quae statim a natiuitate nostra currere incipit, & nunquam in eodem statu permanet, sed in dies augetur, per cuius augmentum in dies quoque uita nostra minuitur, adeo ut etiam de homine merito dictum sit illud mirabile enigma; Quanto plus crescit, tanto magis decrescit, ut notauit Innocentius in cap. 22. lib. 1. de contemptu mundi.

Nati enim crescimus, & crescendo decrescimus: quia quanto plus aetas procedit, tanto magis uita

nostra ad finem accedit, ut possit dici, quod semper morimur, dum uiuimus, & tunc tandem desinimus mori, cum desinimus uiuere. Quocirca eleganter Seneca dixit, quod nos quotidie morimur, quia quotidie demitur aliqua pars uitae, & tunc quoque cum crescimus, uita decrescit, ut hoc scripsit in epist. 24. lib. 3.

Generalis itaque & in iure nostro communis est regula, ut ei, qui se fundat in aetate hominis, incumbat onus probandi, l. cum te, C. de probat. & l. si minorem, C. de in integr. rest. & Bartol. in conf. 92. in quaestione uertente, num. 1. uerf. tamen ueritas est, & in l. de aetate, num. 12. in q. 3. sub uerf. sumus expediti, ff. de minorib. & ibi egregie Alber. in prin. nu. 2. uerf. quero cui incumbat, & Archid. in c. si eo tempore, col. 2. uerf. sed cui incumbit probatio, de rescript. in 6. & ibi Ioan. Andr. num. 2. col. 1. & Domin. uerf. glo. super uerbo, idoneus, col. 3. & rursus Bartol. in d. l. cum te, C. de probat. & ibi Bald. num. 5. uerf. ut ergo melius intelligas, & Bartol. in d. l. si minorem, in prin. & in fine, C. de in integr. rest. & in l. 1. num. 12. uerf. uiso de modo excipiendi, ff. de except. & Bald. in §. exceptiones, in fine, uerf. sed quarto pone, Insti. de duplica. & Angel. in d. l. si minorem, C. de in integr. rest. & in d. l. cum te, C. de probat. & Castrenf. in d. l. si minorem, in prin. & ibi Aretin. in princ. & Abb. in c. in praesentia, num. 3. 2. uerf. sed quero quomodo, col. 1. 2. extra de probat. & ibi Anchar. nu. 14. uerf. qui ergo fundat, col. 3. & Ferret. num. 8. 1. uerf. ex quo fit communis conclusio, col. 3. 2. & Io. de Imola, in conf. 2. 3. in casu praemisso, num. 2. & Alex. in conf. 149. uiso processu, nu. 16. uerf. solum est uidendum, uol. 5. & Bald. in conf. 66. factum tale est, nu. 3. uerf. quo ad ultimum, & nu. 5. uerf. secundo quaritur, uol. 3. & Iacob. de S. Georg. in l. cum de aetate, in prin. ff. de probat. & ibi Florian. nu. 6. uerf. unde in communi concluditur, & Fely. in c. in praesentia, num. 2. 8. extra de probat. ubi dicit hanc esse communem conclusionem, & sequitur ibi Decius, nu. 166. in gl. in uerbo, secunda, & Decius in conf. 682. in causa Domina, nu. 16. uerf. praeterea pars, col. 2. & Alciat. in praesumpt. 14. nu. 2. reg. 3. & Cephal. in conf. 256. uidebatur prima fronte, nu. 64. sub uerf. ultimum pariter declinatur, uol. 2. & Riminald. iun. in conf. 5. 0. annis elapsis, nu. 83. uerf. quia ubi aetas, uol. 1. & Areti. in §. sed quemadmodum, num. 7. uerf. in glossa, impuberum, Instit. de Senatu scōf. Tertulliano, & Petrus a Ducn. in reg. 258. aetas, de reg. iur. & Borgnin. de tut. & curat. num. 293. uerf. nec ex eo.

Verumtamen quoniam ex hac regula tam generaliter proposita non percipitur clara, & perfecta huius rei cognitio, quae omnium utilissima est, cum ferè quotidie in causis forensibus usuueniat, idcirco conueniens est, ut tam magis praecise declarem: in qua quidem tractatione omnia casuum multiplicitate, & antiquarum opinionum controuersia, hanc rem tribus conclusionibus compendiose absolua.

Prior itaque conclusio hæc est, quod ætatem
 5 siue maiorem, siue minorem debet is ꝑ probare,
 in quem Iudex onus probandi transfuit, l. minor
 uiginti quinque annis adito, ff. de minorib. & no-
 tat Barto. in d.l. de ætate, in q. 5. sub num. 12. uers.
 & ideo in ista materia, col. antep. ff. eo. & latius di-
 xi in c. 13. lib. 1. & notat Socin. in cons. 3. num. 14.
 uers. & ex tali pronuntiatione, uol. 2. & pulchrè
 Bald. in cons. 2. uol. 4. & Specu. in §. 1. nu. 6. uers.
 uerius credo, de actore, & Abb. in d.c. in præsen-
 tia, sub nu. 32. uers. hoc est uerum, col. 12. de pbat.
 In hoc enim casu permittitur Iudici, ut secun-
 6 dum ꝑ conscientiam iudicet, quam habet infor-
 matam ex rei euidencia, id est oculorum inspectio-
 ne, ut notat Bar. in d.l. minor 25. annis, nu. 1. & ibi
 Bald. in secunda lect. in prin. & Alber. num. 3.
 7 Quæ sententia ꝑ cum sit interlocutoria, non
 2 transit in rem iudicatam, quia contrarium potest
 probari, ut notat idem Bal. in d.l. minor, in prima
 lect. num. 2. & in lect. secunda, num. 2. uers. quæro
 sententia, & in d. cons. 66. nu. 5. uol. 3. & Soc. iun.
 in d. cons. 3. nu. 2. uol. 2. & Salycet. in d.l. si mino-
 rem, num. 7. colum. 3. C. de in integ. restit.
 8 Vel potius dicere possumus eam ꝑ transire in iu-
 dicatum, quo ad præsumptionem faciendam, cui
 alio non apparente statur, sed secus quo ad exclu-
 dendam probationem, quæ contra pronuntiationem
 Iudicis fieri potest, ut notat idem Bald. in d.l.
 si honorem, num. 5. uers. quæro ulterius. C. de in
 integ. restit.
 Debet autem Iudex esse in hoc iudicio multum
 discretus, ut scilicet non aliter transferat onus pro-
 9 bandi in quem uelit, nisi quando est ꝑ in dubio,
 alioquin si qualitas aspectus faceret rem claram,
 & euidentem, ut est aspectus pueri, & aspectus ui-
 ri barbati, ualde absurdum foret, si puerum pro
 maiore, & senem barbaturam pro minore pronun-
 tiaret habendum, ut dixi in d. cap. 13. lib. 1. & no-
 tat Bald. in d.l. si minorem, num. 5. C. de in integ.
 restituen. & ibi Alber. numero 1. & Gramm. in de
 cif. 48. numero decimosextimo, & Menoch. in ca-
 10 su 117. lib. 2. de arb. iud. & Arctin. in d.l. si mino-
 rem, in prin.
 Nec ex eo, quod ista sit interlocutoria senten-
 tia, poterit eam Iudex ꝑ suo arbitrio reuocare,
 nam ita demum reuocatur, quando contrarium a
 parte probatum fuit, ut ait Bald. in d.l. minor 25.
 annis adito, nu. 2. in 2. lect. ff. de minorib. & in d.
 cons. 66. num. 5. uol. 3.
 At ubi nihil in contrarium est probatum, non
 potest Iudex interlocutoriam semel super ætate
 11 latam reuocare, sed pars ab ea poterit appellare, si
 quidem illæ sententiæ contrario ꝑ imperio non
 reuocantur, quæ uim diffinitiuarum habent, & il-
 læ uim diffinitiuarum habere dicuntur, a quibus
 appellari debet, ut egregiè notat Salycet. in d.l. si
 minorem, num. 7. uers. sed quæro an Iudex, C. de
 in integ. restit. ubi paulo post subiungit, quod in
 12 casu dubio debet ꝑ Iudex pronuntiare potius in
 fauorem maioris ætatis, quam minoris, licet hoc

dubitanter asseueret, sed infra uide, num. 49.
 Nec debet Iudex ad huiusmodi declarationem
 uenire, quo ad præiudicium alienum, nisi parte
 13 ꝑ præsentem, aut legitime citata, alioquin talis pro-
 nuntiation non esset efficax ad transferendum o-
 nus probandi in contradicentem, ut notat Bald.
 in consilio secundo, numero secundo, uolumine
 quarto, ubi dicit pronuntiationem ex aspectu la-
 tam minimè præiudicare non citatis quo ad gra-
 uandos eos onere probandi, quem sequitur Ma-
 fcard. in conclus. 667. num. 39. lib. 2. de proba. de
 quo tamen infra dicetur.
 Secunda conclusio est, quod ætas siue maior,
 14 siue minor ꝑ probanda est ab eo, qui se princi-
 paliter fundat in ætate, ut supra dixi in princi-
 pio, quod quidem ampliatur, ut procedat non
 solum si affirmatiuè, uerum etiam si negatiuè æta-
 tis allegatio proponatur, ut inquit Angel. in d.l. si
 minorem, C. de in integ. restit. minor. & in l. cum
 te, C. de probat.
 15 Ex quo patet non esse bonam ꝑ opinionem eo-
 rum, qui distinguebant inter proponentem æta-
 tem affirmatiuè, & proponentem negatiuè, ut pri-
 mo casu incumbat onus probandi, secundo non,
 quorum traditionem impugnat Bartol. in d.l. de
 ætate, num. 12. uers. sumus expediti. ff. de minorib.
 & Angel. in d.l. cum te, C. de prob. & Ioan. Andr.
 in cap. infamibus, col. pen. uers. circa secundum
 nec curo, de reg. iur. in sexto, & Lucas de Penna
 in l. 1. colum. fin. uers. sed Ioan. Andr. C. de fide in-
 strum. & iure hastæ ff. lib. 10. & Iacob. Menoch.
 in præsumpt. 50. num. 5. lib. 2. de præsumpt. & Sa-
 lycet. in d.l. cum te, sub num. 4. uers. istud consi-
 lium, colum. 2. C. de probat. & in dicta l. si mino-
 rem, uers. nec est curandum, colum. 1. C. de in-
 teg. restit. minor.
 Infertur autem ex hac cōclusionem, quod si quis
 b institutus sit hæres, cum fuerit certæ ætatis, uel
 si peruenerit ad legitimam ætatem, petens heredi-
 16 tatem ꝑ debet ætatem probare, cum sit princi-
 pale sue intentionis fundamentum, ut notat Saly-
 cet. in d.l. cum te, num. 4. uers. cum igitur quæri-
 tur, colum. 2. C. de prob. & Florian. in d.l. cum de
 ætate, sub num. 7. uers. quandoque allegatur & ter-
 tio, colum. 3. ff. de prob. & Bal. in d.l. cum te, nu. 7.
 uers. interdum allegatur ætas, col. 2. & Mascard. in
 conclus. 666. num. 46. lib. 2. de probat.
 Secundo infertur, quod si Papa mandauerit ali-
 cui prouideri de beneficio, si legitime est ætatis, de-
 17 bebitor, qui ꝑ uult consequi beneficium legitimam æ-
 tatem probare, cum sit ætas causa sibi dandæ actio-
 nis, ut ait Salycet. in d.l. cum te, sub num. 4. C. de
 prob. & ibi Bal. nu. 8. uers. similiter si Papa, col. 2.
 Quod quidem procedit non solum si fuerit sibi
 de ætate ab aduersario oppositum, ut inquit Iacob.
 Menoch. in præsumpt. 50. num. 32. uers. quartus
 est casus, lib. 2. de præsumpt.
 Verum etiam intelligitur habere locum, etiam si
 nullum ætatis defectum opponat, quia nihilominus
 a petente beneficium ætas erit probanda, ut inquit Saly. i. d.
 l. cum

1. cum te, sub nu. 4. uers. & hæc allegatio ætatis, col. 2.
 C. de prob. & Io. Andr. in c. infamibus, in fi. de reg.
 iur. in 6. & Florian. in d.l. cum de ætate, sub num.
 7. col. 2. & Veral. in decis. 13. ætas expressa, li. 1.
 Cuius rei duplex est ratio, primū quoniam ætas
 dicitur esse fundamentum principalis petitionis,
 ut diximus: deinde quia cum sit ætas in conditio-
 18 ne posita, non aliter potest quis rem sub conditio-
 ne concessam ꝑ obtinere, nisi docuerit conditionem
 fuisse impletam, ut ait Saly. in d.l. cum te, sub nu. 4.
 col. 2. uers. & hæc allegatio ætatis, C. de prob. & ibi
 Bal. nu. 8. uers. tunc qui conditionem allegat, col-
 umna 2.
 Quod profecto secus est, quando ætas non est
 in conditione, quæ licet sit probanda ab eo, qui in
 ea se fundat ad aliquid obtinendum, hoc tamen in-
 telligitur esse uerum, ubi aduersarius hoc opponit
 ut tradit glo. in d.l. de ætate, in uerbo, dicit, ff. de mi-
 19 norib. ubi ait, quod quis non potest admitti ad Rē
 publicam ꝑ administrandam, nec ad honores, nec
 ad decurionatum, nec exigere sine curatore, a de-
 bitore suo, nec solus in iudicio sistere, nec immo-
 bilia sine decreto alienare, nec rerum suarum admi-
 nistrationem habere, nisi probauerit se maiorem,
 ubi aduersarius eius se opponit.
 Et hæc est notabilis differentia inter dignitates
 ecclesiasticas, & seculares, uel inter beneficia eccle-
 siastica, & officia secularia, nam primo casu non ad-
 mittitur quis nisi probauerit ætatem legitimam
 etiam nemine opponente non solum quando ætas
 fuit posita in conditione expressa, iuxta propositum
 exemplum, de quo notat Bal. in d.l. cum te, num.
 8. uers. similiter si Papa scribit, columna secunda,
 C. de probat.
 Verum etiam quando nulla adest conditio ex-
 pressa, sed tacita, ueluti quando quis uult admitti
 ad beneficium ecclesiasticum, nam & in tali casu
 ætas legitima probanda est, tum quia beneficia
 20 mandantur propter ꝑ magnum præiudicium con-
 ferri petentibus sub tacita conditione, si legitime
 c sint ætatis, quæ est triginta annorum, c. pre. by-
 ter, dist. 78.
 Tum etiam quia nulla ætas facit quem dignum
 21 præesse diuinis, & ꝑ aliorum animabus, nisi ex di-
 spensatione, & gratia, propter quod beneficiorum
 collationes gratiæ appellantur: unde cum omnis
 ætas sit sub regula inhabilitatis, sequitur, ut qui
 uult admitti ad ecclesiastica beneficia, debeat pro-
 bare, se illam ætatem habere, cum qua fuit a sacro
 canone, uel a constitutione Pontificia dispensatus,
 cum ætas sit una de causis sue petitionis, ut notat
 Saly. in d.l. cum te, num. 5. uers. si uero quæritur de
 actu, col. 2. C. de prob. & Fely. in d. c. in præsentia,
 sub nu. 28. uers. & istis adde Baldum, col. 13. extra
 de proba.
 At secus est in officiis secularibus, ad quæ dum
 quis uult admitti, non habet necessitatem proban-
 22 di, se legitimam ꝑ ætatem habere, quando hoc non
 tendit in præiudicium alterius, ut est gerere offi-
 cium in Republica, nam tunc præsumitur idoneus

ætate, & moribus, ut ait Bal. in d.l. cum te, num. 9.
 uers. interdum ætas non ponitur, col. 2. & ibi Saly.
 sub num. 5. uers. aut quæritur de istis, col. 2. & Flo-
 rian. in d.l. cum de ætate, nu. 8. uers. sed si non ponit-
 tur, ff. de proba.
 Quod ego quidem intelligo esse uerum, quan-
 do ætatis defectus illi non fuit oppositus, per glo.
 in d.l. cum de ætate, in prin. ff. de minorib. ubi uo-
 luit, quod petenti honores publicos incumbat onus
 probandi ætatem maiorem, quando aduersarius il-
 li contradicit.
 At nemine contradicente potest procedere opi-
 nio Baldi, & sequacium, ut scilicet præsumatur ido-
 neus ætate, quæ res si procedit in promouendo,
 de quo Baldus, Salycetus, & Florianus in specie lo-
 quantur in locis proxime citatis, multo magis pro-
 cedere debet in iam promoti, cum regulariter præ-
 sumatur idonea ætas in actu consummato, ut dice-
 tur in tertia ampliatione, & notat Alciatus, qui lo-
 quitur in promoti, in d. præsumpt. 14. num. 6.
 uers. unde si quis sit officialis reg. 2.
 Quamuis non sit illud omittendum, quod etiā
 in officiis secularibus, ubi nemo ætatis defectum op-
 23 ponit, potest ille, qui officium ꝑ concedit, si sibi vi-
 debitur expedire, ætatis probationem ex officio
 exigere a petente officium ante, quam promouea-
 tur, ut inquit Saly. in d.l. cum te, sub nu. 5. uers. aut
 quæritur de istis officiis temporalibus, C. de probat.
 Sicut uerba vice potest ætatis probationem non
 solum in officiis secularibus, sed etiam in ecclesia-
 24 sticis ꝑmittere, quando uidet istud non esse ne-
 cessarium, non obstante partis oppositione, ut in-
 quit Fely. in d. c. in præsentia, sub nu. 28. uers. istud
 tamen de electo, col. 13. extra de proba.
 Tertio infertur, ut ei, qui uult ex substitutione
 25 pupillari admitti, incumbat ꝑ onus probandi insti-
 tutam, cui intendit ipse succedere, fuisse mortuum
 in pupillari ætate, cum sit hoc fundamentum sue
 intentionis, ut notat Barto. in consilio 56. in fine,
 & Soc. in l. qui duos, §. cum in bello, nu. 6. uers. ex
 quibus plura, col. 2. ff. de reb. dub. & Castrenf. in l.
 ex facto, §. si quis autem, nu. 4. ff. ad Trebel. & Nat-
 ta in cons. 395. uisio, num. 6. uers. tamen præmissis,
 vol. 2. & Ripa in d.l. ex facto, §. ex facto, num. 11.
 uers. sed ulterius dabitur, col. pen. & Couarru.
 in c. 7. col. 7. uers. hinc denique apparet, lib. 2. var.
 resolu. & D. Mantica in tit. 9. nu. 6. uers. tertio dili-
 genter, lib. 5. de coniectu. & D. Menoch. in d. præ-
 sumpt. 50. nu. 13. uers. potest adferri, lib. 2. de quo
 dixi in c. 7. sup. eo.
 Contrarium reuerunt nonnulli alii, de quibus
 feci mentionem in d. c. 7. & propterea quibusdam
 alijs placuit distinguere, quod aut substitutus est
 in possessione, & tunc ei sufficit probare mortem
 instituti, & allegare ipsam esse mortuum in pupil-
 lari ætate, quia uenientes ab intestato debent pro-
 bare ipsum esse mortuum post pubertatem: aut
 substitutus non possidet, sed agit, & tunc ipsi incū-
 bit onus probandi institutum esse mortuum in æta-
 te pupillari, ut ait Ioan. Bapt. Ferret. in d. cap. in
 præsen.

presen. sub nu. 82. vers. in quantum Decius, colum. 33.

Sed ista distinctio non videtur vera, tum quia et reo se fundanti in etate incumbit onus probandi etatem, ut dicam in tertia ampliatione, tum etiam quia venientes ab intestato habent fundatam intentionem de iure communi, a quo non possunt excludi, nisi probetur illud, quod eos excludit, ut mox dicam in sequenti illatione.

Quarto inferitur, ut qui petit matrem pupilli repellendam esse a successione, quia non petijt illi rotorem, debeat et probare filium esse mortuum in pupillari etate, tum quia etas est ipsius fundamentum, tum etiam quia qui vult aliquem excludere ab aliquo iure, quod ei competit de iure naturali, vel civili, debet et probare id per quod ille excluditur, alias succumbit in causa, ut egregie notat Bal. in conf. 19. factum tale est, vol. 5. & Alciat. in d. presumpt. 14. num. 3. vers. & propterea, reg. 2. & Menoch. in d. presumpt. 50. nu. 30. vers. potest etiam adferri, lib. 2.

Quinto inferitur, ut si pater grauauerit filium fideicommissio, concessa tamen sibi libera testandi facultate cum ad vigesimum annum peruenisset, & ipse fuerit testatus, heres eius et onere probandi grauabitur, testatorem fuisse vigesime etatis eo tempore, quo testamentum condidit, cum sit hoc fundamentum & causa actionis competentis aduersus bona fideicommissio subiecta, & ista est melior ratio, quam illa, quam addacit Alciat. in d. presumpt. 14. sub nu. 6. vers. & propterea si pater, reg. 2. ubi ait, quod licet quando etas requiritur ad habilitatem personae, & ualiditatem actus, nec agitur de preiudicio alicuius, non sit probanda, sed presumitur quilibet idoneus etate, & moribus, ut supra quoque dictum fuit, & infra dicitur in tertia ampliatione.

Attamen subiungit, hoc non procedere, quando de directo actus tendit in preiudicium alicuius, quia tunc etas non presumitur idonea, sed probanda est ab eo, qui dicit idoneam: ex quo inferitur, onus probandi testatorem habuisse vigesimum annum incumbere heredi eius, cum iste actus tendat de directo in preiudicium fideicommissariorum, cuius rationem simpliciter sequitur Jacob. Menoch. in d. presumpt. 50. num. 31. vers. est etiam exemplum, libro 2.

Ad hoc enim respondetur, falsum esse, quod in hoc casu etas requiratur ad habilitatem personae, & ualiditatem actus, cum manifeste pateat, quod de iure communi quilibet persona est habilis ad testandum infra viciesimum annum, & valet testamentum, licet sit factum a minore viginti annis, propter quod melius est dicere, quod cum illa etas sit causa dande actionis aduersus bona subiecta fideicommissio, iure merito probanda est ab herede scripto, qui intentat actionem tanquam suum principale fundamentum ut notat Salyce. in d. l. cum te, sub nu. 4. vers. & hac allegatio etatis, colum. 2. C. de prob. ubi ait, etatem esse probandam,

quando est et causa dande actionis: sic etiam dicimus, quod quando negatiua est causa dande actionis, tunc est probanda a negante, ut tradit Bar. in l. in illa stipulatione, nu. 5. vers. hoc autem esse verum, ff. de verb. oblig. & dixi in c. 5. in quarta ampliatione secundae conclusionis, lib. 1.

Sed retento eodem themate, si pater grauauerit fideicommissio filium suum pupillum, concessa tamen sibi libera testandi facultate, nec ullam etatis mentionem fecerit, nunc queritur, si filius sit testatus, cui incumbat onus et probandi, an heredi scripto testatorem fuisse etatis legitime, an fideicommissariis ipsum fuisse pupillum eo tempore, quo testamentum est conditum: & secundum Alciatum videtur dicendum, heredem debere probare testatorem fuisse etatis adultae, cum agatur de preiudicio fideicommissariorum, sed in contrarium est veritas, quia cum agatur hic de actu habente debitam formam, presumitur habitas respectu etatis legitime, ut dicitur in tertia ampliatione, & notat Salyce. in d. l. cum te, in fine, vel sicut habes decisum, C. de proba. ubi ait, quod si contra testamentum opponatur de etate et illegitima testatoris, opponens debet probare, & infra dicam, nu. 40.

Nec obstant ea, que dixi in precedenti casu, quoniam hic agitur de etate requisita ex dispositione legis, ut ibi agitur de etate requisita ex dispositione hominis, inter quos casus hec est differentia, quod in hoc postremo casu lex etatem requirit ad habilitadum personam, & ualiditatem actus, ergo probato actu in debita forma, presumitur quod etas testantis fuerit legitima, ut dictum fuit: at in primo casu etas requisita fuit a dispositione hominis non ad actus ualiditatem, sed ad dandam actionem, ergo ibi etas non presumitur, nisi probetur, ex quo patet rationem preiudicii ab Alciato ponderatam in his saltem casibus non esse dignam consideratione.

Sexto inferitur, ut alleganti se non teneri et respondere sine curatore interrogationi sibi facta a iudice, quia minor est, incumbat onus probandi minorem etatem, in qua se fundat, ut tradit Ioan. de Imola in d. conf. 23. in prin. & facit Bal. in d. l. 2. §. quod obseruari, nu. 10. vers. hic quero de ista questione, col. 3. C. de iureiur. propter calum.

Secundo ampliatur hac conclusio, ut procedat siue et sit actor, siue sit reus, qui se fundat in etate, quando quidem reus ita debet etatem probare, quando est fundamentum sue exceptionis, sicut debet actor, quando est fundamentum sue actionis, ut inquit optime Butrigar. in d. l. si minorem, C. de in integr. restit. minor. & in d. l. cum te, C. de prob. & Lucas de Pen. in d. l. 1. col. si. vers. si non interuenit, C. de fide instru. & iure haste, ff. lib. 10. & Barto. in d. conf. 92. nu. 1. & Florian. in d. l. cum de etate, nu. 6. vers. unde in communi concluditur, col. 2. ff. de prob. & Ancha. in d. c. in presentia, nu. 14. vers. qui ergo fundat, extra de prob. & Alcia. in presump. 14. num. 2. reg. 2. & Saly. in d. l. si minorem, in sumuario.

Hinc

Hinc est, quod sicut qui ratione minoris etatis petit restitutionem in integrum, debet et probare se esse minorem, quoniam hoc est causa sue intentionis: ita econuerso quando reus dicit ipsum excessisse etatem, que datur ad petendum predictam restitutionem, debebit et ipse excipiens etatem maiorem probare, d. l. si minorem, C. de in integr. rest. minor. & notat Barto. in d. conf. 92. & d. l. si minorem, in fine, & Gozadin. in conf. 22. circa primum, num. 13. vers. quo ad secundum, col. fin. & optime Butrigar. in d. l. si minorem, vers. hoc probato, col. 1. & in d. l. cum te, in fi.

Item sicut Clericus, qui petit et electionem de se factam confirmari, debet probare etatem, in qua fundatur electio, ut ait Salyce. in d. l. cum te, nu. 6. vers. secundo vero casu, C. de prob.

Ita etiam qui excipit, & dicit ipsam esse cassandam, quoniam electus non est legitime etatis, debet et ipse et minorem etatem probare, ut ait Bald. in d. l. cum te, num. 5. vers. ut ergo melius intelligas, colum. 2. & Felyn. in d. cap. in presentia, sub nu. 28. ver. & ideo volens, col. 12. extra de prob. & Florian. in d. l. cum de etate, sub nu. 6. ver. tu dic clarius, ff. de prob.

Tertio ampliatur hac conclusio, ut ex eadem ratione procedat non solum quando quis vult aliquid consequi pretextu maioris, vel minoris etatis, ut superiora patent exempla, sed etiam quando quis vult actum iam et assecutum, & perfectum impugnare, nam debet probare etatem quam allegat ad impugnandum actum, ut notat Salyce. in d. l. cum te, sub nu. 6. vers. aut etas, uel eius defectus, colum. fin. C. de prob. ubi ait, quod quando etas allegatur ad impugnandum ipsum actum perfectum, tunc nitens ipsum impugnare ratione etatis, siue ipsum dicat nullum, siue ipsum petat rescindi, debet etatem probare, tum quia etas est fundamentum sue intentionis, tum etiam quia actus habens suam debitam formam presumitur et celebratus cum persona legitima etiam ratione etatis, quod idem confirmauit ibi Bald. num. 5. ver. ut ergo melius intelligas, colum. 2. ubi tradit, quod minori incumbit et onus probandi etatem minorem, quando ratione etatis impugnat contractum, iudicium, vel prescriptionem, quia presumitur pro actu debitam formam habente, & sequitur Florian. in d. l. cum de etate, nu. 7. vers. idem si minor, ff. de prob. & Decius in d. conf. 682. nu. 14. vers. 4. non obstat, colum. 2. & in d. cap. in presentia, num. 44. vers. de cimo nota, col. 6. & Castren. in conf. 124. in causa, col. 1. uol. 1.

Per quam rationem concluditur, quod qui vult impugnare professionem et monachi tanquam factam a minore, vel testamentum tanquam factum a pupillo, debet etatem minorem probare, tam ex eo, quod etas est fundamentum sue impugnationis, ut diximus, quam ex eo, quod pro actu perfecto presumitur, ad cuius ualiditatem etas uenit accessorie, ut ait de professione Abb. in d. c. in presentia, num. 33. vers. & per hoc habes unum ca-

sum, col. 12. extra de prob. & ibi Felyn. sub num. 28. col. 2. & rursus Abb. in c. cum virum, in quarto notabili, extra de regul. & de testamento Saly. in d. l. cum te, in fine, vers. item habes decisum, C. de prob. & Decius in d. c. in presentia, vndecimo notab. col. 6. & de utroque Alciat. in d. presumpt. 14. num. 6. vers. unde si quis sit officialis, reg. 2. & Io. Menoc. in presump. 50. num. 28. vers. secundus est casus, lib. 2.

Et licet quidam intelligant hanc idoneam etatis presumptionem in actu perfecto esse veram, quando nihil in contrarium opponitur, ut innuit Ioan. Andr. in c. fraternitatis, in quaest. 4. vers. in questione ergo videtur, col. 5. extra de testi. ubi dicit, quod professioni, & matrimonio sine certa etate, & ideo probans professionem, vel matrimonium, non habet necesse probare etatem, vel pubertatem, nisi negentur.

Attamen hac opinio non est vera, nam etiam si nihil opponatur, presumitur etas idonea in contrahente, ut supra dictum est, quod idem confirmauit etiam Bald. in c. in presentia, num. 34. vers. quero quare, col. antepenult. extra de prob. ubi dicit, quod quamuis opponens, vel beneficium etatis al legans debeat probare etatem, tamen secus est in contrahente, in quo semper presumitur etas legitima, & in specie Io. Andr. reprobatur ibi Abb. nu. 33. vers. sed contra illud, col. 12. & Felyn. sub num. 28. col. 12. & rursus Abb. in d. c. cum virum, in quarto notab. extra de regular. & Ferretus in d. cap. in presentia, sub nu. 82. vers. in quantum Abbas opponit, col. 33.

Et credo hanc partem veram, licet super hoc cogitauerit Franc. in c. constitutionem, in vlti. notab. de regular. b. in 6.

Nec solum predicta sunt vera, quando impugnatur actus perfectus ratione minoris etatis, ut uultum est, sed etiam quando impugnatur ratione etatis maioris: ex quo inferitur, quod si fuerit a iudice alicui tanquam et pupillo datus tutor, uel curator tanquam adulto, quicumque uoluerit hunc actum impugnare allegando dationem tutoris, vel curatoris esse nullam, quia pupillus, uel adultus erat eo tempore maiores etate pupillari, & adulta, debet etatem maiorem probare, ut ait Bald. in d. l. cum te, num. 6. vers. interdum etas allegatur ad iustificationem, col. 2. C. de probat. & ibi Angel. in fine, & Salyce. sub nu. 6. vers. aut et tertio etas, col. fin. & Florian. in d. l. cum de etate, num. 7. vers. quandoque allegatur, col. 2. ff. de prob.

Tertia conclusio est, quod quando etas non est principale fundamentum, nec actoris, nec rei quo ad principale ius cause obtinendum, sed accessorie, vel extrinsece opponitur, & in sola etatis oppositione quis immoratur, & tunc quoniam iura et nostra non presumunt neque pro etate maiore, neque pro etate minore, ut ait Abbas in d. c. in presentia, sub nu. 33. ver. ratio autem predictae conclusionis, col. 12. extra de prob. & ibi Io. Bapt. Ferret. num. 81. vers. super glos. tertia, col. 32.

Ideo

45 Ideo qui ætatem allegat, debet eam probare, ut notat Saly. in dicta l. cum te, sub numero 4. uers. re stat igitur solum uidere, columna secunda, C. de prob. ubi ait, quod quando ætas non est causa petitionis actoris, nec causa dandæ actionis, sed quid extrinsecum: tunc is, qui opponit ætatem esse illegitimam, probare debet, siue sit actor, siue sit reus, quod idem confirmavit etiam Bar. in d. l. de ætate, nu. 13. uers. quandoque ætas non est causa, col. antepen. ff. de minorib. ubi tradit, quod quando ætas non est causa intentionis alicuius, tum ei, qui dicit incumbit onus probandi ætatem.

46 Ex qua conclusione inferitur, quod si actori de aliquo iure principaliter agenti reus opposuerit, ipsum non posse agere sine curatore, quia est minor, uel e contrario ipse actor opposuerit reo com parenti ipsum esse minorem, nec posse solum stare in iudicio, tunc ei, qui opponit defectum ætatis legitime, incumbit probatio, siue sit actor, siue sit reus, ut inquit Saly. in d. l. cum te, sub nu. 4. uers. 2. casu quando ætas, col. 2. C. de prob.

47 Rursus inferitur, quod si actor, uel reus opposuerit alicui procuratorio nomine com parenti, quod nõ potest esse procurator, quia est minor, tunc ipse ÷ opponens debeat probare ætatem minorem, ut notat Cyn. in d. l. cum te, in fi. & Bellem. in d. c. in præsentia, num. 3. col. 2. extra de prob. & Alcia. in præsumpt. 14. nu. 3. uers. & propterea si quis, reg. 2. & Menoch. in d. præsumpt. 50. nu. 30. uers. tertius est casus, lib. 2. & Saly. in d. l. cum te, nu. 3. uers. querit Cynus, col. 1.

48 Quarum illationum potest esse duplex ratio, prima, quia ætas in his casibus non uenit principaliter, sed accessorie, & uelut quid extrinsecum a fundamento causæ principali, ut considerat Salyce. in d. l. cum te, sub nu. 4. col. 2.

48 Altera est, quia quilibet præsumitur habilis ætate, & moribus ÷ ad faciendum actum, & ad gerendum officium in republica, ut supra dixi in tertia ampliatione secundæ conclusionis, & notat Bal. in l. cum te, nu. 10. col. pen. & Cyn. in fi. & Salyce. numero 3.

49 Et hoc modo forsitan procedere potest opinio glossæ dicentis, quem ÷ præsumi maiorem, nisi probetur minor, ut patet in d. c. in præsentia, in uerbo, secundæ, extra de prob. & supra uide, nu. 12.

Cuius glossæ traditionem licet omnes Doctores communiter reprehendant, ut inquit ibi Abb. nu. 32. uers. sed quæro quomodo, col. 12. & ibi Decius, nu. 166. col. 22. & lo. Bapt. Ferret. num. 81. uers. super glossa tertia, col. 32. & Menoch. in d. præsumpt. 50. nu. 1. lib. 2.

Si tamen intelligatur eo modo, quo dixi, nullus erit reprehensionis locus.

50 Illud uero quod supra dictum est, alleganti ætatem onus probandi incumbere, declarabis, ut non procedat, quando ÷ præsumptio iuris esset pro allegante, nam tunc onere probandi releuaretur, partim ex eo, quod præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, ut dixi in c. 8. lib. 1.

51 Partim, quia probatio ÷ ætatis fit per præsumptiones, indicia, & coniecturas, ut notat Bal. in consilio 19. factum tale est, nu. 4. uers. est uerum, uol. 5. & in d. l. cum te, nu. 12. uers. per istam igitur difficultatem, col. fi. C. de proba. & Saly. in d. l. si minorem, nu. 5. uers. & ut breuiter concludam, col. 3. C. de integ. restit. minor. & iterum Bal. in consilio 213. occurrit dubium, in fi. uol. 2. & Soc. iun. in consilio 3. uisa, num. 1. uol. 2. & Clarissimus D. Sfort. Odd. in q. 37. art. 3. nu. 28. uers. sed contra, par. 1. de restit. in integ. ubi dicit hanc esse communem sententiam, & Iacobin. de S. Georg. in d. l. cum de ætate, num. 10. uers. dicit etiam, col. pen. ff. de prob. & Alciat. in d. præsumpt. 14. nu. 9. reg. 2.

52 Ex quo inferitur, quod minori ÷ petenti restitutionem in integrum non incumbit probatio ætatis, quando fuit illi datus a iudice curator ad litem, quia propter decretum iudicis præsumitur minor, ut egregie notat Ange. in d. l. cum te, in fine, C. de prob. ubi ait, quod licet se fundanti in ætate maiore, uel minore incumbat onus probandi, hoc tamẽ non procedit, quando intentio minoris esset fundata in decreto iudicis, ut puta, quia iudex illi curatorem dedisset ad litem, cuius opinionis fuit etiam Bal. in d. conf. 66. nu. 3. & nu. 5. uol. 3. & in d. l. cum te, nu. 6. uers. interdum ætas allegatur, & ibi Saly. sub num. 6. uers. aut, & tertio ætas, col. fi. & iterum Bal. in l. 2. §. quod obseruari, nu. 10. uers. hic quæro de ista quæstione, col. 3. in fi. C. de iureiur. propter calumn. & Alex. in conf. 147. uiso, nu. 9. uol. 7. & in conf. 21. uiso processu, nu. 1. uol. 1. & Decius in consilio 86. uiso puncto, sub nu. 7. uers. ulterius etiam accedit, columna penultima, & Iacob. de S. Georg. in d. l. cum de ætate, numero 12. uers. ultimo quæro, col. fi. ff. de prob. & Corn. in conf. 69. col. pen. uers. item concurrat, uol. 1. & Cotta in uerbo, decretum iudicis interpositum, lib. memor. & Beninted. in decif. 82. in causa quadam, & Alcia. in d. præsumpt. 14. num. 8. uers. fallit quarto, reg. 2. & Borgnin. de tutore & cura, nu. 294. uers. probatur autẽ minor. & Rui. in d. conf. 99. præsupponitur, nu. 6. uers. postquam ergo, col. 2. uol. 4. & Menoch. in d. præsumpt. 50. nu. 40. uers. secunda est præsumptio, lib. 2. & late Mascard. in concl. 674. lib. 2. de prob. & Gabriel. in concl. 5. num. 4. uers. tertio inferitur, de sentent.

53 Ob quam rationem similiter etiam uidemus, quod dicenti tutelam ÷ uel curam semel datã esse finitam, uel ut reddat ipsius rationẽ, uel ut ab eius onere liberetur, incumbit onus probandi, cum minor id negat, ob præsumptionem, quam habet in fauorem ex decreto iudicis, ut diximus, & hoc idẽ notat glo. in d. l. cum te. C. de prob. & Bellem. in d. c. in præsentia, uers. aut petit ab eo, col. 3. extra de proba.

54 Nec ista dati curatoris præsumptio solum operatur in præiudicium illius, uel cuius causa datus fuit curator, ut ait Saly. in d. l. si minorem, sub nu. 10. uers. quæro quidam, col. fi. C. de integ. restit. & Alex. in d. conf. 21. nu. 1. uol. 1. & Iacobin. de S. Georg.

Georg. in d. l. cum de ætate, nu. 12. uers. ultimo quæro, col. fi. ff. de prob. & Benintend. in d. decif. 82. & Decius in conf. 149. in causa, sub nu. 4. in fine, columna 5.

Vel qui litigauit cum aliquo tanquam curatore minoris, quo casu uidetur eum fateri minorem, ut notat Bal. in d. l. 2. §. quod obseruari, col. 3. in fi. C. de iureiur. propter calumn. & sequitur Alex. in d. consilio 21. numero secundo, volumine 1. & Cotta in uerbo, decretum iudicis interpositum, lib. memor. & Benintend. in d. decif. 82. & Iacobin. in d. l. cum de ætate, nu. 13. col. fi. ff. de proba. & D. Odd. in d. quæstione 37. num. 15. uers. limitari potest, lib. 1. de restit. in integ. & D. Menoch. in d. præsumpt. 50. in fi. lib. 2.

Verum etiam operatur in præiudicium tertii, quando cura, uel tutela data fuit cum causæ cognitione, in contradictorio iudicio, nam tunc præiudicat quo ad omnes, ut tradit Alcia. in d. præsumpt. 14. in fi. reg. 12. & hoc modo generaliter procedit Angelus in d. l. cum te, in fine, C. de prob. & Ruin. in d. conf. 99. nu. 6. uol. 4. & Saly. in d. l. cum te, sub nu. 6. uers. aut & tertio ætas, col. fi. & ibi Bal. nu. 6. col. 2. & Borgnin. nu. 294. uers. probatur autem, de tuto. & curato. & Mascard. in d. concl. 674. sub nu. 5. uers. uerius tamen, lib. 2. de prob.

Alii distinguunt, quod aut minori datus est curator respectu certæ causæ, & certæ personæ, & tunc iste non præsumitur minor quo ad alios; aut datus fuit simpliciter, & absolute, & tunc præsumitur minor, quo ad omnes, & quoscunque alios, qui deinde cum minore contrahere uoluerint, ut notat Ruinus in d. conf. 99. nu. 6. uol. 4. & Menoch. in d. præsumpt. 50. sub nu. 41. uers. crediderim, lib. 2.

55 Quod ultimum caput poterit sustineri, quando cura, uel tutela decreta fuit in contradictorio iudicio cum plena causæ cognitione, secundum Alciatum nouissimo loco citatum, & ubi plena causæ cognitio non interuenit, talis datio ÷ non præiudicat non citatis, ut plenè determinat Bal. in consilio 2. uol. 4.

56 Ad fugiendas autem controuersias non inutilis esset cautela citare omnes per generale proclama secundum ea, quæ ponit Alber. in l. de ætate, sub nu. 3. uers. circa aliam quæstionem, col. 1. ff. de minorib. ubi quærendo, an probatio ætatis quo ad omnes præiudicet, tres casus distinguit, quorum primus est, quãdo minor dolose probauit se maiorem, & tali casu ÷ probatio ætatis sibi præiudicat quo ad omnes, l. 3. C. si minor se maiorem. de qua re uide omnino Barto. in d. l. de ætate, nu. 16. uers. tertio est uidendum, col. 6. & Saly. in d. l. si minorem, nu. 11. uers. quæro an sententia, col. fi. C. de integ. restit. minor.

57 Alter est, quando sine dolo se maiorem probauit, & tunc sicut non præiudicat non citatis, ita nec sibi quo ad non citatos. Tertius est, quando probatio ætatis facta fuit ÷ citatis omnibus saltem uocatione generali per præconizationem in locis publicis, & tunc sibi, & aliis præiudicium facit, §. ad

huc, Auth. ut sponsalit. largit. & notat idem Alber. in authen. si omnes, in prin. C. si ut ab hæred. se abstin.

58 Hæc aut probatio minoris ætatis, quæ fit ex instrumeto curæ uel tutelæ decreta, ualeat quidem ad probandum fuisse quem minorem eo tempore, quo tutela, uel cura decreta fuit, sed secus ÷ quo ad alios actus postea celebratos, quia non est bona cõ sequetia, ut qui temporibus retroactis fuit minor, hodie sit quoque minor, siquidem in his, quæ cursu temporis mutantur, non ualeat præsumptio, nec argumentum a præterito in præsens, ut egregie de clarat Bar. in d. l. de ætate, num. 17. uers. sed quæro quid si in uno, col. pen. ff. de minor. & Io. de Imola in d. conf. 23. nu. 3. & Menoch. in d. præsumpt. 50. nu. 42. lib. 2. & Saly. in d. l. si minorum, sub numero 10. uers. quæro an semel, columna 4. C. de integ. restit.

59 Quo circa secundum ipsum Bar. nouissimo loco citatum optima cautela est, ut a dultus faciat iudicem pronuntiare, uel ex aspectu, uel ex aliis probationibus se esse certæ ætatis, ut puta ÷ quindecim, uel sexdecim annorum, nam tunc ex computatione illorum annorum commo distime probabitur, cuius ætatis in præsentia fuerit, quam declarationem causa cognita iudex facere tenetur, & sequitur Saly. in d. l. si minorem, sub num. 11. uers. exemplum si probauit, col. 4.

60 Facit quod in alio proposito tenuit idem Saly. in d. l. si minorem, col. 2. uers. sed tu replicabis, C. de integ. restit. min. ubi dicit, quod minor, qui petit restitutionem in integrum ultra læsionem debet duo probare, idest se esse minorem, & se esse intra tempora petendæ restitutionis in integrum, ueluti, quia nondum est lapsum tempus uiginti nouem annorum, quod ad petendam restitutionem conceditur, quod ultimum subiungit posse faciliter probari, quando constat cuius ætatis fuerit minor eo tempore, quo fecit contractum: at si constaret simpliciter de minori ætate, nec de numero annorum constaret, tunc non ÷ præsumeretur se esse infra dictum tempus, nisi illud expresse probaret, cuius traditionem sequitur Gozadi. in conf. 22. circa primum, nu. 13. uers. quo ad secundum dato, columna fi. & ante ipsum Anto. de Butr. in c. constitutus, in lexto notab. & in fine, extra de restit. in integ.

61 Et certe circa annorum computationem recte loquutus est Saly. quando dixit posse probari tempus restitutionis petendæ non esse lapsum, ubi constat de certa ætate minoris, sub qua factus fuit contractus, sed quod attinet ad illud, quod dixit minori petenti restitutionem in integrum, incumbere onus probandi se esse infra tempus petendæ restitutionis, non bene dixit, sed tota uia errauit, quando quidem minori sufficit ÷ probare, se minorem, & læsum, & si uoluerit aduersarius dicere, tempus petendæ restitutionis esse lapsum, probare debet, ut patet in d. l. si minorem, & ita tradit Ioan. de Imola in c. 1. num. 10. uers. sed communis opinio, col. 2.

col. 2. extra de integ. resti. & Iacobin. de Sancto Georg. qui reprehendit Saly. in d. l. si minorem, columna 2. vers. sed Ioannes de Imola, C. de in integ. resti. minor. & dixi supra in secunda ampliacione.

62 Aetas autem duobus modis probatur, id est vere, & presumptiue, ut notat Grat. in conf. 42. u. i. s. num. 24. uers. attamen ut pro uiribus, uol. 1. & egregie Bar. in d. l. de etate, nu. 7. uers. venio ad secundam, ff. de minoribus.

63 Verè probatur, quando testes deponunt de tempore natiuitatis, vel de aliquo tempore certo, ut puta belli, uel aduentus Regis, quo tempore dicunt natum esse puerum, ut sunt obstetrices, quæ interfuerunt tempore partus, & uiderunt eum exeuntem de uentre materno, secundum Bar. & Gratum in locis allegatis, & Iacobin. de Sancto Georg. in d. l. cum de etate, nu. 1. ff. de prob. & Saly. in d. l. si minorem, nu. 3. uers. quero quomodo etas, col. 2. C. de in integ. resti. min. & D. Oddus in d. q. 37. nu. 39. uers. quero igitur, lib. 1. de resti. in integ. & Menoch. in d. presump. 51. nu. 29. uers. quarta est, lib. 2.

64 At presumptiue probatur per aspectum tam ex parte iudicis, quando ex aspectu iudicat quem esse maiorem, uel minorem, quam ex parte testium, qui & ipsi ex aspectu testimonium de etate ferre possunt, ut notat Bar. in d. l. de etate, nu. 8. uers. secundo est uidendum, col. 3. ff. de minor. & Grat. in d. conf. 42. nu. 24. uol. 1. & D. Menoch. in d. presump. 51. nu. 57. uers. nona est etatis probatio, lib. 2. & ante ipsum D. Oddus in d. q. 37. nu. 98. uers. ad decimum quartum, lib. 1. de resti. in integ. & Mascari. in concl. 667. lib. 2. & Veral. in decis. 312. & in decis. 315. par. 1.

Qui Doctores licet sequendo practicum a Bartolo inuentam declarent, quomodo testes deponere debeant circa excessum etatis ascensue, & descensue, tamen Anto. de Butrio uidetur sentire quod ille excessus sit per arbitrium testi, ut patet in consilio 45. iuris rigor, uers. nec obstat quod tam modica, col. 3. ubi etiam paulo superius notauit, quod in ista probatione presumptiua ualet testimonium factum per diuisionem forsitan, quod est satis notabile, si verum est. sed in contrarium facit illud, quod tradit Alex. in conf. 149. viso, nu. 16. uers. sed non est probatum, uol. 5. ubi ait testem non probare, qui deponit de etate per uerbum, circa, & sequitur doctissimus D. Oddus in d. q. 37. art. 15. in fi. num. 11. uers. aduertendum, par. 1. de resti. in integ.

Nisi saluando Butrium dixeris, illius dictum procedere, quando agitur de probanda etate non cognoscibili ab omnibus, eo quia modicus adest excessus, qui casus, quoniam referuatur cognoscendus uel a iudice, uel ab illis, quibus hoc iudex commiserit, ut tradit Bar. in d. l. de etate, sub numero 9. uers. nunc ad propositum, ff. de minorib. & Mascari. in concl. 667. nu. 28. uers. sed secus quando, lib. 2. & Menoch. in d. presump. 51. nu. 58. uers. primus casus, lib. 2.

Ideo poterunt testes ad hoc electi testimonium ferre per uerbum, per circa, uel fortasse, cum subie-

ta materia tale iudicium admittat, prout idem supra diximus in testimonio eorum, qui in arte periti sunt.

Inter alias presumptiones illa quoque satis efficaç esse censetur, quæ oritur ex instrumento matrimonii, ut notat Saly. in l. neque natales, numero 3. uers. item istam glossam, C. de prob. ubi ait, quod minor etas filii presumptiue probatur ex numeratione annorum inchoanda a tempore matrimonii inter patrem, & matrem contracti hac ratione quia filius presumitur natus post matrimonium contractum inter parentes, & non ante, licet quandoque occurrat, ut ante nascatur: sed quia per locum a communiter accidentibus solitum est matrimonium inter personas graues, & honestas prius contrahi, quam carnaliter una commisceantur, ideo probato tempore matrimonii presumitur filius postea natus, nisi contra probetur, quod idem confirmauit ibi quoque Bal. nu. 14. uers. restat unum dubium, columna 3. & in conf. 213. occurrit, in fi. uol. 2. & Iacobin. in d. l. cum de etate, nu. 6. uers. an autem per instrumentum. ff. de prob. & Menoch. in d. presump. 51. num. 36. uers. adfertur & secundum, lib. 2.

Et hoc quidem sine difficultate procedit, quando instrumenta matrimonialia, uel dotalia conficiuntur ante celebratas nuptias, uel in ipso nuptiarum die, prout communiter in patria mea seruatur: sed secus ubi post nuptias contractas talia instrumenta celebrantur, ut uidi in pluribus locis contingere, nam tunc talia instrumenta non probant etatem, ut notat Alber. in l. 2. num. 2. uers. sed quæ runt, C. si minor se maior dixerit, & D. Sfort. Odd. in d. q. 37. art. 10. num. 88. par. 1. de resti. in integ.

Rursum hoc idem procedit, quando nihil aliud apparet in contrarium, cæterum si constaret de fornicatione præcedente matrimonium, tunc dubitari posset, an filius presumatur natus in matrimonio, an ante matrimonium, quo casu sunt qui dixerunt dictam Salyceti presumptionem non habere locum, ut consuluit Cæphal. in conf. 82. hæreditas, nu. 56. uers. nec dicatur Iacobum, uol. 1.

Cuius autem generis debeant esse presumptiones in probanda minori etate, solet aliquando requiri: nam alii dixerunt, quod leuiore sufficit, ut inquit Castrensis in conf. 124. in causa, sub nu. 2. uers. & in his quorum probatio, col. fi. uol. 1.

Alii dicunt, quod debent sic esse uehementes, ut inferant id, de quo queritur, ut notat Saly. in d. l. si minorem, sub nu. 5. uers. & ut breuiter concludam, col. 3. C. de in integ. resti.

Possimus dicere, quod in quibus casibus minor etas est difficilis probationis, in illis sufficiant leuiore presumptiones, in aliis secus, de qua re uide D. Sfort. Odd. in d. q. 37. nu. 29.

Multis aliis quoque modis presumptiue probatur etas, ueluti per librum patris, scripturam Plebani, testimonium uicinarum, & consanguineorum, & alios plures modos, de quibus, cum non sint presentis tractationis, te remitto ad D. Sfort. Odd. in d.

in d. quest. 37. lib. 1. de resti. in integ. & Mascari. in concl. 668. cum seq. lib. 2. de resti. & Iacob. Menoch. in d. presump. 51. lib. 2.

Tu autem in hac materia semper recurre ad auream Bartoli repetitionem in d. l. de etate, ff. de minorib.

72 Quæ quidem repetitio tanta rerum inuentione, tanto ingenij acumine, & tali doctrina referta est, ut nihil doctius, nihil eruditius in hac re desiderari possit, de cuius elegantia mentionem faciens Paulus de Castro dixit, se audiuisse a quodam Cardinali scholare Bartoli, quod in componenda dicta repetitione Bartolus quinque annis laborauit, quam rem memorie prodidit ipse Castrensis in l. si minorem, nu. 3. uers. qualiter autem, C. de in integ. resti. minor. ubi etiam subiunxit infra scripta uerba uulgaria, *ch' a lui pare questo motto uerisimile, poiche pose tante sottilitadi, & belle cose, ch' egli è un miracolo, et un scolare si uergognerebbe adesso di dire, ch' hauesse consumato pur' assai in una repetitione, Ma hoggi di si fanno repetitioni da dozzina, rispetto alle sue, le quali mentre duraranno le leggi, seranno di perpetua fama, & memoria.* Quæ Castrensis querimonia si unquam fuit uera, certè nostra etate uerissima est, in qua libri precipitanter componuntur, & precipitanter in hominum manus eduntur, quasi per rerum experientiam nesciamus, ea citò perire, quæ citò nascuntur, quod ipsum scienter declarauit Euripides per philosophum, & tragicum, qui cum obiurgaretur ab Alcestide poeta, quia toto triduo non ultra tres uersus maximo labore deducere potuisset, cum ipse Alcestis se centum scripsisset gloriaretur, respondisse dicitur, inter ipsius, & Alcestidis uersus hoc interesse, quod ceterum uersus Alcestidis triduo nati, triduo peribunt: at sua carmina longo tempore laborata, etiam longo tempore permanebunt.

A D D I T I O N E S.

- a Interlocutoria. Est enim modici præiudicij, ut ait Salyceti. in l. si minorem, num. 8. C. de in integ. resti. min.
- b Aetatis. Quid si legatum sit purum, & petitio eius dilata sit usque ad tempus legitimæ etatis, nunquid interim moriente legatario transmitteretur? dic quod sic per l. ex his uerbis, C. quando dies legati.
- c Triginta. Episcopus, & Abbatissa non possunt eligi nisi sint triginta annorum, cum in cunctis, extra de elect. & c. indemnitatibus, de elect. in 6. Inquisitor uero hæreticæ prauitatis debet esse quadraginta annorum. clem. uolentes, de hæreticis. sed ualde mirandum est, quare maior etas requiratur in Inquisitore, cum minor sufficiat in Episcopo, qui & ipse est ordinarius inquisitor.
- d Casibus. In alijs casibus præiudicij ratio consideratur, ut ait Decius in c. nouit, in 30. notab. nume. 19. extra de iud.
- e Contrahente. Hoc non placet Beroio in c. in presentia, num. 202. extra de probat.
- f Euripides. Refert Valer. in cap. 7. lib. 3.

- 1 Saturnus filios dicitur deuorasse, & qua ratione? Tempus sub nomine Saturni antiquitus figurabatur, ibid.
- 2 Tempus dicitur a temperato tenore solaris cursus, & lunaris. Tempus est interuallum mundi, & motus, ibid.
- 3 Tempus est quid incorporeum, & mundani motus interuallum.
- 4 Tempus est imago sempiterni, & semper manet. Tempus est motus cæli, & nox, dies, & mensis sunt partes temporis, ibidem.
- 5 Mundus, & tempus eodem tempore fuerunt.
- 6 Sol, Luna, & errantia fuerunt genita post temporis generationem.
- 7 Tempus est pars æternitatis, cum alicuius annui, mensuri, diurni, nocturni, & spatij certa significatione.
- 8 Tempore iuri consilij quomodo utantur in causa ciuili, uel criminali.
- 9 Dies, & nox, quando dicatur esse.
- 10 Tempus ab eo probandum est, qui suam intentionem fundat in tempore.
- 11 Actor, & reus debet probare tempus, quando alter eorum se fundat in tempore.
- 12 Temporis probatio debet esse præcisa, & limitata ad illud tempus, quod fuit in iudicium deductum.
- 13 Temporis diuersitas facit, ut factum censeatur esse diuersum.
- 14 Temporis probatio facienda est, quando tempus est de essentia obligationis, uel de præferentia unius obligationis ad alteram.
- 15 Temporis probatio facienda est, quando tempus est de concomitantibus ipsius contractus.
- 16 Empior agens ex empto ad rem uenditam, debet probare uenditionem fuisse factam ante litem contestatam.
- 17 Contumax non est, qui recusat respondere positioni factæ de mutuo sine tempore.
- 18 Creditori hypothecariæ agentis aduersus emptorem, & dicenti rem emptam sibi plus fuisse obligatam, quam uenditio fiet, an incumbat onus probandi.
- 19 Agens hypothecaria debet probare se fuisse in bonis debitoris obligationis tempore, si agatur de speciali obligatione: si uero agatur de generali, sufficit probare quandoque fuisse in bonis debitoris post contractam obligationem.
- 20 Tempus non est probandum ab eo, qui habet prescriptionem iuris in fauorem.
- 21 Dicenti emphiteusim fuisse factam ante licentiam habitam a prelate, incumbit onus probandi.
- 22 Actus presumitur præcessisse, qui debet esse præambulus ad alterum.
- 23 Presumitur in dubio illud præcessisse, quod actum facit ualere.
- 24 Collega notificante impedimentum, si collega eodem die pronunciauerint presumitur notificatio præcessisse.
- 25 Donatio, & emancipatio si fuerint factæ eodem die, presumitur emancipatio præcessisse.
- 26 Ordo scripturæ est potius conuertendus, quam quod dispositio pereat.
- 27 Testamentum presumitur factum post emancipationem.
- 28 Instrumentum presumitur prius confectum, quod prius in ordine scriptum est.
- 29 Priuatio presumitur posterior.
- 30 Promissio presumitur præcessisse liberationem, ibidem.
- 31 Codicilli presumuntur posteriori facti, qui legati ademptionem continent.
- 32 Nemo presumitur subreperere pratori.
- 33 Hæretici nequeunt bona sua alienare.
- 34 Hæreticus de presenti presumitur de præterito hæreticus. In dubio pronuntiandum est contra filium. ibid.
- 35 Hæreticus an in præteritum presumatur hæreticus.
- 36 Onus probandi incumbit accusatori dicenti onus fuisse condu-

- 36 *Flas ante tempus concessum in pasculis communitatis. Prohibitum intrare palatium ante pulsationem campanae, non potest puniri, nisi praecise probetur ipsum intrare palatium tempore prohibito.*
- 37 *Interpretatio capienda est, quae delictum excludat.*
- 38 *Accusatori incumbit onus probandi homicidium fuisse factum ante bannum, quando accusatus probavit, se occidisse bannitum.*
- 39 *Exceptio dubiae rei non infringit certam probationem actoris in civilibus, secus in criminalibus.*
- 40 *Hora praecise temporis probanda est, quae in delictis facit augeri penam.*
- 41 *Onus probandi prioritatem temporis incumbit ei, qui secundo loco fuit nominatus.*
- 42 *Procurator is intelligitur esse, qui fuit prior in instrumento nominatus, quando agitur de actu, in quo non potest intervenire, nisi vnus procurator.*
- 43 *Ex pluribus electis quando non potest nisi vnus possidere, is praefertur, qui prior est nominatus.*
- 44 *Ex duobus instrumentis illud praesumitur prius factum, quod prius est descriptum.*
- 45 *Hereditas quae non potest competere nisi vni, competet ex pluribus nominatis illi soli, qui primo loco est scriptus.*
- 46 *Vsusfructus alternis annis legatus duobus, ille prior incipiet frui qui prior est nominatus.*
- 47 *Castrum pluribus legatum hoc pacto, ut alternis annis quilibet exerceat iurisdictionem, praefertur alij, qui est primo nominatus.*
- 48 *Prior nominatus, prior manumittitur.*
- 49 *Ordo intellectus describitur ex ordine verborum.*
- 50 *In alternatiua est electio debitoris.*
- 51 *Alternatiua quando non operetur electionem.*
- 52 *Heres grauatus restituitur hereditatem pluribus alternatiue, an habeat electionem.*
- 53 *Alternatiua aliquando cedit ordini scripturae.*
- 54 *Patrocinium promittens duobus, si illi duo inuicem litigauerint tenebitur Doctor illi patrocinari, qui primo fuit nominatus.*
- 55 *Ordo est rerum gestarum, & gerendarum series.*
- 56 *A dignioribus semper inchoandum.*
- 57 *Quod prius est in uoce, praesumitur esse prius in sensu. Ordo intellectus praesumitur ex ordine verborum, ibidem.*
- 58 *Prior in testamento nominatus censetur magis a testatore dilectus.*
- 59 *Ordo prioris nominationis arguit ordinem charitatis.*
- 60 *Electio erit Titij, quando duo equi sunt relictij, vnus Titio, & alter Menio.*
- 61 *Supplicatio dicitur fuisse prior signata, quae reperitur in libro prius registrata.*
- 62 *Statutum secundo loco censetur factum, quod vltimum est descriptum.*
- 63 *Prætor iuvans seruare statuta, debet seruare vltimo loco descripta.*
- 64 *Principalis in contractu praesumitur, qui prior est nominatus.*
- 65 *Regula datur ex ordine verborum.*
- 66 *Ordo literæ designat ordinem dignitatum.*
- 67 *Prior nominatus maior ceteris esse praesumitur.*
- 68 *Archiepiscopus Mediolanensis an debeat praecedere Archiepiscopum Rauenatensem.*
- 69 *Ordo fratrum predicatorum debet anteponi fratribus minoribus.*
- 70 *Marchio debet praecedere Comitem.*
- 71 *Patriarcha Gratensis praecedit presbyteros Cardinales.*
- 72 *Franciscani scripserunt in forma sphaerae tria nomina fratrum, quorum vnus Urbanus Papa volebat facere Cardinalem.*
- 73 *Argumentum ab ordine literæ, non est uerum.*
- 74 *Dux praecedit Marchionem.*
- 75 *Sexus masculinus est nobilior femino.*
- 76 *Ordini literæ non est standum.*
- 77 *Argumentum ab ordine literæ, materiam continet brocardicam.*

- 78 *In materia brocardica non est certum fundamentum. Brocardicis non est utendum in decidendis causis, ibidem.*
- 79 *Prior nominatio, quomodo inducat praedicationem.*
- 80 *Nominatio prior facta in materia praedicationis indicat dignitatem.*
- 81 *Archiepiscopus Mediolanensis, an praecedat Rauenatensem.*
- 82 *Praelati secundum ordinationis suae tempus praecedunt.*
- 83 *Prior ordinatus praecedit.*
- 84 *Priuatus agens hypothecaria debet probare rem sibi prius hypothecatam, quam alteri donatam. Fiscus agens hypothecaria contra donatarium, an debeat probare rem sibi prius hypothecatam, ibidem.*
- 85 *Fiscus habet priuilegium, ut sua obligatio praecessisse praesumatur.*
- 86 *Priuatus praesumitur prius contraxisse, quam fiscus.*
- 87 *Fiscus habet priuilegium, ut in rebus postea quaesitis praefertur ei, qui habet anteriorem hypothecam.*
- 88 *Fiscus debet probare posterioritatem.*
- 89 *Instrumentum dotis praesumitur esse prius factum.*
- 90 *Causa studij, & causa doctis, aequiparantur.*
- 91 *Instrumentum fisci praesumitur posterius factum, quando agitur de causa dotis.*
- 92 *Si duo testamenta sub eodem die facta producantur, praesumitur posterius factum illud, in quo pro causa instituta est.*
- 93 *Filiorum causa est fauorabilior, quam causa patris.*
- 94 *Collatio beneficij prior facta praesumitur illius, qui est in possessione.*
- 95 *Testamentum posterius factum praesumitur illius, qui est in possessione.*
- 96 *Causa priuilegiata praefertur possessori.*
- 97 *Instrumentum habens diem, & horam, an praefertur ei, quod habet solam diem.*
- 98 *Signatura Papae fit semper supra medium diem.*
- 99 *Locus probandus est ab eo, qui se fundat in loco.*
- 100 *Accusatus quod conduxerit bestias in loco prohibito, an debeat probare se fuisse in loco licito.*
- 101 *Furtum impune potest fieri aleatori in domo, & tempore iustus.*
- 102 *Fur, qui furatur aleatori, debet probare tempus ludij, & locum, in quo ludebatur.*
- 103 *Iudex qui tenetur singulis diebus hora iuridica sedere, debet probare se fuisse in dicto loco tempore iuridico. Deus est omnium antiquissimus, ibidem in additionibus. Mundus est omnium pulcherrimus, locus est omnium maximus, mens est omnium uelocissima, necessitas est omnium fortissima, tempus est omnium sapientissimum, ibidem in additionibus.*

ARGUMENTVM.

De tempore, & a quo tempus sit probandum.

C A P. XXV.



VM ætas hominum, de qua in precedenti capitulo dictum fuit, sit pars temporis, nunc tempus me admonet, ut hoc in loco de tempore dicam, cuius

quidem tractatio inter iura personarum congruenter collocanda fuit, cum mortalium vita tempore a producat, & tempore^a consumetur, adeo ut non sine ratione illi Mythici scriptores tradiderint Saturnum, cuius nomine tempus figurabatur, filios suos deuorare^b solitum, significantes, tempus omnia producere, & omnia identidem ad nihilum redigere, de qua re multa tradit elegantissime

Tiraq.

Tiraq. in §. primo, glo. quarta, fol. 74. de praescript.

Tempus autem, secundum Varronem in principio libri quinti de lingua latina, dictum fuit a temperato tempore tenore solaris cursus, & lunaris, cum tempus esse scribat, interuallum mundi, & motus, diuisum in partes aliquot, maxime ab solis, & lunæ cursu, cuius opinionis fuit etiam Zeno^c Cithicus, qui tradit, tempus esse quid incorporeum, cum interuallum sit mundani motus, sed Plato^d ut refert Laertius in eius uita, asseruit, tempus sempiterni imaginem fuisse, idque semper manere, cœli autem motus absque dubio tempus esse: noctem enim, ac diem, & mensē, ac huiusmodi cetera partes esse temporis, & hac ratione absque mundi natura non constare tempus: simul enim tempus atque conditus fuerit, & tempus illi affuisse, porro post temporis generationem, & solem tempus & lunam, & errantia genita fuisse.

Definitio autem temporis est difficilis, ut Cicero attestatur in libro primo de inuentione, ubi tamen illud describens tradit, tempus esse partem quendam æternitatis cum alicuius annui, mensuræ, diurni, nocturnive spatij certa significatione.

Sed nos quidem utimur tunc demum tempore, quando in causa ciuili, aut criminali quaerimus de prioritate, & posterioritate, id est quid ocysus, & quid ierius factum sit: item, & quando quaeritur, qua parte anni, qua mensis, qua hora, nocte, an interdiu, & qua diei, & qua noctis hora factum quid esse dicatur. longinquitas etiam temporis sapissime consideranda est, nam plerumque oportet negotium metiri cum tempore, & uidere, potuerit ne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo tempore explicari, cuius rei uaria sunt exempla, quæ minime nunc expedit enarrare, & quando dicatur dies, uel nox, tradit egregie Iason in l. Lucius, in 4. notab. numero 12. ff. de liber. & postum.

Conclusio itaque generalis ad rem nostram pertinens hæc est, quod tempus tempore ab eo probandum est, qui suam intentionem fundat in tempore. l. matrem, C. de probat. l. eum qui. §. publiciana tempus, ff. de publiciana in rem actione. l. eum actum, ff. de negot. gestis, & egregie notat Castrensis in d. l. matrem, in prin. C. de proba. & ibi optime Bar. in secunda lect. numero tertio, & Bal. in prin. & numero tertio, uers. unde super hoc datur, columna prima, & Salyce. numero primo, uers. ex quo collige, & Angelus, & Alber. uterque in prin. & Bar. in l. non solum, §. sed ut probari, numero secundo, uers. idem dico de tempore, columna secunda, ff. de ope. no. nuntiat. & Soci. in consilio 67. pensatis, numero secundo, uolumine quarto, & Rui. in consilio 67. in quaestione, numero quinto, uers. & est regula, uolumine primo, & Bar. in l. si is qui, in fine, ff. de iure fisci, & Zabarel. in clem. si. numero octauo, uers. septimo quaero, columna penultima, de rescript. & Bal. in l. si minorem, numero tertio,

uers. item adde. C. de in integr. rest. & optime in l. de rebus, C. de donat. ante nupt. & Aretin. in cap. in presentia, numero 17. uers. unde secundum, sub octauo notabili, columna quarta, extra de probat. & ibi Fely. numero 12. uers. in textu ibi, non elidit, columna sexta, & in cap. auditis, numero 33. uers. secunda conclusio, columna penultima, extra de praescript. & Iason in l. non solum, §. sciendum, numero secundo, in secundo notabili, uers. adde pro ista conclusione, columna prima, ff. de oper. no. nuntiat. & Salyce. in l. si. C. an seruus ex suo facto, & ibi Bal. in ff. & Alex. in consilio 100. super primo, numero secundo, uolumine 1. & Decius in cap. in presentia, nu. 5. uers. duodecimo nota, col. 6. extra de prob. & Menoch. in praesumpt. 49. lib. 2. & Natta in conf. 100. uiso, in fine, & in conf. 177. habet, nu. 9. & in conf. 204. uertitur, nu. 11. uers. nam cum necesse, vol. 1. & in conf. 572. ualde, num. 17. uers. & hoc procedit, uol. 3. & Cepha. in conf. 82. hereditas, nu. 5. uol. 1.

Nec distinguitur, an agat quis, an conueniatur: nam siue sit actor, siue sit tempore reus qui se fundet in tempore, semper illud probare debet, ut notat Bar. in d. l. matrem, num. 3. in 2. lect. ubi tradit, quod sicut quando prioritas, uel posterioritas temporis est fundamentum actionis, debet actor probare praescriptum tempus, ita etiam quando est causa alicuius exceptionis, tempus ab ipso excipiente probandum est, quod idem confirmat ibi Castrensis, in prin. & Socin. in d. conf. 87. nu. 2. uol. 4. & Fely. in c. auditis, num. 33. uers. secunda conclusio, col. pen. extra de praescript.

Pro qua re facit, quod notauit Bal. in l. si. §. si. numero 2. uers. item si peto beneficium, C. de appel. ubi ait, quod si aduersus petentem beneficium uigore literarum, quas impetrauit, excipiat, quod illud beneficium fuit fundatum post datam literarum, debet opponens hanc posterioritatem probare, cum in ea fundet suam exceptionem, quod idem pariter confirmauit Zabarel. in clem. si. num. 8. uers. septimo quaero, de rescript.

Nec sufficit quælibet temporis probatio, sed oportet, ut sit praecisa, & limitata ad illud tempus, quod fuit in iudiciu deductum, alioquin si de alio tempore probatio fieret, nihil ualere, etiam si in libello clausula illa salutaris esset posita, uidelicet, peto mihi ius, & iustitiam fauorabiliter ministrari, hac ratione, quia diuersitas temporis facit, ut factum censetur esse diuersum, siue sit in causa ciuili, siue sit in causa criminali, ut ait Natta in conf. 53. uiso, numero 2. uers. uenio ad secundum, uolumine 1.

Neque temporis probatio facienda est solum, quando tempus est de essentiis ipsius obligationis, uel de praesentis unius obligationis ad alteram, uel unius rescripti ad alterum, ut patet in c. duobus, de rescript. in 6.

Verum etiam facienda est, quando tempus est de concomitantibus ipsius contractus, ut egregie tradit Bal. in l. 1. sub num. 12. uers. pone, ago contra te

M cum

cum seq. col. pen. C. si plures una sentent. cond. ubi ait, quod probatio facta sine tempore non includit tempus, quod erat probandum. ex quo infert quod emptori agenti ex empto ad rem venditam non sufficit probare venditionem, nisi probauerit, quod ea facta fuit ante litem contestatam, subdens amplius ex eadem ratione, quod non potest dici contumax ille, qui non vult respondere positioni facte de mutuo sine tempore, cum articulus absque temporis expressione sit impertinens, & in tali casu est probandum tempus, cum sit de concomitantibus ipsius obligationis, quod idem pariter explanavit Bar. in d. l. matrem, numero septimo, vers. & ex predictis sit cautus aduocatus, in secunda lect. C. de proba. ubi notat, quod petens centum, quae mutuauit, debet formare articulos, qui concludant contractum fuisse factum ante litem contestatam, aliam succumberet, & idem sequitur Cuman. in l. non solum. §. sciendum, in ff. de ope. no. nun. & rursus Bar. in d. l. non solum, §. sed ut probari, numero quinto, vers. item praedicta faciunt, columna secunda.

Illud autem quari solet, cui incumbat onus probandi tempus quando uterque, id est tam actor, quam reus in tempore se fundat, ueluti quando creditor et hypothecaria agens aduersus emptorem dicit rem emptam sibi prius fuisse obligatam, emptor uero e contrario dicit illam rem sibi prius fuisse uenditam, quam hypotheca cum creditore contraheretur. in qua quaestione uidetur dicendum, quod onus probandi incumbat emptori, siue dicat rem prius sibi fuisse uenditam, siue dicat hypothecam posterius fuisse factam: ex eo enim quod confitetur rem exiuisse de bonis debitoris, uidetur fundare intentionem creditoris, ut ait Albericus attestans se pluries ita obtinuisse in l. matrem, in ff. C. de prob.

Sed in contrarium communis est opinio omnium affirmantium onus probandi incumbere ipsi creditori, qui se fundat in prioritate temporis, quam opinionem sequitur Iacobus de Arena in dicta l. matrem, vers. conuenitur aliquis, & ibi Cynus vers. item facit, & Salyce. sub numero tertio, vers. ulterius Iacobus, columna prima, & Bal. numero sexto, vers. item allegatur, columna secunda, & Angel. in fine, & Castrenf. numero tertio, vers. & inducitur iste textus, col. fi. & Bal. in l. de rebus, in prin. C. de donat. ante nupt.

Et haec quidem opinio procedit siue creditor agat, siue conueniatur, quoniam in omni casu sua anterioritatem probare debet, ut Iacobus de Arena, Cynus, Baldus, & Salyce. adnotauerunt in dicta l. matrem. cuius sententiae ea est ratio, quia emptor absque differentia temporum suam intentionem praecise fundat super dominio, quod in ipsum translatum est, siue emerit ante, siue post rem hypothecam: sed intentio creditoris non est fundata nisi probet hypothecam factam ante uenditionem, & traditionem, ergo cum se fundet in praeciso tempore, debet illud praecise probare, ut tra-

dit Bal. in d. l. matrem, numero septimo, columna fi. & ibi Castrenf. numero tertio, columna secunda, & iterum Bal. in d. l. de rebus, C. de donat. ante nupt.

Hoc est enim perpetuum, ut agens hypotheca ria et probet rem fuisse in bonis debitoris obligationis tempore, si loquimur in speciali obligatione, si uero in generali, sufficit probare quandoque fuisse in bonis debitoris post contractam obligationem. l. & quae nondum, §. quod dicitur, ff. de pignor. & in l. ante omnia. ff. de prob.

Quod quidem est uerum, quando agitur aduersus tertium possessorem non habentem causam ab ipso debitore, sed si ageretur aduersus ipsum debitorem, uel eius haeridem, aut etiam singularem successorem, sufficeret probare simplicem possessionem, allegando dominium, ut consuluit Bald. in consilio 256. uisa petitione, in prin. uolumine quinto, & clarius Alex. in consilio 137. in causa, numero quarto, vers. quod autem libellus, & in consilio 138. in prin. uolumine 2. & Bal. in d. l. & quae nondum, §. quod dicitur, in prima lect. ff. de pignor.

Ceterum hanc principalem conclusionem, qua dicimus tempus esse probandum ab eo, qui se fundat in tempore, limitabis, ut non procedat, quando praesumptio iuris esset et in fauorem illius, qui in tempore se fundauit, nam tunc onus probandi in aduersarium transferetur vigore praedictae praesumptionis, de cuius efficacia satis copiose locutus sum in capitulo octauo, & in cap. li. numero decimo, libro primo, & in specie notat hanc fallentiam Aret. in dicto capitulo, in praesentia, numero decimo septimo, in octauo notab. vers. unde secundum D. Abbatem, columna quarta, extra de proba.

Ex qua limitatione infertur, quod si a Pontifice una die data fuit et licentia Praelato faciendi certam emphiteusim, & apparuerit eadem die fuisse factam, nec constare poterit, an praecesserit licentia, uel emphitheusis, onus probandi prioritatem incumbet ei, qui dixerit emphiteusim fuisse factam ante licentiam, quia praesumptio est, quod licentia praecesserit, tum quia ex duobus et actibus eodem die factis ille praesumitur praecessisse, qui debebat esse praebulus ad alterum, ut in terminis ait Alex. in consilio octuagesimo primo, lecto, & discusso laborioso processu, numero septimo, vers. & cum fuerit dicta licentia, columna quarta, uolumine tertio, quem sequitur Fely. in cap. pastoralis, columna quarta, vers. & hinc est, extra de rescript. & Alciat. in praesumpt. 42. numero primo, reg. 3. & Iason in l. si. num. 35. vers. nota tamen in praedictis, col. pen. C. de edicto diui Adri. tollen.

Tum etiam, quia ubi ad essentiam et substantialem actus aliquid debet esse prius altero, si utrumque reperitur factum eodem die, praesumitur in dubio praecessisse illud, quod actum facit ualere, ut tradit Fely. in dicto capitulo, pastoralis, in uerbo,

in uerbo, ad identitatem, col. 3. in fine, ubi ait quod si appareat, collegam certa die notificasse collegis impedimentum, ipsique eadem die pronuntiauerint, praesumitur et notificationem praecessisse, quae quidem notabilis traditio scripta fuit ex doctrina Cyni, quam sequitur Bald. in l. cum in testamento. §. haec uerba, in fine, ff. de haered. instit. ubi dicit, quod si eadem die, & etiam in eodem instrumento facta fuerit donatio, & emancipatio; qui uoluerit et dicere donationem non ualere eo, quia facta fuit ante emancipationem, debet probare huiusmodi prioritatem, quia praesumptio est, ut praecesserit emancipatio, quae facit actum ualere, quod idem sequitur ibi Angel. numero primo, affirmans, quod potius ordo et scripturae est conuertendus, quam quod dispositio pereat: quam doctrinam valde commendat Alexan. in l. diuortio, sub numero 9. versicu. sed circa hoc hic unum incidenter, col. secunda, ff. sol. matrim. & egregie Ioan. de Imola in d. §. haec uerba, nume. 7. vers. ultimo inducit, col. fin. & Iason in l. fin. nu. 35. vers. nota tamen in praedictis, col. pen. C. de edicto Diui Adri. toll.

Per quam rationem similiter affirmandum est, quod si quis certa die fecerit et testamentum et apparuerit ipsum sub eadem die fuisse a patre emancipatum, qui uoluerit dicere testamentum fuisse factum ante emancipationem, & consequenter non ualere, debet probare, quia praesumitur, quod emancipatio praecesserit, quae dispositionem ualere facit, ut tradit Iason in d. l. fin. nu. 35. vers. nota tamen in praedictis, col. pen. C. de edicto Diui Adri. tollen.

Ad quam materiam pertinet illud quod notauit Bald. in lege prima, §. quibus, numero decimo sexto, in septimo notab. C. de nouo cod. facien. ubi tradit, quod si in libro notarij reperiantur plura instrumenta eodem die confecta, & dubitatur, quod prius, & quod posterius fuerit celebratum, illud praesumetur et fuisse prius confectum, quod reperitur prius in ordine descriptum, & si fuissent in diuersis libris dicta instrumenta sub eodem die celebrata, tunc posterioritas, & prioritas non praesumitur nisi in his, quae habent ordinem a natura, puta in priuatione, & habitu, nam priuatio semper et praesumitur posterior, & inferendo ad promissionem, & refutationem subiungit, quod promissio tanquam habitus praesumitur praecessisse, quae doctrina valde confert ad solutionem illius quaestionis, quam posuit Cynus in l. cum proponatis, C. de codicil. ubi cum duo codicilli et exhibiti fuissent, quorum unum continebant legatum, alteri eiusdem legati ademptionem, & ignoraretur, qui prius, & qui posterius facti fuissent, cum eandem diem continerent, concludit ibi cum Cyno Bald. quod ademptio legati praesumitur posteriore loco facta, cum priuatio secundum ordinem naturae sit posterior, quam habitus, & sequitur ibi Saly. numero secundo, & Fely. in d. cap. pastoralis, columna quarta, vers. est etiam alia doctrina, quod in lite

ris, extra de rescript. & Alcia. in d. praesumpt. 42. sub numero 3. reg. 3. & iterum Bal. in l. 1. numero 5. vers. & adde quod ubi, columna secunda, ff. sol. matri.

Secundo infertur, ut si quis fuerit citatus certa die ad litem, & sub eadem die impetrauerit a superiore eiusdem litis alium iudicem, nec constare possit an citatio, an iudicis impetratio praecesserit, qui uoluerit excipiendo dicere impetrationem, uel rescriptum esse subreptitium, uel obreptitium, quia non est facta mentio de pendentia litis, quae per solam citationem dicitur pendere, probandi habet onus citationem fuisse prius factam, uel quia nemo et praesumitur subrepere, aut obrepere praetori, uel quia praesumendum est eum actum praecedere, qui facit ualere dispositionem, ut concludit Fely. in c. super literis, nu. 13. vers. limita primo, columna 8. extra de rescript. & in d. c. pastoralis, columna 4. extra eo.

Tertio infertur ad eum, qui uendit fundum, & post uenditionem fuit de haeresi condemnatus cum bonorum confiscatione, nam fisco agente aduersus emptorem sub eo praetextu, quod haeretici bona et sua nequeunt alienare, ut notat Bald. in consilio quarto, libro primo, inter cons. crimin. & textus est, & glo. in cap. excommunicamus, §. credentes, extra de haeret. & cap. cum secundum leges, §. bona haeticorum, de haeret. in 6. l. Manichaeos, C. eo.

Si emptor uoluerit dicere uenditorem fuisse catholicum tempore uenditionis, debet hoc probare, quia in fauorem fisci praesumptio est, ut hodie haeticus et praesumatur in praeterito haeticus, ut concludit Alber. in l. 1. §. si magistratus, vers. & facit ad quaestionem, ff. de magistr. conueniendis.

Quam tamen illationem ego non credo ueram, tum quia in dubio pronuncianum est contra fiscum agentem ex causa lucretiua. l. non puto, ff. de iure fisci.

Tum etiam, quia falsum est, ut haeticus de praesenti in praeteritum et praesumatur haeticus: cum enim praesens status habeat contra se aliquis praeteriti temporis necessariam ueritatem, tunc non procedit praesumptio de tempore praesenti ad praeteritum, ut in terminis haeretici tradit Bal. in d. l. 1. §. si magistratus, numero 4. ff. de magistr. conuen.

Quarto infertur ad decretum statuti cauentis, ut nemini liceat oues pascere in pratis communitalis, nisi post quintam diem mensis Martij, & non ante: nam si quis accusatus fuerit, quod oues conduxerit in dicta prata de mense Martio, accusatus uero excipiat, se illas post quintam diem mensis in dicta pasqua conduxisse, onus probandi et incumbit accusatori dictas oues fuisse conductas ante quintam diem, quia praesumptio est in fauorem rei, ut non praesumatur delinquere, ut tradit Bartol. in lege, non solum, §. sed ut probari, numero secundo, vers.

Idem dico de tempore, ff. de oper. no. nunt. & ibi Castren. in §. qui opus nouum, sub numero secundo, uers. & ista inducuntur, columna prima, Cuman. ibi in §. sciendum, numero 1. uers. unde dicit Bartolus, si statuto cauetur, & Abb. in cap. auditis, numero 29. uers. & per glos. præallegatam, columna antepenultima, extra de præscript.

36 Eiusdem quoque iuris est illud, quod tradit Angel. in d. l. matrem, num. 4. C. de probat. ubi ait, quod si ex forma statuti mulier non potest intrare palatium sub certa poena ante pulsationem campanæ, si probatur introitus, non sufficit, nisi probeatur punctualiter, quod ante pulsationem campanæ intrauit, cum nemo censetur illud facere, per quod incurrat in poenam. cui rei simile est exemplum, quod posuit Bartol. in dicta l. non solum, §. sed ut probari, sub numero 2. uers. uel pone statutum est, ff. de oper. noui nunciat. ubi refert statutum, quo cauebatur, ut nobiles ingredi palatium non possent, nisi tempore consilij, cum que fuisset quidam nobilis accusatus, quod intrauerat palatium de mense Maio, ipse nobilis ad suam defensionem allegauit, & probauit dicto mense factum fuisse consilium: & cum dubitaretur, an intrasset ante consilium, an post consilium, concludit in delictis eam capiendam esse in dubio interpretationem, que delictum excludat, quia nemo præsumitur delinquere, ob quam præsumptione onus probandi transfertur in eum, qui dicit nobilem fuisse ingressum palatium ante habitum consiliū. quam doctrinam sequitur Castren. in d. l. non solum, §. qui opus nouum, num. 3. uers. aliquando tangit, ff. de oper. no. nunt. & ibi Alex. in d. §. sciendum, in princip. ubi dicit, quod supradictæ Bartoli decisiones sine scrupulo procedunt, & ibi Iason num. 4. colum. 2. & Cuman. sub num. 1. uers. uel ponam quod statuto, col. 1. & Abb. in cap. in præsentia, num. 6. uers. si autem præsumeretur, colum. 4. extra de probat. & ibi Decius post longam disputationem, num. 52. uers. prædicta conclusio, colum. 6. & Menoch. in d. præsumpt. 49. lib. 2. & rursus Abb. in dicto cap. auditis, num. 30. uersiculo, pone aliud exemplum, colum. penultima, extra de rescript. & Barbat. in consilio 77. equidem uiso puncto, num. secundo, uersiculo, & adduco quod uoluit, columna 1. uolum. 4. & Marsil. in consilio 2. numero 2. & Ioan. Bapt. Ferret. in c. in præsentia, numero 33. uers. si uero sumus in præmissis, colum. 13. extra de proba. & latè Tiraquel. in cap. 37. num. 74. cum seq. uers. statutum est, de nobil.

37 Aliud exemplum ponitur etiam, quando quis accusatur, quod uulnerauerit, aut occiderit Sempronium, de mense Maio, & accusatus dicit ipsum impune potuisse occidi, quia bannitus erat, probauitque bannum fuisse factum die 15. mensis Maii: nunc dubitatur, an accusatori incumbat onus probandi homicidium factum fuisse ante bannum, an reo post bannum, & communis opinio est, ut accusatori incumbat probatio, quod homicidium sit factum in tempore illicito, id est ante bannum,

quia præsumptio est in fauorem rei, ut præsumatur illud fecisse in tempore licito, ut præsumptio delicti excludatur, uidelicet, aliast in ciuilibus exceptio dubia rei non infringit certam probationem actoris, tamen secus est in criminalibus, in quibus exceptio dubia, & non concludens facit, ut præsumptio delicti excludatur, ut concludit Bartol. in dicta l. non solum, §. sed ut probari, sub numero 2. uersiculo, prædicta, ff. de oper. no. nunt. & ibi Roman. numero 3. & egregiè Salycet. in dicta l. matrem, in fine, C. de prob. & Cuman. in dicta l. non solum, §. sciendum, numero 1. uers. quid in reo, ff. de oper. no. nunt. & ibi Io. de Imola, num. 1. uers. ultimo nota, & Bald. in l. fin. in fine, C. an feru. ex suo facto, & iterum Bartol. in dicta l. matrem, num. 5. in secunda lectura, C. de prob. & Castren. in dicta l. non solum, §. qui opus, numero 3. uersiculo, aliquando tangit è conuerso, ff. de oper. no. nunt. & Aretin. in d. c. in præsentia, numero 17. in octauo notab. colum. 4. C. de prob. & Abb. in d. cap. auditis, num. 30. uers. sed quando contingit, colum. penul. extra de præscript. & Alex. in d. l. non solum, §. sciendum, sub nu. 3. uers. excepta una, ff. de oper. no. nunt. ubi post longam disputationem tandem concludit, quod totus mundus hanc Bartoli opinionem sequitur, & ibi Iason, num. 5. uers. secunda conclusio, colum. 2. & 3. & Felyn. in d. cap. in præsentia, numero 13. uers. sed aduerte, colum. 6. extra de probat. ubi dicit hanc esse ueritatem, & in cap. significasti, il secundo, num. 13. uers. secunda conclusio, colum. 5. extra de homicid. & pulchrè in dicto cap. auditis, num. 30. uers. prima conclusio in criminalibus, colum. 16. extra de præscript. & Decius in cons. 177. in causa falsitatis, numero 5. colum. 5. & Ruin. in cons. 68. super primo, sub numero 4. uers. nec etiam obstat, uolum. 4. & Gabriel. in conclus. 2. num. 26. uers. duodecimo infertur, lib. 7. de maleficijs. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem, & Paris. in d. c. in præsentia, num. 31. uers. circa illud notab. colum. 15. extra de probat.

Et licet Bald. in contrarium transferit in l. matrem, numero quinto, uersiculo, quid ergo dicemus, C. de probat. & Decius quo ad crimen de genere prohibitorum, in dicto capitulo, in præsentia, numero 55. uersiculo, difficile uidetur respondere, columna septima, extra de probat. & ibi Io. Bapt. Ferret. numero 27. uersiculo, limitatur conclusio Abbatis, col. 11.

Attamen non est recedendum a priore sententia, quæ magis communiter est approbata, eamque reprobata Decij, & Ferretti distinctione ab omnibus obiectis tuentur Aretin. Felyn. Alexan. Abbas, & Parisius in locis iam citatis, ad quos remitto, pro quibus facit, quod Angel. tradit in dicta l. matrem, uersiculo, similiter si statutum, C. de probat. ubi ait, quod stante statuto, ut percussus quem de nocte post pulsationem certæ campanæ puniatur in duplum, non sufficiat probare percussorem nocte fuisse factam, nisi probe-

41 tur explicitè, quod post sonum campanæ facta fuit.

42 Quinto infertur, ut si duobus eadem res in eodem instrumento fuerit hypothecata, onus probandi prioritatem temporis incumbat ei, qui secundo loco fuit nominatus, quia præsumptio est in fauore illius, qui fuit nominatus in prima parte instrumenti: cum enim sit prior in ordine scripturæ, præsumitur etiam prior in tempore, & in casu hypothecæ alteri præferetur, ut concludit Iason in dicta l. qui dicit, numero quinto, uersiculo, secundo adde, columna in. ff. de leg. 1. & Felyn. in capitulo, cum dilecta, columna quarta, uersiculo, similiter dicit Angelus, extra de rescript. & Bened. Gulielm. in quaestione de canonicatu, columna tertia, in fine, & Iason in l. secunda, §. prius, numero uigesimo primo, uersiculo, quinto adde, columna penultima, ff. de uulg. & pupill.

43 Pro cuius rei confirmatione facit egregius textus in capitulo, si quis iusto, de elect. in sexto, ubi dicitur, quod si quis instituerit plures procuratores ad actum, ad quem non potest interuenire nisi unus procurator, ut est actus electionis, tunc is intelligitur esse procurator, qui prior fuerit in instrumento nominatus, facit quod tradit Bald. in l. prima, C. de edic. diui Adr. toll. ubi inquit, quod quando ex pluribus electis non potest nisi unus possidere, tunc habet iustitiam ille, qui fuit in eodem instrumento prior nominatus, nam qui in ordine uerborum est prior, in ordine possidendi erit prior, facit etiam quod idem Bald. adnotauit in dicta l. 1. §. quibus, numero 16. in septimo notab. C. de nouo cod. facien. ubi tradit, quod si in libro notarij reperiuntur plura instrumenta eodem die facta, & dubitatur, quod prius, & quod posterius fuerit celebratum, illud præsumatur prius fuisse confectum, quod reperitur prius in ordine descriptum, quam doctrinam supra latius explicauit, numero 28. ad cuius rei confirmationem pertinet textus elegantissimus in l. qui soluendo, la secunda, ff. de hered. instit. ubi habetur, quod si ex pluribus hæredibus in testamento scriptis hereditas non potest competere nisi uni, competet illi soli, qui primo loco scriptus est, quibus adhæret alius textus in l. quoties, ff. de usufr. ubi dicitur, quod si legatus sit usufructus fundi Titio, ut Meuius, ita ut alternis annis fruatur, nec sit expressum, uter eorum prior utatur, ille prior incipiet frui, qui primo nominatus est, per cuius elegantissimam legis dispositionem ibi Florianus notabiliter infert, quod si fuerit Castrum pluribus legatum hoc pacto, ut alternis annis quilibet debeat exercere iurisdictionem, ille qui est primus nominatus, debet alijs præponi, quibus accedit illud quod expressum est in l. generaliter, §. quid ergo si plures, ff. de fideicom. libert. ubi dicitur, quod si testator nominauerit certos seruos manumittendos ex pretio heredi relicto, & pretium non sufficiat ad omnes, tunc ordo scripturæ sequendus est, ut scilicet prior nominatus prior manumittatur:

44 Tantus enim uigor, & tanta uirtus est in prænominatione, ut ex ordine uerborum describatur ordo intellectus, ut scripsit Bald. in l. cum quidam, in tertia opposit. C. de uerb. signif.

45 Hinc uidemus, quod licet etiam alternatiuis regulariter sit debitoris electio, capitu. in alternatiuis. de reg. iur. in sexto, & latè ponit Felyn. in cap. inter cæteras, numero quarto, uersicu. regulariter, columna 2. extra de rescript.

46 Attamen si alternatiua inter personas ponatur, inter quas cadit ordo charitatis, secundum prius, & posterius, tunc alternatiua non operabitur electionem, sed ordo scripturæ obseruandus erit, ut prior in nominatione censetur prior in dispositione, per textum egregium in l. cum pater, §. a te peto, ff. de leg. secundo, ubi habetur, quod institutus hæres ab uxore, & grauatus restituere hereditatem filijs, si filios habuerit, uel si non habuerit, propinquis suis, siue propinquis testatricis, aut etiam commanibus libertis, per illa uerba alternatiua non intelligitur data electio marito restituendi hereditatem cui uoluerit, sed intelligitur grauatus restituere hereditatem secundum ordinem scripturæ, ut scilicet priori nominati, primi capiatur, & sic deinceps de reliquis ordine successiuo usque ad liberos nonissimo loco nominatos, quæ textum latius etiam interpretando Albericus allegauit ad probandum, quod etiam si non cadat ordo charitatis inter nominatos, nihil tamen alternatiua operabitur, sed ordo scripturæ sequendus erit, ut hoc notauit in quaestione 171. quid si statuta Perusij, libro 1. statutor. ubi dicit, quod frante statuto, ut bona minorum non solemniter alienata reuocentur per Priores, uel per Antianos, præferentur Priores, quia primo loco nominati sunt, cuius opinionem sequitur Felyn. in d. c. cum dilecta, columna 4. in prin. extra de rescript. & Iason in d. l. 2. §. prius, numero 21. uers. sexto adde, colum. pen. ff. de uulg. & pup.

47 Facit etiam, quod ad huiusmodi propositum ex ordine prioris nominationis notat Florian. in d. l. quoties, numero 5. uers. item facit, colum. 2. ff. de usufruc. ubi dicit, quod si quis promisit duobus monasterijs, quod eis patrociniabitur in omnium causa, si postea illa duo monasteria inuicem litigauerint, tenebitur patrocinari ei, quod primo loco fuit nominatum, & sequitur Præpositi. in capitulo, Episcopum, numero 3. uersiculo, ex hoc infertur, septima, quaestione prima, ubi dicit, quod si constaret primum monasterium iniustam causam fouere, tunc deberet postulare pro secundo: si autem non constaret, tunc in dubio debet aduocare in fauorem primi, & dare substitutum secundo.

48 Nec ista prerogatiua ex ordine scripturæ emanans sine multa ratione procedit: nam quemadmodum ordo est rerum gestarum, ac gerendarum series secundum prius, ac posterius, ut ait Bald. in l. Aretusa, in principio, ff. de statu homin.

Ita etiam credendum est, in ordine verborum feriem prioritatis, & posterioritatis fuisse servatam, tum quia rationi congruit, ut et ab antiquioribus, & dignioribus semper inchoemus, §. fi. Instit. de iure natur.

57 Tum etiam, quia quod prius est et in uoce, praesumitur esse prius in sensu, & ex ordine verborum praesumitur ordo intellectus, ut dixi, & notat egregie Bal. in l. si duas, num. 6. in ultimo notab. col. 2. ff. de excus. tutor.

58 Sic etiam dicimus, quod ubi cadit ordo charitatis, prius et in testamento nominatus censetur magis a testatore dilectus, quia ex praenominatio praesumitur maior affectio, d. l. cum pater, §. a te peto, & ibi Doctor. ff. de leg. 2. facit textus in d. l. quoties, ff. de usufr. & in l. Publius. §. Titia codicillis, ff. de cond. & demonstr. & in l. Lucius Titius, la 2. ff. de hered. instit. notat Corn. in conf. 200. circa praesentem, col. 3. uers. quod & suadet, uol. 2. & Castrensis. in conf. 121. uisa quadam petitione, col. 2. in fine, uers. item non est credendum, uolumine 1. & Crau. in conf. 62. num. 7. uers. sed in casu nostro uidendum, columna 2. in fi. & in conf. 161. uerba substitutionis, nu. 5. uers. ergo si maioris dilectionis, & Decius in conf. 480. in causa, nu. 11. uers. & hoc idem alia ratione, col. 4. & Alex. in conf. 130. attentis uerbis, nu. 2. uers. tamen praemissis, uol. 2. & Florian. in d. l. quoties, in prin. ff. de usufr. & Angel. in d. l. qui soluendo, la 2. ff. de hered. instit. & Tiraq. in quaest. 19. numero tertio, de iure primigen.

59 In quibus locis omnes praefati Doctores concludunt, quod ordo prioris denominationis et arguit ordinem charitatis, & maioris dilectionis, cui rei multum adstipulantur ea, quae tradit Bart. in l. qui duos, ff. de leg. 1. ubi dicit, quod si testator habens duos equos, reliquerit unum Titio, & alterum Mevio, electio et erit Titij: quia cum sit prior nominatus, censetur ex ordine scripturae magis dilectus, quod dictum sequitur Florian. in l. si ita sit ascriptum, ff. de leg. 1. & Iason in d. l. qui duos, num. 4. uers. extra glossam, & Maran. de ord. iud. in proemio, numero 27. uers. item seruatur ordo in legatis.

60 Per quas rationes optime, ac eleganter consuluit Guliel. Bened. in d. q. de canonicatu, ubi dicit, quod et supplicatio dicitur fuisse prior signata, quae reperitur in libro cancellariae prius registrata, & in ferendo ad quaestionem duorum, qui eundem canonicatum eodem die impetrauerant, dicit eum esse praefendum tanquam prius expeditum, qui habet supplicationem suam in primo loco registri descriptam, sicut eadem quoque ratione et statutum secundo loco censetur esse factum, quod ultimo loco est descriptum, ut notat Castrensis. in dicta l. prima, columna penultima, in fi. numero 12. C. de no. cod. facien. ubi tradit, quod si praetor iura ueris seruare statuta, & duo reperiuntur esse contraria, debet et seruare ultimo loco descriptum, quia cum praesumatur ultimo factum, censetur

61 quod et supplicatio dicitur fuisse prior signata, quae reperitur in libro cancellariae prius registrata, & in ferendo ad quaestionem duorum, qui eundem canonicatum eodem die impetrauerant, dicit eum esse praefendum tanquam prius expeditum, qui habet supplicationem suam in primo loco registri descriptam, sicut eadem quoque ratione et statutum secundo loco censetur esse factum, quod ultimo loco est descriptum, ut notat Castrensis. in dicta l. prima, columna penultima, in fi. numero 12. C. de no. cod. facien. ubi tradit, quod si praetor iura ueris seruare statuta, & duo reperiuntur esse contraria, debet et seruare ultimo loco descriptum, quia cum praesumatur ultimo factum, censetur

corrigere primum.

Nec illud etiam in hac materia omittendum est, quod tradit Iacobus de Arena in l. si communis seruus ita, in princip. in uerbo, pro ciuili, ff. de stipul. feruor. ubi dicit, quod ille, qui prior est in contractu et nominatus, principalis esse praesumitur, & secundus nominatus praesumitur esse fideiussor, quod uterque non est pariter obligabilis: nam si uterque posset pariter obligari, tunc uterque censetur principalis, nisi contraheretur super re unius tantum, vel nisi ad unum dumtaxat res perueniret, secundum declarationem Bal. in auth. hoc amplius, numero 21. uers. & nota hic argumentum, columna 3. C. de fideicom. & Fely. in d. cap. cum dilecta, numero quarto, uers. similiter dicit Bald. columna quarta, extra de rescript. & Bened. in d. quaestione de canonicatu, sub numero 10. columna 3. in fi. & Iason in d. l. secunda, §. prius, numero 19. uers. tertio adde, columna penultima, ff. de uulga. & pupill.

64 Et propterea Baldus in tanta ordinis obseruantia rectissime locutus est, quando dixit, quod in dubijs regula datur et ex ordine uerborum, quod scriptum reliquit in l. 1. columna fi. C. de impub. & alijs substir.

65 Quae res non solum procedit in praerogatiuae temporis secundum prius, & posterius, ut uidimus, uerum etiam procedit in praerogatiua dignitatis, quoniam ordo literarum et ordinem dignitatum designat, ut egregie dicitur in l. prima, ff. de Albo scriben.

66 Per quem textum Bal. sciens adnotauit, quod primo nominatus maior et ceteris esse praesumitur, ut patet in l. cum quidam, in 3. opposit. C. de uerb. significa.

67 Cui argumentationi inherendo Archidiaconus in capitulo fi. de supult. in 6. dixit, quod Archiepiscopus Mediolanensis debet et praecedere Archiepiscopum Rauennatem, cum prius fuerit nominatus, in c. bene quidem, dist. 96.

68 Et per hanc rationem ita fuisse determinatum affirmat Alber. in l. gloriosissimo, columna fi. C. de sacros. eccles. ubi dicit, quod ipse uidit determinatum fuisse, Archiepiscopum Mediolani fore maiorem, & digniorem Archiepiscopo Rauennae, quia in antiquis scripturis reperiebatur, ipsum praeponi eidem Archiepiscopo Rauennae, & eandem opinionem sequitur Martin. Lauden. in quaestione 10. tract. de dignit. & Fely. in d. cap. cum dilecta, numero quinto, columna quarta, extra de rescript. & Petrus a Monte in quaestione quinta, de monarch. conciliorum, in prima parte, ubi dicit, se ita consuluisse, & Castan. in 4. par. in 21. consider. de gloria mundi.

Quod quidem admodum notabile est, & debet poni ad glossam in l. discernimus, in uerbo residendi, C. de sacros. eccles. ubi dixit, antiquitus fuisse contentione inter Archiepiscopum Rauennatem, & Mediolanensem, uter eorum sedere deberet a dextris Patriarchae, ad quam materiam facit, quod ex eiusdem

69 eiusdem argumenti ratione tradit glo. in cap. quorundam, de elect. in 6. ubi dixit, quod fratribus minoribus et ordo fratrum praedicatorum debet ante poni, cum prius in ordine scripturae sint nominati, quod argumentum, ut uidimus, censetur esse efficacissimum, ut notat etiam glo. in c. inter uerba, in uerbo, praemisit. 11. quaest. 3. & de dicta fratrum praedicatorum praecedentia ex ordine literarum notat etiam Albe. in dicta l. gloriosissimo, col. fi. C. de sacros. eccles. & Archid. in d. cap. fi. de sepult. in 6. & Euerard. in loco primo, in fi. de modo arguen. & Petrus in d. q. 5. de Monarch. concil. in 1. par. & Purpur. in rub. ff. de iurisd. omn. iud. nu. 27. uers. quarto facit, col. 3. & Decius qui loquitur de praecedentia monachorum & canonicorum in c. auaritia, extra de praebend. & in conf. 161. pro domino, uers. quinto hoc suadet, col. 2.

70 Similiter et per eandem rationem notauit Afflictus, q. Marchio et debet praecedere Comitē, cum Marchio sit in ordine literarum primo loco nominatus, in c. 1. nu. 8. uers. & scias, col. 2. tit. quis dicatur Dux.

71 Et Petrus a Monte dixit in d. q. 5. quod Patriarcha Gradenensis debet et praecedere presbyteros Cardinales, cum ipse reperiat in ordine literarum primo loco descriptus, prout apparet in subscriptione posita in c. constitutis, il. j. extra de appel.

72 Et ideo uirtute, & efficaciam huius ordinis scripturae intelligentes Franciscani minores, quibus Urbanus Papa iusserat, ut ei darēt in scriptis nomina trium fratrum, ut unum ex eis Cardinalem crearet, ipsi tria nomina et scripserunt in forma circulari sphaerae, ne ex ordine literarum cognosci posset, quae illi digniorem iudicassent, quo uiso Urbanus ordinem (inquit) peruertistis, & ego ordinem peruertam; omissoque illis tribus Generalem ordinis euegit. quam historiam refert Barba. in q. 1. nu. 50. in 1. par. tract. de praestant. Cardin. ubi falso citat Angel. praedicta narrantem, qd' idem quoque citato perperam Angelo retulit Fely. in d. cap. cum dilecta, col. 3. in fi. extra de rescript. & Praeposit. in c. Nicolao, in prin. extra de appel. & Tiraq. in q. 19. in fi. de iure primigen.

73 Verum, quod attinet ad hoc ultimum caput respectu praelationis arguenda ex ordine literarum, aduertendum est, quod huiusmodi argumentum non est et usquequaque uerum, nec potest ex illo fieri ualida conclusio, cum videamus saepissime digniores ultimo loco nominari, & in ordine scripturae describi, & hoc in primis apparet in c. 2. extra de iud. ubi Archiepiscopi nominantur in ultimo loco post Episcopos, & post Abbates, & tamen nemini dubium est, quod ipsi digniores sunt Episcopis, & Abbatibus, idem etiam probatur in c. pastoralis, extra de concess. praebend. ubi priori loco nominantur canonici, & posteriori loco Archiepiscopus, idem est etiam in c. fi. extra ne sede uacan. ubi Procurator ecclesiae Sanctae Mariae de Castroforti anteponitur Episcopo Burgenfi, facit textus in c. fi. de officio deleg. in 6. ubi prius Episcopi, & postea eorum superiores nominantur, idem etiam probatur in

74 c. fundamenta. §. proinde officij nostri, de elect. in 6. ubi Marchio in ordine literarum anteponitur Duci, & tamen Dux praecedit et Marchionem, ut ait Boer. de auctor. magni consilij, nu. 118. uers. & quauis istum ordinem, fol. mihi 915. facit etiam quod licet sexus masculinus et sit nobilior foemino, c. est ordo. 33. q. 5.

75 Tamen aliquando reperimus, quod primo loco foeminae, & posteriori loco masculi nominati sunt, §. fi. Insti. qui testam. tutor. dari pos.

Similiter etiam licet aurum sit nobilior argento, & aere: tamen aliquando prius nominatur aes, & argentum, & postremo loco aurum, ut in §. & post multam Sabinianorum, Instit. de rerum diuis.

Item quamuis caelum sit nobilior mari, & terra, tamen primo loco mare, & secundo caelum nominatur, §. ferae igitur bestiae, Instit. eo. tit. facit etiam textus in c. solitae, extra de maior. & obed. ubi scribitur Rex, uel Imperator.

76 Quapropter recte, ac eleganter loquuta est glo. in c. si quis ex Episcopis, dist. 79. ubi notauit, quod ordinis literarum et non est standum, & optime conclusit etiam Barba. in d. q. 1. nu. 50. uers. nec obstat si quispiam argueret, in 1. par. tract. de praestant. Cardin. ubi dicit, quod argumentum ab ordine scripturae non est semper ualidum in iure, imo cum materiam contineat et brocardicam, ut ait Fely. in c. cum dilecta, nu. 4. uers. ordo scripturae, extra de rescript.

77 Non potest ex dicto argumento ualida conclusio sumi, quoniam in natura brocardica et certum fundamentum non constituitur, ut ait Mars. in §. secunda, numero 57. uers. ex quibus iuribus, Pract. crim. & Cuma. in l. si quando, in prima lect. ff. de leg. 1. & Ange. in conf. 355. quaestio praedicta, in princip. ubi dicit securam non esse eam decisionem, quae fit per uiam Brocardicam.

78 Potest tamen distingui, quod aut prior et nominatio facta fuit ad ordinem praelationis inducendum, & tunc nemini dubium est, quod ordo literarum inspicendus est, ut patet in l. 1. ff. de Albo scriben.

Aut facta fuit ex quadam simplici, & enuntiatiua personarum demonstratione, & tunc ordo scripturae non debet attendi, ut ait Fely. in d. c. cum dilecta, col. 5. in secunda, & quarta declaratione, extra de rescript. & Maran. in 3. par. prin. nume. 113. uers. principaliter, de ord. iud. fol. mihi 23.

80 Alii dicunt, quod quando prior et nominatio facta reperitur in tali materia, in qua nulla alia consideratio prioris nominationis considerari potest, tunc maior dignitas ex prioris nominatione arguitur, aliis secus, ut tradit Decius in c. auaritia, num. 6. uers. praedictis tamen, col. 2. extra de praebend.

81 Ad illud uero, quod dictum fuit, Archiepiscopus Mediolanensem aliquando fuisse uisum et praecedere Archiepiscopum Rauennatem, respondetur, illud non fuisse ex solo ordine scripturae, sed euenisse ex ordine prioris ordinationis, quoniam Mediolanensis Archiepiscopus eo tempore reperiebatur ordinatus, & consecratus prius, quam Archiepiscopus Ra-

uenē, ut ait Gratian. in c. concilia, §. hoc quoque notandum est, distinct. 17. ubi dicit, quod cum sit cautum, ut praelati secundum ordinationis suae tempus debeant prerogatiuam ordinum sibi uen dicare, illud tempus ordinationis debet referri nō ad Ecclesias, sed ad personas, ut scilicet prior ordi natus prerogatiuam seors habeat, & hac ratione Archiepiscopus Mediolanens. Archiepiscopo Ra uenē fuit antepositus, de qua re uide quoque Do- ctor. in c. Episcopos, distin. 17. & Boer. de auctor. magni consil. num. 60. fol. 905.

Secundo predicta conclusio principalis, qua di citur tempus esse probandum ab eo, qui se fundat in tempore; limitatur, ut non procedat fauore fi sci agētis hypothecaria aduersus priuatum, ut est casus, & Bartol. notat in l. 1. num. 4. uer. pro cu jus euidētia, C. de iure fisci, lib. 10. ubi dicit, quod quamuis prerogatus agens hypothecaria, contra donatarium debeat rem probare sibi prius hypo thecatam, quam alteri donatam, l. de rebus, C. de donat. ante nupt. Attamen speciale est in fisco, ut si ipse egerit hypothecaria, debeat priuatus proba re rem sibi prius donatam, quam fisco obligatam. ex quo infert, quod si fisco probauerit rem sibi fuisse hypothecatam mense Maio, & donatarius probauerit dictā rem sibi fuisse eodem mense do natam, succumbit donatarius, cum praesens prio ritatem non probauerit, licet secus sit, quando in ter duos priuatos controuersa uerteretur, nā agē ti hypothecaria incumberet onus probandi prio ritatem, & hanc specialitatem fisci notat etiā Bal. in l. si debitor, C. de priuil. fisci, ubi tradit, quod si res eadem fuerit uēdita priuato, & obligata fisco, habet fisco priuilegium, ut sua obligatio preces sisse presumatur, & idem tradit Angel. in d. l. ma trim. in fine, C. de probat. & ibi Castrenf. sub nu. 3. colum. fin. & latē Bolognet. in l. 1. num. 15. uer. sexto ampliatur, ff. sol. matrim. & ibi Ripa, num. 4. uerf. confirmatur, quia fauore fisci, colum. 3.

Et hoc quidem uidetur esse uerum in casu ex presso in d. l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. ubi uidetur cō cedi specialiter hoc priuilegium fisco secundum communem intellectum illius legis, uel ubi tracta tur de causa lucratiua ex parte priuati, & onerosa ex parte fisci, ut ait Socin. in d. l. 1. num. 6. colum. 1. ff. sol. matrim. sed extra illum casum, & alios si miles priuilegiatos non procedit limitatio, imō fauorabilior esse censetur causa priuati, in cuius fauore semper in dubio pronuntiat aduersus fi scum, l. non puto, ff. de iure fisci, & ita notat Alex. in add. ad Bartol. in d. l. 1. num. 8. C. de iure fisci, lib. 10. licet alibi dicat bonum fundamentum nō posse sumi ex dicta lege, quae patitur plures intel lectus, ut hoc scripsit in l. 1. uerf. nec obstat, col. 1. ff. sol. matrimo.

Ex quo infertur, quod si duo instrumenta repe riantur sub eodem die confecta, alterum priuati, alterum fisci, praesumitur priuatum prerogatiuam traxisse, ut notat Bartol. in l. non puto, ff. de iure fisci, & Alexan. in d. l. prima, sub numero 2. uerf. sic.

nec placet mihi intellectus, ff. solu. matrimo. & Matthaei. in singul. 72. nota unam regulam, & Alciat. in praesumpt. 41. reg. 3. de qua re tantū in contrarium uide Socin. in d. l. prima, numero 7. colum. secunda, ff. solu. matrimo. & ibi latē Bo logne. numero decimoquinto, uersiculo, sexto am pliatur, colum. undecima, & Socin. numero 4. colum. tertia.

87 Sic etiam uidemus, quod licet prerogatus habeat priuilegium, ut in rebus postea quaesitis praesera tur ei, qui habet anteriorem hypothecam siue ge neralcm, siue specialem, ut tradit Bartol. in l. si is qui, in summario, & num. 1. uerf. quæro & reuoco, ff. de iure fisci.

Attamen quo ad onus probandi nullum habet priuilegium, nam si egerit aduersus creditorem, ita debet fisco probare posterioritatem, id est bo na fuisse quaesita post contractam obligationem cum primo creditore, sicut primus creditor debet probare suam prioritatem, id est bona esse pri mo quaesita, quando agit aduersus secundum cre ditorem, ut idem Bartol. concludit in dicta l. si is, qui, in fine, numero tertio, uersiculo, ultimo quæ ro, ff. de iure fisci.

Tertio limitatur conclusio fauore dotis, cuius fauor operatur, ut si duos instrumenta reperian tur eodem die facta, nec constare possit de illorum prioritate, uel posterioritate, onus probandi trāf feretur in illum, qui uoluerit dicere instrumen tum dotis esse posteriore loco factum, quia pri uilegium dotis est, ut prius constituta praesuma tur, ut ait Bald. in d. l. 1. numero 4. colum. 2. ff. so lu. matrim. & Bartol. & Alex. Iason, & Socin. om nes in prin. & Ripa, num. 3. uerf. nota tamen casū, colum. 2. & Bald. in l. ad exactionem, num. 7. uerf. item est speciale in dote, C. de dotis promissione, & Decius in l. in ambiguus, in prin. ff. de regu. iur.

Quod quidem priuilegium non solum compe tit ipsi mulieri, sed etiam uiro, & generaliter om nibus etiam extraneis ad quos ipsa dos transit, ut concludit Iason in d. l. prima, num. 2. colum. 1. ubi subiungit idem quoque iuris esse in instrumento facto de salario Doctoris legentis, quia causa studij, & causa dotis equiparantur, & idem notat ibi Alex. num. 3. uerf. ex praedictis etiam, colum. 1.

Imò & hoc ipsum procedit etiam si controuer sia ageretur cum fisco, nam & instrumentum ip sius censetur esse posterius, ut concludit Bal. in l. dotis suae, in prin. C. de iure dot. & Socin. in d. l. 1. num. 15. uerf. quarto & ultimo, col. 2. ff. sol. ma trim. & Alciat. in d. praesumpt. 41. num. 4. reg. 3. li cēt aliter opinetur Bolognet. in l. 1. num. 18. uerf. & praedictam conclusionem, ff. sol. matrim.

Quarto fallit fauore piæ causae, & fauore liber tatis, ut ait Roman. in auth. similiter, nu. 30. uerf. decima tertia, C. ad l. falcid. Socin. in dicta l. pri ma, num. 4. cum seq. colum. 1. ff. solu. matrimo. & Ripa ibi, num. 5. uerf. stat igitur conclusio, colum na tertia, & Iason numero 3. uersiculo, quarto am pliatur, colum. prima.

91 Ex qua fallentia infertur, quod si duo testa menta, sub eadem die confecta producantur, licet ob incertitudinem prioritatis, & posterioritatis neutrum ualeat, tamen si in altero fuerit instituta, praesumitur fauore pietatis illud esse posterius factum, & consequenter ualere, in quo, uel pia causa instituta est haeres, uel in quo aliquid piæ causae sit relictum, ut egregiè tradit Roman. in d. auth. similiter, numero 62. uerf. daodecima, quod licet, colum. 14. C. ad l. falcid. & Iason in di cta l. prima, in quarta ampliatione, ff. sol. matrim. & optimè in l. fin. num. 30. uerf. tertio singulariter limita, colum. pen. C. de ed. diui Adr. tollen. & Al ciat. in praesumpt. 43. num. 1. reg. 3. & Decius in d. l. fin. num. 54. uerf. secundo limitatur, colum. pe nul. & in dicta l. in ambiguus, sub numero primo, ff. de reg. iur.

Quod profectò sine difficultate admitteretur, nisi in altero testamento essent instituti uenientes ab intestato, & de filijs non esset dubium, cum sit eorum causa fauorabilior, quam causa pia, c. fin. 17. quaestione 4. sed de alijs uenientibus ab inte stato maior esset dubitatio, an testamentum in quo ipsi instituti fuissent, esset praeserendum, an il lud, in quo fuisset causa pia instituta, de quo iuris articulo uidebis Alciat. in d. praesumpt. 43. num. 2. uerf. circa primam, reg. 3.

Quinto, & ultimo fallit fauore possidentis, per textum in cap. si a sede, de praeben. in 6. ubi habe tur, quod si unus a Papa, uel eius legato impetra uerit beneficium, & alter eadem die impetrauerit idem beneficium ab ordinario, nec appareat, quae collatio prius, & quae posterius facta sit, praesumi tur prerogatiua facta collatio illius, qui est in possessione, & alleganti contrarium incumbit onus pro bandi, & si nullus erit in possessione, praeseretur is, qui habuit collationem a Papa, & habens collatio nem ab ordinario debeat probare prioritatem, ut inquit Socin. in conf. 67. eadem die, col. 3. uerf. secundo si probaretur, uol. 3.

Quam rem similiter egregiè explicauit Barto. in l. prima, §. non autem, num. 1. uerf. quærit glos. ff. de bon. poss. secundum tabul. ubi tradit quod li cēt hereditas non possit adiri, quando ex duobus testamētis, sub eodem die factis cognosci non po test, quod sit prius, & quod sit posterius, tamen si alter institutus in uno ex dictis instrumentis erit in possessione hereditatis, obtinebit, nisi actor pro bauerit suum testamentum esse factum posterius, & ante ipsum hoc idem notauit Butrig. in d. l. si in fine, uerf. ultimo quæro, C. de edic. diui Adr. toll. & ibi Cyn. numero 13. uerf. sed ulterius quæro, co lum. fin. & Salycet. numero 22. uerf. sed quæro, & Alber. colum. fin. & Imola in l. cum qui duo, col. 2. uerf. sed in isto casu, ff. de acquir. hered. & Iason in d. l. fin. numero 30. uerf. in ultima parte glossae, colum. penul. C. de edic. diui Adr. tollen. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & Decius, nu mero 52. uerf. de ista quaestione, colum. penul. & Alciat. in d. praesumpt. 43. nu. 3. reg. 3.

95 Quod utique ampliatur, ut procedat etiam si in altero testamento causa pia instituta fuisset, nam nihilominus praeualeret testamentum illius, qui possidet, cum dicatur habere possessionem titula ram, ° ut concludit Decius, si bene consideretur in d. l. fin. colum. si. uerf. sed pulchra est dubitatio, C. de ed. diui Adr. tollen. & Alciatus, qui mouetur alia ratione, in d. praesumpt. 43. num. 3. reg. 3.

Et eadem ratione idem quoque possessor obti neret, etiam si uenientes ab intestato in altero te stamento instituti fuissent, nisi essent filij, quorum testamentum forsitan praesumeretur posterius et aduersus possessionem, arg. eorum, quae dicuntur in auth. hoc inter liberos, & ibi Castrenf. & alij, C. de testam. & hoc uidetur sensisse Alber. licet ge neraliter distinguat in d. l. fin. in fine, C. de ed. diui Adr. tollen. & uide Bartol. in d. l. prima, §. primo, uerf. secunda limitatio, ff. de bono. poss. secundum tab. & an causa prerogatiua praeseratur possesso ri, tradit Socin. in conf. 67. eodem die, numero 8. uerf. confirmatur hoc fundamentum, colum. pen. uolum. 3. & Ripa in l. prima, sub numero 6. uerf. sed dicas, ff. sol. matrim.

Cæterum si in altero ex dictis instrumentis es set apposta dies, & hora, in altero uero sola dies nominaretur, nunquid habens diem, & horam praeseretur ei, quod solam diem continet? & Fely. putauit, quod non in d. c. pastoralis, num. 5. in uer bo ratione unius horae, colum. 3. extra de rescript. ubi dicit, quod qui probat de die, satis certam fa cit suam probationem, quae non offuscatur a pro batione horae, quia potuit illa hora fuisse tã prior, quam posterior, ergo cum non sit probatio con cludens, nihil potest operari in praedictum alterius instrumenti, & hanc opinionem sequitur Al ciat. in dicta praesumpt. 43. in fine reg. 3. & latē ac doctē Socin. in d. conf. 67. uolum. 3. & Bolognet. in d. l. prima, num. 28. uerf. ex quibus remanet, co lum. 18. ff. sol. matrim.

Ex qua sententia infertur, quod sicut quando collatio beneficij facta est a Papa uni, & ab ordina rio alteri sub eodem die, praeserendus est is, qui ha buit collationem a Papa, ita etiam debet praeserri, quando collatio Papae contineret diem solam, & collatio ordinarii contineret diem, & horam, se cundum Socin. & alios citatos.

Sed in contrarium in eodem casu transiit Iason in dicta l. prima, numero 4. uerf. secundo sin gulariter limita, cum seq. ff. solu. matrim. ubi dicit, se credere quod fuerit iudicatum ad fauorem col lationis ordinarii continentis diem, & horam, & ibi sequitur hanc partem Socin. num. 12. uerf. & hoc ultimum, colum. 2. ubi dicit, quod audiuit hanc opinionem in curia Romana magis placuisse, & hanc pariter sequitur ibi Ripa, sub numero 7. uerf. secundo aduerte, colum. 3. in fine, & Decius in conf. 169. diligenter, nu. 6. uerf. & si probaretur, colum. 4. & in conf. 689. uiso puncto, numero 3. colum. 1. & Decius in l. in ambiguus, in fine, ff. de regu. iur.

Sunt, qui distinguunt, quod aut ille, qui probat de eadem die, reperitur esse in possessione, & non debet priuari, licet alter probet de certa hora eiusdem diei: quia licet hora certa sit, tamen non infert necessariam prioritatem, & tali casu melior est conditio possidentis. Aut nullus possidet, uel uterque pretendit possidere, & tunc preferendus est ille, qui probat de certa hora, quia talis probatio uideatur esse magis certa, licet necessario non concludat, & ita tradit Decius in d. c. pastoralis, nu. 19. uers. sed considerando, colum. 3. extra de rescript. & in l. in ambiguis, in fine, ff. de reg. iur.

Alij dicunt hanc esse questionem facti, quoniam collatio Papæ, aut est ordinaria, quia signatura Papæ fit semper circa mediam diem, & tunc præfertur collatio ordinarij, si habet certam horam anteriorem medio die: aut collatio Papæ fuit extraordinaria, & tunc ipsa præfertur, cum Papa soleat eas facere, & noctu, & diu, & hora matutina, ut ait Bologn. in d. l. r. sub nu. 28. col. 19. ff. sol. matrim.

Postremo sciendum est, hæc omnia quæ diximus de probatione temporis præcedenda ab eo, qui se fundat in tempore, referri quoque ad locum, nam & istud probare debet locum, qui suam intentionem fundat in loco, ut ait Bartol. in d. l. non solum, §. sed ut probari, in prin. ff. de oper. no. nunt. & in l. matrem, in 2. lect. in fine, C. de prob. & Iason in d. l. non solum, §. sciendum, num. 2. colum. 1. & Bar. & Castrensi. in l. 2. C. de status.

Ex quo infertur, quod si ex forma statuti non poterit homines pascere animalia nisi in certa parte prati communis iuxta terminos designatos, & fuerit quis accusatus, quod bestias ad pascendum in dictum pratum conduxerit, non obtinebit accusator, nisi probauerit, bestias in partem prohibitam prati fuisse conductas, quia quando unum, & idem factum non est punibile in qualibet parte loci, debet exprimi, & probari illa pars loci, in qua factum est punibile, ut concludit Barto. in d. §. sed ut probari, in princ. & Abb. in c. auditis, num. 29. uers. & per glossam, col. antepen. extra de præscri. & Castrensi. in d. l. non solum, §. qui opus nouum, num. 2. uers. & illa inducuntur, ff. de oper. no. nunt. & ibi Cuman. in §. sciendum, num. 1. uers. eodem modo de loco, colum. 1. & ibi Alex. in prin.

Item infertur, quod licet iniuria, aut furtum, sit licitum, quando fit aleatori in domo, & tempore lusus, ut probatur in l. 1. & ibi Alber. num. 3. ff. de aleatorib. ubi Florian. num. 5. retulit Raynerium olim iuuisse quendam scholarē, qui in domo cuiusdam aleatoris perdidit libros, nam ipsum consuluit, ut iret iterum illuc ad ludendum, & ipsi aleatori aliquid furaretur: quod cum fecisset scholaris, & fuisset postea a lufore de furto accusatus, Raynerius ipsum defendit ex decisione illius legis, quæ iniuriam, & furtum factum aleatoribus facit impunibilem.

Attamen ut talis impunitas sequatur, necessarium est, ut fur probet non solum tempus ludi, sed etiam locum, in quo ludebatur, ut ait Barto. in

d. l. 1. ff. de aleatorib. & Iason in d. l. non solum, §. sciendum, num. 4. col. 2. ff. de ope. no. nunt.

Ultimo infertur, quod si Iudex ex forma statuti tenetur sedere ad bancum iuris singulis diebus hora iuridica, sibi incumbet onus probandi fuisse in loco, & tempore debito, quia qui debet adesse in certo loco, debet probare se in loco fuisse legitime, ut ait Bald. & Castrensi. in l. si quando, C. de status, ubi docent optimam cautelam esse, ut Iudex quotidie faciat scribi in actis, qualiter hora iuridica comparuit ad bancum.

ADDITIONES.

a Tempore. Thales Milesius, ut refert Diogenes, interrogatus, quid esset antiquissimum omnium: respondit, Deus, qui est ingenitus: quid pulcherrimum, mundus: quid maximum, locus, nam capit omnia: quid uelocissimum, mens, discurrit enim per uniuersa: quid fortissimum, necessitas, nam cuncta superat: quid sapientissimum, tempus, namque omnia inuenit, propter quod Plutarchus ait, tempus esse consiliorum datorem optimum, ut refert Rodigin. in cap. 9. lib. 1. lect. antiq. De menis autem uelocitate notat ibidem Bal. in l. Arcthusa, nu. 23. ff. de statu homin. ubi ait, quod uelocissimum entium est intellectus, quoniam ubi tempus non inuenitur in motu distinctum, tamen in intellectu reperitur distinctum: præcurrit enim intellectus cunctam temporis uelocitatem, & ideo intellectus ordinatur a cuncta futura quia præcurrit, antequam fiant, & sic apparet prius & posterius posse in intellectu, licet in tempore naturali sit unum, & idem inflaus.

b Deurare. Fulgentius in c. 1. in uerbo Saturnus, lib. 1. Mythologicon, & Rodigin. in c. 2. lib. 3. lect. antiq. Zeno. Diogenes refert in eius uita, fol. mihi 444.

c Plato. Diogenes in eius uita, lib. 3. fol. 208.

d Hypothecaria. Agens hypothecaria, quomodo formare debeat libellum, tradit Bal. in conf. 256. uol. 5.

e Causam. Agens hypothecaria, an & quando debeat probare bonam fidem, & titulum debitoris possidentis rem hypothecariam, uide Cyn. in l. de rebus, C. de do nat. ante nupt. ubi distinguit, an agatur aduersus tertios non habentes causam a debitore; & dicendum est, quod sic: aut agitur contra debitorem, uel habentem causam ab eo, & tunc secus, uide ibi Baldum.

f Procurator. Si duo mandata producantur facta sub eodem die, statueri illi, qui tribuit minorem facultatem, Bald. in l. falsus, num. 30. uers. suas tamen, col. antepen. C. de furtis.

g Casus. Fallit si fiscus ageret cum muliere causam dotis pretendenti, ut ait Socin. in l. 1. num. 17. uers. ex quibus infert. col. 3. ff. sol. matrim.

h Postea quæsitus. Quid si duobus priuatis obligat quis sua bona præsentia, & futura diuersis temporibus. an prior erit prior in postea quæsitis, an simul concurrent. uide Bar. in l. si is qui, num. 2. ff. de iure fisci.

i Creditor. Futuri creditores an, & quando possint reuocare res alienatas ante ipsorum creditum, uide Barto. in l. 1. num. 11. C. de iure fisci, lib. 10.

m Si duo. Quando unus solus in duobus testamentis est hæres scriptus sub eadem die, nec potest constare de prioritare, tunc non potest adire hæreditatem, & quod illi remedium possit esse: uide Ang. in l. eum qui duo, in prin. ff. de acq. hæred. & ibi omnino Imolam ab Angelo discrepantem, & omnino Aret. In sit. de adempt. legator. in fine. ubi licet impugnet Angelum, tamen dicit

cit quod in practica teneretur eius opinio, quam tenuit etiam Franciscus Aretin. in d. l. eum qui, ff. de acq. hæred. uide eundem Ange. in l. si is qui filium, num. 2. ff. de adopt.

n In possessione. Fallit, si collatio Papæ facta fuisset motu proprio, & contineret clausulam decreti irritantis, nam tunc præferetur ei, qui haberet collationem ab ordinario, etiam si fuisset in possessione beneficij, ut plenè consuluit Socin. in conf. 67. col. pen. & si. uol. 3.

o Titulata. Quod illa commoditas possidendi non ualeat ad possessionem titulandam, sed solū ad ab soluendum reum, tenet Bald. in l. 1. num. 6. uers. quæro quid si, colum. 2. C. quando prouocare non est necesse. ubi ex hoc infert, quod illi possessori non prodesset præscriptio pro hærede. Quod nota.

p Temporis. Scias quod testis, qui de tempore loquitur dubitatie, magis probat, quam ille, qui affirmatiue, & præcisè de tempore recordatur, ut ait Alexan. in conf. 65. num. 4. uol. 2.

SUMMARIUM.

- 1 Nobilitas hominis antiquitate temporis commendatur.
- 2 Plebei omnes dicuntur, qui non sunt in dignitate constituti.
- 3 Nobilitas est qualitas, quæ facit personam differre a plebeis.
- 4 Differentia inter nobiles, & plebeos, quæ sunt.
- 5 Legitimandi habens facultatem omnes, exceptis filijs magnatum, non poterit legitimare illos, qui sunt in aliquo potentatu.
- 6 Magnatum significatione, qui comprehendantur.
- 7 Nobilitatem allegans, debet eam probare.
- 8 Popularis quilibet præsumitur.
- 9 Dignitas est accidens præter naturam.
- 10 Vna hirundo non facit uer.
- 11 Nobilis quis non sit a natura.
- 12 Onus probandi incumbit ei, qui specialitatem a genere distinctam allegat.
- 13 Ex eadem domo possunt esse aliqui nobiles, & aliqui ignobiles.
- 14 Ignobilitas probanda est ab eo, qui uult aliquem ab actu repellere, qui fuit tamquam nobilis electus.
- 15 Frater secundo genitus, qui fecit diuisionem cum primo genito tanquam nobili, non potest postea allegare ipsius ignobilitatem, nisi probet.
- 16 Seruiens tamquam nobilis longo tempore in eo gradu, in quo nobilitas seruiens requiritur, præsumitur nobilis.
- 17 Nobilitas notoria non probatur.
- 18 Nobilitatis plures sunt species.
- 19 Nobilitas politica confertur ex concessione Principis, qui potest nobilitare quos uoluerit.
- 20 Princeps habet omnes dignitatum thesauros in se reconditos. Dignitates omnes a Principe profluunt tamquam a fonte. ibidem.
- 21 Imperator est Dux, Comes, Marchio, Doctor, & Eques. Qui pluris est, utique tanti est, ibidem.
- 22 Imperator censetur omnia iura in scrinio pectoris habere, ibidem.
- 23 Præsumitur bene pro his, quæ fiunt a Principe. Princeps est philosophus, ibidem.
- 24 Papa eo ipso, quod efficitur Papa, dicitur effectus etiam Doctor utriusque iuris.
- 25 Dignitatum omnes gradus in Principe representantur.
- 26 Imperator tribuit iurisdictionem alijs.
- 27 Imperator est dominus totius mundi.
- 28 Imperator est Stella matutina in medio nebula meridionalis eminens.
- 29 Omne quod proficitur ab aliquo per productionem, sapit originem suæ cause.

- 29 Imperatori nullus potest dicere, cur ita facis?
- 30 Sacrilij reus est, qui uoluntati Principis repugnat. Principi, uel Papæ, quæ sunt reseruata, ibidem.
- 31 Ius sanguinis non potest tolli a Principe. Naturalia sunt immutabilia, ibidem.
- 32 Imperator an possit ignobilem nobilitare.
- 33 Nobilitandi facultas ad solum Principem pertinet.
- 34 Nobilitas est qualitas illata a Principe, quia quis ultra bonos plebeios acceptus ostenditur.
- 35 Nobilis non potest esse, nisi qui factus fuit a Principe nobilis.
- 36 Nobilem se uocans, cum non sit nobilis, incidit in crimen falsi.
- 37 Virtuosus non est nobilis, si a Principe non est factus.
- 38 Nobilitas tunc habetur naturaliter ex successione parentum, quando aliquis ex nostris maioribus fuit nobilitatus.
- 39 Filius natus ex patre uirtuoso, non præsumitur nobilis.
- 40 Nobilitas acquiritur ex prescriptione immemorabili.
- 41 Iura sanguinis possunt a Principe qualificari. Princeps nominando simpliciter quem nobilem, non dicitur eum nobilitare, ibidem.
- 42 Statuti uerba nominantis aliquem nobilem, non probant ipsius nobilitatem, ibidem.
- 43 Nobilitas confertur ex statu, uel consuetudine Ciuitatis.
- 44 Legitimandi spurios habens priuilegium exceptis filijs nobilium, non poterit legitimare filias eorum, qui ex consuetudine loci sunt nobiles.
- 45 Ciuitas potest tollere nobilitates a iure communi inuentas, & nouas introducere.
- 46 Dignitas decurionatus secundum ius commune nobilitas.
- 47 Decuriones Terujsii sunt plebei, at Venetijs sunt nobiles. Militia an sit dignitas, ibidem.
- 48 Mutina præcæ aequalitatis multam speciem retinet.
- 49 Plebeorum alij sunt honesti, alij uiles.
- 50 Doctores, & Equites apud Mutinam, an sint nobiles.
- 51 Cessante ratione, cessat dispositio.
- 52 Statuta excludentia nobiles a beneficijs ciuitatum, sunt strictè interpretanda.
- 53 Nobilis non est immunis a collectis patriæ.
- 54 Ferendus ille non est, qui uult lucrum amplecti, & onus annexum contemnere.
- 55 Nobilis quis esse potest uno tempore, & alio tempore plebeus.
- 56 Nobilis quis esse potest in uno loco, & alio ignobilis.
- 57 Nobilitatis probatio facienda est secundum varias locorum consuetudines.
- 58 Nobilitatis probanda, quæ sit practica.
- 59 Communis usus loquendi, & communis modus intelligendi probatur per spatium decem annorum.
- 60 Nobilitas an dicatur probata, quando testis simpliciter dixit, talem fuisse communiter reputatum nobilem.
- 61 Violentia non censetur probata, quando testis dixit, Petrum cognouisse Bertam uolenter.
- 62 Venenum, an dicatur probatum, si testis dixerit, factum fuisse venenum.
- 63 Dolus, an dicatur probatus, si non fuerit de dolo malo articulatum, ibidem.
- 64 Nobilitas causatur ex communi opinione uulgi.
- 65 Nobilitas simplex, & uulgaris, nequaquam nobilitas.
- 66 Nobilitas a communi estimatione uulgi non confertur. Nobilitatis appellatio uerificatur in potentiori significato, ibidem.
- 67 Nobilis ex uulgari estimatione dicuntur esse constituti in nobilitate abiectionissima.
- 68 Nobilitas infima dicitur, quæ uenit ex statuti dispositione, ibidem.
- 69 Statuentes regulariter sunt uiri idonei, ac prudentes, ibidem.
- 70 Nobilis, & ignobilis, quomodo quis declarandus sit arbitrio Iudicis.

- 67 Nobilior dicitur, qui habet nobilitatem a maiori Principe.
 68 Nobilitas propria virtute acquisita, an sit maior ea, quæ uenit a natura.
 69 Locus dignior dicitur ille, qui magis est propinquus Principi.
 70 Latus Principis illustrat.
 Cardinales Romæ habitantes sunt digniores illis, qui stant extra curiam, ibidem.
 71 Principis presentia non illustrat, sed effuscet.
 72 Cardinales in curia non faciunt sibi ferri caudam.
 73 Cardinales in presentia Papæ non possunt deposita cappa stare in rochetto.
 74 Episcopi in presentia Cardinalium non possunt rochetum dis-cooperiri portare.
 75 Patriarcha non potest ante se facere deferri crucem Romæ, nec alibi, ubi Papa, uel eius Legatus erit.
 76 Episcopus Romam ingressus amittit uoluntariam, & contentiosam iurisdictionem.
 77 Rector studij Patavini non potest Venetijs portare caputium uariatum.
 78 Proconsul portam Romæ ingressus, statim deponit imperium.
 79 Presbyter presente Episcopo non potest signare infantem.
 80 Sacerdos in Missa solemniter non potest in presentia Episcopi populo benedictionem dare.
 81 Sacerdos quare dicat Episcopo presenti, ora pro nobis sancte Pater, uel Iube domine benedicere.
 82 Officialis minor non potest exercere iurisdictionem, uel insignia sua portare in presentia sui Principis.
 83 Cardinalis apud Papam existens, nunquid sit maior Legato de luteo.
 84 Doctor illustris efficitur, si Principis consiliarius euadat.
 85 Medici non sunt maioris æstimationis, quam obstetrices.
 86 Coquus Principis, an habeat dignitatem.
 87 Princeps ubi est, ibi præsumitur esse copia nobilium.
 88 Principes non debent ad latus suum uilioris sortis homines admittere.
 89 Antonius Scala fuit dominus Veronæ priuatus, quia spernebat nobiles.
 90 Locus a parte dextera est nobilior, quam a parte sinistra.
 91 Honor consistit etiam in sedendo ante alios.
 92 Primogenitus debet sedere ad dexteram regis.
 Primogenitus ob honorem cibos duplicatos in festis antiquitus recipiebat, ibidem.
 93 Consuetudo modo dexteram partem, modo sinistram nobiliorem facit.
 94 Locus altior est nobilior.
 95 Episcopus in consessu presbyterorum debet in Ecclesia sublimior sedere.
 96 Altitudo sedis significat excellentiam dignitatis.
 Sedere in loco alto significat superioritatem, ibidem.
 97 Forma throni, uel Regij solij, quæ sit.
 98 Sedere honorabilis est, quam stare.
 99 Episcopus non debet pati, ut stent presbyteri, quando ipse sedet.
 100 Iesus Christus Dominus noster sedet ad dexteram patris, An geli uero ante Deum stant.
 Petitio filiorum Zebedæi magni ponderis fuit, ibidem.
 101 Prima sedes in ordine sedendi debet assignari nobiliori.
 102 Patriarchæ Constantinopolitano prima sedes assignanda est, secunda Alexandrino, tertia Antiocheno, & quarta Hierosolimitano.
 103 Celsiores gradus debet nobilior obtinere.
 104 Locus in capite primo apud Romanos erat nobilior.
 105 Locus sedendi in medio apud Numidas erat laudabilior.
 106 Episcopus in processibus quare ponatur in medio, inter clericos præcedentes, & laicos subsequentes.
 107 Nobilior in loquendo, & in sententiando debet esse primus.
 108 Præcedentia etiam consistit in eundo.
 109 Pontifici presbyter, presbytero diaconus, & diacono subdiaconus obsequium representare debent.

- Nobilior in ambulando debet ire ad partem dexteram, ibidem.
 110 Dignior locus apud personas ecclesiasticas in processibus est subsequi, & ante ire apud seculares.
 111 Ostiarius, quia ratione antiquitus præse rebatur Abbati.
 112 Nobilior prius subscribere, & prius sigillare debet.
 113 Vestimenta pulchriora, & cibaria delictoria debent dari digniori.
 114 Abbas debet esse melius uestitus, quam monachus, & monachus melius, quam conuersus.
 115 Primogenito antiquitus cibi duplicati dabantur.
 116 Samuel dedit Sauli Regi futuro cibos maiores, & delictiores, quam alij inuitatis.
 117 Ioseph ad Benjamin ferula maiora misit, ut eum plus honoraret.
 118 Cyrus Persarum Rex cibarium partes de mensa mittebat ad eum, quem uoluisset plus honorare.
 119 Greci illi, quem magis honorare uolebant, carnem pinguioræ, & pocula grandiora dabant.
 120 Nobiles debent habere alimenta magis pingua, & delicta, homines uero grossiores debent habere alimenta grossa ex faba, & leguminibus. (Sic cibos.)
 121 Peccatum ueniale est, datur pauperibus delictiosos, uel sumptuosos cibos.
 122 Diuites non debent cogi pauperum cibis uesci, sed possunt uis preciosis, & dare pauperibus uilia.
 123 Rustici non utuntur pane albo, sed grosso; nec pullis, sed caseo, cepis, & faba.
 124 Diues sicut infirmatur, si sumpserit uiles cibos: ita rustici, uel pauperes infirmantur, si delictiosos uantur.
 125 Alimenta meliora debent dari familiaribus Cardinalium, & Principum, quam alijs.
 126 Panes quot debeat quis in die habere.
 127 Vestes quæ sunt, quæ soli Imperatori sunt reseruatæ.
 128 Dignitatis maiortas apparet ex maiortate uestium.
 129 Prælati, qui habent ius deferendi insignia pontificia, debent eum præcedere, qui tale priuilegium non habent.
 130 Insignia nobiliora faciunt quem digniorem.
 131 Positi in dignitate priuilegium antiquitus habebant eundem in curribus, aut uhiculis.
 132 Dominus tenetur expensas factas in uecturis equorum suo procuratori restituere.
 133 Rusticus debet ire pedes, quia non competit suæ conditioni equitare.
 134 Tutori uectura non debent solui, si persona est uilis.
 135 Pupillus debet soluere uaticam tutori suo.
 136 Præcedentia consuetudo ius tribuit.
 137 Consuetudo assignat loca sedendi, & standi.
 138 Fratres minores in Tuscia uadunt in processibus ante prædicatores.
 139 Consuetudo debet seruari, quæ de primatibus constituendæ inoleuit.
 140 Patriarcha debet præcedere Cardinales.
 141 Cardinales, exceptis quatuor Patriarchis, præferuntur alijs.
 142 Consuetudo inspicienda est in honoribus decernendis.
 143 Comites in certis locis præcedunt Marchiones.
 Consuetudo in actu præcedendi potest armata manu custodiri, ibidem.
 144 Consuetudinem in actu præcedentiæ perturbans tenetur actione iniuriarum.
 145 Nobilior potest officium Iudicis implorare, ut cogat inferiori sibi cedere.
 146 Actio iniuriarum, an possit intentari contra inferiorem nolentem superiori cedere.
 147 Nobilitas an probetur per famam, ibidem.
 Obligatus ducere uxorem nobilem, an dicatur impleuisse obligationem, si duxerit filiam nobilis ex priuilegio, ibidem in additionibus.
 Nobilitas consistit ex tribus copulatiue concurrentibus, ibidem in additionibus.

ARGV:

ARGUMENTVM.

De nobilitate, & cui incumbat onus probandi nobilitatem.

C A P. XXVI.



VIA temporis antiquitate nobilitas hominis mirum in modum commē datur, ut patet ex his, quæ doctissime congeffit Tiraq. in cap. 19. de nobili.

Ob id consentaneum uisum fuit, ut post temporis tractationem de nobilitate quædam pauca referamus. Illud autem primum omnium sciendum est, quod omnes dicuntur esse plebei, qui non sunt in dignitate constituti, ex quo datur intelligi, nobilitatem, de qua nunc loquimur, esse quandam qualitatem, quæ facit personam differre a plebeis, ut tradit Iacob. de Anna, in l. tutor. §. tutores, num. 1. ff. de suspec. tutor. & Bartol. in l. 1. num. 46. uers. secundo quæro, C. de dignit. lib. 12. & Cuman. in d. §. tutores, num. 1. facit textus in l. plebs est, ff. de uerb. signifi. & in §. plebiscitū, Instit. de iure natur. & Barbat. in conf. 57. excusis, num. 24. uers. præterea facit, uolum. 2. & Aluarot. in cap. 1. §. cæteri, sub num. 9. uers. sed utrū esse, uolum. antep. quis dicatur Dux, & Præposit. in cap. per venerabilem, §. fin. num. 123. uers. quæro ergo principaliter, qui filij sint legitimi.

Quæ res plurimum confert non solum ad intelligentiam legum multa priuilegia nobilibus elargientium, constituentiumque multas differentias inter nobiles, & plebeios, de quibus abunde traditur a Tiraq. in cap. 20. de nobilit. & Luca de Penna, in l. mulieres, numero 20. C. de dignit. lib. 12.

Verum etiam facit ad statuta, uel ad priuilegia concessa ad legitimandum spurios exceptis filijs nobilium, ut ait Cuman. in d. §. tutores, cui rei suffragatur, quod tradit Bald. in c. innotuit, num. 18. uers. pone dicit, colum. fin. extra de elect. ubi ait, quod si quis habuerit facultatem legitimandi omnes, nisi sint nati de genere magnatum, intelligendum ait, filium non posse legitimare illos nobiles, qui sunt in aliquo potentatu, seu baronia, uel qui aliqua regalia possident, quos uulgus uel consuetudo loquendi barones appellat, de qua magnatum significatio tradit etiam Tiraq. in cap. 37. num. 33. uers. sed quod ad illam magnatum, de quo priuilegio excipiente filios nobilium notat etiam Corict. in c. grandi, numero 54. uers. uenio nunc ad ea, de suppl. neglig. præla. in 6. & Tiraq. in cap. 6. num. 51. uers. nec ab simile, & in cap. 10. num. 2. de nobilit. & Castren. in conf. 22. num. 2. & in conf. 107. & in consilio 125. uolum. 2. & Georg. Natta, in cap. grandi, num. 54. uers. uenio nunc ad ea, de supplen. neglig. prælat. in 6.

Cū autem ista nobilitas sit res aduentitia, quæ nobis non inest a natura, sed habet ortum ex acci-

dentibus, quæ uel nobis, uel nostris progenitoribus obuenerunt, merito quicumque nobilitatem allegauerit, debebit eam probare, ut concludit Bald. in l. in actionibus, §. planè, num. 4. uers. obfcuritas est in qualitate, colum. 2. ff. de in litem iuran. ubi tradit, quod qui dicit se magnatæ, debet probare, quia quilibet præsumitur popularis, cū nobilitas sit qualitas, quæ paucis inest, nec ueniat a natura, sed oriatur ex his, quæ uel nobis, uel nostris maioribus acciderit, pro quo facit, quod notauit Alber. in l. si prius, num. 16. uers. uel dic secū dum Dynum, colum. 5. ff. de oper. no. nun. ubi inquit, quod dignitas est accidens præter naturam. sed rursus hoc idem confirmat Bald. in c. 1. §. si rusticus, num. 2. de pace tenē. ubi ait, quod alleganti nobilitatem incumbat onus probandi, & si cut una hirundo non facit uer, ita non intelligitur natus de genere militari, nisi ille, qui probat, quod antiquitus sui maiores fuerunt legitimi milites: quam rem similiter repetiuit in l. prima, in secunda lectura, in princip. ff. de probat. ubi dicit, quod qui allegat aliquem esse de magnatibus, debet hoc probare, quia popularitas præsumitur. & paulò post in tertia lectura, numero 4. subiungit, popularem quem præsumi, non autem nobilem, quia natura non facit nobilem generaliter, imò nobilitas est accidens, uel differentia, quæ adueniens generi constituit speciem, unde qui specialitatem a genere distinctam allegat, probare debet, quam traditionem similiter amplexus est Socin. in consilio 246. eleganter, sub numero 1. uol. j. ubi consuluit, priuilegium legitimandi cōcessum nobilibus de Castilione, nihil prodesse nisi illi, quæ se probauerit esse nobilem, nec sufficeret, si probaret simpliciter se esse natum de domo Castilionum, tum quia in dubio quis præsumitur esse plebeius, & non nobilis, tum etiam quia ex eadem domo possunt esse aliqui nobiles, & aliqui ignobiles: unde cum sit ista probatio non concludens, nihil operatur, quod consilium infertum fuit inter consilia Curtij senioris, in conf. 18. & idem nota uit etiam Cur. iunior, in conf. 17. uiso puncto, numero 9. colum. fin. in fine. & de nobilitate probanda ab eo, qui se nobilem dicit, tradit idem Aluar. in dicto cap. 1. §. si miles aduersus, num. 3. uers. nota quod qui, de pace tenenda, & rursus Baldus in l. non ignorat, num. 3. uers. nota tamen, quod quædam, C. de his, qui accus. non possunt, & Afflicus in cap. 1. num. 20. uers. fuculo, nono accipitur, quis dicatur Dux, & in d. cap. 1. §. si rusticus, numero 6. uers. tertio nota, de pace tenen. & Floria. in l. 1. in prin. ff. de probat. & Ripa, in conf. 26. Allobragum, num. 2. lib. 2. & Cassan. in conf. 64. uisof processu, num. 10. in decisione secundi dubij, colum. 3. & Bonus de Curt. in 6. par. tract. nobili. in princip. & Rebuff. in quaestione 12. num. 14. uers. aduertendum est tamen, de nominationib. & Tiraquel. in cap. 10. num. 13. uers. cum ex his, de nobilit. & Roland. in conf. 67. Dominus Iacobus, num. 26. uers. non obstant modo, uol. 3. & Roma. in

in l. in illa stipulatione, num. 42. uers. decimosex-
to, ff. de uerb. oblig. & faciunt que dixi in cap. 54.
num. 9. lib. 1. & Anton. de Padil. in l. si adibus, nu.
5. uers. infertur secundo, C. de feruit. & aqua.

Hæc autem conclusio limitatur, ut non procedat, quando quis fuit pro nobili ad actum admiffus, ad quem non possunt nisi nobiles promoueri, nam uolens eum ab electione expellere tanquam ignobilem, debet ignobilitatem probare, quia pro nobilitate electi presumitur, ad transferendum onus probandi in aduersarium, ut tradit Roman. in d. l. in illa, num. 38. uers. quarta potest esse, col. 7. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, si quis fuerit electus ad præturam, uel ad aliud officium, ad quod non possunt nisi nobiles, uel Equites admitti, non poterit electio cassari tamquam facta de ignobili, nisi fuerit ab opponente ignobilitas probata, maxime quando electio facta fuit secundum formam consuetam a talibus electoribus, de quibus uerisimiliter non est credendum, ut uoluerint eligere inhabilem, ac indignum, de qua re uide tamen ea, quæ dixi in cap. 15. filio an, & quando incumbat onus probandi se legit. num. 77. cum seq. in tertia, & quarta limitatione, sup. eo.

Pro quibus facit, quod tradit Tiraquel. in d. c. 10. in fine, de nobilit. ubi ait, quod si frater secundo genitus diuisionem fecerit cum primogenito tanquam nobilis, & postea uoluerit rescindere diuisionem, affirmans communem parentem, ac eorum maiores non fuisse nobiles, ipsi incumbit onus probandi allegatam ignobilitatem: cum enim prius diuidendo confessus fuerit nobilitatem, non potest contra propriam confessionem uenire, nisi docuerit de errore ostendendo, rem aliter se habere.

Secundo prædicta conclusio limitatur, ut non habeat locum, quando quis tamquam nobilis, longo tempore seruisset in eo gradu, in quo nobilitas seruientis requiritur, nam tunc presumitur pro seruiente ad transferendum onus probandi in aduersarium, ut affirmat idem Roman. in d. l. in illa, sub num. 30. uers. secunda quod ubi electus, col. 7. ff. de uerb. oblig.

Tertio limitatur, ut non procedat, quando notorium esset aliquam esse nobilem, ut est in Duce, Marchione, uel Comite, qui notorij sunt: nam tunc qui allegat eorum ignobilitatem, probare debet, quia notoria non indigent probatione, ut supra dixi in d. c. 54. num. 18. lib. 1. & facit textus in c. si Iudex, de sent. excom. in 6. ubi Francus dixit illud esse uerum, quando agitur de modico præiudicio, ut patet in §. & si notorium, & Anton. de Padil. in l. si adibus, in fine, C. de feruit. & aqua.

Nobilitatis autem plures species enumerantur, cuius tres posuit Bartol. in l. 1. num. 57. uers. dico pro declaratione, C. de dignit. lib. 12. ubi dixit aliam esse nobilitatem Theologicam, aliam naturalem, tertiam politicam. Prima competit illi, qui uiuit in gratia, & charitate Dei, quæ non cognoscitur nisi per diuinam reuelationem, cum nemo

sciat, utrum amore, an odio dignus sit. Secunda competit omnibus animalibus tam rationalibus, quam irrationalibus, quæ nobilia, & ignobilia appellantur, secundum nobilitatem operationum, & hoc modo equos nobiles, & ignobiles, item artifices nobiles, & ignobiles appellamus, prout sunt magis, & minus instructi.

Tertia nobilitas politica, uel ciuilis est illa, de qua nos loquimur, quæ facit deferre nobiles a plebeis, & hanc Bartoli traditionem sequitur Aluar. in d. cap. 1. §. ceteri, num. 5. uers. quæro primo, quis dicatur Dux.

Sed Lucas de Penna nouem species nobilitatis, uel potius nouem modos, quibus nobilitas acquiritur, posuit in l. mulieres, num. 5. C. de dignit. lib. 12. quem sequitur Afflictus, decimum modum adiciens, in d. c. 1. num. 13. uers. sed nos sequentes, quis dicatur Dux. quos modos latè examinauit Tiraq. in suo tract. de nobilit.

Confertur autem ista nobilitas quo ad actum practicum duobus modis. Primo ex concessione Principis, quia Princeps ipse facit, & ipse donat honores, potestque nobilitare quemcumque uoluerit, & eam nobilitatem, & dignitatem conferre, quæ sibi magis placet, ut ait Baldus in l. sacrilegij, ubi bonus textus, C. de diuers. rescript.

Quocirca sapienter idem Baldus dixit, quod in Principe Romano, sunt omnes thesauri dignitatum reconditi, & omnes dignitates ab eo proflaunt tamquam a fonte, ut hoc scriptum reliquit in capitulo primo, in primo notab. titulo, quis dicatur Dux.

Ad quod propositum facit illud quoque, quod alibi Baldus notauit in cons. 328. queritur si Rex, in fine, uol. 1. ubi dicit, quod Imperator est Dux, est Comes, est Marchio, quia omnis dignitas est in eo, propter quam rationem similiter dici potest, quod est Doctor, & Eques, tum quia qui plaris est, utique tanti est, ut notat Bald. in d. capit. 1. tum etiam quia, quod attinet ad Doctorem, ipse censetur omnia iura in scrinio pectoris habere, c. 1. de constit. in 6. l. omnium, & ibi Doctor. C. de testamen.

Ob quam rem meritò dictum fuit, quod semper bene presumitur pro his, quæ sunt a Principe: quia cum sit philosophiæ plenus, non uidetur aliquid imperfectum sancire, ut dicitur in l. pen. §. sed ne medium, C. de his quib. ut indign.

Ideo bellissime dixit Baldus, quod Papa eo ipso, quod efficitur Papa, dicitur effectus etiam Doctor utriusque iuris auctoritate: quæ res non alia ratione procedere potest, nisi quia omnes dignitates in ipsum Papam fluunt, & ab ipso in alios refluunt, ut diximus, & hoc ipse Bald. notauit in c. 1. in fine, extra de confess. & Iason in d. l. omnium, num. 3. colum. 2. in prin. C. de testam.

Quam conclusionem confirmauit pariter Angel. in rubr. ff. de iurisd. omn. iud. ubi dixit, quod in Principe repræsentantur omnes dignitatum gradus, quoniam ab ipso uelut a mare omnes fontes

tes omnium iurisdictionum descendunt, cui rei consentaneum est illud, quod tradit Bald. in cap. 1. columna 1. ff. de allodijs, ubi notat, quod omnis iurisdictione est Imperatoris, nam ipse est, qui iurisdictionem tribuit magistratus creando, uel confirmando, uel præstando auctoritatem creando, uel confirmando, adeò ut ne minima quidem iurisdictione possit conferri nisi auctoritate Principis mediata, uel immediata. ipse etenim est dominus totius mundi, & Deus in terris appellatur, ut ait Bald. in dicto consilio 328. numero 7. colum. 2. uolum. 1.

Et imperat in uniuersa ditione, quæ ascendentem uidet, & descendentem solem, & quæ ex utroque latere, idest Meridie, & Septentrione, & in omnibus insulis, quæ usque ad Oceani recessus extenduntur, ut ipse Bald. ait in proœmio Digestorum, num. 20. uers. imperat enim Cæsar, col. 2.

Et alibi dicitur stella matutina in medio nebula meridionalis eminens, ut refert idem Bald. in cap. 1. §. fin. num. 24. uers. quæro utrum, col. fi. de prohib. feudi alienat. per Frideric.

Et omnis honor, & omnis dignitas, quæ a Principe uenit, sapit eius naturam, quia omne quod proficiscitur ab aliquo per productionem, & non per aduersatiuam subtractionem, sapit originem suæ causæ transfuentis, nec minus est, quo ad effectum in causato, quam in causa: nam quale est unum quodque, tale generat alterum secundum naturam suam, ut tradit Bald. in consilio 359. quemadmodum Imperator, uol. 3.

Et tanta est Imperatoris auctoritas, ut quidquid illi placuerit, legis habeat uigorem, nec ullus omnino hominum potest illi dicere, cur ita facit? quia sufficit pro ratione uoluntas, ut ait Bald. in l. impetrata, num. 7. colum. 1. C. senten. rescin. non posse. & Cassan. in 5. par. consider. 24. nu. 62. in catal. glor. mun. & Bald. in proœmio feudorū, sub num. 34. uers. aliqua, sed pauca de Principe, columna octaua.

Et ideo potest quascunque uoluerit dignitates promulgare, & qui uoluerit obuiare illis, sacrilegius erit. l. sacrilegij, C. de diuers. rescript. & l. 2. C. de crim. sacrileg. ubi dicitur esse dignum, quem Princeps fecerit dignum, nec oportere disputare de principali iudicio, quia instar est sacrilegij improbare illud, quod a Principe ex certa scientia factum est, & quæ sint reseruata supremæ potestati Principis, siue Pontificis, siue Cæsaris, uel Baldum in l. rescripta, num. 7. colum. 2. C. de precib. imper. offer. & Belleme. in cap. rescripta, 25. quæstione 2. & Cassan. in considerat. 24. in 5. par. de glor. mundi.

In contrarium tamen, quod Princeps ignobilem nobilitare non possit, adducitur, quod ius sanguinis non potest tolli a Principe, quia naturalia immutabilia sunt, ut dicitur in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. & in §. fin. Instit. de legit. agnat. tutela, & in §. sed naturalia, Instit. de iure natur.

Sed natus rusticus, aut alio modo ignobilis con-

trahit ignobilitatem ab origine nature, ergo tale ius nature Principis constitutio tollere nequit, & hoc nobis eleganter significauit Sigismundus Imperator, qui cum a plebeio quodam prorsus uili eximie rogaretur, ut se nobiliter faceret, respondisse dicitur, diuitem quidem te possum facere, sed nobilem non possum.

Verum his non obstantibus indubitata iuris conclusio est, quod uera nobilitas ea dicitur esse quæ collata fuit a Principe, ad quem solum tale ius nobilitandi pertinet, ut eleganter docuit Bartol. in l. 1. num. 61. uers. quid ergo dicendum, C. de dignit. lib. 12. ubi ait, quod in foro nostro ille est nobilis, quem Princeps sua gratia, uel lex sibi gratum, uel nobilem fecit, diffiniensque nobilitatem subiungit, ipsam esse qualitatem illatam per principatum tenentem, qua quis ultra honestos plebeios acceptus ostenditur, & hæc diffinitionem sequitur Io. de Imola in cap. de multa, in fine, extra de præben. & Abbas in c. 1. in primo notab. extra de purgat. cano. & Aluarot. in d. cap. 1. §. ceteri, colum. 5. tit. quis dicatur Dux, & Guid. Pap. in decis. 196. nobiles, & Socin. in d. cons. 246. num. 3. uolum. 2. & Purpur. in l. 1. num. 384. uers. tertium ponit exemplum, ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. & latè Tiraq. in cap. 6. de nobilit. & Afflict. in d. c. 1. nu. 41. uers. decima, & ultima, titu. quis dicatur Dux.

Quod quidem adeò uerum est, ut nullus possit esse nobilis, nisi a Principe fuerit nobilitatem assequutus, ut tradit Bartol. in d. l. 1. num. 64. uers. sequitur in diffinitione, C. de dignit. lib. 12. ubi ait, quod nullus potest habere dignitatem a seipso, sed oportet, ut a Principe conferatur, imò sua auctoritate nobilitatem assumens, & uocans se nobilem, incidit in crimen falsi, ut patet in l. eos, §. qui pro se milite gesserit, ff. de falsis, & latè Tiraq. in c. 13. de nobilit. & Bonus de Curtili in sexta par. in prin. de nobilit.

Et hoc quidem expressius in eodem loco Bartolus explicauit, num. 93. uers. sequitur in diffinitione ostenditur, colum. antepen. ubi dicit, quod si quis mille annis uiueret plenus omnibus uirtutibus, & Princeps eum summè diligeret, tamè plebeius remaneret, donec in eum transferatur aliqua dignitas, uel nobilitas, propter quam distinguitur a plebeis, a quo non est alienum, quod notauit Ioan. de Arzis, in cap. 6. colum. 5. uers. uel potest aliter dici, in 3. par. de nobilit. Hispan. ubi scripsit, quod nobilitas tunc demum habetur naturaliter ex successione parentum nostrorum, quando aliquis ex nostris maioribus claruit uirtutibus, & fuit nobilitatus, subiungens paulò post, quod origo antiqui sanguinis dat nobilitatem posteris, quando illa origo deriuans a maioribus fuit qualificata titulo nobilitatis: nam licet quis nascatur ex uirtuoso patre, si tamen non esset pater adhuc notus, nec constitutus in aliqua dignitate, non ex eo diceretur nobilis, licet mediante uirtute patris inciperet oriri opinio nobilitatis ad successores, quemadmodum enim ex unico actu non præsumitur

39 mitur habitus, ita ex eo solo quod pater uirtuosè uixerit, non præsumitur filius nobilis, sed requiritur antiquior opinio, puta auorum, uel proauorum, nam ex tali uirtute deriuata, & continuata a maioribus in successores, acquisitum est posteris ius nobilitatis, & ritulus præsumptus, quæ præsumptio cum non sit iuris, & de iure, recipit probationem in contrarium, ut si probetur antiquior auus plebeius, non poterunt successores, quando hoc est probabile, & est situm in hominum memoria, esse nobiles, sed quando hoc non probaretur, esset præsumptio pro eis, & gauderent titulo nobilitatis ex genere acquirentis ex præscriptione immemoriali, nam tanto tempore nobilitas præscribitur, ut tradit Tiraq. in c. 14. de nobilit.

40 Et sequendo hanc iuris conclusionem, quæ indubitabilis est, non obstant allegata in contrarium, & in primis, quod ius sanguinis non possit a Principe tolli: quia respõdetur, quod bene potest immutari, & qualificari, ut tradit Bar. in d. l. 1. nu. 55. uers. sed hoc potest, C. de dignit. lib. 12.

41 Nec releuat, quod Imperator Sigismundus dixerit, se posse plebeium facere diuitem, non autem nobilem, quia respondetur illud esse verum de nobilitate proueniẽte ex sanguine, uel ex uirtutibus, sed secus de nobilitate politica, & ciuili, quæ a solo Principe potest conferri, ut diximus, & in specie tradit Ioannes de Arze in d. cap. 6. col. 5. uers. nec obest illud elegans, in tertia par. de nobilit. Hispan. & Tiraq. in d. c. 6. num. 25. uers. tantum habet, de nobilit.

Oportet autẽ, ut Princeps expressè faciat quẽ nobilem, alioquin si simpliciter nominaret eum nobilem, non efficeretur per simplicem nominationem nobilis, ut ait Zabarel. in clem. fi. §. similiter, in 3. notab. de senten. excommu. ubi notat, quod uerba narrativa Principis, uel statuti nominantis aliquem sub aliqua dignitate, uel nobilitate, non probant neque dignitatem, neque nobilitatem, ut latius dicitur in cap. 27. infra eo.

42 Secundo modo confertur nobilitas siue ex consuetudine, siue ex statuto ciuitatis, quæ legis condendæ habeat potestatem, ut notat Barto. in d. l. 1. num. 8. uers. ex prædictis secundo infertur, C. de dignit. lib. 12. & Imola in d. c. de multa, in fine, extra de præbend. & Socin. in d. conf. 246. num. 3. uolum. 2. & egregiè Castrenf. in conf. 125. dubitatur primo, num. 4. uers. quarto dubitatur, uol. 2. & Decius in c. nouit, sub sexto notab. num. 39. uers. sed hoc ultimum dictum, extra de iud. & in l. foemina, nu. 74. uers. & ad hoc facit, ff. de reg. iur. & Rui. in conf. 66. per lectis, num. 23. uers. & quamuis militia, uol. 3. & Ripa in d. conf. 26. num. 8. uers. secundo responderetur, lib. 2. & Alciat. in l. merces, la seconda, num. 2. uers. sed hodie aliud dicendum, ff. de uerb. signifi. & Afflict. in d. c. 1. num. 40. uers. ego addo duas, colum. 9. quis dicatur, Dux, & Tiraq. in d. c. 10. in prin. de nobilit. & Barbat. in dicto consilio 57. numero 24. uers. & si quispiam dixerit, uolum. 2.

43 Ex quo infertur, quod habens privilegium legitimandi spurios exceptis filiis nobilium, non poterit legitimare filios eorum, qui secundum consuetudinem loci, in quo sit legitimatio, reputantur esse nobiles, ut concludit Castrenf. in d. conf. 125. nu. 4. uol. 2. & Præposit. in d. c. per venerabilem, §. fi. nu. 123. uers. quero ergo principaliter, extra qui filij sint legitimi, & Tiraq. in d. c. 10. nu. 9. uers. ex his item fit, de nobilit. & Castrenf. in conf. 107. quantum. in prin. uolum. 2.

44 Secundo infertur, quod sicut statutum, et consuetudo potest derogare iuri cõi, ita etiam ciuitas ex statuto, uel consuetudine tollere poterit nobilitates a iure communi inuentas, & nouas introducere, ut tradit Barto. in d. l. 1. num. 82. cum seq. uers. tertio ex prædictis, C. de dignit. lib. 12. ubi dicit, quod ciuitas, quæ potest iuri communi derogare, potest etiam dignitates, & nobilitates, a iure communi inductas non acceptare, ut nobilitates: sicut è conuerso illa, quæ non est dignitas de iure communi, potest esse nobilitas per statutum, uel consuetudinem ciuitatis, & primi dicti exemplum ponit in consiliarijs ciuitatum, qui alio modo appellantur decuriones, quæ dignitas, sicut decuriones de iure communi nobilitet, l. generaliter, §. spurios, ff. de decur.

45 Hanc tamen dignitatem non admittunt omnes Italiae ciuitates: in quibusdam enim facti decuriones remanent plebei, ut est Perusij, in quibusdam uero fiunt nobiles, ut est Venetijs. aliud exemplum ponit in militibus, qui alio modo uocantur Equites, & subiungit, quod quamuis huiusmodi militia de iure communi non sit dignitas, quod etiam fateretur Tiraq. in cap. 8. num. 5. uers. & sunt sanè multi, de nobilit.

46 Attamen Perusij obseruatur, ut plebeius factus Eques intelligatur factus nobilis: apud Florentinos autem contraria consuetudo uiget, nam plebeius factus Eques remanet plebeius, & hoc idè affirmat Castrenf. in d. conf. 125. num. 4. uol. 2. & Præposit. in d. c. per venerabilem, §. fin. num. 123. uers. quero ergo principaliter, extra qui filij sint legitimi, & Rui. in d. conf. 66. num. 23. uolum. 3. ubi dicit, Equites de consuetudine esse nobiles Paduæ, & Tiraq. in d. cap. 8. num. 18. uers. sunt tamen nonnulli, de nobilit.

47 Sed patria mea, quæ simpliciter antiquæ, & prisce æqualitatis adhuc multam speciem retinet, nobilitatem strictissime interpretata est, si quidè nullus apud nos reputatur nobilis, qui non possideat Castra, uel fortalicia in territorio, ut patet in rubr. 158. lib. 2. statut.

48 Ex quo datur intelligi, quod Mutinæ decuriones, qui uocantur ciuitatis conseruatores, non sunt nobiles, sicut nec etiam sunt Perusij secundum Bartoli relationem: eliguntur enim ex numero populariũ. & quis cautũ sit, ut honestiores ciues eligantur, hoc tamen non impedit, quominus sint populares, cū plebeiorũ alij sint honesti, alij uiles, ut inquit Bar. in d. l. j. num. 86. uers. sequitur in diffinitione, qua

qua quis, C. de dignit. libro duodecimo.

Pro quo facit optimus textus in c. qui contra, 24. q. j. ubi dicitur priuatorum, idest plebeiorum, qui nullam habent dignitatem, alios esse nobiles, idest honestos, alios esse ignobiles, idest uiles, licet alio quoque modo possit ille textus intelligi, secundum Tiraquel. in cap. 8. num. 12. uers. quid plura? de nobilit.

49 Accedat, quod nec legũ Doctores, nec Equites apud nos censetur esse nobiles, quæ res duabus rationibus efficaciter probari potest. Primo, quia ad consilium ciuitatis non possunt eligi nobiles, ut constat in rubr. 34. in fine, lib. 1. Sed Doctor, & Eques eligi possunt, ergo appellatione nobilium non comprehenduntur, quia exclusio nobiliũ, est inclusio plebeiorũ. l. cum prætor, in prin. ff. de iud.

Rursus idem probatur ex eo, quod nobiles non possunt gaudere beneficio statutorum ciuitatis Mutinæ, ut apparet in rubr. 48. lib. 4.

Sed Doctores, & Equites ad beneficia dictorum statutorum admittuntur, ergo pro nobilibus secundum mores ciuitatis non habentur.

Verum his non obstantibus potest dici, Doctores, & Equites pro nobilibus Mutinæ haberi, quod hac ratione probatur, quia in consilio ciuitatis nullus popularis potest effici, uel creari Prior conseruatorum, sed talis prerogatiua solum reueratur Doctori, uel Equiti. Cum ergo per hunc honoris gradum facta sit differentia inter Doctorem, & plebeium, manifestè apparet, Doctorem, uel Equitem haberi pro nobili, quia nobilis dicitur is, in quem Princeps, uel statutum transfert qualitatem, quæ facit ipsum deferre a plebeis, & iam diximus in principio, & notat Bartol. communiter approbatus in dicta l. prima, numero 62. C. de dignit. libro duodecimo.

Nec obstant allegata in contrarium, uidelicet, quod nobiles a consilio ciuitatis excludantur. respondetur enim, illud non fuisse cautum de omnibus nobilibus, sed solum de nobilibus potentibus, ut exprimitur in d. rub. 34. in fine, lib. 1. Quorum potentum appellatione continentur illi dumtaxat, qui fortalicia, uel Castra possident in agro Mutinensi. Unde cum statutum excludat nobiles potentes, non intelligitur alios nobiles exclusisse, qui potentatum non habent, tum quia diuersa est ratio in istis, ac in illis, propter quod statutum in unis non intelligitur statutum in alteris diuersam rationem habentibus: cessante enim ratione cessat dispositio. l. adigere. §. quamuis, ff. de iure patron. & Cæphal. in conf. 279. tempus, numero undecimo, uolumine secundo.

50 Tam è, quia statuta excludentia nobiles a beneficijs ciuitatis, sunt etiam odiosa, & strictè debent intelligi, ut notat Tiraq. in c. 37. num. 100. uers. respondit tamen, de nobilit. & Federicus de Sen. in conf. 83. quod statutum.

51 Ad id autem, quod nobiles non possunt gaudere beneficio statutorum, respondetur illud non debere intelligi de omnibus nobilibus, sed de illis dumtaxat, qui sunt nobiles, ut iam diximus, uel è, quia

taxat, qui sunt potentes, ut iam diximus, uel è, quia illis, qui sunt exempti a factionibus cõitatis, siue sint nobiles, siue sint plebei, ut patet in d. statuto, quod prudenter sancitam fuit. cum enim nullus de iure communi sit immensus a collectis patriæ, quantumuis sit nobilis, ut plenè dixerit Tiraq. in d. c. 20. num. 165. uers. nobiles sunt, de nobilit. & Iacobin. in tract. de Homag. in prima parte, num. 39. uers. sed pone, quædam ciuitas, colum. penul. merito infertur, ut is etiam nobilis, uel plebeius non debeat frui commodis statuti, qui non uult sentire incommoda tributi, cum non sit ille ferendus, qui uult lucrum amplecti, & onus annexum contemnere. l. si igitur, ff. pro socio, & l. 1. §. pro secundo, C. de cad. tollend. & l. si non fuerint, in fine, ff. pro socio.

Aduersus tamen prædicta facit aliud statutum in rubr. 67. de his qui non possunt eligi ad officia, lib. 1. ubi nobiles separantur a potentibus, & utrũque genus hominum a consilio excluditur. Vnde cogita.

Illud uerò, quod dictum est de conseruatoribus ciuitatis, aduertendum est, uerissimum esse, quod scilicet ipsi non sunt nobiles, inspecta antiqua dispositione statutorum.

Sed cum retro actis temporibus ex decreto serenissimi Principis fuerint facti illustres, nunc dicendum est, illos esse nobiles, quamdiu steterint in officio, cum illa qualitas attributa sit ordini, non autem personæ, unde finito officio reuertuntur ad primæuam naturam, nec est inconueniens, ut quis sit nobilis uno tempore, & alio tempore sit plebeius, ut tradit Barto. in dicta l. prima, num. 62. uers. nobilitas est, C. de dignit. lib. 12. ubi ponit exemplum in eo, qui fuit plebeius, & postea factus fuit nobilis a Principe: item in foemina nobili, quæ nupsit plebeio, uel è contra: item in eo nobili, qui propter delictum amisit nobilitatem, nam omnes isti fuerunt uno tempore nobiles, & alio tempore ignobiles, & hoc idem notauit Præposit. in dicto capitulo, per uenerabilem, numero 123. extra qui filij sint legit. ubi ait, quod in patria Fori iulij illi, qui uocantur ad parlamentum, quo ad gubernationem patriæ, dicuntur nobiles de consuetudine, quia consuetudo aliàs habilem facit inhabile, & è contra, c. super eo, extra de cognat. spir. & c. placuit, distin. 32.

55 Sic etiam uidemus, quod unus est nobilis in uno loco, & in alio loco ignobilis, propter uarias consuetudines locorum, cum illa sit in ciuitate nobilitas, quam populus pro nobilitate acceptat, ut concludit Bartol. in dicta l. prima, numero sexagesimo tertio, & numero octuagesimo secundo, C. de dignit. libro duodecimo, & Præposit. in dicto capitulo, per uenerabilem, numero 123. extra qui filij sint legit.

56 Propter quod infertur, quod in probanda nobilitate formandi sunt articuli secundum locorum consuetudines, ut tradit Bartol. in d. l. 1. num. 89. uers. ex istis manifestè apparet, columna pen.

77 Patauij, si Venetias iret omnem iurisdictionem amitteret, subiungens idem esse in Rectore studij Patauini, qui Venetij non poterit portare t caputium uariatum, nec aliqua insignia Recto-
78 ratus: nam uidemus fuisse antiquitus constitutum, ut Proconsul portam Romæ t ingressus statim deponat Imperium, dicta l. finali, ff. de officio pro-

79 conf. Sic etiam uidemus presbyterum præsentem Episcopo non t signare infantes, nisi ab Episcopo fuerit illi præceptum, cap. presbyter, distin. 95.

80 Similiter simplex sacerdos in Missa solemnè non potest in præsentia Episcopi populo benedictionem dare, nisi hoc insinuet Episcopo, quo annuente tunc benedicere potest, ut dicitur, in cap. denique, distin. 21.

81 Vnde glossa ibi notauit, consuetudinem fuisse introductam, ut inferior Sacerdos dicat Episcopo, ora t pro nobis Sancte Pater, uel iube Domine benedicere, quæ benedictio ab Episcopo nullo pacto deneganda est, ut tradit textus, & ibi glos. in c. ecce ego, distin. 95. de qua re uide omnino Bonifacium in clem. Archiepiscopo, num. 7. in quarto notab. col. 2. de priuileg.

82 Et generaliter ubique uidemus, quod minor non potest exercere iurisdictionem, uel officium suum, uel insignia sua portare in præsentia illius superioris, a quo uel officium, uel iurisdictionem, uel insignia accepit, ut ait glos. in d. cap. denique, in uerbo, maiores, distin. 21. & Abb. in cap. uolentes, num. 4. colum. fin. extra de officio legati.

83 Quod profectò non alia ratione contingit, nisi quia minor a maiore offuscatur, secundum Fulgositobiectionem, & in terminis quod Cardinalis apud Papam existens, non sit maior legato de latere, qui extra Romam mittitur, tenuit contra Baldum, Decius in l. 1. nu. 18. uers. nono Cardinalis, ff. de off. eius, & ibi Purpurat. num. 106. uers. quarto Iason, & ibi Rub. ff. de iurisd. omn. iud. num. 15. uers. limitat tamen, colum. 2.

Pro qua parte uidetur quodammodo stetit Iason in d. l. 1. nu. 8. colum. 2. in fine, ubi dicit uideri durum, ut Cardinalis, quando est Legatus Papæ, & eum representat, sit minoris dignitatis, quam cum est ad latus Papæ, unde super hoc dicit esse cogitandum.

Sed prædictis non obstantibus opinio Baldi mihi uidetur esse uerior, ut scilicet latus Principis illustret, & digniorem faciat, secundum ea, quæ in prima parte dicta sunt.

Nec obstant allegata in contrarium, quia uerum est, quod præsentia Principis offuscet respectu scilicet ipsius Principis, sed non respectu aliorum, apud quos sine dubio in maiori æstimatione habendi sunt illi, qui lateri Principis adherent, quam qui a Principe remoti sunt.

84 Ideo uidemus, quod licet Doctor non sit regulariter illustris, tamen illustrem dignitatem consequitur, si Principi adherat, & eius consiliarius efficiatur, ut ait Iason in d. l. 1. nu. 10. uers. quarto

consiliarij, ff. de off. eius, & ibi Decius, nu. 15. uers. septimo consiliarij, col. 3. ubi dicit hoc esse uerum, quando consiliarij resident in concistorio Principis: at si abessent, tunc non essent illustres, & hoc idem tenet Decius in d. c. clerici, num. 47. uers. septimo fallit, extra de iud.

85 Idem etiam dicitur de Medico, qui licet non sit maioris æstimationis, quam obstetrices, p textum in l. si duobus, in illis uerbis, medicos autem, & obstetrices, C. commun. de legat. & notat Specul. in §. fin. in prin. de salarijs.

Attamen si fiat medicus Principis, ita quod ei feruiat, cõsequitur dignitatem, de qua habetur in l. 1. C. de comitib. & Archiatris, & ibi Barto. & Lucas de Penna, & Alciatus, & Barbat. in q. 1. num. 4. uers. quinimo plus audeo, de præstan. Cardin. & Cassan. in confid. 24. nu. 127. assistentes, in 5. par. de glor. mundi.

86 Idem pariter de coquo dicitur, qui licet dicitur exercere uile officium. l. legatis seruis, §. si ex officio, & ibi glos. in uerbo, artificia, ff. de leg. 3.

Tamen si quis efficiatur coquus Principis, dicitur habere dignitatem, ut ait idem Barbat. in d. q. 1. num. 40. & Cassan. in d. tract. de glor. mundi, in confid. 19. in 8. parte, licet de consuetudine aliud obseruetur, ut rectè tradit Ripa, qui loquitur de Barbitonfore, & coquo Principis, in conf. 26. uidetur, num. 8. uers. secundo respondetur, lib. 2.

Nec refragantur ea, quæ dicta fuerunt de legato de latere, quia reteta opinione Baldi, qui dixit Cardinales Romæ existentes esse digniores illis, qui sunt extra Romam, responderi potest, quod Baldus intellexit de illis Cardinalibus, qui non sunt legati de latere, prout sic Baldum intellexit Fely. in d. c. pastoralis, num. 12. uers. nota textum, col. 4. extra de officio, & potesta. iud. delegati.

Nam quamuis illi, qui sunt ad latus Principis, dicantur nobilitari, & in magno honore cõstitui, nõ tamè per hoc prohibetur, quin Princeps alios possit nobiliores, & illustriores efficere, uel dici potest Cardinales apud Papam residetes esse digniores Cardinalibus etiã legatis de latere respectu dignitatis Cardinalatus, nõ quod attinet ad legationem, illa non est curanda, quia in casu præcedentiæ non potest practicari, cum eo ipso, q legatus ingreditur urbem, deponat officium, & insignia legationis. l. fin. ff. de off. procons. & ita sensit Boer. in princ. de auctori. magni consil. & sequitur Cassan. in 4. par. in 17. confid. de glor. mundi.

Sed ista expositio mihi parum arridet: nam licet non possit dignitas legationis practicari personaliter, bene potest practicari titulariter: nam si Cardinales apud Papam residentes sunt illustres, multò magis illustres erunt legati de latere, qui uidentur in maiori gradu honore cõstituti.

Vnde prior expositio magis sustentabilis esse uidetur, & ex prædictis colligi potest ratio illius axiomatis, quo dici solet, quod ubi Princeps est, ibi est, & t præsumitur esse copia nobilium, de quo tradunt Doctor. in l. omnium, C. de testamen-

88 Quoniam talis præsumptio non solum nascitur ex eo, quod nobiles solent Principem comitari, sed etiam ex eo procedit. quod latus Principis suos comites nobilitat, & illustrat, ut dictum est; caueant tamen Principes, ne ad latus suum uilioris, & humilioris t fortis homines admittant, nam licet sol cænum illustret, tamen semper cænum re manet, nec ullo ingenio, aut ulla ratione effici potest, ut lutum fiat argentum, nec aliud est, quod egrius, & molestius nobiles ferant, quam ipsis exclusis uidere helluones, parasitos, & lenones continuè lateri Principis adherentes, & primos omnium rerum effectos. Hac potissimum ratione ferunt t Antonium Scalam fuisse Dominio Veronæ eiectum, quia spreus nobilibus plebeios, & improbos homines apud se in curia sua semper tenebat, ut refert Bartholom. Cæpol. in cap. 4. in 37. priuilegio nobilitatis, num. 40. uers. trigesimo septimo ad latus, tract. de Imper. milit. delegen.

89 Secundò sciendum est, quod inter omnes locos Principi propinquos honoratior, & nobilior esse uidetur pars dextera, quam sinistra, ut notat Ang. in l. qui soluendo, la seconda, ff. de hered. instit. & Imola in cap. solite, num. 10. col. fin. extra de maior. & obediens.

90 Quod quidem eximie probatur apud Mattheum in cap. 25. ubi habetur, quod electi locabuntur ad dexteram, damnati uero ad sinistram, facit etiam quod apud eundem habetur in cap. 26. ubi Dominus noster ait, A modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis Dei. sic etiam scriptum est in Psalmo 109. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. & in actis Apostolorum, cap. 7. legitur de beato Stephano clamante, Ecce uideo cælos apertos, & filium hominis stantem a dextris uirtutis Dei. & Paulus ad Hebræos scribens in principio ait, quod cum Iesus Dominus noster sit splendor gloriæ, & figura substantiæ Dei, portansque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dextram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. ob quam rem scientissime Baldus loquutus est in l. decernimus in secundo notab. C. de sacros. eccles. ubi dicit, q honor etiam consistit in sedendo ante alios, & q dignior debet sedere a dextris, & inferior a sinistris, & ideo cum sit alijs primogenitus Regis dignior, semper debet sedere ad dextram Regis, quod dictum sumpsit a glossa in c. quam periculofum.

91 **92** 7. q. 1. ubi notatur, quod primogenitura t est dignitas, quia primogeniti præ alijs in festis sacrificia offerrebant, & sedebant ad dextram patris, & cibos duplicatos recipiebant, quam glossam sequitur Bald. in l. ex hoc iure, num. 14. uers. unde dico, ff. de iustit. & iure, & Gulielm. Bened. in c. Raynutius, in uerbo, in eodem testamento relinquens, il primo, num. 157. uers. consistit autem, extra de testam. & Fely. in rub. de maior. & obediens, num. 8. uers. nota etiam, quod qui sedet, col. 5. & latè Tiraque, in præfat. primigen. nu. 12. uers. sed ut de antiquiori

bus, & Boer. in tract. de auctori. magni consil. num. 105. uers. & post in eodem cadaphali, & Maran. de ord. iud. in proemio, num. 10. uers. similiter in sedendo.

93 Proceditque huiusmodi traditio sine ulla dubitatione, quando nulla adsit consuetudo in contrarium, nam in talibus standum est consuetudini, quæ t modò dexteram, modò sinistram partem nobilior rem facit, ut ait Abb. in c. solitæ, num. 7. col. 2. in prin. extra de maior. & obediens.

94 Tertio locus altior dicitur t nobilior, & quamuis locum altiorè dicat aliqui illum esse, qui Principi magis propinquus est, ut notat glos. in d. §. aliam uerò, Instit. de bonor. poss.

95 Attamen etiam proprie dicitur magis honorari ille, qui in altiori sede, uel apud Principem, uel alibi sedet, prout probatur in c. Episcopum Ecclesia debet in cõfessu t presbyterorum sublimior sedere, ad quod facit optimus textus in l. fin. C. de præfec. prætor. siue urbi. lib. 1. 2. ubi dicitur, quod in loco conspectiori digniores stare debent, nam altitudo t sedis significat præexcellentiã dignitatis, ut ait Bald. in conf. 387. in prin. uol. 1. & Imola in d. c. solitæ, num. 11. uers. & nota, col. fi. extra de maior. & obediens. ubi dicit, quod sedere in loco alto, significat superioritatem.

96 Hinc uidemus Papam, Imperatorem, Reges, & alios Principes in altiori throno sedere, qui uulgariter appellatur Cadaphale, ut tradit Boer. de auctori. magni consil. nu. 102. ubi formam t regij solij describens dicit, quod est quadrifrons, & in anteriori parte depingendi sunt duo iuuenes, propter robur, p quos designatur amor, & labor: hi namq; foris opus peragunt, labor agit, amor perficit. In posteriori parte due puellæ pinguntur, per quas intelliguntur cura, & uigilia, quæ intus, & in sacro consilio pariunt, cura prouidet, uigilia attendit. In alia uero parte a latere describitur iuuenis attentus modica secum ferens, per quem intelligitur, quod Rex pauca a subditis exigere debet. In reliqua uero parte stat uir fugientis representans effigiem, quia insufflatores fugere debet, & illorū uerbis non adhibere fidem, ideo firmiter credendum est, quod Rex in tali sede sedens semper prosperabitur, quia scriptum est, q cū Rex iustus sederit super sedem, non aduersabitur sibi quicquã malignum.

97 Quarto honorabilis est t sedere, q stare, l. quoties. C. ubi senator. & ibi notat Bal. ideo dici solet, quod stare proprium est aduocatorū, sedere aut iudicū, ut ait gl. in l. quisquis, in fine, C. de postulan.

98 Pro quo facit, q expressus est in c. Eps, il 1. dist. 95. ubi hñ, q eps t non debet pati, ut stet presbyteri, qñ ipse sedet, & huic honori sedis fortissimū præstat argm, q dñs noster Iesus Christus sedet ad dexteram t patris, Angeli uero dñr ante Deum stare, put Gabriel hoc de se attestat loquens ad Zachariã apud Lucã in c. j. ubi dicit, ego sū Gabriel, qui asto ante Deū, & missus sū loqui ad te, & hæc tibi euangelizare, q idè pariter attestat Raphael apud Tho-

biā in c. 12. ubi dixit, Ego enim sū Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum. Qua propter cum tantus honor, & tanta gloria consistat in sedendo, manifestē apparet, quā magni momēti fuerit desiderium, & quā magni pōderis fuerit petitio filiorum Zebedei, quorū uterq; matre orante affectabat non stare, sed sedere vnus ad dexterā, & alter ad sinistram Dei in regno suo, ut habetur apud Matth. c. 20. & Marcum 10.

Sciendum tñ est, quod etiam in throno Dei sedebunt illi, quos tanto digno honore Dñs Deus efficiet. Vnde scriptum est, qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & confedi cum patre meo in throno eius, ut retulit Ioan. in Apoc. cap. 3.

Hoc modo sedent Apostoli, & hoc modo sedēt illi uiginti quatuor seniores, de quibus habetur in cap. 4. Apoc. & illi omnes etiam sedebunt, quibus hoc a Domino Deo paratum est, ut dicitur apud Matth. d. cap. 20. & Marcum d. cap. 10.

101 Quinto in ordine sedendi primā sedes dignior est, ut cauetur in l. fin. C. de præfec. prætor. siue urbi, lib. 12. ubi dicitur, quod sedes prior debet assignari digniori, facit textus in c. statuimus, extra de maior. & obediē. ubi scriptum est, quod primus locus presbytero, secundus diacono, & tertius subdiacono assignetur, adducitur etiam textus in c. antiqua, extra de priuileg. ubi post Romanam Ecclesiam, quæ disponente Domino super alios ordinariæ potestatis obtinet principatum. prima sedes assignanda est Patriarchæ Constantinopolitano, secunda Alexandrino, tertia Antiocheno, & quarta Hierosolymitano, facit quoque textus in l. fin. C. de Tyronib. lib. 12. ubi Tyrones in scholis in loco semper posteriore ponuntur, cum celsiorē gradum debeat is obtinere, cui laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur, idem etiam expressum est in l. 1. C. de præposit. fac. cubicu. lib. 12. ubi si quis solemnēs festiuitates, & cætus, uel salutationes, & alia officia frequentat, debet in sedibus, & in confessu is ordo seruari, quem ordo promotionis ostēdit, ut scilicet is primā sedē habeat, qui prius dignitatem assecutus est, & is subsequatur, & secundam sedem obtineat, quem recentius probatur examen. Sed iste primæ sedis honos efficiacius probatur a gloriosissimo nostræ salutis auctore apud Lucam in cap. 14. ubi inuitatum ad nuptias admonet, ut non discumbat in primo loco, sed in nouissimo, ut cum uenerit, qui te inuitauit, dicat tibi, Amice ascende superius, tunc erit sibi gloria coram simul discumbentibus, quia omnis, qui se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Hoc est illud etiam, quod uanæ gloriæ sectatores quærebant Pharisei, nam primos rebitus in cænis amabant, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, de quibus habetur apud Matth. cap. 23. Marcum cap. 12. & Lucam cap. 11. & cap. 20. in fine.

Circa tamen hanc primam sedem, illud omnino aduertendum est, quod non semper dignior

appellatur illa sedes, quæ in ordinē est prima: licet enim apud Romanos hoc aliquando seruaretur, ut scilicet locus in capite primo censeretur esse nobilior. l. 1. ff. de albo scriben. d. l. fin. C. de præfec. prætor. siue urbi, lib. 12. l. 1. C. de præposit. fac. cubicu. lib. 12. l. 2. C. ut dignit. ordo seruit.

Attamen apud diuersas nationes aliud seruatum est, ut ait glos. in c. peruenit, distinct. 93.

Vnde in huiusmodi rebus semper locorum seruanda est consuetudo: quoniam ut infra dicam, consuetudo est illa, quæ assignat loca sedendi, & standi. Proinde apud Numidas, referēte Sallustio, laudabilior & honestior locus erat sedere in medio, pro quo facit illud Lucæ, capitu. 2. ubi dicit, quod Iesus Dominus noster inuentus fuit sedens in medio Doctorum, de quibus fuit mentionem Lucas de Pen. in l. fin. C. de præfec. prætor. siue urbi, lib. 12.

Idem etiam significauit Virgilius in illis uersiculis.

*Aulais iam se Regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locauit.*

Quos uersiculos unā cum multis alijs in hanc rem allegauit Tiraquellus, prodigiosæ lectionis uir, & omnium togatorum doctissimus, in præfatione. 116. uers. hoc intellige, tract. de iure primigen. cui addo Alex. ab Alexandro in cap. 21. lib. Genial. dierum.

Et ob hanc rem dixerunt quidam, quod in processibus Episcoporum tamquam dignior collocatur in medio inter clericos præcedētes, & laicos subsequentes, ad exemplum Christi, qui sedens in medio Doctorum docebat, ut scilicet hoc modo Episcopus tamquam pastor doceat clericos modum eundi, & incedendi, laicos uerò subsequentes admoneat, ut exemplo, & uestigijs clericorum incedāt, ut tradit Cassian. in 4. par. in 75. consider. de catal. glor. mundi.

107 Sexto qui dignior est, priorem locum in loquendo, & in sententiando debet habere, per textum in d. l. fin. C. de præfec. prætor. siue urbi, lib. 12. ubi dicitur, quod digniori debet esse facultas decernendi, loquendi que antiquior, facit illud, quod in Ecclesiastico dicitur, Loquere maior natus, te enim decet primum uerbum, quod allegat ad hanc rem Bald. in l. obseruare. §. a ntequam. ff. de officio proconf. de qua materia pulcher est textus in l. prima, ff. de albo scriben.

Vnde licet Domini de Rota in dandis consilijs utantur, ut minor prius loquatur: tamen de iure communi senior tamquam dignior loqui prius deberet, ut ait Roman. in sing. 81. quis debeat. de qua re tamen uide Tiraquel. in præfatione. num. 112. uersiculo, decimo seniores, & numero 123. uersiculo, decimo quinto, tract. de iure primigen. & Aflic. in decis. prima, & Cacheran. in decis. prima, ad quos te remitto.

Septimò præcedentia consistit etiam in eundo, ut ait Imola in l. qui soluendo, la 2. ff. de hered. instit.

108 instit. ubi notat, quod ordo ambulationis denotat præminentiam honorum, quod aperte probatur in cap. a subdiacono, dist. 93. ubi dicitur, quod Pontifici præbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus, Acolyto Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius, Ostiario Abbas, Abbati Monachus in omni loco repræsentant obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ, hoc idem probat textus, & glos. in l. 1. C. de consulib. lib. 12. & glos. in cap. statumimus, in uerbo, seruitia, extra de maior. & obediē. & Imola in dicto capitu. solitæ, numero decimo, uers. nota etiam, colum. fi. extra eo. ubi dicit, quod honorabilior in ambulando debet ire ad partem dexteram, quando scilicet attentata consuetudine locorum dextera pars honestior sinistra foret, & idē et dicitur in præcedendo, & in subsequendo, ut scilicet dignior aut præcedat, aut subsequatur secundum locorum consuetudinem: unde uidemus, quod in processibus tam apud personas ecclesiasticas dignior locus est subsequens, & apud seculares ante ire, ut notat Lambertin. in questione prima, numero decimo, uers. sed restat difficultas, ub. 3. de iure patronat.

111 Illud autem quod supra fuit dictum, Ostiarium præferri Abbati, intellige fuisse antiquitus uerū, quando Abbates non erant clerici, ut ibi glossa notat, & Abb. in c. statuimus, columna prima, extra de maior. & obediē.

112 Octauo consistit etiam præcedentia in subscribendo, & sigillando, nam maior prius subscribere, & prius sigillare debet, prout de primo notatur in cap. concilia. §. hoc quoque notandum, distinct. 17. & glos. in cap. bene quidem, in uerbo, Mediolanensis, distinct. 96. & glos. in cap. cum olim, in uerbo, in sessionibus, extra de consuet. & Tiraquel. in præfatione. primigen. uers. decimo seniores, & de omnibus Abb. in cap. 1. numero 1. extra de maior. & obediē. ubi dicit, quod maioritas, & prioritas consistit in eo, qui primus sedet, primus scribit, primus respondet, primus sigillat, & alia similia facit, & qui uult scire multa alia priuilegia, quæ nobiliori dantur, legat Bonum de Curtili in tract. de nobilit. & Tiraquel. in eodem tract. capitulo uigesimo, & in præfatione. primigen. & Cæpollam in tract. de Imperat. milit. deligen. capitulo quarto.

113 Nonno signum præcedentiæ uersatur quoque in uestibus, & cibis, nam uestimenta, & cibaria secundum ordinem, & dignitatem personarum pulchriora, & delictiora distribuuntur, l. sed & si quid. §. sufficienter, ff. de usufr.

114 Per quē textum dixit ibi Baldus, quod Abbas debet esse melius uestitus, quā Monachus, quā dignior est; & Monachus melius, quā conuersus; & magister in theologia melius, quā quilibet alius sacerdos inter fratres, & Baldum sequitur ibi Fulgosius, ubi dicit, quod errant, qui ueste sibi inconuenienti utuntur, subiungitque talem uestium, & ciborum differentiam debere etiam fieri

in quotidianis distributionibus, quæ quotidie fiunt in ecclesijs, quando scilicet aliter non est prouisū. quam sententiam quo ad uestimenta ante ipsum tenuit pariter Innocent. in cap. cum omnes. in fine, extra de constit. ubi dicit, in huiusmodi distributionibus singularis Ecclesiæ consuetudinem esse attendendam, quæ præualet iuri scripto: at cetera consuetudine tunc omnia, quæ de communi cellario exeunt, ad quotidianum uictum debere æqualiter distribuuntur: ea, quæ dantur pro indumentis, diuidenda esse iuxta personarum meritū, locum, & ordinem, ut scilicet plus uni, quā alteri detur.

Nec obstat textus in c. decimas, 16. q. 7. ubi dicitur, has distributiones æqualiter esse faciendas, ne alij scrupuloso corde moueantur: quia responderet illud procedere, & habere locum, quando fieret inæqualis distributio quo ad carnalem effectum, per quem scandalum meritò nasceretur, sed non quo ad merita personarum, ut ait glos. in d. cap. decimas, & præfatam Innocentij opinionem tenuit Abb. in cap. statuimus, colum. fina. extra de maior. & obediē. ubi dicit, quod quando præbende non sunt distinctæ, aut sunt distinctæ, sed collationes dantur de communi, tunc merita personarum inspiciuntur, & latius hoc idem tenuit in dicto capitulo, omnes, columna penultima, ubi tradit, quod hæc opinio est uera non solum in uestibus, sed etiam in cibarijs, & dicit hoc esse notabile respectu bonorum communium capituli, quæ distribuuntur ultra præbendas in singulos canonicos, ut scilicet in uestimentis, & cibarijs digniores præferantur, subiungens tamen in hoc seruandam esse consuetudinem Ecclesiarum, & locorum, & idem, quo ad uestimenta tenuit etiam Ioan. Andr. in d. c. cum omnes, in fine, & ibi Ioan. de Imola, numero 11. uers. conclude, ut hic, colum. 6. & Ant. de Butr. in fine, & rursus Imola in d. c. statuimus, colum. 2. & 3. & ibi Anton. in fine, & Felyn. in d. c. cum omnes, num. 32. uers. in glos. pen. colum. 17. & in d. c. statuimus, colum. 2.

Et licet ex prædictis Doctoribus aliqui uelint, ut differentia solum habeatur in uestimentis, & non in cibis, qui distribui debent æqualiter, cum tantū & aliquādo plus comedat ignobilis, quā nobilis: tamen nonnulli etiam sunt, qui uoluerūt, ut in cibis quoque differentia habeatur, cum sit eadē ratio in illis, quæ est in uestibus, ut ait Abb. in dicto capitulo cum omnes, & ibi Imola, columna tertia, & Felyn. in dicto capitulo statuimus, & in d. c. cum omnes.

Alij tamen distinguunt dicentes, quod in conuentu, uel in monasterio non est facienda differentia inter monachos, quoniam ibi non est distinctio personarum, sed omnes debent esse æquales in uictu, & in uestitu, licet Abbas aliqui ex causa iusta possit inter eos differentiam constituere, ut habetur in cap. ad monasteriū, extra de statu monach. sed extra monasteriū, & extra conuētū alijs casibus tunc dñs potest constitui tam in cibis, quā in uestibus,

secundum merita personarum, cum sit in utroque eadem ratio per textum in d. §. sufficienter, & ita notat Decius in d. c. cum omnes, num. 49. colum. pen. extra de constit.

115 Sic etiam videmus, quod antiquitus primogenito cibi duplicati dabantur, ut ait gloss. in capitulo quam periculosum, septima, quaestione prima.

Sic etiam Samuel, quando voluit honorare Saulem, qui futurus erat Rex, non solum illi dedit locum in capite eorum, qui fuerant inuitati, sed etiam

116 illi dedit cibos et maiores, & deliciores, ut habetur in cap. 9. Reg. 1. ubi Nicolaus de Lyra dicit, quod Samuel ferculum nobilius, uel gratiosius fecerat custodiri, ut coram Saule uenturo poneretur, quia uolebat eum praeter ceteris honorare, tamquam regem de proximo futurum.

117 Hoc etiam cognoscitur in Ioseph, qui cum uellet plus alijs fratribus honorare Benjamin, ad illum fercula maiora misit, ita ut quinque partibus excederent, ut patet in cap. 43. in fi. Gen.

Legimus etiam apud Xenophontem, in Pediae libro octauo, quod Persarum Rex Cyrus, si que ex amicis uellet a multis coli, & honorari, cibarium partes ad eum de mensa mittebat, quam rem notauit etiam Rodigin. in capitulo primo, libro 28. lect. antiq.

119 Et apud Graecos id moris erat, ut quem magis honorare uellent, illi non solum carnem pinguiorem, sed etiam pocula ad bibendum ampliora dabant, ut refert Alexan. ab Alex. in capitulo 21. libro quinto gen. dier.

Et quod distinctio ciborum habenda sit, tradit etiam Antonius Franciscus in addit. ad Abb. in dicto cap. cum omnes, colum. pen. extra de constit. ubi

120 dicit, quod homines grossiores, & robusti debent habere alimenta grossa ex faba, & leguminibus: Nobiles autem & delicati debent habere alimenta magis pinguia, & magis delicata, pro qua materia facit egregius textus in cap. unum orarium, in

121 fine, distinct. 25. ubi inter peccata uenialia enumeratur, quando quis pauperibus esurientibus nimium delicia, uel sumptuosa conuiuia preparauerit, facit etiam textus in cap. non cogantur,

122 distinct. 42. ubi dicitur, quod diuites non debent cogi pauperum cibis uesci, sed possunt uti cibis preciosis, & dare pauperibus uilia, quia non qualitas cibi, sed sumentis affectus uel temperantiam, uel uoracitatem demonstrat: in talibus enim non usus rerum, sed libido utentis in culpa est, ut dicitur in c. quisquis, distinct. 42.

Eadem ciborum differentia cognoscitur etiam ex textu in l. seruis urbanis, ff. de leg. 3. ubi dicitur,

123 quod alij sunt et cibi urbanorum, alij sunt rusticorum, & ibi gloss. notauit, quod rustici non utuntur pane albo, sed grosso, nec utuntur pullis, aut alijs delicatis cibarijs, sed caseo, coepis, & faba. Proinde rectissime loquutus est Archidiaconus in c. alias

124 ea, in fine, distinct. 25. ubi dicit, quod sicut infirmatur diues, si utatur uilibus cibis: ita pauperes, uel rustici infirmantur, si deliciofis utantur, & ideo at-

tenta hac ciborum distinctione dixit Nicolaus de Neapoli, quod meliores expensae debent fieri familiaribus Cardinali, & Principum, quam alijs, cuius dictum refert Fely. in d. cap. cum omnes, sub num. 32. extra de constit.

126 Quot uero panes debeant quis in die habere, uide textum in l. iudices, C. de episcop. aud. ubi dicitur, quod pro uicuali substantia debent duo,

127 aut tres panes in die assignari, & quae sint uestes, quae soli Imperatori sunt reseruatae, & alijs prohibita, uide leges, C. de uestib. holoberis, lib. 11.

Et de hac praecedentia, quae uersatur in sola ratione maioris ornatus, tradit in terminis textus in cap. ut apostolica, de priuileg. in 6. ubi habetur,

128 quod ex maiori parte, ac decore maiori ornatum maioritas apparet dignitatum, propter quod uero ore dicit ibi Dominicus, & Fracus, quod ille Praelatus, qui habet ius deferendi insignia Pontificalia, est magis honorandus, & eos praecedere debet, qui talia priuilegia non habent, & subiungit, hunc esse unum modum cognoscendi maioritatem praelaturae, quam rem quoque uidetur sensisse Bald. in cons. 187. Archidiaconus, uer. insignia etiam, colum. 1. uol. 1. ubi tradit quod insignia nobilia etiam faciunt quem digniorem, quia significat inuestituram dignitatis, licet non conferant plenam possessionem illius.

129 Decimo signum praecedentiae consistit etiam in modo eundi siue in equis, siue in curru, aut uehiculis, ut cognoscitur in l. 1. C. de honorat. uehicul. lib. 11. ubi antiquitus in dignitate positi priuilegium habebant eundi in curribus, aut uehiculis, ad quam materiam pertinet elegantissima gloss. in l. idemque, §. idem Labeo, ff. mand. ubi notatur,

130 quod licet procuratori dominus teneatur expensas factas in uecturis equorum restituere, tamen si procurator fuerit rusticus, tales uecturae non debent reputari, quia rusticus debet ire pedes, & non eques, quam glossam dixit ibi Baldus esse admodum notabilem ad quaestionem rustici producti

131 in testem, qui non uult uenire nisi eques, nam debet cogi uenire pedes, quia non competit suae conditioni equitare. Idem quoque dicitur de expensis, quae uicenti causam in iudicio taxantur, quoniam uili personae siue rustico non est reputandus equus, quemadmodum notauit per illam glossam Fely. in dicto capitulo, cum omnes, sub numero 32. columna 17. de constit. & Alber. in d. l. idemque, §. idem Labeo, ff. mand.

Idem etiam affirmandum est in tutore, cui uecturae non debent solui, si persona est uilis, licet ei pupillus soluere debeat sumptus litis, & uaticae, si ex officio necesse habuit aliquod excurrere, uel proficisci. l. prima, §. si pupilli, ff. de tutel. & ratio nib. distrahend.

132 Et si tutor erat talis, qui pascebat se ex operibus suis, tunc totum et restituere debet, quod expedit non habita ratione illius quod domi expendisset, ut ait Iacob. de Arena in l. a tutoribus, §. quem admodum, ff. de administra. tut.

133

135

Ultimo ne omnia singulatim enumerem, dicendum est, eum locum in praecedentia esse honorabiliorem, quem non solum Princeps ita esse statuerit, cum ipse faciat, & ipse donet honores, ut supra dixi, uerum etiam quem loci consuetudo pro maiori habuerit, quia in actu et praecedenti consuetudo ius tribuit, & omnino seruanda est, cum olim, extra de consuet.

Per quem textum notat ibi Baldus, quod consuetudo assignat loca et sedendi, & standi, & non debet praeposterari, quod etiam notauit in l. obseruare, §. antequam, in quinto notab. ff. de officio proconsul. ubi inquit, quod in Tuscia fratres minores et in processibus vadunt ante praedicatores, quia ita ibi se se habet consuetudo, quae conclusio confirmatur ex textu in cap. nos consuetudinem, distinct. duodecima, ubi dicitur quod consuetudo

137

138

139

140

Attamen exceptis quatuor Patriarchis principalioribus, idest Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, praesentantur ex consuetudine Cardinales et omnibus alijs Patriarchis, ut tradit Cassan. in 4. par. in cons. 10. de gloria mundi.

Ad idem pertinet etiam textus in l. non tantum, ff. de decur. ubi Bartol. adnotauit, quod in honoribus decernendis est inspicienda et consuetudo, & statutum ciuitatis, facit etiam, quod Baldus scripsit in capitulo primo, §. marchio, numero quinto, uersicu. extra quaero, de his qui feud. dare poss. ubi dicit, quod Comites, & Barones penes Regem debent sedere ordine consueto, qui sedis honos priuilegium appellatur, & hanc sententiam ante ipsam confirmauit Hostiensis. in summa in §. cui marchio, numero trigesimo octauo, de poenit. & remiss. ubi scribit, quod licet Marchio sit minor Duce, & maior Comite, tamen hoc non est ubique perpetuum, quoniam in quibusdam regionibus ex consuetudine aliter obseruatur, subiungitque in Regno Italiae, & Alemaniae Marchiones esse maiores Comitibus, sed in Regno Aralatenensi, & Vien. Comites et Marchionibus esse maiores, & Hostiensis Lucas de Penna sequitur in Rubr. C. de Comitibus consist. libro duodecimo, & Boer. in tract. de auctor. magni consil. numero 109. uersicu. sed Lucas, & Cassan. in 5. parte, in cons. 47. de catal. glor. mundi, & Iason in consilio 192. numero decimotertio, uersicu. fortificatur haec, uolum. secundo, & Ruin. in consilio decimonono, numero 6. uersicu. ex tertio, colum. secunda, uolum. primo, & Corn. in consil. 193. pro decif. in lit. L. uersicu. ad textum autem dubium, colum. penul. vol. 2. & Menoch. in cons. 51. num. 49. uersicu. decimoquinto, uolum. 1.

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

di tanta uis esse dicitur, ut pro ea conseruanda possit quis arma mouere, ut scripsit Bald. in d. l. obseruare. §. antequam, in fine, ff. de off. proconsul. ubi dicit, quod qui uult ordinem praecedentiae a consuetudine introductam perturbare, tenetur et actione iniuriarum, & potest ei de facto resisti, etiam armata manu, quia nemo tenetur iniuriam pati, & paripendere proprium honorem, quando est in quasi possessione ratione consuetudinis, ad quam rem facit illud, quod notauit Ioannes Faber in §. aliam uero, Instit. de bonor. possess. ubi tradit, quod pro conseruanda sua et prerogatiua potest quis implorare officium iudicis, ut cogat inferiorem sibi cedere in sedendo, in ambulando, & in alijs actibus reuerentialibus, & infert ad quaestionem duarum nobilium matronarum, quarum nobilior uolebat prior in ecclesia sedere, & offerre: dicit enim, quod in hac re poterit et officium iudicis implorari, ut cogatur inferior cedere nobiliori locum digniorem. & licet ibi subiungat, quod agi non poterit actione iniuriarum, quem sequitur ibi Aret.

Attamen Baldus, de quo supra feci mentionem, uoluit ut etiam praedicta actio possit intentari, & eum sequitur Gherard. de Petrasan. in sing. 33. de qua re tamen tu uidebis omnino Tiraq. in cap. 20. numero 56. uersicu. sed illud quaeritur, tracta. de nobilit.

Nec est mirum, quod consuetudo tribuat ius praecedentiae, nam si de ignobili potest facere que nobilem, ut supra uidimus, debet etiam posse nobilitati prerogatiuas conseruare.

An autem nobilitas probetur per famam, dixi in cap. 49. lib. 1.

Sed an nobilitas connumeretur inter bona, uel mala fortunae, dixi in cap. 54. libro primo. solet etiam quaeri, an obligatus ducere uxorem nobilem, dicatur et satisfecisse obligationi, si duxerit filiam nobilis ex priuilegio, de qua re uide Melchior. Palaez. in quaest. 51. num. 4. uersicu. sed dubitatur, de maioratu, par. 1.

145

146

147

148

149

150

ADDITIONES.

a Accidens. Nobilitas est qualitas extrinseca accidentalis, uide supra in c. 54. lib. 1.

b Virtuoso. Sola enim uirtus non nobilitat, alias sequeretur, quod feruus uirtuosus esset nobilis, ut ait Bartol. in l. 1. num. 56. C. de dignit. lib. 12. sed uide Tiraq. in cap. 4. de nobilit.

c Doctores. Sunt enim nobiles de iure communi, ut ait Guid. Papae in decif. 88.

d Practicam. De modo probandi nobilitatem peruenientem ex origine, uide Bonum de Curtili in 6. parte, in fine, de nobilit. & Rebuffum in quaest. 12. numero 39. de nominat.

e Reputatum. Debent testes in probanda nobilitate probare, quod talis fuit habitus, & reputatus nobilis, alioqui non probarent nobilitatem, etiam si dicerent, talem esse natum de domo, uel sanguine nobili, ut ait Socin. in cons. 246. colum. 2. uol. 2. & Cassan. in cons. 64. numero undecimo, & Tiraquel. in cap. 10. num. 6. de nobilit.

nobilit. & Rolan. in conf. 67. nu. 28. uol. 3.
f Diuitiis. Diuitiæ conferunt ad nobilitatem, sed non nobilitant, ut ait Tiraq. in c. 3. nu. 13. de nobilit. & optime Bar. in l. 1. q. 3. nu. 47. C. de dignit. lib. 12. & Bal. in l. 3. in prin. C. de commerc. & mercatorib. dixit tamen Castrès. magni patrimonium facere possessorem differre a plebeis, in conf. 107. col. 2. uol. 2. tu uero uide Barb. in conf. 57. excusis, nu. 10. uerf. & plus dico, col. 4. uol. 2. ubi ait tria copulatiue requiri ad faciendum quem nobilem, id est, quod sit nobilis natalibus, quod sit honorum luce conspicuus, & sit diues patrimonio.
g Consuetudo. Ista consuetudo extenditur etiam ad eos uicinos, ut ait Abb. in c. cum olim, de conslit.

S V M M A R I V M.

- 1 Nobilitas, & dignitas, an differant.
- 2 Dignitas pluribus modis accipitur.
- 3 Dignitas accipitur pro bona fama persona.
- 4 Dignitas ponitur etiam pro quadam excellentia status persone.
 Seruus quandoque dicitur habere dignitatem, ibidem.
- 5 Dignitas in sermone loquentis, que sit.
- 6 Dignitas orationis, que sit.
 Verborum & sententiarum exornatio, que sit, ibidem.
- 7 Dignitas in ecclesia tribus modis cognoscitur.
- 8 Dignitas in ecclesia consideratur, quando est perpetua.
- 9 Dignitas dicitur esse perpetua, quando datur ad beneplacitum superioris.
 Concessio in dubio censetur esse perpetua, ibidem.
- 10 Iurisdictio uel uniuersalis administratio non constituit quem in dignitate, nisi habeat nomen dignitatis.
- 11 Canonicus antiquior exercens officium archidiaconatus, non dicitur constitutus in dignitate, nisi uocetur Archidiaconus.
- 12 In dignitate iudicanda non est inspiciendum nomen, sed effectus.
- 13 Iurisditionem exercens sub alieno nomine, non dicitur habere dignitatem.
- 14 Iurisditionem exercens nomine proprio, dicitur habere dignitatem.
- 15 Dignitatem dicitur quis habere, qui habet nomen dignitatis, & ius sedendi ante alios in choro.
- 16 Archidiaconus Parmæ habet dignitatem, licet careat administratione.
 Dignitas honoraria, que sit, ibidem.
- 17 Præminentia in choro, uel in capitulo, non facit quem habere dignitatem.
- 18 Dignitatis nomen habens sine præminentia chori, an dicatur in dignitate constitutus.
- 19 Dignitas ea dicitur, que ex constitutione uel consuetudine ecclesie habetur pro dignitate.
- 20 Dignitatis nomen habens, et ministeria dignitatis faciens, non dicitur habere dignitatem, quando consuetudo est in contrarium.
- 21 Dignitatis appellatione comprehenduntur largo modo omnes, qui habent præminentiam.
- 22 Personatus non continetur appellatione dignitatis.
- 23 Personatus, quomodo cognoscatur.
- 24 Consuetudini ecclesie circa dignitates acquiescendum.
- 25 Personatus, dignitas, et officium aliquando confunduntur, et unum pro alio ponitur.
- 26 Personatus origo, que fuerit.
- 27 Officium, an sit dignitas.
- 28 Dignitas est supra personatum, et personatus supra officium.
- 29 Officium, quod habet onus annexum sine honore, non est dignitas.
- 30 Officium habet dignitatem, quando ipsi est dignitas annexa.

- 31 Camerarius Papa dicitur habere dignitatem.
- 32 Officium dicitur habere dignitatem secundum consuetudinem ecclesie.
- 33 Thesauraria est officium, quod habet dignitatem.
- 34 Officium est dignitas, quando in eo concurrunt signa dignitatis.
- 35 Officij latissima est significatio.
 Plebania dicitur officium, ibidem.
- 36 Prædicatores, & presbyteri dicuntur habere officium.
- 37 Officium dicitur habere, qui habet aliquod onus, uel curam, uel administrationem, uel custodiam.
 Custos arcis, uel portarum ciuitatis, dicitur habere officium, ibidem.
- 38 Officium uulgares appellant illud, quod est cum iurisditione coniunctum.
- 39 Præpositura, an sit dignitas.
- 40 Præminentia sedendi est signum personatus, non dignitatis.
- 41 Præpositura quando dicitur esse dignitas.
- 42 Præpositus largo modo dicitur.
- 43 Prælatus largo modo dicitur omnis, qui habet curam animarum.
- 44 Prælatus proprie dicitur, qui habet iurisditionem.
- 45 Præpositus frequenter subrogatur in locum archidiaconi.
- 46 Primicerius, an dicatur habere dignitatem.
- 47 Primiceriatus est officium, non dignitas.
- 48 Archidiaconatus, & Archipresbyteratus de iure communi sunt dignitates.
- 49 Facultatem habens distringendi clericos, potest eos aliquando excommunicare.
- 50 Dignitatem non habet, qui potest suspendere, interdicere, & excommunicare.
- 51 Excommunicandi habens simplicem facultatem, uel simplicem potestatem absolendi, non dicitur habere iurisditionem.
 Iurisdictio uera non est, ubi causa cognitio non interuenit, ibidem.
- 52 Primicerius ex consuetudine ecclesie potest habere dignitatem.
- 53 Primicerius dicitur primus notarius Principis, & de iuri civili habet dignitatem.
 Secundicerius est secundus notarius Principis, ibidem.
- 54 Notarij Papæ, & secretarij regni possunt appellari Primicerij.
- 55 Primiceriatus fabricensium est officium sumendi arma publica a fabricensibus & custodiendi.
- 56 Primicerius mensorum dicitur, qui primus est inter mensores, qui mensurabant annonam militarem.
- 57 Primicerius decanorum appellatur, qui inter decanos milites primum locum obtinebat.
- 58 Primicerius dictus fuit a cera.
- 59 Plebanus non habet dignitatem, sed officium.
- 60 Plebania, an dicatur esse dignitas, quando habet sub se perpetuas capellas.
- 61 Dignitatis signum non est habere capellas, & instituere capellanos.
- 62 Plebania collegiata est dignitas.
- 63 Plebanus electus a capellanis sui plebanatus, non habet dignitatem.
- 64 Ecclesia non dicitur collegiata, licet in ea stet rector cum multis clericis.
- 65 Prioratus, an sit dignitas.
- 66 Archidiaconus & Archipresbyter habent dignitatem.
- 67 Archidiaconi, & Archipresbyteri rurales non sunt in dignitate constituti.
- 68 Consuetudo potest introducere, ut archipresbyteratus non sit dignitas.
- 69 Archidiaconus factus per collationem, & non per electionem, non habet dignitatem, sed officium.
- 70 Archidiaconus, an dicatur prælatus.
- 71 Archidiaconus, an sit maior archipresbytero.
- 72 Archidiaconus in missa tenetur seruire archipresbytero.

Archi-

- Archidiaconus dicitur oculis Episcopi, ibidem.
- 73 Decanatus, an sit dignitas.
 - 74 Decanatus, præpositura, & thesauraria non sunt nomina dignitatis.
 - 75 Decanus accipitur pro archipresbytero.
 - 76 Decanatus acceptus pro simplici beneficio, non est dignitas.
 - 77 Decani milites erant, qui decem militibus præerant.
 - 78 Decani aliquando sunt simplices clerici, dicti quia in decanias erant diuisi.
 - 79 Archipresbyteri dicuntur decani, eo quia decem clericis præerant.
 - 80 Abbatia, an sit dignitas.
 - 81 Abbatia nomen est potius sollicitudinis, quam honoris.
 - 82 Abbas appellatione monachi continetur.
 - 83 Monachatus non est dignitas, nec honor, nec officium.
 - 84 Abbates non debent præcedere canonicos Ecclesie Cathedralis in processionibus.
 - 85 Abbates, & abbatissæ dignitatem dicuntur habere.
 - 86 Priores Sancti Ioannis in Monte, & Sancti Michaelis in busco de Bononia, dicuntur in dignitate constituti.
 - 87 Abbas post episcopum primam dignitatem habet.
 - 88 Abbas debet præcedere archidiaconum.
 - 89 Abbatia inter maximas, & infimas Ecclesie dignitates tenet medium locum.
 - 90 Omnis honor, & omnis administratio in se habet sollicitudinem.
 - 91 Abbatia est tantæ dignitatis, ut appellatione simplicis dignitatis non contineatur, nisi exprimat.
 - 92 Inquisitores habentes ius inquirendi contra quascunque personas, cuiuscunque sint dignitatis, non poterunt inquirere nec contra Episcopum, nec contra Abbatem.
 - 93 Abbatia post Episcopatum dicitur in primo dignitatis gradu.
 - 94 Abbatie collatio expeditur in concistorio Papæ.
 In Abbatia impetranda non fit mentio de cura, ibidem.
 - 95 Abbatia quare appellatione beneficiorum uel dignitatum non comprehendatur.
 - 96 Abbas in fauorabilibus appellatione monachi continetur.
 - 97 Canonici collegialiter incedentes præcedunt Abbatem, quia representant Ecclesiam Cathedralis.
 - 98 Abbates præcedunt canonicos, quando ut singuli incedunt.
 - 99 Abbas foraneus præcedit canonicum cathedralis.
 - 100 Canonici collegialiter incedendo, qua ratione præcedunt Abbates.
 - 101 Canonicus non habet dignitatem.
 - 102 Canonicus non habet dignitatem, etiam si possit excommunicare.
 - 103 Canonicus committit simoniam mentalem, si uadit ad horas, ut consequatur distributiones.
 - 104 Prælatus habet successorem.
 Canonicus non habet successorem, ibidem.
 - 105 Honor magnus est, esse canonicum ecclesie cathedralis.
 - 106 Canonici ecclesie cathedralis præferuntur, canonicis alterius Ecclesie, & etiam Abbatibus.
 - 107 Lector an habeat dignitatem.
 Scholasta, uel sibilarchus, uel maiuscola, qui sint, ibidem.
 - 108 Dignitas, & officium sunt res diuersæ.
 - 109 Onus docendi appellatur officium.
 - 110 Lector ob nomen magistrj assumit dignitatem.
 - 111 Scholarchus est nomen sonans in præminentiam.
 - 112 Lector potest habere dignitatem ex consuetudine ecclesie.
 - 113 Scholarchus apud Hispanos habet dignitatem.
 - 114 Maiuscola qui sit, & an sit personatus, an dignitas.
 - 115 Personatus is habet, qui est inferior illis, qui habent dignitates, & superior illis, qui dignitate carent.
 - 116 Personatus signum est habere præminentiam sedendi ante alios.
 - 117 Lectoris officium quale sit.
 Lector fructus beneficij sui non percipit, nisi quandiu lege-

- rit, ibidem.
- 118 Lectoris officio apud antiquos functus est Origenes, Pantenus, & Archilas.
 - 119 Vicarius episcopi, an dicatur habere dignitatem.
 - 120 Vicarius episcopi non perdit aliam dignitatem, uel beneficium curatum.
 - 121 Vicariatus Papæ, uel Imperatoris est officium, non dignitas.
 - 122 Vicarius episcopi tanquam iudex habet dignitatem.
 - 123 Vicarius episcopi non habet dignitatem iure proprio.
 - 124 Vicarius episcopi habet dignitatem iure alieno.
 - 125 Vicarius episcopi non habet dignitatem quoad penalia.
 - 126 Vicarius respectu iurisditionis non est in dignitate constitutus.
 - 127 Vicarius est loco episcopi.
 - 128 Appellari non potest a vicario ad episcopum.
 Auditorium vicarij est idem auditorium episcopi, ibidem.
 - 129 Vicarius præcedit archidiaconum.
 - 130 Vicarij officium, an finiatur mortuo episcopo.
 - 131 Vicarius perpetuus, an dicatur habere curam animarum, an restat penes rectorem.
 - 132 Vicarius episcopi delegatus a Papa, si desinat esse uicarius, an remaneat delegatus.
 - 133 Cause non debent delegari a Papa, uel ab eius legato, nisi personatam, uel dignitatem habentibus, uel canonicis ecclesie cathedralis.
 - 134 Duas dignitates nemo potest in eadem ecclesia sine dispensatione obtinere.
 - 135 Beneficium simplex potest conferri minori quatuordecim annis, maiore tamen septennio.
 - 136 Dignitas non potest conferri minori uigintiquinque annis.
 - 137 Dignitates electiue difficilius conceduntur, quam collatiue.
 - 138 Onus probandi incumbit ei, qui dicit se habere dignitatem.
 - 139 Qui uult, ut talis haberi, debet se talem probare.
 - 140 Dignitas beneficio non inest, nisi ex priuilegio uel consuetudine, uel statuto ecclesie.
 - 141 Alleganti priuilegium, uel consuetudinem, incumbit onus probandi.
 Præpositus ecclesie cathedralis Senensis non habet dignitatem, ibidem.
 - 142 Papa nominans, uel transfers alique ut archidiaconum, non per hoc censetur illi dignitatem conferre.
 - 143 Princeps uel statutum nominans alique sub aliqua dignitate, uel nobilitate, non censetur nobilitare nominatum.
 - 144 Papa conferens alicui præbendam uacantem per mortem capellani talis, talia uerba non probant, quod ille mortuus fuerit capellanus.
 - 145 Princeps facit ciuitatem eo ipso, quod ei scribit, ut ciuitati.
 - 146 Dignitas probatur eo ipso, quod prius probat se possidere archidiaconatum, uel archipresbyteratum.
 - 147 Admissus ad aliquem actum tanquam constitutus in dignitate, censetur habere dignitatem, & dicenti contrarium onus probandi incumbit.
 - 148 Notoria non indigent probatione.
 Campanas pulsare, non est officium ordinis, & pro earum pulsatione potest recipi salarium, ibidem in additionibus.
 Collegium potest esse sine rectore, ibidem in additionibus.
 Cause clericorum possunt delegari etiam laico, ibidem in additionibus.

De Dignitate, & cui incumbat onus eam probandi.

DIGNVM est, ut de dignitate post nobilitatem separatim loquamur: licet enim quidam uoluerint inter nobilitatem, & dignitatem, nullam esse differentiam, quando dignitas ab officio, ac administratione separata est, ut inquit Bartol. in l. 1. num. 46. uers. secundo quero. C. de dignit. lib. 12.

Nos tamen latius dignitatem amplectentes, necessarium esse duximus, illam a nobilitate seiuungere, quæ cum diuisa sit in duas species: alia enim ecclesiastica, alia uerò secularis, uel ciuilis appellatur, de unaquaque in separatis capitulis tractabitur. Illud autem in primis aduertendum est, dignitatem pluribus modis accipi solere: aliquando, n. accipitur pro honesta alicuius auctoritate, quæ cultu, & honore, & uerecundia digna est, ut attestatur Cicero in lib. 2. de Inuentione. Interdum largius accipitur pro cuiusuis hominis existimatione, id est probandi fama, & ac integro statu personæ, ut probatur in l. cognitionum, §. primo, ff. de uarijs, & extraord. cognit. ubi dicitur, existimationem hominis esse dignitatis illesum, legibus, ac moribus comprobatum, quæ ex delicto nostro auctoritate legum, aut minuitur, aut consumitur, & hoc idem probatur in l. 3. C. de re milit. lib. 12. & in l. nepos, in fine, ff. de uerb. signif. & notat Bartol. in dicta l. prima, numero 44. quæst. 1. C. de dignit. lib. 12.

Ponitur etiam dignitas pro quadam excellentia status, quæ cadit etiam in seruum, ut probatur in l. sed & si quid, §. sufficienter, ff. de usufructu, & quemadmo. quis utat. & notat Bald. in cap. ad omnes, in princip. extra de rescript. Pro quibus facit egregia glos. in cap. 3. in uerbo, dignitates, extra de clericis non residen. ubi dicit, quod dignitas quandoque accipitur pro quadam prærogatiua in Ecclesia, quæ alio nomine personatus appellatur, de quo infra dicam: quandoque accipitur pro seculari prærogatiua, interdum pro potestate, aliquando pro ordine clericali, quandoque pro conditione status personæ, quæ consideratur etiam in seruo, & idem notauit alia glos. in c. fides, in uerbo, maiores, extra rescript.

Dignitas etiam consideratur in sermone, uel ex parte loquentis, quo casu dignitas esse dicitur oratio, cum aliqua grauitate, & uocis remissione, ueluti quando quis plenis faucibus, quam se datissima, & depressissima uoce loquitur, ita tamen, ut non ab oratoria consuetudine ad tragicam transeat, ut animaduertit Cicero, si is fuit, ad Heren. lib. 3.

Vel ex partibus ipsius orationis, in qua digni-

tas ea dicitur esse, quæ reddit ornatum orationem uarietate distinguens, diuiditurque in uerborum, & sententiarum exornationem. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitio: Sententiarum exornatio est, quæ non in uerbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem, ut exponit idem auctor libro quarto ad Heren.

Verum, quod attinet ad dignitates ecclesiasticas, dicendum est, dignitatem in Ecclesia tres modis cognosci. Primo enim dicitur beneficium habere dignitatem, quando quis habet administrationem rerum Ecclesiæ cum iurisdictione, c. uolumus, cum seq. distinct. 89. & notat Archid. in cap. 1. num. 2. colum. 2. de consuetud. in 6. & ibi Ioan. Andr. in prin. & Anchar. num. 6. colum. 2. & Gemin. num. 7. colum. 2. & Abb. in cap. de multa, numero 21. uers. communiter tamen, extra de præbend. & ibi Ioan. de Imola, sub num. 39. uers. sed Archidiaconus, colum. antepen. & Anto. de Butr. num. 24. uers. qualiter autem, colum. 5. & Aretin. in cons. 23. in præfenti, num. 1. & Ioan. de Selua in quæstio. 2. num. 71. uers. & signa tria, de beneficijs.

Quod quidem non solum procedit, quando dignitas, uel administratio est perpetua, ut tradit Innocent. in cap. de multa, in fine extra de præbend. & ibi Ioan. Andr. sub num. 13. uers. ex quo autem putatur, colum. 4. & Butr. num. 23. colum. 4. in fine, & Abb. num. 22. uers. quinta conclusio, colum. penul. & Gemin. in cap. 1. numero septimo, uers. est ergo uidendum, columna secunda, de consuetud. in 6.

Verum etiam, quando potest esse temporalis, & potest esse perpetua, & quia certo tempore non est limitata, sed datur ad beneplacitum superioris, ut probatur in l. iuris peritos, & ibi Bartol. ff. de excus. tutor. ubi Albericus subiunxit, in dubio concessionem censeri perpetuam, & ita in terminis dignitatis Ecclesiasticæ, tradit glos. in clem. 2. in uerbo, per electionem, de rescript. ubi dat exemplum de priori obedientiaro, & de officiali Episcopi, qui possunt ad nutum superioris remoueri, & sequitur ibi Zabarel. in princip. & Anchar. num. 1. & Ioan. de Imola, num. 21. uers. ultimo nota, colum. 5. & Ioan. de Selua, quæstio. 2. num. 63. de beneficijs.

Nec sufficit sola iurisdictione, uel uniuersalis rerum administratio, nisi concurrat etiam nomen sonans in dignitatem, uel in præminentiam, ut puta quia uocetur Archidiaconus, uel Archipresbyter, aut Præpositus, uel Primicerius, uel alio simili nomine: alioqui si non haberet nomen dignitatis, uel præminentiam, non uideretur habere dignitatem, ubi consuetudo Ecclesiæ non sit in contrarium, ut tradit Innocent. in dicto c. de multa, num. 6. uers. nam posset esse, colum. penul. de præbend. ubi ait, quod si quis puta canonicus, & antequam in Ecclesia exerceat officium Archidiaconatus, cognoscendo de causis clericorum, & alia officia

officia exercendo, non dicitur constitutus in dignitate, nisi uocetur archidiaconus, uel alio nomine sonante in dignitatem, & hoc idem confirmauit ibi egregie Ioannes de Imola sub num. 30. uers. secundo quando consuetudo, colum. 14. & Anan. num. 21. uers. potest tamen, colum. fin. & Anchar. num. 19. uers. quæro, col. pen.

In contrarium tamen facit, quod notauit Ancharan. in clem. 1. in princip. de præbend. ubi ait, quod in dignitate iudicanda non est inspiciendum nomen, sed effectus, qui colligitur ex actibus, & exercitio, in quibus dignitas uersatur, subiungens hoc esse uerum etiam si iurisdictionem quis haberet in modicis causis, & hoc idem sentit Abb. in d. c. de multa, nu. 21. uers. sed pro certo, col. pen. extra de præbend. ubi ait, in hac materia substantiâ rei magis debere attendi quam denominationem.

Cogitabis, an possit dici, quod aut quis exerceat iurisdictionem suâ alieno nomine, ut est exemplum in canonico exercente officium Archidiaconi, & Archipresbyteri, nec ipse est archidiaconus, uel archipresbyter, & tunc cum ipse nullum habeat nomen sonans in dignitatem, non dicitur habere dignitatem, secundum Innocentium, Imolâ, Ananiam, & Ancharanum, supra citatos: aut quis exercet iurisdictionem nomine proprio, eo quia annexa est beneficio, quod ipse possidet, & tunc licet nullum nomen habeat, quod sonet in dignitatem, uel præminentiam, dicitur tamen respectu iurisdictionis habere dignitatem, cum magis sit inspiciendus effectus, quam uocabulum, secundum alios, dummodo consuetudo loci habeat tale beneficium pro dignitate, ut tradit Imola in d. c. de multa, col. fin. uers. aut non uocatur aliquo nomine, extra de præbend.

Secundo dicitur quis habere dignitatem, qui habet nomen dignitatis, & prærogatiuas sedendi ante alios, tam in choro, quam in capitulo, licet non habeat iurisdictionem, ut notat idem Archid. in d. c. 1. nu. 2. col. 2. de consuet. in 6. ubi dat exemplum in Archidiacono Parme, qui licet nullam administrationem, nec ullum officium exerceat de rebus pertinentibus ad Archidiaconum, tam in Ecclesia dignitatē censetur habere, quod idem notauit ibi Ioan. Andr. sub nu. 1. & Gemin. nu. 7. col. 2. & Zabarel. in cons. 30. in hac dubia, num. 6. uers. item & dare, col. 4. & Anchar. in d. c. 1. num. 6. col. 2. & Innocent. in d. c. de multa, nu. 6. uers. sed si uocetur, col. pen. & ibidem Ioan. Andr. sub nu. 13. uers. ad id enim requiritur, col. 4. Ant. de Butr. nu. 24. uers. secundo dicit, col. 5. & Abb. sub nu. 21. uers. secunda conclusio, col. pen. & Aret. in d. cons. 23. num. 2. & Ioan. de Selua in d. q. 2. numero 71. de beneficijs.

Et ista appellatur dignitas honoraria, ut patet in l. fin. & ibi glos. in uerbo, honorarijs, C. de dignit. & textus in l. fin. C. ut dignit. ordo seruet. libro 12.

Quæ nec ipsa censetur habere locum, nisi beneficium habuerit nomen sonans in dignitatem, quia

sola præminentia in choro, uel in capitulo, non facit quem habere dignitatem, ut patet in antiquiori canonico, qui habet dictam prælationem, & tamen nullam dicitur habere dignitatem, ut notat Ioan. de Imola, in d. c. de multa, sub num. 39. uers. quarto censetur quis, colum. 14. extra de præbend.

An autem sufficiat habere solum nomen dignitatis absque præminentia chori, ad hoc, ut talis censetur in dignitate constitutus, tenuit, quod sic Innocent. in dicto cap. de multa, sub nu. 6. uers. sed si uocetur, colum. pen. extra de præbend. & Domini de Rota in decif. 9. alias 173. de thesauraria, de præbend. in no.

Contrarium tenuit Ioan. de Imola in dicto c. de multa, numero 49. uers. omittendum tamen non est, col. pen. & ibi Abbas, qui dixit, super hoc esse cogitandum, nu. 22. uers. secunda conclusio, colum. pen.

Tertio dignitas ea appellatur uel quæ ex constitutione expressa declarata fuit dignitas, uel quæ ex consuetudine ecclesiæ habita fuit pro dignitate, ut tradit Ioan. de Imola in d. cap. de multa, sub num. 29. qualiter autem unum dignoscatur, colum. 14. & ante ipsum, ibi Innocent. num. 7. uers. & intelligimus dignitates, colum. pen. & Archid. in d. cap. 1. num. 2. uers. tertius modus, colum. 2. de consuetud. in 6. & ibi Ioan. Andr. in princip. & Anton. de Butr. in dicto cap. de multa, num. 24. uers. culo, tertio cognoscitur, colum. 5. & Gemin. in d. cap. 1. num. 7. uers. tertium signum, col. 2. & Aretin. in d. cons. 23. num. 3. col. 1. & Anchar. in d. c. 1. num. 6. colum. 2. & Ioan. de Selua in d. q. 2. nu. 71. de beneficijs.

Sicut enim in dignitate, uel nobilitate seculari ea dicitur esse nobilitas, quæ de consuetudine loci reputatur nobilitas, ut dixi in præcedenti capitulo, ita etiam in ecclesia ea dicitur esse dignitas, quæ a consuetudine ecclesiæ pro dignitate habetur, ut notat Ioan. de Imola in d. c. de multa, in fine, extra de præbendis. & ibi omnes Doctores, & Tiraq. in cap. 10. num. 7. uers. quibus accedit, de nobilit.

Nec in hoc casu distinguitur, an habeat, uel non habeat nomen sonans in dignitate: nam satis est, quod pro persona in dignitate constituta, communiter reputetur, etiam si nullum dignitatis ministerium faceret, ut tradit Innocent. in d. cap. de multa, num. 6. uers. sed si uocetur aliquo, colum. pen. de præbend. Quæ res forsitan posset admitti in fauorabilibus, sed in odiosis aliquo modo hæsitarem: sed uersa uice huius consuetudinis tanta est efficacia, ut etiam si ministeria dignitatis quis faceret,

& quod plus est, haberet et nomen sonans in dignitatem, uel præminentiam, non tamen censetur in dignitate constitutus, quando consuetudo talem dignitatem pro dignitate non reputasset, ut idem tradit Innocent. in d. c. de multa, num. 6. uers. si autem ministeria, colum. pen. de præbend. & ibi Ioan. de Imola, sub nu. 39. uers. & per præd. etiam dicunt

dicunt. colum. 14. & quamuis in hoc ultimo capi te contrariū tenuerit ibid. Abb. nu. 23. uers. sexta conclusio, col. fin. ubi dicit magis attendendam esse rei substantiam quam erroneam loci estimationem.

Attamen opinio Innocentii verior esse videtur, postea quam scimus consuetudinem derogare iuri communi, & posse improbare omnes nobilitates, & dignitates a communi introductas, vt in præcedenti capitulo demonstratum fuit.

Quibus ita expositis non difficulter soluitur illa quæstio, qua solet quæri, an personatus sit dignitas: licet enim appellatione † dignitatis in latissima significatione compræhendantur omnes illi, qui habent præminentiam in gradu, veluti archidiaconatus, decanatus, primiceriatus, officium, personatus, & præcætoria, qui possunt omnes præpositi appellari ex eo, quod præaliis quandam præminentiam habent, vt patet in c. cum accessissent, extra de constitu. & in c. cum in cunctis, §. inferior, extra de elect. & in c. cum olim, extra de consuet. & ita notat Archid. in d. cap. 1. col. 2. extra de consuet. & Hostiens. in summa, de præbend. numero 2. uers. quid sit dignitas, & Gemin. in d. c. 1. sub nu. 6. col. 2.

Attamen stricto modo accipiendo dignitatem, appellatione ipsius non comprehenditur † personatus, nisi concurrant in eo signa, quæ in altero ex tribus modis superius exposita sunt, ut egregie tradit Gemin. in d. c. 1. nu. 8. uers. ex his deciditur, col. 2. de consuetud.

Cognoscitur autem † personatus, quando post existentes in dignitate aliquis habet prærogatiuam in choro, uel in capitulo, in optionibus & processionibus, in uocibus dandis & in tumilibus plus, quam alii canonici sui ordinis, sed minus quam illi, qui sunt in dignitatibus constituti, qui in dictis prærogatiuis eidem præferuntur, ut notat Archid. in d. cap. 1. nu. 2. uers. personatus uero, columna 2. de consuet. in 6. & ibi Ioan. And. nu. 2. & Gemin. nu. 8. col. 2. & Anchar. in d. c. 1. sub num. 6. col. fi. & Ioan. de Imola in d. c. de multa, sub num. 29. uers. si autem post illum, col. antepen. in fi. & ibi Anto. de Butr. nu. 24. uers. personatus tantum, columna quinta.

Nec per istam simplicem prærogatiuam, quam super alios sui ordinis canonicos habet, dicitur habere dignitatem, quia sola præminentia non ponit quem in dignitate, ut supra diximus, & omnes notant in terminis personatus, in d. c. 1. & ibi præcipue Gemin. nu. 8. de consuet. in 6. & Aretin. in d. conf. 23. nu. 5. col. 2.

Si tamen consuetudo † loci aliud obseruaret, tunc consuetudini acquiescendum foret, ut iam dixi, & notat Abb. in d. cap. de multa, nu. 21. uers. sed pro certo, col. pen. extra de præbend. ubi dicit potius credendum esse, vt ex uarietate locorum insurrexerint hic diuersa uocabula, nam in multis locis dignitas appellatur personatus, & in aliquibus quodlibet beneficiū curatum dicitur personatus,

& ideo in istis debet attendi substantia rei magis, quam denominatio, subiungens paulo post in tertia conclusione, quod si in loco reputatur dignitas, vel personatus, licet in iure non habeatur pro tali, tamen debet censerī secundum reputationem loci, & propter hanc rationem aliquando ista nomina, uidelicet † dignitas, personatus, & officium confunduntur, & unum pro altero ponitur, vt ait Io. Andr. in d. c. de multa, nu. 13. extra de præben. & probatur in c. cum accessissent, extra de constit. & Imola in d. c. de multa, numero 39. uers. ultimo tangit, col. 13.

Originem uero personatus † habuit ab Angelis, qui uocant personas eos, quos nos curatos, vel rectores parochialium uocamus, quos clarum est in nulla dignitate esse constitutos, ut scripsit Ioan. Andr. in d. c. de multa, sub nu. 13. uers. hic autem dicebat, col. 4. extra de præben. & Archid. in d. cap. 1. col. fi. in prin. de consuetud. in 6. & ibi Io. Andr. numero 5. uers. item personæ, col. 1.

Alii dicunt personatum dici ob honorificentiam, in qua ponuntur personæ, quæ illud beneficium habent, ut innuit Anchar. in clem. 1. in prin. de præbend.

Eodem modo soluitur alia quæstio, qua similiter quæsitum fuit, an officium † sit dignitas, in qua quæstione formanda est conclusio negatiua, cum officium sit quid diuersum a dignitate, & personatu, ut constat in cap. quia sæpe, & in c. fi. de præbend. in 6. & Archid. in d. c. 1. nu. 3. uers. sed quod officium, col. 2. de consuet. in 6. & ibi Ioan. Andr. nu. 4. col. 1. & egregie Io. de Imola in d. c. de multa, nu. 40. uers. officium uero, de præbend.

Pro quo facit, quod dignitas † dicitur esse supra personatum, & personatus supra officium: quæ res licet clare non reperiatur de iure expressa, tamen probabiliter persuaderi potest per ea, quæ notat Imola in d. c. de multa, sub nu. 39. uers. facit quod habetur, col. antepen. in fi.

Et hæc quidem conclusio ampliatur, ut procedat etiam si haberet quis ratione officii administrationem aliquarum rerum, sine tamen aliqua prærogatiua in choro, & in capitulo, ultra alios sui ordinis, ut est sacrista, & sicut etiam sunt præpositi in ecclesia Carnotensi, uel quando officium habet onus † annexum sine honore, & sine prærogatiua honoris, ut sunt syndici, aduocati, procuratores, castaldi, æconomus, & uicedominus, de quibus habetur in c. saluator, §. in nomine uero, r. q. 3. & notat Archid. in d. c. 1. sub num. 3. uers. sed quod officium sit, columna 2. de consuetud. in 6. & ibi Ioan. And. nu. 4. & Ioan. de Imola in d. c. de multa, num. 30. col. pen. de præbend.

Quæ ampliatio intelligitur uera, etiam si tale officium esset perpetuum, ut tradit Innoc. in d. c. de multa, in fine. ubi scripsit, quod procuratores, syndici, sacristæ, qui pulsant campanas, & alii similes non dicuntur esse in dignitate, etiam si haberent officium perpetuum.

Rursus intelligitur esse circa, etiam si custos, sacrista,

sacrista, uel alius de consuetudine haberet officium dandi distributiones præsentibus, & eas subtrahendi absentibus, & non interuenientibus officijs diuinis, quia hæc esset potius simplex subtractio, quam præminentia, uel potestas suspendendi, ut retulit Io. de Imola in d. c. de multa, col. fi. uers. an autem custos, col. fi. extra de præben. & ibi Anto. de Butr. nu. 25. uers. ex prædictis simul, col. 5.

Fallit tamen hæc conclusio, quando † officio esset annexa dignitas, tunc enim beneficium diceretur habere dignitatem, l. honor. in prin. ff. de muneribus & honoribus, & l. 1. r. C. de officio procur. Cesar. & notat Innoc. in d. c. de multa, in fi. & Bart. in l. 1. nu. 44. uers. & primo quero, C. de dignit. lib. 12. & laetor, in d. c. 1. de consuetud. in 6.

Ex quo infertur, quod † camerarius Papæ dicitur habere dignitatem, cum habeat officium, cum iurisdictione, ut tradit Archid. in d. c. 1. sub num. 3. uers. si autem haberet iurisdictionem, col. 2. & ibi Ioan. And. num. 4. col. 1. & Imola in d. c. de multa, sub nu. 39. uers. ubi autem aliquis haberet, columna penultima, de præben. & Gemin. in d. c. 1. col. 3. in princip.

Secundo fallit, quando de consuetudine † ecclesiæ illud officium haberetur pro dignitate, vel e contrario, ut notat Archid. in d. c. 1. uers. tertio modo, col. pen. de consuetud. in 6. & ibi Ioan. Andr. nu. 4. col. 1. & optime Bar. in d. l. 1. nu. 97. uers. sed dubitatur, C. de dignit. lib. 12.

Tertio fallit, quando † officium haberet præminentiam, ut est thesauraria, tunc censeretur habere dignitatem, secundum Abb. in d. c. de multa, sub nu. 23. col. fi. in prin. extra de præben.

Quarto, ut unica fallentia omnes alias fallentias comprehendamus, fallit quando † in officio concurrunt ea signa, quibus in altero ex tribus modis superius expositis dignitas ecclesiastica discernitur: tunc enim certissimum est, stricta appellatione dignitatis ipsum quoque officium contineri, si cut & ipse personatus continetur, nam & iura quæ doque officium appellant dignitatem, uel personatum, ut post alios concludit Gemin. in d. cap. 1. numero 8. uers. ex his deciditur de officio, col. 3. de consuetud. in 6.

Officii uero significatio † latissima est, nam dignitas pro officio accipitur, item litigia dicuntur officia, litigantesque officium dicuntur exercere. item officium is dicitur habere, cui commissa est dispensatio; item qui habet potestatem secularem, dicuntur habere officium; item officium dicitur ministerium & obsequium Dei, item appellatur actus personæ corrigentis, item plebania dicitur officium; item dicitur habere officium, qui habet aliquem recipere in monachum, item † prædicatores, & præbyteri dicuntur habere officium, secundum Archid. in d. c. 1. col. 2. sub nu. 2. & ibi Io. Andr. nu. 3. & Gemin. sub nu. 8. col. 1. & Petr. de Anchar. col. fi.

Omnis enim qui habet † aliquod onus, uel curam, uel administrationem, uel custodiam, largo modo dicitur habere officium: ex quo infertur,

quod custos arcis, vel portarum ciuitatis, dicitur et ipse habere officium, vt tradit Ancha. in d. cap. 1. in fine, ubi inquit, quod stante statuto (quod Senis uiget) ut is, qui habuit aliquod officium a communi, non possit intra certum tempus, ad aliud officium assumi, erit in hac prohibitione comprehensus ille, qui fuit electus ad custodiam alicuius fortalitii, & hoc idem sequitur Fely. in rub. extra de officio, & potesta. iud. deleg. nu. 3. uers. super uerbo, col. 2. & ibi Decius, num. 8. uers. & custos arcis, col. 3. & rursus Fely. in c. post cessionem, nu. 2. col. 1. extra de proba. ubi multos enumerat, qui officia dicuntur habere.

Quam decisionem ego puto ueram, nisi consuetudo loci alio modo officium interpretaretur, ut in in eodem casu idem Ancharanus asseruit, in rub. extra de off. & potest. iud. deleg. in fine, ubi tradit, quod uulgares † appellant officium illud, quod est cum iurisdictione coniunctum, & hoc modo sumitur etiam de iure ciuili, subiungitque quod Doctor deputatus ad lecturam, uel magister grammaticæ, uel deputatus a priuato ad gubernationem familiae, non dicitur proprie officialis, nec habere officium, attento communi usu loquendi, secundum quem uerba debent interpretari, & de lata significatione officii uide Fely. & Decium in d. rub. extra de off. & potest. iud. deleg.

Tertio quæritur, an præpositura sit † dignitas, & dicendum quod non, quia non habet nomen sonans in dignitatem a iure communi introductum, & consequenter officium appellatur, ut patet in cap. dudum, il j. propè finem, extra de elect. & notat Io. And. in d. cap. 1. numero 3. extra de consuetud. in 6. & ibi Gemin. sub numero 8. col. pen. & Archid. nu. 3. col. 2.

Quod quidem uerissimum est, etiam si Præpositus sederet ante omnes in choro, quia per hoc non censeretur habere dignitatem, nisi ex constitutione ecclesiæ, uel de consuetudine loci aliud fuisset institutum, † nam præminentia sedendi est signum personatus, non dignitatis, ut egregie consuluit Aretin. in d. conf. 23. nu. 5. uers. his breuiter præmissis, col. 2.

Dixerunt tamen † Domini de Rota, præpositum esse dignitatem principalem in ecclesia, quando tria concurrunt, primo quod sit electiua, secundo quod habeat administrationem bonorum temporalium ecclesiæ collegiatæ, tertio quod habeat prærogatiuam in choro, & capitulo, quæ quidem tria sunt signa maioritatis, nisi consuetudo aliter disponat, & hoc scripserunt in decis. 4. alias q. 51. fuit dubitatum, de elect. in nouis.

Illud autem sciendum est, quod inspecta uocabuli allusione, omnis qui habet dignitatem, & aliis præest, potest dici largo † modo Præpositus, cap. quamuis, de uerb. significat. sed secus de stricta uerbi significatione, ut notauit Gemin. in c. perlectis, nu. 13. uers. nota quod appellatione, dist. 25. & ibi Præpo. num. 36. col. pen. & in c. 3. dist. 60. & Odrad. in consilio 281. quod prioratus, uers. quia uidetur

- uidetur postea responderi, columna prima.
- 43 Sic etiam dicimus de praelato, cuius latissima significatione comprehenduntur omnes illi, qui habent curam animarum, nam quodammodo dicitur praelati in foro penitentiali, sed secus de stricta significatione, nam tunc proprie is dicitur praelatus, qui habet iurisdictionem, ut dicit Abb. in cap. tua nos, nu. 2. extra de cler. aegrot. & latius in c. 2. nu. 16. uers. venio ad glo. col. antepen. extra de iud. & ibi Fely. nu. 9. & in c. cum olim, in prin. extra de maior. & obed.
- 45 Hodie tamen praepositus subrogatur frequenter in locum archidiaconi, & tunc non est dubium quod sonat in nomen dignitatis, ut dixerunt Domini de Rota in decis. 17. alias 442. fuit dubitatum, de concess. praebendae.
- Quarto quaeritur, an primicerius dicatur habere dignitatem. & Aretinus scripsit quod sic, affirmans primiceriatum esse nomen dignitatis de iure communi, & illi competere aliquam iurisdictionem in clericos, qui sunt in ciuitate, prout hoc asseruit in d. conf. 23. nu. 5. uers. nos possumus, col. 2. ubi allegat textum in c. perlectis, §. ad primicerium, dist. 25.
- Contrarium consuluit Alex. in conf. 77. in causa, nu. 5. uers. & ad istud ostendendum, uol. 2. ubi dicit primiceriatum esse officium, & non dignitatem, pro cuius opinione videntur steterisse Domini de Rota, in decis. 9. de quibus infra loquar, in quaestione 7. quos sequitur Io. de Imola in d. c. de multa, numero 40. uers. omittendum tamen non est, columna pen. extra de praebend. ubi dicit, quod cessante constitutione uel consuetudine ecclesiae nullum beneficium de iure communi sonat in nomen dignitatis, nisi praedicta duo beneficia solum de iure sonant in dignitatem, sequitur quod primiceriatum non est nomen dignitatis a iure communi introductum, & praedictam Dominorum de Rota opinionem sequitur etiam Gemin. in d. c. 1. nu. 7. uers. ex his signis posset, col. 2. de consuetu. in 6. & Anto. de Butr. in d. c. de multa, sub numero 24. uers. Domini de Rota, col. 5.
- Nec refragari videtur, quod primiceriatum habeat in clericos ciuitatis aliquam iurisdictionem, quia responderetur hoc non probari a textu, quem Aretinus allegauit: siquidem solum ibi dicitur, quod potest clericos distringere, sed poenitentia ipsorum ad ipsum non pertinet, sed ad episcopum, cum ibi dicatur, quod cum non potuerit clericos emendare, debet eorum excessus ad agnitionem episcopi deferre, ergo iurisdictione ad primicerium non pertinet.
- Præterea licet is, qui habet auctoritatem distringendi clericos, possit etiam aliquando excommunicare, ut ait Abb. in c. pro illorum, in 2. notab. extra de praebend. tamen non sequitur ex necessitate, ut habeat dignitatem is, qui potest suspendere, & interdicare, & excommunicare, nam talia possunt

- etiam competere canonico de consuetudine ratione praebendae, ut infra dicam in q. 9. pro quo facit, quod notauit Bal. in c. quoniam apostolica, sub numero 5. uers. venio ad uersiculum, col. 2. extra de offic. deleg. ubi ait, quod habens simplicem facultatem excommunicandi, uel simplicem potestatem absoluedi, non dicitur habere iurisdictionem, cum non habeat causae cognitionem, & ubi causae cognitio non interuenit, ibi non est uera iurisdictione, sed aliud officium.
- 51 Si tamen de consuetudine ecclesiae pro dignitate haberetur, tunc primicerius censeretur in dignitate constitutus, ut ait Alex. in d. conf. 77. col. 3. uers. nec praedictis obstat, uol. 2. ubi scribit, quod tunc primiceriatum est dignitas, quando probatur ipsum communi opinione habitum fuisse pro dignitate, alias secus.
- 52 De iure uero civili primiceriatum est dignitas, & dicitur primicerius primus notarius principis, & secundus appellatur secundicerius, de quibus loquitur rub. C. de primicerio, & secundicerio, li. 12. ubi Lucas de Penna dicit, quod forsitan hodie notarij Papae, uel secretarij regni possunt appellari primicerij, non autem ceteri inferiores tabelliones, quorum officium aduocati, & decuriones prohibentur exercere.
- Subiungens adesse quoque primiceriatum fabricensium, cuius officium est arma publica a fabricensibus sumere, protegere, & seruare, de quo tradit glo. in rub. C. de Fabricensibus, lib. 11. col. 2. C. eo.
- 53 Adest et primiceriatum mensorum, qui primus erat inter mensores, qui mensurabant annonam militarem, de quo traditur in l. 1. C. de mensuris, li. 12.
- 54 Rursus primicerius decanorum is quoque appellatur, qui inter decanos milites primum locum obtinebat, cuius officium biennio durabat, ut habetur in l. 1. & ibi Lucas de Penna, C. de decan. lib. 12. primicerius autem & secundicerius, quos diximus sub se principis notarios, dicti fuerunt a cera, quia antiqui in tabulis ceratis scribebant, ut ait Rhodigin. in c. 6. lib. 12. lect. antiq.
- 55 Quinto quaeritur, an Plebani dicantur habere dignitatem. & dicendum est quod non, quia plebania officium appellatur, ut habetur in c. quod Deitimorem, extra de statu monachor. & notat Ioan. Andr. in d. c. 1. nu. 3. de consuetud. in 6.
- Et hoc quidem procedit et si Plebanus haberetur cura animarum, & Baptismum, & Chrisma, possetque capellanos sui plebanatus excommunicare, mittere edictum & confirmare, quoniam talia non faceret dignitatem, cum possint de consuetudine et ad canonicum pertinere ratione suae praebendae, & tamen canonicus non dicitur esse in dignitate, ut eleganter haec omnia tradit Feder. de Sen. in conf. 80. factum est tale, col. 5. & Gemin. in d. c. 1. nu. 9. col. 3. de consuetud. in 6.
- Limitatur tamen haec conclusio, ut non procedat quando plebania haberet sub se perpetuas capellas, nam tunc dignitas esse censeretur, ut tradit Io. Monach. in c. 1. in uerbo Plebania, ne clerici uel mona. secularib. negot. in 6.

Contra-

- Contrarium tenuit Feder. in d. conf. 80. uers. item non obstat, quod instituit, col. 2. in fi. ubi dicit quod habere capellas, & instituere capellanos non est signum dignitatis, nam & canonicus Ecclesiae Cathedralis posset habere ex consuetudine potestatem nedum instituendi, sed etiam conferendi, nec tamen diceretur esse in dignitate, uel personatu, etiam si dignitas, uel personatus, suae sit praebendae annexus, & idem uidetur uoluisse in conf. 86. casus talis est, num. 2. uers. sed modo insurgit, col. 2. & expressè hoc idem tenet Gemin. in d. c. 1. nu. 9. uers. & ex his signis, col. 3. de consuetud. in 6.
- Rursus limitatur, ut non procedat, quando plebania esset collegiata, ipsiusque Ecclesiae plebanus esset caput, haberetque praeminentiam & iurisdictionem in canonicos Ecclesiae, nam tunc censeretur in dignitate constitutus, ut concludit Gemin. in d. c. 1. num. 9. col. 3. & Feder. in d. conf. 80. nu. 2. col. 2. & Fran. in d. c. 1. nu. 6. uers. & quid de Plebanis, col. 2.
- Imò quando et Plebania nulla sub se capellas haberet, ex eo tamen quod esset collegiata, diceretur esse dignitas, ut tradit Feder. in d. conf. 86. in fi.
- 61 Ex eo tamen solo quod Plebanus eligeretur a capellania sui plebanatus, non diceretur esse in dignitate, nisi electio fieret collegialiter, ut inquit Gemin. in d. c. 1. sub nu. 9. & Feder. in d. conf. 80. columna fi.
- 62 Sicut nec etiam potest Ecclesia dici collegiata ex eo, quod ibi stent cum Rectore, multi clerici, quia multa requiruntur, ut dicatur collegium, ut notat Fely. in c. in nostra, nu. 27. uers. item scias, quod non sequitur, col. 19. extra de rescript. & infra uidebis in c. 3. in fi. eo.
- 63 Illud autem quod dictum est de Plebanis, idem quoque dicitur de prioratibus, qui tunc demum censerentur in dignitate constituti, si sunt collegiati, & habeant praeminentiam, uel iurisdictionem in Ecclesia, alias secus, ut consuluit Feder. de Senis in cō filio 132. casus talis est, & Zabarel. in cle. 1. num. 4. uers. tertio quaero, de praebend. & Franc. in d. c. 1. sub nu. 6. uers. & quid de prioribus, de consuetud. in 6. & uide omnino Ias. in conf. 77. in praesenti, sub nu. 16. uers. praemissis tamen non obstantibus, uol. 1. & uide textum, & glo. in c. 2. in uerbo, non mutantur, ext. de statu monach. & glo. in clem. & si principalis, in uerbo, conuentualem, de rescript.
- 64 Sexto quaeritur, quid iuris de archidiaconatu, & archipresbiteratu & dicendum est, talia beneficia & sonare in nomen dignitatis, & ob id Archidiaconos, & Archipresbiteros in ecclesijs cathedralibus ex solo nomine censeretur in dignitate constitutos, si volumus eorum opinionem sequi, qui dixerunt sufficere, quod nomen sonet in dignitatem, licet nullam dignitatis praeminentiam exerceat, quam sententiam (ut supra dixi) tenuisse dicitur Innoc. in d. c. de multa, sub nu. 6. uers. sed si docetur, col. pen. ext. de praebend. & Domini de Rota in decis. 9. alias 173. de thesauraria, de praebend. in no.
- At si volumus eorum opinionem amplecti, qui dixerunt ultra nomen dignitatis esse necessarium,

- ut habeant aliquam praeminentiam in choro, dicendum est, quod aut ipsi habent ecclesiam collegiatam, uel habent praeminentiam in ecclesia collegiata, & tunc dicuntur esse in dignitate: aut ecclesia non est collegiata, prout frequenter contingit in praebendis, & Praepositis ruralibus, & tunc nullam dicuntur habere dignitatem, ut eleganter concludit Feder. de Senis in d. conf. 80. uers. ultimo notatum, col. 2. & in d. conf. 86. col. 2. uers. sed contra uideatur facere, & in d. conf. 132. in fine, & hoc uoluit sentire Zabarel. in clem. 1. nu. 3. uers. secundo quaero, de praebend.
- Et haec quidem procedunt de iure communi, sed si consuetudo aliter obseruasset, tunc praedicta beneficia non censerentur habere dignitatem, quia ut supra dixi consuetudo potest dignitatibus iuris cois derogare, & eas pro dignitatibus non acceptare, & ita in terminis tradit Zabarel. in loco proximè citato, ubi affirmat consuetudinem posse introducere, ut archipresbiteratus non sit dignitas, & uide Abbatem in c. decernimus, nu. 16. col. pen. ext. de iud. ubi ait, Archidiaconum non habere dignitatem, nisi creetur per electionem, non autem per collationem, & sequitur M. Ant. Marfil. in c. 12. nu. 18. de ecclesiast. redditibus, ubi ait, Archidiaconum factum per collationem, & non per electionem, habere officium, non autem dignitatem, & idem confirmauit in c. sequenti, num. 4. in prin.
- Quaero uero & quanta sit iurisdictione Archidiaconi, uide Gemin. in c. perlectis, nu. 11. cum seq. dist. 25.
- 70 An uero Archidiaconus dicatur Praelatus, distinguitur inter electum ex collegio, & assumptum ab Episcopo: primo casu dicitur praelatus, quia iurisdictionem habet inter collegiatos, quia uniuersitas eligendo tribuit iurisdictionem electo saltem in ipsos de collegio, at secundo casu secus, ut tradit Abb. in cap. 2. num. 17. uers. nam quandoque, col. pen. extra de iud.
- Uter autem sit maior, an Archidiaconus, an Archipresbiter, uide Archid. in c. quamquam, 2. q. 7. ubi dicit, Archidiaconum respectu maioris officij & amplioris administrationis esse praefendum Archipresbitero in loco, in uoce, in iurisdictione, & in alijs ratione dignitatis sibi competentibus, sed respectu ordinis Archipresbiterum esse maiorem Archidiacono, qui in Missa tenetur praefatum Archipresbitero seruire, de officio uero Archidiaconi qui dicitur oculus episcopi, & post episcopum maior est omnibus officio, & dignitate, uide textum in capit. 1. & in capitu. ad haec, extra de officio Archid.
- 71 Septimo quaeritur, an decanatus sit dignitas. & Domini de Rota censuerunt quod sic, affirmantes decanatum sonare de iure in nomen dignitatis, ut patet in decisio. 17. alias 442. fuit dubitatum, de concess. praebend. in nouis, & sequitur Franc. in d. c. 1. num. 6. uers. quid autem sit de decanatu, de consuetud. in 6. & Bald. in cap. ad aures, in prin. extra de rescript. & Archid. in d. c. 5. uers. secus autem in archipresbiteris, col. 2. in fine.

In

74 In contrarium ego adduco eosdē Dominos de Rota in decis. 9. aliās 173. de thesauraria, de præbend. in nou. ubi dicunt nullū beneficiū de iure cōmuni sonare in nomen dignitatis, nisi archidiaconatū & archipresbyteratum propter iurisdictionē, & præminentiam, quam habent super alios, & cōsequenter neque decanatum, & neque præpositurā, neque thesaurariā esse nōia dignitatis, nisi consuetudo, uel constitutio Ecclesię aliud statuisset, quā decisionem sequuntur Geminia. & Butrius & Ioan. de Imola in locis superius citatis, in q. 4.

75 Pro solutione dicendū est, quod aut nos accipimus Decanū & pro archipresbytero, pro ut regulariter accipi solet, ut dicit textus in c. ad hæc, in principio. extra de officio archid.

Et tūc nemini dubiū est, quod Decanus dī esse in dignitate cōstitutus eo mō quo supra diximus, archipresbyterum habere dignitatem, & sic procedit prima opinio.

76 Aut Decanatū & accipimus pro simplici beneficio, & tunc non erit nomē dignitatis, nisi habeat iurisdictionē, aut nisi pro dignitate habeatur in Ecclesia, & hoc mō procedit altera sententia, & hoc idē sentit Feder. de Sen. in d. conf. 86. uers. sed contra uide tur, col. 2. ubi dicit, Decanos, Præpositos, & Archipresbyteros ita demum esse in dignitate constitutos, si Ecclesias collegiatas habuerunt, quibus ipsi p̄sint, & in hoc uidetur in utraq; decisio ne cōcordare D. de Rota i. d. decis. 9. & i. d. decis. 17.

77 Sciendū est autē Decanos p̄prius fuisse dictos milites, qui i exercitu 10. militib. p̄erant, de quibus habemus rub. de decanis, C. li. 12. & ibi Lucas de Pen.

78 Postea istud nomen tractum fuit ad dignitatem Ecclesiasticam, qua significantur aliquando simplices & clerici, decani dicti quia in decanias erant diuisi, de quibus traditur in l. non plures, & ibi Alcia. in uerbo, decani, C. de sacros. eccles.

79 Aliquādo significatur archipresbyteri, qui forte a principio instituti sunt, ut decē clericis præficeret, de quibus decanis tā urbanis, quā ruralibus loquitur textus in d. c. ad hæc, in principio. & in fi. extra de officio Archid. & in c. 1. extra de ætate, & qualitat. & ord. præficien. & in c. nullus, cum seq. dist. 60.

80 Octauo q̄ritur, an Abbatia & sit dignitas, & uideatur quod nō, propter gl. in c. tuā, in uerbo, nō ascendat, extra de ætate & qualitat. q̄ dixit, quod nomen & Abbatia est potius sollicitudinis, quā ordinis, uel honoris, cuius sententię fuisse v̄ lo. Monach. in c. Inquisitores, sub nu. 1. de heretici. in 6. ubi dicit, se uidisse declarari, quod appellatione dignitatis, Abbatia nō cōprehēdat, & idē tenuit Archidiaconus affirmās Abbatia esse nomē officij, & nō dignitatis, ut patet in c. fraternitatis, dist. 71. & ante ipsū hoc idē notauit gl. i. c. accedēs, i uerbo, Abbatē, dist. 50.

82 Pro qua opinione suffragatur textus in c. mada-to, extra de simon. ubi dicitur appellatione & Monachi, Abbatem contineri.

83 Sed Monachus non est dignitas, & nec honor, nec officium, ut tradit Feder. de Sen. in conf. 5. quidā Monachus, nu. 5. uers. unde sciendū est, col. pen.

ergo nec Abbas censetur habere dignitatem, cum simplicis monachi appellatione contineatur, ut cuius rei confirmationē facit, quod tradit Gemin. in c. quāuis, il j. §. quanquā, nu. 3. uers. nota q̄ Ecclesia, de p̄ben. in 6. ubi dicit, quod Abbates & ciuitatis, uel diocesis in p̄cessionibus non debēt p̄cedere canonicos ecclesię cathedralis, & tñ satis constat, quod canonici nō habent dignitatē, ut infra diceēt.

84 In contrarium tamē est communis opinio, quæ satis probatur in c. indemnitatibus. §. uers. si quæ fuerint, in illis uerbis (a dignitate deiciantur adempta) de elect. in 6. & in c. si quis deinceps, 16. q. 7. & in c. ut apostolicæ, de priuileg. in 6. & hoc idem expressē tenuit glo. in c. exposuisse, in uerbo, tacuerit, in fi. extra de corpore uitiat. & Zabarel. in cle. 1. nu. 3. uers. quæro an nomen Abbatis, de rescript. & Gemi. in d. §. uers. nu. 1. & Io. Andr. in c. 2. nu. 4. de p̄ben. in 6. & ibi Gemi. nu. 10. uers. super secūdo dubio, col. 3. & Fran. nu. 5. col. 2. & Abb. in c. 2. num. 18. uers. ex prædictis, extra de iud. & ibi Fely. in principio, & in c. meminimus, nu. 5. uers. ulterius uero, extra de accus. & Anto. de Butr. in c. quia p̄pter, nu. 20. uers. circa regulares, extra de elect. & ibi Abb. nu. 8. col. 3. & late Decius in d. c. 2. nu. 10. uers. imo quod plus est, extra de iud. & Io. de Selua, in q. 2. nu. 81. de benefic.

85 Quæ quidē cōclusio ampliatur, ut habeat locū non solū in Abbatibus, sed et in Abbatissis, q̄ & ipse dignitatē dicuntur habere, per textum egregiū in d. c. indemnitatibus. §. uers. de elect. in 6. & gl. in l. generali, in uerbo, dignitatis. C. de sacrosan. Eccles. & Fely. in d. c. meminimus, num. 5. col. 2. extra de accus. & Decius in d. c. 2. nu. 11. uers. & eodē modo, col. 2. de iud. & Butr. in d. c. quia propter, numero 20. & ibi Abb. nu. 8. col. 3.

86 Rursus ampliatur, ut habeat et locū in illis Prioribus & Præpositis, qui loco Abbatis per electionē creantur, nec Abbatē in superiorē recognoscūt, quales sunt Priores Sancti Ioannis in Monte, & S. Michaelis in Busco de Bononia, nam & ipsi censentur in dignitate constituti, & priuilegij Abbatis utuntur, ut ait Abbas in c. cum illorum, nu. 13. uers. in glossa, in uerbo Abbatem, col. 3. extra de sentēt. excommun. & Decius in conf. 161. pro Domino Præposito, sub nu. 2. uers. quarto facit, col. 2. & Archid. in d. c. licet, sub nu. 1. uers. suis tamen, col. 1. in fine, de præbē. in 6. & Decius in c. 2. nu. 23. uers. & quod dictum est in Abbate, col. 2. extra de iud. & Io. de Selua in d. q. 2. nu. 85. de benefic.

87 Postremò ampliatur, ut Abbas non solum dicatur in dignitate constitutus, uerum et dicatur post Episcopum & primam dignitatem in Ecclesia habere, ut tradit Abb. in c. ex ore, nu. 3. in quarto notab. extra de priuileg. & Lopus in alleg. 84. Dominus Papa, nu. 11. uers. item Abbatia, de concess. p̄ben. & Fran. in d. c. 2. sub num. 5. de præben. in 6. & ibi Archid. nu. 1. col. 1.

88 Ex quo inferitur, quod ipse debet p̄cedere Archidiaconum, ut tradit Abb. in d. c. 2. num. 18. uers. & ex prædictis, col. pen. de iud. ubi dicit, quod hodie Abbates

Abbates sunt digniores Archidiaconis, & illis præferri debent, & sequitur Decius in c. 2. nu. 22. uers. ex quibus dicit, extra de iud. & licet aliqui dixerint Abbates esse in numero dignitatum inferiorum, ut ait Abb. in c. per tuas, nu. 7. extra de simon. attamen negari non potest, quin sint primæ post Episcopatum, propter quod inter & maximas & infimas dignitates ipse dicuntur tenere medium locū, ut tradit Decius in d. c. 2. nu. 13. uers. & ad prædicta notandum est, extra de iud. & Io. de Selua in d. q. 2. nu. 81. de beneficijs.

89 Nec obstant allegata in contrariū, & in primis, quod Abbas sit nomen sollicitudinis, quia respōdetur, omnē honorē, & omnē administrationē & in se habere sollicitudinem, & curam, sed per hoc nō impeditur, quin contineat dignitatem, ut rectē notat glo. in c. exposuisti, in fine, extra de corpore uitiat. & Zabarel. in d. clem. 1. nu. 3. q. 1. de rescrip.

90 Secundo non obstat, quod appellatione dignitatis, non cōprehendatur Abbatia, secundum Io. Monachum in d. c. Inquisitores, nu. 1. de heret. in 6. & Archid. in d. c. 2. sub nu. 1. col. 1. in fi. de præbē. in 6.

Respondetur. n. hoc argumentū retorqueri in contrariū, si quidē ibi hoc non dī, eo quia negetur Abbatia esse dignitatē, sed quia Abbatia est tantæ dignitatis, & excellentiæ, & ut appellatione simplicis dignitatis non contineatur in materia maxime odiosa, sicut nec et dignitas Episcopalis p̄ excellentiā suā non continetur appellatione simplicis dignitatis, ut infra suo loco diceēt. vnde Ioannes Monachus ibi infert, quod data facultate Inquisitoribus & inquirēdi contra quascunque personas hereticas, cuiuscunq; sint dignitatis, sicut nō intelligitur data facultas inquirendi contra Episcopos, ita nec et contra Abbates, qui nec ipsi propter excellentiā gradus sui dicuntur in odiosis contineri appellatione dignitatis, & subiungit, ita fuisse iudicatū, cuius opinionē sequitur Archidiaconus, non solū in Abbate, sed et in eis, qui sūt loco Abbatis, ut sunt priores S. Ioannis in Mōte. & S. Michaelis in Bosco, ut patet in d. c. 2. sub nu. 1. col. 1. de præbend. in 6.

91 Et licet ibi Io. Andr. quoad priores dicat opinionē archidiaconi a curia non fuisse receptam, tamen quoad Abbatia negari non pōt, quin sententia Ioannis Monachi sit multum probabilis, per ea, quæ notauit Lopus in d. allegat. 84. nu. 10. ubi tradit, Abbatias non uenire sub nomine beneficiorū, uel dignitatum, non quia non sint dignitas, sed quoniam ea quæ sunt speciali nota digna, si non exprimuntur, non continentur, ut notat glo. in cap. 2. in uerbo dignitatum, de præbend. in 6.

92 Item quia huiusmodi monasteria plures diuersitates habent cū alijs beneficijs in tpe reformationis: itē quia Abbatia dicitur & in primo dignitatis gradu post Episcopatum, & ceterę appellantur dignitates inferiores, c. si quis deinceps, 16. q. 7.

Item collatio ipsius & expeditur in consistorio Principis, & ore Pontificis, sicut ipsi Episcopatus expediuntur.

Item in Abbatia impetranda non fit mentio de

cura, secus in alijs beneficijs, ex quibus concludit quod gratia apostolica facta Episcopo Florentino conferendi quatuor beneficia etiam si dignitates, uel personatus existant, non cōprehendit Abbatias, quæ propter dictas singularitates & appellatione beneficiorū uel dignitatū nō comprehendantur.

95 Tertio non obstat, quod appellatione Monachi contineatur Abbas, quia respondetur, illud esse uerum & in fauorabilibus, ut tradit glo. in d. c. mandato, in uerbo, Abbatis, extra de simonia.

96 Et quamuis etiam ille textus loqueretur in materia odiosa, & restringibili, ut uoluit Decius in c. non liceat, nu. 26. col. 2. extra de præben.

Non propter hoc impediretur, quia Abbas posset appellari Monachus, & habere dignitatem.

97 Ultimo non obstat, quod Abbates nequeant in possessionibus p̄cedere canonicos Ecclesię Cathedralis, quia respondetur illud esse uerum, quā & canonici præcedūt collegialiter representantes Ecclesiā Cathedralē, ut tradit Fely. in d. c. meminimus, nu. 6. uers. facit textus, extra de accus. & Dec. in d. c. 2. nu. 19. uers. & hoc uerū v̄, extra de iud. & Io. de Selua i. d. q. 2. nu. 83. uers. & hoc uerū, de beneficijs.

98 Sed secus quando incedunt, ut & singuli: tunc. n. Abbas præfertur canonico, ut scripsit Bal. in c. pastoralis, nu. 3. uers. extra quæro, extra de officio de legati. ubi dicit canoniam & non esse dignitatem, & ob id magis esse deferendum Abbati foraneo, qui præest capitulo, & habet dignitatē, quā canonico cathedrali dignitate carenti, & sequitur Decius in d. c. 2. nu. 18. uers. & idē de canonicis, col. 2. de iud. & Fely. in d. c. meminimus, nu. 6. & Decius in d. conf. 161. col. fi. & Ioan. de Selua in d. q. 2. num. 83. de beneficijs.

99 Ratio autē quare canonici collegialiter & incedēdo præcedant Abbates, hæc est, quia ipsi representant Ecclesiā Cathedralē, & ideo sicut Ecclesia Cathedralis oibus alijs Ecclesijs p̄ferenda est, & magis honorāda, ita et canonici in capitulo, representātes dictā Ecclesiā debēt post Episcopū omnibus alijs anteponi, quia mēbra non separātur a capite, ut tradit Gemi. in d. c. quāuis, il j. §. quāquam, in principio. de præben. in 6. & Fely. in c. pastoralis, num. 11. uers. utrum uero Abbatia, extra de off. deleg. & Decius in d. c. 2. nu. 19. uers. & hoc uerum uidetur, col. 2. extra de iud. & in d. conf. 161. in fi.

100 Nonō quæro, an & canonici dicantur habere dignitatem. & cōmunis opinio est, quod non, ut concludunt omnes, & præcipue Bal. in d. c. pastoralis, nu. 3. & Gemin. in c. statutum, nu. 2. de rescrip. in 6. & Fely. in d. c. pastoralis, nu. 12.

101 Quod profecto procedit etiam si & canonicus de consuetudine posset ratione suæ præbendæ excommunicare, & mittere edictum, uel haberet facultatem constituendi & conferendi capellanas, quia non propter hoc diceretur habere dignitatē, ut ait Feder. de Sen. in d. conf. 80. col. fi. et Gemin. in d. c. 1. nu. 9. col. 3. de consuetud. in 6.

102 Similiter hoc idem procedit, etiam si haberet iurisdictionem eo quia exerceret officij archidiaconatus,

- status, ut supra dixi, nu. 10. uers. nec sufficit.
- 103 Illud tamen obiter animaduertere te volo, quod canonicus simoniam mentalem committit, qui vadit ad horas, ut consequatur distributiones præbendarum, ut notat Fely. in c. ex parte, il j. col. fi. in fi. extra de off. deleg.
- Sciendum est et, quod inter alias differentias differt
- 104 in hoc et canonicus a Prelato, quod succedens in prelatura succedit in omnibus iuribus competebus antecessori ratione prelaturæ, sed secus in canonico, qui proprie non habet successorem, nisi in præbenda, ut ait Abb. in c. qd̄ sicut §. super eo, nu. 10. extra de elect.
- Verum licet canonici non sit dignitas, tamen magnus
- 105 est honor esse canonicum Ecclesiæ Cathedralis, ut tradit Rota in decis. 26. alias 445. si legatus apostolicus, nu. 6. uers. magnus est. n. de præbend. ubi subiungit, talem canonicum ad ecclesiam ruralem propter honorem cathedræ inscribi non debere, & propter hoc largo quodammodo canonici cathedralis dicuntur habere dignitatem, ut retulit Fely. in d. c. pastoralis, nu. 12. extra de officio deleg.
- Præferrique debent non solum aliis canonicis alterius ecclesiæ, ut ait idem Fely. in rub. extra de maior. & obed. sub nu. 4. col. 3.
- 106 Verum et in processibus debent præferri Abbatibus, ut supra fuit dictum, nisi consuetudo loci obferuaret, ut et in processibus Abbates præcederent canonicos collegialiter incedentes, ut not. Fel. in d. c. pastoralis, sub num. 9. extra de officio deleg.
- 107 Decimo quæro, an lector, uel scholæ magister habeat dignitatem, qui alio modo apud Hispanos scholasta, uel scholarchus, & in Lombardia apud Regienses maiuscola nuncupatur, & apud Vtinesis Theologus. & uidetur quod non, quoniam istud officium non habet nomen sonans in dignitate de iure communi, & cum illi nulla competat iurisdictione, non dicitur in dignitate constitutus, ut superius fuit declaratum.
- Præterea istud officium est temporale, ut patet, in c. qua non nullis, in fi. extra de magistris, & ibi Anchar. in 4. notab.
- Sed dignitas ecclesiastica debet esse perpetua, ut superius dixi, ergo &c.
- 108 Addamus quod dignitas, & officium sunt res diuersæ, ut Archid. & alij notant in d. c. 1. de consuetu. in 6.
- 109 Sed onus docendi appellatur officium in c. monachus 16. q. 1. ergo non est dignitas. accedat, quod nos aut uolumus dicere hunc scholarchum habere dignitatem Ecclesiasticam ob actum docendi, & hoc est falsum, quoniam istud appellatur officium, & non dignitas: aut uolumus dicere eum habere dignitatem, eo quia sit Doctor, & tunc ista non potest esse dignitas Ecclesiastica, de qua loquimur, quoniam illa non cadit in laicum, sed Doctoratus cadit in laicum. ergo dato quod Doctoratus sit dignitas, de qua re sunt uariæ opiniones, tamen non potest dici dignitas Ecclesiastica, ut arguit Anan. in d. c. 3. nu. 5. extra de magistris.
- In contrarium adducitur textus in c. 3. extra de magistris, ubi dicitur, huiusmodi scholarchum assumere dignitatem, ex eo, quod assumit nomen magistri scholarchi.
- Secundo adducitur doctrina Io. de Imola in d. c.

- de multa, col. fi. in fi. uers. ite inquisitum dixi, extra de præben. ubi ait, quod siue nomen sonet in dignitate, siue in præminentia, dicitur habere dignitatem, quoniam habet exercitium eorum, quæ habent respectum ad dignitatem, habito respectu ad dignitates iuris communis.
- 111 Sed scholarchus est nomen sonans in præminentia, quia significat Principem scholæ: & cum sit Doctor actu legens, dicitur habere super scholaribus ordinariam iurisdictionem, auth. habita. C. ne filius pro patre, & Abb. 1 d. c. 3. sub nu. 5. extra de magistris, ergo &c.
- Quid dicemus? ego dico primam opinionem esse uerorem, ut scilicet scholarchus non habeat dignitatem, sed officium. nec obstat textus in d. c. 3. de magistris. Quoniam ibi dignitas accipitur largo modo, non autem pro dignitate ecclesiastica stricto modo intellecta, ut ibi Doctores dicunt.
- 112 Fallit tamen ista conclusio, ut non habeat locum, quoniam tale officium reputaretur dignitas, secundum consuetudinem Ecclesiæ, nam tunc pro dignitate haberetur, ut concludit Abb. in d. c. 3. nu. 1. extra de magistris, ubi ait, quod officium legendi in quibusdam Ecclesijs solet reputari dignitas, & idem confirmat ibi Anan. nu. 1. & Fely. in princip. Ex quo inferitur, quod iste scholarchus tamen apud Hispanos censetur in dignitate constitutus, quoniam ibi tale officium de consuetudine reputatur dignitas, ut retulit Marf. in c. 17. num. 12. uers. reperitur etiam, de ecclesiasticis redditibus.
- Inferitur et ad maiuscolam Regiensis Ecclesiæ, quod
- 114 maiuscola tamen uulgo nuncupatur, eo quia sit maior scholæ, uel magister scholæ. si. n. talis apud Regienses de consuetudine reputatur habere dignitatem, consuetudini standum est: at cessante consuetudine, ego puto illud officium esse personatum, & non dignitatem, & moueor hac ratione, quoniam ille maiuscola est inferior archidiacono, & archipresbytero, sed est maior canonicis, quos ubique præcedit, ut mihi affirmatum est, quæ res procul dubio arguit hoc esse personatum.
- 115 si quidem ut supra diximus, ille dicitur personatum habere, qui est inferior illis, qui habent dignitatem, & superior est illis, qui dignitate carent, ut dixi in q. 1. & notat Anto. de Butr. in d. c. de multa, nu. 24. uers. personatus tantum, col. 5. extra de præben. ubi dicit personatum cognosci ex prerogatiua chori, uel capituli in actibus chori, & capituli post existentes in dignitate, ueluti si quis post existentes in dignitate haberet aliquam prerogatiuam in sedendo, uel scribendo: tunc. n. tale beneficium sonat in nomen personatus, & hoc idem affirmat Aret. in d. c. 3. nu. 8. col. 2. ubi tradit tamen præminentiam sedendi ante alios esse signum personatus, non autem dignitatis, quoniam non est coniuncta cum nomine sonante in dignitatem de iure communi.
- 117 Officium autem tamen scholarchi, siue maiuscolæ est legedi in scholis grammaticam, theologiam, & ceteras artes liberales, ut cautum est in c. de quibusdam, dist. 37. nec potest suis prerogatiuis gaudere, nec fructus beneficij sibi assignati percipere, nisi quoad legerit, ac docuerit, ut dicitur in c. quia non nullis, extra de magistris.
- 118 Huius autem officij munere tamen apud antiquos functus est Orgenes, Pantenus, & Archilas, ut Eusebius attestatur in cap. 3. lib. 6. de eccles. histor. & refert

- & refert Marf. in d. c. 17. nu. 13. de eccles. redditibus.
- Vndecimò & ultimò quæro, an uicarius generalis Episcopi dicatur habere tamen dignitatem. & Abbas dixit quod non, in d. c. de multa, nu. 23. uers. & per hoc soluitur, col. pen. extra de præbend. ubi ait quod acceptans vicariarum Episcopi non perdit
- 120 tamen aliam dignitatem, uel beneficium curatum, quod profecto perderet, si vicariatus esset dignitas, pro quo facit, quod tradit Bal. in conf. 353. præsupponendum est, col. 2. nu. 2. uol. 1. ubi dicit quod vicariatus Patris uel Imperatoris tamen est officium, non autem dignitas, & per consequens non nobilitat, etiam si foret perpetuus, & transfret ad heredes: subiungitque idem iuris esse de emphiteusi, quæ nullius dignitatis est species, & idem de notario Episcopi notauit Io. de Selua, in d. q. 2. nu. 64. de benef.
- In contrarium allegatur textus in clem. & si principalis, de rescript. & Ancha. in c. statutum, num. 2. de rescript. in 6. ubi dicit vicarium tamen Episcopi habere dignitatem, quia quilibet iudex dicitur in dignitate constitutus.
- Potest dici, quod aut quærimus de dignitate, quam quis habet iure proprio, & tunc uerum est, quod uicarius Episcopi tamen non habet dignitatem, & de hac dignitate loquitur textus in c. statutum, de rescript. in 6. & notat glo. in clem. & si principalis, in princip. de rescript.
- Aut quærimus de dignitate, quæ competit iure alieno, & tunc procedit altera opinio, quæ dicit
- 124 tamen vicarium habere dignitatem, ut notat Zabarel. in clem. & si principalis nu. 14. q. 12. de rescript. ubi dicit, quod uicarij Episcoporum non possunt causæ delegari a Papa, nisi per illam clementinam fuisset specialiter expressam, hac ratione, quia proprie non dicuntur habere dignitatem, sed iure alieno. uel dicendum est secundum Abbatem, quod aut quærimus, an uicarius habeat dignitatem quoad hoc, ut incidat in
- 125 poenam tamen impositam illi, qui cum unam dignitatem habeat, impetrat alteram, de qua habetur in d. cap. de multa, & tunc dicendum est ipsum non habere dignitatem, nec causam. aut quærimus quoad alia non penalia,
- 126 & tunc tamen ratione iurisdictionis dicitur esse in dignitate constitutus, secundum alteram opinionem, & hoc tradit Abb. in c. cum non ignores, nu. 7. uers. & ex his potest inferri, col. fi. extra de præbend.
- Vel tertio dicere possumus, secundum Ancharanum in d. cle. & si principalis, in princip. ubi dicit, quod aut inspicimus dignitatem personæ, & tunc uicarius ex se, nullam habet dignitatem: aut inspicimus dignitatem ratione loci, quem tenet, & tunc tamen cum ipse sit loco Episcopi, dicitur esse in dignitate. & hinc est,
- 128 quod non potest appellari a uicario tamen ad Episcopum, quia cum dignitas uicarij sit dignitas Episcopi, & idem sit auditorium utriusque, censeretur fieri appellatio ab eodem ad eundem, ut dicitur in c. 2. de consuetud. in 6. & in c. si contra, de off. deleg. in 6.
- 129 Hinc est et, quod uicarius tamen debet præcedere archidiaconum, nec ualet consuetudo in contrarium, ut consuluit Abb. in conf. 2. uiso dubio, in ult. addit. uol. 1. ubi dicit consuetudinem non ualere, ut archi-

- diaconus præcedat uicarium Episcopi, quia est contraria omni iuri, & per consequens inhonestas, atque imprescriptibilis, & nata ex quadam uecordia, atque ambitione, & ob id extirpanda est, quia quod ratio ne caret, extirpari necesse est, c. cor Episcopi, dist. 68. & Abbatis decisionem in præcedentia uicarij & archidiaconi sequitur Fely. in c. statuimus, col. 2. extra de maior. & obed. & Boer. de auctor. magni Consilij, nu. 148. uers. nec ualet consuetudo, fol. mihi. 927. & Cassan. in 4. par. in consider. 46. de catal. glo. mundi, & Anton. de Pretis, de iurisd. Episcopi, nu. 41. c. 6. & Rebuff. in praxi benefic. tit. de uicar. Episcopi, nu. 7. uers. sed notandum est, & Gabriel. in concl. 1. nu. 37. uers. inferitur igitur, de præscript.
- Sed de hac re uidebis in specie Corneum in conf. 193. pro decisione, in lit. L. uers. ad tertium autem dubium, col. pen. uol. 2. & Menoch. in conf. 51. cum rerum, & ibidem post eum copiose D. Io. Picard. in conf. 52. uol. 1.
- 130 An autem mortuo Episcopo finiatur tamen officium uicarij. Dic, quod sic, quia si per excommunicationem Episcopi suspenditur potestas uicarij, ut traditur in c. 1. de officio uicar. in 6.
- Multo magis debet extinguere per mortem naturalem ipse Episcopi, ut notat Gemin. in d. c. 1. nu. 6. uers. ultimo inducit, col. 2. & Calder. in conf. 2. de officio uicar. & Imola in clem. 2. nu. 10. de rescript.
- 131 An autem uicarius perpetuus dicatur habere tamen curam animarum, an illa resideat penes Rectorem, qui illustrat, uide Fely. in c. postulasti, in prin. extra de rescript. & Rota in decis. 2. alias 228. nota quod ubi, de officio uicar. in anti. & Imola in clem. 1. nu. 7. uers. quæro, quis habet, de officio uicarij, & ibi Zaber. nu. 10. q. 9. col. 3. & quid sit cura animarum, uidebis in c. 3. infra co.
- 132 Vicarius autem Episcopi tamen delegatus a Papa, si desinat esse uicarius, an remaneat delegatus, uide Zabarel. in cle. 2. nu. 6. de rescript. & Fran. in c. statutum, sub nu. 11. uers. sexto aduerte, de rescript. 16. & Ioan. de Imola in d. clem. 2. nu. 11. uers. sed quærit, de rescript.
- Harum autem dignitatum cognitio est ualde utilis, ac necessaria, propter multa singularia, & multas differentias, quæ inter dignitates, & cetera beneficia minora in iure scripto reperiuntur. in primis enim satis illud notissimum est, quod causæ
- 133 tamen non debent delegari a Papa, nec ab eius legato, nisi dignitatem uel personatum habentibus, uel nisi canonicis Ecclesiæ Cathedralis, ut patet in c. statutum, de rescript. in 6. & in clem. & si principalis, eo. tit.
- Item illud quoque liquidè constat, neminem
- 134 posse in eadem Ecclesia tamen sine dispensatione Papæ obtinere duas dignitates, duos personatus, & duo officia, uel unam dignitatem, & officium, uel personatum & officium, uel dignitatem, & personatum, non obstante consuetudine etiam immemoriali, ac iurata, in contrarium, ut dicitur in c. 1. de consuetud. in 6. et in c. de multa, extra de præbend.

135 Rursus de iure communi simplex et beneficium potest conferri minori quattuordecim annis, maiori tamen septennio, ut consuluit Feder. de Sen. in conf. 132.

136 At dignitas non potest conferri et minori xxv. annis, sine dispensatione, cap. unico, extra de ætate & qualitatibus.

Accedat, quod & inter ipsas dignitates etiam differentia constituitur. cum enim alia sint collatiue, alia electiue, difficilius et electiue conceduntur, in clem. 1. de præbendis. & in c. cum in illis. §. illis uero, de præbendis. in 6. & late Fely. in c. in nostra, in trigesimo secundo Correlario, extra de rescriptis.

137 Inferendo igitur post huius rei declarationem ad principale nostre materie propositum, concludendum est, quod et onus probandi incumbit ei, qui ratione beneficii dicit vel se, uel alium dignitatem habere, tum quia regulariter is, qui dicit, probat. l. 2. & l. uerius esse, cum seq. ff. de prob. & dixi in c. 6. lib. 1.

138 Tum etiam, quia qui uult, & talis haberi debet se talem probare. l. non ignorat, & ibi Doctor. C. de his, qui accus. non pnt, ut dixi in c. 6. nu. 8. sup. eo.

140 Addamus quod dignitas et beneficio non inest, nisi ex priuilegio superioris aut ex consuetudine, uel ex constitutione ecclesie, ut supra fuit dictum, quæ omnia cum uersentur in facto, non presumuntur, nisi ab allegante probentur, l. in bello, §. facte. ff. de captiuis.

141 Et in specie, quod onus probandi incumbat et ei, qui uel priuilegium, uel consuetudinem allegat, tradit de priuilegio Bal. in l. 2. nu. 81. C. de feruit. & aqua, & Parisius in conf. 95. stante, nu. 8. uers. nec obstat, uol. 4. & de consuetudine loquitur Decius in conf. 402. in causa Illustrissimi, nu. 11. uers. prædictis nullo modo, colu. 6. de qua magis in terminis nostris loquitur Aretin. in d. conf. 23. num. 5. uers. his breuiter præmissis, col. 2. ubi tradit, Præpositum Ecclesie cathedralis Senensis non habere dignitatem nisi probauerit, quod per consuetudinem, uel constitutionem Ecclesie illa præpositura habeatur pro dignitate.

142 Et prædicta ampliuntur et etiam si Papa ex certa scientia nominaret aliquem in literis Archidiaconum, uel Archipræbyterum, uel alio titulo dignitatis, uel pro tali honoraret, quia non propter hoc censeretur habere dignitatem, nisi cum probaret, textus est in clem. fi. §. similiter, de sentent. excom. & ibi Zabarel. & Anchar. & Imola.

143 Verba et enim narrativa Principis, uel legis nominantis aliquem, sub aliqua dignitate, uel nobilitate, non probant neque dignitatem, neque nobilitatem, ut notat Zabarel. in d. §. similiter, 3. notab.

Pro qua conclusione facit quod notant DD. de Rota, in decis. 22. aliis 197. nota quod ubi Papa, de præbendis. in antiq. ubi dicunt, quod si Papa cõfert alicui præbendam uacantem per mortem capellani, et talis, non inducunt talia uerba Papæ probationem, quod sit capellanus ille per cuius mortem præbenda uacat, nisi aliter probetur. quam decisionem

corrupte allegatam sequitur Fely. in c. si aliquando, col. fi. extra de sentent. excomm.

Et licet aliqui dixerint quod si Papa uocat in literis aliquam uillam, castrum, uel aliquod castrum ciuitatem, censeretur castrum facere ciuitatem, & uillam facere castrum, nam princeps facit ciuitatem et eo ipso, quod ei scribit, ut ciuitati, secundum Bar. in extra. qui sint rebel. in uerbo, Lombardiz, nu. 6. & in l. fi. sub nu. 5. ff. de collegiis illicitis. & Anch. in c. statutum. §. nec audiantur, sub nu. 6. col. fi. de rescr. in 6. & Fely. in procem. in uerbo, Gregorius, numero 21. uers. & subdit, columna quarta.

Hoc tamen intelligitur esse uerum, quando illa nominatio facta fuisset principaliter, secus si causa demonstrationis, ut ait Fely. in d. c. si aliquando, col. fi.

Cui rei ualde suffragatur quod tradit Lopus in alleg. 7. ubi dicit quod uerba Papæ nominantis aliquem sub titulo dignitatis, illi nominato non tribuunt ius, quando ad alium finem sunt directa, sed si non possunt alium effectum habere, tunc presumptiue probant, & transferrent onus probandi in aduersarium saltem in illa causa, cuius occasione uerba essent prolata, secus in alia causa, in qua reuocaretur in dubium, an ille talis haberet illam dignitatem, & sequitur Fely. in d. c. si aliquando, col. 1. extra de sentent. excomm.

Ceterum declaratur hæc conclusio non habere locum, quando et quis probasset (loquens de dignitatibus inferioribus) se archidiaconatum, uel archipræbyteratum possidere: cum enim talia beneficia de iure communi sonent in nomen dignitatis, ut dixi in questione 4. ex sola nominis probatione censeretur dignitatem habere, ut concludit Ioan. de Imola, in d. c. de multa, col. fi. uers. sed si non potest constare, de præbendis. ubi ait, quod quando beneficium uocatur aliquo nomine dignitatum ecclesiasticarum de quibus in iure habetur, ut est archidiaconatus, tum censeretur dignitas, & onus probandi contrarium transfertur in negantem & dicentem esse potius nudum officium.

Deinde declarabis prædictam conclusionem non procedere, quando quis tanquam in dignitate constitutus ad aliquem actum fuisset a priuato admittitur: tunc etiam in præiudicium admittentis censeretur habere dignitatem, & dicenti et contrarium incumberet onus probandi, ut tradit Bal. in l. quidam, quasi. ff. de proba. ubi dicit quod onus probandi quem non esse prælatum, incumbit ei qui contraxit cum aliquo tanquam prælato, de quo dixi in cap. sexto, numero 11. sup. eo. & faciunt quæ dixi in cap. 53. numero 42. uers. cæterum, si iam fuisti admittitur, libro primo, & uide quæ tradit Zabarel. in clem. fi. §. similiter, in quinta opof. de sentent. excom. & ibi Imola in fine.

Postremo declaratur prædicta non militare, quando notorium foret, quod quis esset in dignitate, tunc sibi non incumberet probatio dignitatis, quia notoria et non indigent probatione, ut tradit additionator ad Rotam in decis. 1. aliis 47. de off. uicarii, in nouis. ubi ait, quod uicarius non debet probare

probare se habere iurisdictionem, quando notoria est, quia notoria non probantur. sic etiam uidemus quod licet diuitia & paupertas sint ab eo probanda, qui se fundat in illis: tamen hoc non procedit quando notorium est, quem esse diuitem, uel pauperem, ut dixi in cap. 54. nu. 18. lib. 1.

ADDITIONES.

- a Superioris. De quibus uide apud Aretin. in conf. 63. nu. 4. & 5.
 - b Officiali. In contrarium facit Abb. in c. de multa, numero 23. & per hoc soluitur, col. pen. de præbendis. sed uide auctorem infra, in q. 11.
 - c Pulsant. Pulsare campanas non est officium ordinis, ideo potest recipi salarium pro pulsatione campanarum, Socin. in c. consulere, nu. 11. extra de simon.
 - d Collegiata. Sciendum est quod ad esse collegii, non est necessarium, ut ibi sit prælatus, uel rector, nam collegium potest esse sine rectore, & potestas in tali casu manet penes corpus totius collegii, & poterit committere iurisdictionem contentiosam uel penitentialem alicui de collegio ad tempus, uel ad uitam, ut notat Abb. in c. cum non ignores, num. 6. columna fi. extra de præbendis.
 - e Rurali. De rurali decano uide glo. in clem. 2. & ibi Doctor. de rescriptis.
 - f Foraneo. De officiali foraneo uide glo. in d. clem. 2. de rescriptis.
 - g Canonica. An canonica contineatur appellatione beneficii ecclesiastici, dic quod sic, ut notat Rota, decis. 26. alias 445. si legatus, de præbendis. in nouis.
 - h Delegari. Amplia ut hoc procedat, siue causa sit inter clericos, siue sit inter laicos, ut notat Alex. in conf. 77. nu. 6. uol. 2. fallit quando Papa ex certa scientia causam delegat simplici clerico, ut aiunt Doctor. in c. statutum, & ibi Gemin. nu. 10. de rescriptis. in 6. item etiam, quando causa clerici delegatur expresse laico, ut ait Fely. in c. 2. nu. 1. de iud.
- Item fallit in episcopo, qui potest etiam non habentibus dignitatem delegare causas clericorum, ut tradit Archid. in d. c. statutum, sub nu. 2. col. 2.
- i Electionem. Que proprie dicatur electiua dignitas, uide Imolam in clem. 1. nu. 10. uers. quæ autem dicatur, de præbendis. & Fely. in c. in nostra, in 32. Correlario, de rescriptis. & dicitur in c. 30. infra eo.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopalis dignitas, culmen dignitatum appellatur.
- 2 Episcopatus dicitur esse fastigium dignitatis.
- 3 Constitutio loquens de dignitate ecclesiastica, non comprehendit dignitatem.
- 4 Dignitates ecclesiasticas, & alia beneficia in curia Romana uacantia, nullus potest nisi Papa conferre.
- 5 Dignitas episcopalis non continetur appellatione beneficii.
- 6 Papa est supra omnes dignitates.
- 7 Papa se uocat episcopum, quia nullus ordo episcopatu maior reperitur.
- 8 Episcopi summi Pontifices appellantur.
- 9 Primus locus est Pape, & secundus episcoporum.
- 10 Episcopus ex causa potest minuere penitentiam iniunctam a Papa.
- 11 Episcopus cum capitulo potest ex dignitatibus ecclesiasticis nouam dignitatem in ecclesia constituere.
- 12 Episcopi uocantur sanctissimi, & dicuntur Christi legati, fratres Pape, columna ecclesie, & pupilla oculi Dei. Episcopus est uicarius Christi, ibidem.

- Episcopi diu uocantur, ibidem.
- 13 Episcopi appellatione continentur Archiepiscopi, Patriarche, & Papa.
- 14 Dignitas episcopalis omnibus dignitatibus secularibus præfertur.
- 15 Episcopi Hispanie male faciunt, qui osculantur manus Regum.
- 16 Episcopus debet sedere in eodem loco cum Imperatore, & non sub pedibus eius. Prælati debent poni ad dexteram Imperatoris, seculares uero Principes ad sinistram, ibidem.
- 17 Constantinus Imperator fuit reprehensus, quia Patriarcham Constantinopolitanum fecit in sinistra parte eius sedere. Episcopus plus alijs honorari decet, ibidem.
- 18 Imperator reuenter aurgit episcopis, & illis caput submittit.
- 19 Imperator aurgit præfectis prætoris.
- 20 Episcopis omnes principes subsunt.
- 21 Episcopi habent iurisdictionem aduersus Imperatorem in eorum diocesi habitantem, & ab illis potest excommunicari. Imperator minor est quolibet episcopo, ibidem.
- 22 Imperator Episcopo seruit in missa in apparatu subdiaconi.
- 23 Differentia tanta est inter Episcopos, & seculares Principes, quanta est inter magistrum & discipulos.
- 24 Imperator est filius Ecclesie.
- 25 Episcopi non debent principibus ire obuiam longissime ab eorum Ecclesiis, nec a multis, equis uel descendere in occursum.
- 26 Episcopi ordinem celestis hierarchie uerunt in terris.
- 27 Episcopus est maior præbytero Cardinali, respectu ordinis, sed secus respectu administrationis.
- 28 Episcopi antiquitus præcedebant Cardinales.
- 29 Episcopi antiquitus arbitrabantur se gradu minui, si ex Episcopis facti fuissent Cardinales.
- 30 Episcopus est Illustris. Episcopi, & Cardinales sunt similes præfectis prætoris, ibidem.
- 31 Præfectus prætorio est Illustris.
- 32 Episcopis competunt priuilegia, que personis Illustribus dantur. Episcopus potest sententiam per alium recitare, ibidem.
- 33 Episcopi debent litigare per procuratorem.
- 34 Episcopi coram iudice sedent. Sedere coram iudice est prærogatiua cõcessa personis Illustribus, ibidem.
- 35 Episcopus potest seruire per substitutum.
- 36 Illustres persone non possunt conueniri sine scriptura.
- 37 Episcopi non sunt Illustris.
- 38 Episcopi possunt serenissimi appellari.
- 39 Qui plures est, utique tanti est.
- 40 Episcopi sunt similes Illustribus.
- 41 Argumentum a minori ad maius affirmatiue sumptum ualet.
- 42 Episcopi sunt personis Illustribus anteponendi.
- 43 Episcopalis dignitas est eadem, siue sit pauper, siue sit diues Episcopus. Paupertatis humilitas, uel potentia diuitiarum, non facit subliorem, uel inferiorem Episcopum, ibidem.
- 44 Episcopalis dignitas propter egestatem uilescit. Episcopus non potest castellis, uel modicæ ciuitati constitui, ibidem.
- 45 Principes seculares causa honoris querunt habere episcopo capellanos.
- 46 Vulgus aurum gratius intuetur, quam solem.
- 47 Episcopus respectu ordinis est æqualis Pape. Gasparis Silingradi Episcopi Mutinensis laudes, ibidem.
- 48 Episcopo incumbit onus probandi, se esse episcopum.
- 49 Dignitas episcopalis est qualitas accidentalis, que probanda est. Prælatus nullus presumitur, ibidem.
- 50 Qui uult ut talis admitti, debet se talem probare.
- 51 Beneficia non conferuntur sine canonica institutione. Cardinali

- 52 Cardinali incumbit onus probandi se esse Cardinalem.
- 53 Prælati promissus a Papa potest statim administrare sine confirmatione.
Papa promissio habet cum electionis & confirmationis, ibidem.
Prælati promissus a Papa uim recipitur tanquam prælati, nisi per literas Papæ fecerit fidem de promissione, ibid.
Probatio promissionis facta a Papa non probatur per testes, sed per literas promissionis, ibid.
- 54 Promissus a Papa non indiget confirmatione.
- 55 Papa non potest promoueri sine canonica institutione.
Papa intrusus expellitur de sede a concilio, ibid.
- 56 Papatus potest appellari beneficium ecclesiasticum.
Papa ille dicitur esse, qui se canonicè institutum probauerit, ibidem.
Concilium generale potest, quando duo contendunt de Papatu, & magnum ecclesiæ imminet scandalum, & cassare electionem utriusque Pontificis, etiam si una esset canonicè facta, ibid.
Concilium Pisanum cassauit electionem Gregorij duodecimi in Italia, & Benedicti decimertij in Francia, contententium de Papatu, & fuit electus Alexander Quintus, ibid.
Papa Ioannes vigesimustertius fuit depositus, quia notoriè scâ dalizabat ecclesiam, ibid.
- 57 Episcopo electo, sed nondum confirmato, incumbit onus probandi se fuisse canonicè electum.
Episcopo electo obijciens debet crimen illud probare, ibid.
- 58 Episcopus debet probare se canonicè electum, quando est in qua si possessione dignitatis episcopalis de recenti.
- 59 Prælati existens in possessione longa, transfert onus probandi in aduersarium.
- 60 Prælati uero atque existenti in possessione uniuersali prælatu- re, non incumbit onus probandi, se esse prælatum.
- 61 Prælati uerus, non existens in possessione, debet probare se prælatum.
- 62 Possidens pro prælati, & ita communitè habitus, & reputatus, releuatur ab onere probandi prælatum.
- 63 Prædationibus actiones non sunt prodite.
Possessori, quo casu possessio proficit, ibidem.
- 64 Episcopalis dignitas probatur per bullas electionis.
- 65 Temporis diuturnitas facit præsumi prælatum canonicè pro motum.
- 66 Possessio transfert onus probandi in aduersarium, quando possessor agit nomine suo, secus si ageret nomine ecclesiæ.
- 67 Possessio iuris episcopalis, uel archidiaconatus, uel alterius dignitatis, acquiritur per installationem eius factam in loco deputato.
- 68 Possessio non acquiritur per installationem factam in loco non deputato, quamuis alia loca assignentur.
- 69 Possessio generalis dignitatis, administrationis, & iurisdictionis, acquiritur per installationem, quando iurisdictionis coheret dignitati.
- 70 Administratio, iurisdictionis, & officium sunt annexa, & quasi inseparabilia dignitatis.
Possessio generalis iurisdictionis, quomodo acquiratur per actus generales, puta per bannum, ibidem.
- 71 Possessio iuris canonialis, uel præbendalis, quomodo acquiratur.
- 72 Præbenda quando est in possessione corporali, non sufficit uerbalis assignatio.
Possessionem unius fundi accipiens non acquirit generalem portionem in reliquis, ibid.
- 73 Possessio generalis in iuribus acquiritur, secus in corporalibus.
Iura magis intellectu, quàm corpore percipiuntur, ibid.
- 74 Episcopus an debeat probare se esse episcopum ante litem contestatam, an postea in termino probatorio.
- 75 Episcopus appellatione prælatorum continetur.
Prælati proprie, quis sit, ibid.
Guardiani fratres, an sint Prælati, & habeant dignitatem, ibid.
- 76 Episcopi an habeant originem de iure diuino.

- 77 Episcopi, qua ratione summi sacerdotes appellentur.
- 78 Sacerdotes per ordinationem res sacra, & portio Dei efficiuntur.
- 79 Clerici & monachi quodammodo tenere locum Apostolorum, & vicarij Christi dicuntur.
- 80 Episcopo tenent uices Apostolorum in officio prædicandi.
- 81 Cardinales dicuntur tenere uices Apostolorum.
- 82 Episcopi an habeant originem a veteri testamento, & successerint loco sacerdotum Leuitici generis.
- 83 Episcopi fratres Papæ appellantur.
- 84 Subrogatum super naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 85 Episcopi & prædicatores sunt montes, & bases ecclesiæ militantis.
- 86 Cardinales a Papa filij uocantur.
- 87 Cardinales quo casu a Papa fratres appellentur.
- 88 Cardinales successerunt in locum sacerdotum Leuitici generis.
- 89 Ius canonicum appellatione iuris humani continetur.
Episcopalis dignitas an sit de iure positio introducta, ibid.
- 90 Episcopatum diuisiones sunt de iure positio.
- 91 Qualitas uel accidens deueniens enti, illud qualificat, & ponit in diuersa specie.
- 92 Libellus nouus is dicitur, cui additur, uel detrabetur, aliquid substantiale.
Actus denominatur a mutante, non a mutato, ibid.
- 93 Index delegatus est, cui aliquid additur uel detrabitur.
- 94 Lardum an liceat comedere in illis diebus, quibus licet comedere oua.
- 95 Lardum non continetur appellatione carnis.
- 96 Prohibitum facere nouam clusam in flumine, non poterit ueteri cluse aliquid addere, uel detrabere.
- 97 Iudæi possunt ueteres synagogas reficere, non autem nouas edificare, uel ueteribus aliquid addere.
- 98 Nouum cõpromissum dicitur, quando noua qualitas adijcitur.
- 99 Noua uenditio dicitur esse facta, quando noua qualitas in precio, uel in pactis adiungitur.
- 100 Nouum testamentum dicitur, quando adiungitur noua qualitas.
- 101 Nouus debitor ille dicitur, qui tibi fuit delegatus a debito re tuo.
- 102 Præscriptio dicitur interrupta per nouam qualitatem aque inuadentis terram.
- 103 Rusticus promittens dare domino fructus cuiusdam arboris, si illa siccetur, an teneatur ad fructus, si renata fructificauerit.
- 104 Nouum molendinum dicitur, quando antiquo ob aquas submerso, aliud in eodem loco erigitur.
- 105 Pons nouus dicitur, qui augetur, aut elongatur.
- 106 Ouum est caro liquida.
Lac est sanguis colore mutato, ibid.
- 107 Ecclesiæ parochialis appellatione non continetur parochialis collegiata.
- 108 Simplicium dispositione non continetur species mixta.
- 109 Cardinalatus dignitas est de iure positio.
- 110 Episcopi an successerint loco Aaron.
- 111 Sacerdotes in ueteri testamento erant episcopi.
- 112 Azi filius Baani erat episcopus Leuitarum in Hierusalem.
- 113 Præbiteri olim erant idem, quod hodie episcopi.
- 114 Patriarcha successerunt loco primi flaminum, & archiepiscopi loco Arabiflaminum, & episcopi loco flaminum.
- 115 Episcopus est nomen inuentum de iure positio, propter schismata in religione facta.
- 116 Episcopus, & præbiter, antiquitus erant sinonima.
Episcopo in schismatis remedium suppositi sunt præbiteri, ibidem.
- 117 Episcopus largo modo potest appellari pater familias, aut alius qui curam domus, aut familiæ, superintendit.
- 118 Episcopus nihil aliud designat, nisi uirum speculatorem, aut superintendentem.
- 119 Episcopus gentium, regumque fuit Scipio Africanus.
- 120 Episcopi sunt dicti superintendentes, & aduigilantes.

Episcopi

- 121 Episcopus de iure antiquo erat magistratus, qui summum arbitratum uerum habebat.
- 122 Episcopatus est nomen oneris, non honoris.
- 123 Episcopus non est, qui præse uoluerit, non prodesse.
- 124 Episcopi fuerunt insitui post aduentum Christi Domini nostri.
- 125 Episcopus an possit pecuniariter aliquem punire.
- 126 Episcopus potest penas spirituales addere temporalibus.
Furtum faciens poterit ab Episcopo excommunicari, ibidem.
- 127 Episcopus, an possit imponere subsidium charitatum monasterijs.
- 128 Episcopus, an possit legata pia ad certum usum relicta, in alios usus conuertere.
- 129 Episcoporum, & clericorum famuli, uel coloni, an gaudeant priuilegio fori.
- 130 Episcoporum potestas duplici iure consistit, idest lege diæcesana, & lege iurisdictionis.
- 131 Legis diæcesana, & legis iurisdictionis non potest dari certa doctrina.
- 132 Lex diæcesana est unica, sub qua comprehenditur lex iurisdictionis.
- 133 Episcopis alia competunt ratione ordinis, alia ratione iurisdictionis, alia ratione dignitatis.
- 134 Priuilegium concessum Abbati, ut possit omnia libere, sicut uerus Episcopus, quomodo sit intelligendum.
- 135 Episcopus habens iurisdictionem temporalem in ciuitate, cuius est Episcopus, an illam dicatur habere ex lege diæcesana, an ex lege iurisdictionis, an ex neutra.
- 136 Episcopus renunciando Episcopatu censetur in dubio renu- ciasse loco, non dignitati.
Episcopus nondum consecratus, uocatur electus, non Episcopus, ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

De Dignitate Episcopali, & an, & quando Episcopo incumbat onus probandi se esse Episcopum.

C A P. XXVIII.

DIGNITATVM Ecclesiasticarum maxima, & præcipua, est dignitas Episcopalis, quæ non est simpliciter dignitas, sed dignitatum culmen appellatur, prout uideatur probare textus in c. uenerabilis, extra de præbend. optimus textus in c. si per ordinationem, dist. 63. ubi dicitur, quod Episcopatus est culmen honoris.

Et hoc idem clarissimè fuit expressum in cap. 2. ordinatorum, dist. 59. ubi Episcopatus & fastigium dignitatis appellatur, quæ res profectò ostendit dignitatem episcopalem in altitudine, & magnitudine gradus, & prælaturæ consistere, quia fastigium nihil aliud est, quàm magnitudo, & dignitatis altitudo, secundum expositionem Archidiaconi, in cap. & si sententia, colum. fin. in prin. de sentent. & re iud. in 6. & ibi Ioan. Andr. columna 2. in prin. & Dominic. colum. 2.

Propter quod multa cum ratione dici solet, cõstitutionem in materia odiosa loquentem de di-

gnitate ecclesiastica, non comprehendere dignitatem episcopalem: quia cum sit ea in culmine dignitatum, idest in gradu superlatiuo collocata, non debet a gradu positiuo comprehendere, ut ait elegans glos. in cap. 2. de præbend. in 6. ubi dicit, quod quamuis ea constitutione caueatur, ut dignitates ecclesiasticas, & alia beneficia in curia Romana uacantia nullus possit, nisi Papa conferre: tamen illa constitutio non habebit locum in dignitate episcopali, non obstante, quod episcopatus in curia uacauerit: nam regula generalis est, ut Episcopus propter dignitatem suam ubi de materia odiosa tractatur, numquam in generali dispositione contineatur, nisi uerbis specialibus nominetur, ut traditum est in cap. quia periculosum, de sentent. excom. in 6. & notat Decius in cap. 1. num. 34. uers. & per hoc in dispositione, colum. ff. extra de priuileg. & Gemin. in cap. 1. num. 6. uers. mihi uideatur, de consuetud. in 6. de qua materia tamen uide Felyn. in cap. quod super his, sub nu. 12. colum. 4. extra de fide instrum.

Pro quo facit illud, quod notauit alia glos. in cap. felicis. §. quod si quis, de pœn. in 6. ubi scriptum est, appellatione beneficij non contineri dignitatem episcopalem, nisi specialiter hoc fuerit expressum, de qua re tamen uidebis Ioan. de Selua in q. 3. par. 1. de benef.

Et certè si dignitatis huius præstantia, & celsitudo nulla alia ratione appareret, ex hoc potissimum cõmèdaretur, quod licet Papa sit supra omnes dignitates, & omnia iura, quoniam & ab eo, & ab Imperatore omnium dignitatum genera tamquam a fonte profluunt, ut supradixi in cap. 26. de nobilitate, num. 19. uers. confertur autem, & notat lafon in l. 1. in prin. ff. de officio eius.

Tamen Papa se uocat & Episcopum, quæ res ex alia causa non procedit, nisi quia episcopatu nullus maior ordo reperitur, glos. scientissime notauit in c. quia periculosum, de sentent. excom. in 6.

Et hinc est, quod non solum Papa dicitur summus Pontifex, sed etiam Episcopi summi Pontifices appellantur, ut notat glos. in c. de his uerò, de consecr. dist. 5.

Et similiter ob hanc rationem constitutum fuit, ut ratione administrationis, prius & locus esset Papæ, & secundus Episcoporum, ut scripsit glos. in cap. ante omnia, dist. 40.

Et propter dictam paritatem Papæ, & episcoporum dici solet, quod Episcopus poterit ex causa minuere pœnitentiam & iniunctam a Papa, ut tradit elegans glos. in cap. tempora pœnitentis, 2. r. q. 7. & in c. latorem, 3. q. 2. & ibi Archid. in fine, Firmian. in 2. par. quarti libri, questione 14. num. 27. uers. dubitari posset, tract. de episcop. & uide Decium in c. at si clerici. §. de adulterijs, nu. 30. uers. & sicut episcopus, extra de iud. & Petrus a Duen. in reg. 248. episcopus, num. 3. de re iud.

Rursus ob eandem causam poterit episcopus unà cum capitulo suo ex dignitatibus in Romana Ecclesia institutis, excepto Cardinali-

tu, nouam dignitatem in Ecclesia sua constitue-
re, ut declarat Imola in cap. cum accessissent, sub
num. 4. colum. 2. de constit.

Et ad commendationem huius magne dignita-
tis amplificandam, faciunt duo elegantissimi tex-
tus in cap. accusatio quoque, 2. questione 7. & in
clem. si quis suadente. §. nec super, de poen. in qui-
bus locis Episcopi uocantur sanctissimi, & dicun-
tur Christi legati, patres spirituales, fratres Papæ,
columnæ sanctæ Ecclesiæ, pupillæ oculi Dei, & sū-
mi sacerdotes. & alibi dicitur, quod Episcopus ha-
bet personam Christi, & eius Vicarius existit, ut
traditum est in cap. mulier debet. 33. questione
5. immo quod mirabilius est, ipsi Episcopi diu
cantur, ut patet in cap. satis euidenter, distin. 96.

Adeo ut tot prerogatiuis in dignitate episco-
pali cōcurrentibus illud iure optimo dictū fuerit,
quod appellatione Episcopi ꝑ omnes cuiuscun-
que generis superiores dignitates comprehendū-
tur, id est tā Papa, quā Archiepiscopi, & Patriar-
chæ, siue dispositio sit fauorabilis, siue sit odiosa,
ut innuit glos. in cap. quia periculosum, de senten-
excomm. in 6. & ibi sequuntur eam Domin. de S.
Gemin. & Philippus Franc. in fine, & egregius est
textus in c. clericos. §. omnes autem superius, distin-
ctione uigesima prima.

Ob quam rationem minus admirari debemus,
si dignitas episcopalis omnibus alijs dignitatibus
secularibus uidetur præferri, in cap. duo sunt, distin.
96. ubi dicitur, quod honor, & sublimitas episco-
palis nullis potest cōparationibus adæquari, quæ
si regum fulgori, & Principum diademati compa-
retur, longè erit inferior, quā si plumbi metallū
ad auri fulgorem comparare uelis, quippe cum ui-
deas regum colla submitti genibus sacerdotum, &
osculata eorum dextra orationibus eorum credāt
se communicari, uel muniri, cuius textus auctori-
tate fretus Archidiaconus, ibi dixit, quod Episco-
pi Hispaniæ ꝑ male faciūt, qui osculantur manus re-
gum, cum reges manus Episcoporum debeant os-
culari, facit etiam quod notauit Ioan. de Imola in
cap. solita, num. 10. colum. fin. extra de maior. &
obediens. ubi dicit, quod Episcopus propter suam
dignitatem debet sedere in eodem loco cum Im-
peratore, & non sub pedibus eius, & ibi Abbas in
colum. 2. subiunxit, quod Prælati sunt ponendi
ad dexteram Imperatoris, seculares uero Princi-
pes ad sinistram. ex quo infertur iustissime fuisse
reprehensum Constantinum Imperatorem, qui
Patriarcham Constantinopolitanum fecit in sini-
stra parte iuxta scabellum pedum suorum sedere,
ut dicitur in d. c. solita, extra de maior. & obediens.
Tanta est enim dignitatis episcopalis excellentia,
ut summus honos illis debeat exhiberi, ut dicitur
in cap. 2. de officio deleg. in 6. ubi habetur, quod
Episcopos plus alijs honorari decet, quod idem
quoque fuit expressum in cap. & si sententia, de
sentent. & re iud. in 6. ubi dicitur, quod conuenit
Episcopum propter dignitatis prerogatiuam am-
pliori honore fulgere, propter quod non immeri-

18 to scriptum est, quod Imperator ꝑ non solum reue-
b renter assurgit Episcopis, d. cap. solita, extra de
maior. & obed. uerum etiam illis quoque caput
submittit, ut constat in c. Valentinianus, distin. 63.

19 Et licet Imperator etiam soleat assurgere ꝑ
fectis Prætoris, tamen hoc non facit reuenter,
sed eis aliquantulum assurgit, ut ait glos. in l. 1. C.
de senten. passis.

20 Accedit prædictis, quod omnes Principes ꝑ
c scopis subsunt, & eis obedire tenentur, cap. om-
nes, extra de maior. & obed. Habentque iurisdic-
tionem nō solum aduersus Principes inferiores,
sed etiam aduersus Imperatorem in sua diocesi
d habitantem, & ab eis possunt ꝑ excommunicari,
21 prout apparet in c. duo sunt, distin. 96.

Ob quā rationem glossa manifestè dixit, quod
Imperator minor est quolibet Episcopo, cum ab
eo excommunicari possit, quod notauit in c. Valé-
tinianus, in uerbo, submittamus, distin. 63.

Cui rei solidum præstat argumentum illud, ꝑ
tradit Specul. in §. nunc ostendendum est, nu. 4. 1.
uerf. 39. de legato. ubi dicit quod Imperator Epi-
22 scopos ꝑ seruit in missa, in apparatu subdiaconi. er-
go si seruit, minor est Episcopo, & Speculatorem
refert Imola in c. uenerabilem, num. 5. uerf. & an
Imperator, extra de elec. & Cassan. in 5. par. in 24.
consider. num. 105. de cat. glor. mundi.

Quibus adde, quod quanta est differentia inter
magistrum & discipulos, & inter patrem & filios,
23 tanta est inter Episcopum & seculares Principes,
ut expressum est in cap. quis dubitet, distin. 96. ubi
habetur, quod Reges, & Principes sunt filij, & di-
scipuli Episcoporum. & quemadmodū filius non
est supra patrem, nec discipulus supra magistrum,
immo illis obedire debent, ita etiam reges Episco-
pis inferiores esse censentur, facit quod notat glo.
in cap. certum est, distin. 10. & ubi dicit, quod ꝑ Im-
24 perator est filius Ecclesiæ, non præsul, & inclina-
bit caput suum Episcopis, a quibus potest excom-
municari, adeo ut in tam magna Episcoporum di-
25 gnitate iure merito cautum sit, ut Episcopi, ꝑ nec;
Principibus, neque uiris militari dignitate prædi-
tis obuiam longissime ab eorum Ecclesijs proce-
dant, nec a mulis, equisue descendant in occursum,
aut timidè abiecteque ante genua procidant, ue-
lut adoraturi, ut dicitur in cap. 14. in summa gene-
rali concil. Constantinopol. ubi etiam habetur,
26 quod ipsi Episcopi ꝑ ordinem cœlestis hierarchiæ
referunt in terris, & qui uelit aliter dicere, anathe-
ma habetur, ut cautum est in concilio Tridético,
ca n. 6. sess. 7. de sacram. ordin.

Præterea addendum est, quod Episcopus ꝑ est
maior presbytero Cardinali, ut ait glo. in c. quam
quam, 2. quæst. 7. Et licet aliqui dixerint hoc esse
uerum respectu ordinis, sed secus esse respectu ad
ministrationis, propter quā hodie presbyter Car-
dinalis est maior Episcopo, & ipsum ubique præ-
cedit, secundum Archidiacon. in d. c. quamquam.

Attamen antiquitus aliud obseruabatur, nam
28 Episcopi indifferenter ꝑ præcedebant Cardinales,
imò

imò in tam excelso honoris gradu positi fuerunt,
ut dignitate deprimi, & gradu minui arbitrati fuis-
sent, si ex Episcopis ad Cardinalatus dignitatem
fuisent euecti, ut retulit Gomef. in proemio reg.
cancel. num. 17. ubi dicit, quod olim Episcopis
data erat loci, prerogatiua anterior, & quod ipsi
immediate post Papā subscribebant, deinde præ-
byteri, postea diaconi Cardinales, ut cognoscitur
ex quibusdam litteris apostolicis Urbani secundi,
in quibus immediatè post Papam, & ante Cardi-
nales multi Episcopi sunt subscripti, & refert Ioan-
nem Andream dicentem usque ad Bonifacij Octa-
29 ui tempora multos Episcopos ꝑ prætermittos fuisse
se Cardinalati, ne sic dignitate minuerent, adeo ut
minus admirari debeamus, si dictum est quod pri-
mus locus est Papæ, & secundus Episcoporum.

Hinc est, quod Episcopus dicitur esse persona
ꝑ illustris, cum in tanto culmine dignitate sit posi-
tus, quæ res hac alia quoque ratione probatur, nā
Episcopi, & Cardinales sunt similes Præfectis præ-
e torio. l. episcopali. C. de episcop. aud. & notat
glos. & Bartol. in l. 1. ff. de officio Præfecti prætor.

31 Sed Præfectus prætorio ꝑ absque ulla dubitatio-
ne est illustris. §. illud uidelicet obseruando, Auth.
de appell. ergo Episcopus qui Præfecto æquipara-
tur, ipse quoque illustris censendus est.

Quæ conclusio confirmatur, nam priuilegia, ꝑ
personis illustribus competunt, dicuntur quoque
32 ipsis Episcopis ꝑ cōpetere, & propterea uidemus,
quod Episcopus potest sententiam per alium re-
citare, sicut etiam possunt illustres personæ, ut ait
egregius textus, in cap. & si sententia, de sentent.
& re iud. in 6. de quo priuilegio, & multis alijs ad
illustres pertinentibus notat Purpur. in l. 1. num.
147. uerf. tertio quia illustres. ff. de officio eius, &
Cassan. in 7. par. in tertia consider. de catal. glor. mundi.

33 Item Episcopi debent litigare ꝑ per procurato-
rem, capit. fina. quinta, questione tertia.

Quod priuilegium dumtaxat illis, qui sunt illu-
stres, de iure ciuili concessum est, l. quicumque, &
auth. hoc ius stabit, C. de procur.

Rursus Episcopi in illis causis criminalibus, in
quibus procurator non admittitur, debent accu-
34 sati coram ꝑ Iudice sedere, quæ prerogatiua con-
cessa est illis dumtaxat, qui sunt illustres, ut habe-
tur in l. quoties. C. ubi senat. & ibi Bald. num. 2. co-
lum. 2. ubi dicit quod Episcopus accusatus debet
sedere, & nō stare, cuius sedes debet esse iudicibus
inferior, & altercantibus superior, ut dicitur in tex-
tu, & hoc idem de Episcopo notauit ibidem Saly-
cetus, & Felyn. in rubr. extra de maior. & obediens.
sub numero octauo, uersiculo, nota etiam quod
qui uidet, eolum. 5.

35 Similiter uidemus etiam, quod ꝑ Episcopus ꝑ
test feruire per substitutum, sicut possunt illi quo-
que, qui illustrem dignitatem consecuti sunt, l. ad
similitudinem. C. de episcop. & cler. l. nullus, qui
nexu. C. de decur. lib. 10.

36 Ad idem facit etiam, nam sicut ꝑ personæ illu-

stres non possunt criminaliter, & ciuilitè citari,
uel conueniri sine scriptura, l. quoties, & ibi Bart.
C. de dignit. lib. 12. ita etiam eadem prerogatiua
competit Episcopis, ut sine scriptura citari nō pos-
sint, cap. fin. 5. q. 2.

Et in summa, quod Episcopus sit persona illu-
f stris, ꝑ tenuit hoc expressè Bald. in l. nullus qui ne-
xu. C. de decur. lib. 10. & Abb. in cap. cum in cau-
sa, in 2. notab. extra de iuram. calumn. & Anton.
de Butr. in cap. tuæ, in fine, uerf. quærit Hostiæsis,
extra de procur. & Iason in d. l. 1. num. 15. uerf. sic.
sed aduerte. ff. de off. eius, & ibi Decius, num. 23.
uerf. quinto inter spectabiles, colum. 5. & ibi Bolo-
gnin. in consilio 75. quidam Antonius, & Cassan.
in quarta parte, in consider. 25. de catal. glor. mundi.

Et quamuis non me lateat plures alios tenuisse
se contrarium, affirmantes Episcopos ꝑ non esse il-
lustres, sed spectabiles, inter quos est Specul. in §.
1. sub nu. 8. uerf. alij sunt Episcopi, de iurisd. omn.
iud. & Bal. sibi contrarius in cap. cum accessissent,
num. 6. uerf. & nota quod de iure ciuili, colum. 2.
extra de constit. & in l. 1. §. his cum abulis, num. 3.
uerf. ulterius nota, ff. de officio Præfecti prætor. &
Anton. Corset. in q. 2. in 3. par. de potest. reg. &
Ioan. Andr. in d. cap. & si sententia, col. 2. in princ.
de sentent. & re iud. in 6. & ibi Domin. & Fran. &
latè Purpurat. in d. l. 1. num. 179. uerf. sed ad id ꝑ
prædixi, colum. 2. ff. de off. eius, & Barba. in q. j.
num. 42. uerf. quo ad correlarium, in prima par.
de præst. Cardin. & iterum Bald. in l. ad similitudi-
nem, in 2. notab. C. de episcop. & cler. & Firmian.
in cap. 1. num. 14. uerf. dicitur etiam Episcopus,
de Episcopo.

Prima tamen opinio facillimè sustineri potest,
38 primo ex eo, quod titulus ꝑ serenitatis competit
Episcopis, ut ait Zabarella, qui scripsit Episcopos
posse serenissimos appellari in clem. in plerisque,
in 4. notab. de elect. & cum sequitur Curt. senior
in cons. 79. super articu. colum. fin. in prin. & Bo-
lognin. in d. cons. 75. num. 3. & Cassaneus, qui de
prædictis non facit mentionem in quarta par. in
consider. 25. de catal. glor. mundi.

Ex quo succedit, quod si Episcopi sunt se-
39 renissimi, multo magis sunt illustres, quia ꝑ qui plu-
ris est, utique tanti est, ut ait Bald. in c. 1. in 1. no-
tab. tit. quis dicatur Dux.

Secundo hanc partem satis efficaciter probat
textus (interpretando illum ut mox dicam) in c. fi.
de sentent. & re iud. in 6.

Nec obstat, quod aliqui dixerint ex illo textu
40 probari, quod Episcopi sunt similes ꝑ illustribus,
sed re uera non sunt illustres, quia nullum simile
est idem, ut dixit Bald. in d. l. ad similitudinem, C.
de Episcop. & cler. & Alex. in rubr. ff. de iurisdic.
omn. iud. colum. fin. in princ. & Firmin. in prælud.
num. 14. uerf. item Episcopus dicitur, de Episcop.
& Purpur. in d. l. 1. num. 179. uerf. sed ad id quod
prædixi. ff. de officio eius.

Quoniam responderi potest, quod imò apertè
simè

41 **simè probatur, Episcopus esse illustres, cum argumentum ibi sumatur a minori ad maius affirmatiuè, † quando argumentum in iure ualidum est, ut ait Euerard. in loco 65. de modo arg.**

Vnde pro declaratione illius textus aduertendum est, quod Papa ibi in prima parte duo facit. Primo dicit, quod Iudex debet per semetipsum recitare sententiam suam, & non per alium. secundo dicit, quod ad instar illustrium personarum sententiam suam possunt per alium recitare Episcopi, quos propter dignitatis prerogatiuam, ampliori conuenit honore fulgere. Ergo si Episcopi ampliori fulgēt honore, manifestè apparet, quod argumentum sumptum fuit a minori ad maius hoc modo, uidelicet, si illustres personæ possunt sententiam recitare per alium, multò magis debent hoc posse facere Episcopi, qui in ampliori honore constituti sunt. & interpretando hoc modo illum textum, nō solum apparebit Episcopos esse illustres, sed etiam apparebit, quod ipsi illustribus anteposendi sunt, & hoc nota, quia nulli Doctores hoc modo dictū textum interpretant.

42 **Nec ulla differentia est ad demonstrandam huius dignitatis excellentiam, an sit Episcopus diues, an sit pauper, uel præsit magnæ, uel modicæ ciuitati: quoniam quod attinet ad dignitatem Episcopalem omnes sunt eiusdem meriti, atque eiusdem sacerdotij. potentia enim diuitiarum, & humilitas paupertatis, uel sublimiorem, uel inferiorem Episcopum non facit, ut egregiè dicitur in c. legimus, distin. 93. & uide Nattam in cons. 638. num. 47. uolum. 3. & Doctor. in l. cum quid. ff. si cert. petat.**

44 **Et licet alibi dictum sit, quod uilis sit dignitas Episcopalis † propter egestatem, & hac de causa institutum fuerit, ut modicæ ciuitati, siue castellis non constituantur Episcopi, c. Episcopi, dist. 80.**

45 **Nec mendicitatis necessitate uictus cogeretur uagari, & querere Vicarias Episcoporum latas dioceses habentiū, uel adhærere familiariter Principibus secularibus, qui causa † honoris querunt habere capellanos Episcopos, ut refert gl. in clem. in plerisque, in uerbo, uagationis, de elect.**

46 **Attramen sciendum est, quod prædicta dignitas paupertatis opprobrio non uilescit in ueritate, sed in opinione, nec apud uiros sapientes, sed solum apud uulgum, & idiotas, qui † gratius inuentur aurum, quàm solem, c. sicuti, distin. 47. & ita dicit glos. in d. c. Episcopi, in uerbo, uilescat, distin. 80. & in cap. legimus, in uerbo, eiusdem meriti, distin. 93. & in d. clem. in plerisque, in uerbo, obnubilant, de elect.**

In tanto igitur Episcopalis maiestatis præconio, nullus sit, qui admiretur, me sub hoc Episcoporum capitulo omne, & quodcumque summum genus ecclesiasticæ dignitatis constrinxisse, quando quidem nullam sciui dignitatem imaginari, quæ sit maior Episcopatu, quod cognoscitur uel ex eo, quod Papa se uocat Episcopum, cuius appellatione, & ipse Papa, & omnes aliæ summæ di-

47 **gnitates Ecclesiæ continentur, ut supra dixi: uel ex eo, quod Episcopus † respectu ordinis est æqualis Papæ, licet administratione sit inferior, ut notat glos. in c. in nouo, in uerbo, pati, distin. 21.**

Hanc autem supremam inter Ecclesiasticos dignitatem summa cum laude adeptus est Reuerendissimus pater D. Gaspar Silingardus Episcopus Ripæ Transonum, qui omnia sua incrementa sibi, & suis uirtutibus debet: est enim uir ingenio perspicuus, & singulari doctrina insignis, adeoq; clarus ob bene gestas Principum legationes, ut non modò magnis Prælatibus equiparandus sit, sed etiā antefendus, in cuius uirtutem hodie desideria communis patriæ cum iudicio Principis egregiè certant: nam uacante episcopatu Mutinæ ob mortem illustrissimi Cardinalis Canani, sicut Dux Ferrariæ serenissimus Princeps ipsum in nominatione omnibus alijs anteposit, ita etiam populus eūdem sibi dari in pastorem publico uoto desiderat.

48 **Erit itaque in nostra materia hæc uniuersalis regula, quod Episcopo, † qui negatur Episcopus, incumbit onus probandi, sed esse Episcopum, ex pluribus rationibus. Primo, quia ei, qui dicit, probatio incumbit, l. actor, C. de prob. & in terminis Innocent. in cap. in litteris, sub num. 8. uers. sed si a possessione caderent, colum. antepen. extra de rescript.**

49 **Secundò, quia dignitas episcopalis est qualitas accidentalis, † quæ naturaliter non inest hominibus, & ideo ab eo, qui se fundat in ea, debet probari, siue sit actor, siue sit reus, ut plenè demonstrauit in cap. 54. num. 9. lib. 1. & facit, quod notat Bald. in l. 2. num. 80. uers. si autem possessionis, colum. 15. C. de seruit. & aqua. ubi dicit, quod nemo præsumitur esse prælatus, nisi probetur, & dixi in cap. 33. num. 9. inf. eo.**

50 **Tertiò, quia qui uult, ut talis † admitti, uel haberi, debet se talem probare, ut sapius fuit dictum per textum in l. non ignorat, & ibi Doctor. C. de his qui accus. non possunt.**

51 **Quartò, quia in beneficialibus non potest quis admitti sine canonica institutione, ut traditur in cap. 1. de reg. iur. in 6. & Butr. in cap. ex frequentibus, extra de instrum. sed canonica institutio est qualitas extrinseca in facto consistens, ergo non præsumitur, nisi ab allegante probetur, ut tradit Zabarel. in clem. fin. §. similiter, in 2. opposit. de sēten. excommun.**

Et in terminis, quod Episcopo incumbat onus probandi se Episcopum, quando negatur Episcopus, tradit expressè Specul. in §. 1. num. 72. uers. sed pone quidam dicens, de actore, & Bertach. in q. 2. num. 7. uers. secundo successiuè quæro, in quinta par. quarti libri, de episco. & Bald. in d. l. 2. num. 67. uers. iuxta hoc queritur, colum. 12. C. de seruit. & aqua, & optimè Abb. in cap. nihil, num. 14. uers. quo ad secundam, colum. fin. extra de elect. & Felyn. in cap. 1. sub num. 26. uers. quarto scias, col. antepen. extra de probat. & ibi Decius, nu. 15. uers. id est respectu habilitationis, col. 21.

Nec

52 **Nec solum hæc regula procedit in Episcopo, Archiepiscopo, & Patriarcha, uerum et habet locum in Cardinali, qui & ipse debet † se Cardinale probare, quando negatur Cardinalis per supra dictas rationes, & notat Ioan. de Selua, in q. 2. numero 52. uers. quintum beneficium, in 1. parte, de benefi. ubi refert, quod cum Basilea fuisset quidam a Papa pronuntiatus Cardinalis, necdum habuisset insignia Cardinalatus, non poterat ille talis se gerere pro Cardinali, nisi probasset pronuntiationem de se factam, quod idem notauit Felyn. in c. eam te, num. 2. colum. 2. extra de rescript.**

53 **Ad cuius propositū facit, quod notauit Abb. in cap. nosti, in ultimo notab. extra de elect. ubi tradit, quod quamuis Prælatu † prouisus a Papa possit statim administrare, quia prouisus Papæ habet uim electionis, & cōfirmationis, tñ non debet recipi tamquam Prælatu, nisi per litteras Papæ fecerit idem de prouisione sibi facta, aliàs recipientes eum incurrunt in poenam, subiungens, quod hodie non satisfieret probare per testes, & Papa pronunciauit aliquem Episcopum, ad hoc, ut recipiatur in Ecclesia tāquam Episcopus, sed oportet, ut prouisio probetur per litteras Papæ: quia licet ad esse gratiæ non requiratur littera, cū solum sufficiat factum Principis, tamen requiritur ad probationem, quia littera est de substantia probatoria, quod idem sequitur Felynus dicens hos a Papa † prouisos differre ab alijs electis, quia non indigent confirmatione, in d. c. eam te, nu. 3. uers. extenduntur prædicta, extra de rescript.**

54 **Extenditur iterum hæc eadem regula, ut procedat etiam in Papa, tum quia ipse est Episcopus, ut iam dixi, tum etiam quia nec † ipse sine canonica institutione potest promoueri, c. ubi periculum, de elect. in 6. qui si fuerit intrusus, a concilio expelletur de sede, ut notat glos. in c. si duo forte, in uerbo, contra fas, distin. 79.**

55 **Pro quo facit, quod tradit Ioan. de Selua in d. q. 2. num. 31. uers. uidendum nunc est, par. 1. de beneficio. ubi ait, Papatu in larga significatione posse appellari beneficiū ecclesiasticum, ad quod quis non admittitur sine canonica institutione, & consequenter comprehenditur in dicto capitu. 1. de reg. iur. in 6.**

56 **Ex quo infertur, quod duobus de Papatu contententibus, ille dicitur esse Papa, qui se canonicè institutum fuisse probabit, ut patet in d. c. si duo forte, distin. 79.**

60 **Si tamen magnum scandalum Ecclesiæ immineret ratione dicti schismatis, iure Concilium generale ad euitandum scandalum posset cassare electionem utriusque Pontificis, etiam si una ex dictis electionibus esset canonicè facta, ut tradit gl. fin. in cap. fin. distin. 63. & eleganter Fely. in cap. nihil, colum. 3. uers. & ad id quod ratione scandalu, extra de præscript. ubi scripsit illam glossam nō fuisse gustatam a Baldo, nec a Salyceto, nec a multis alijs, qui scripserunt de schismate orto post electionē Urbani Sexti, dum immineret magnū scan-**

61 **dalum propter Gregorium Duodecimum in Italia, & Benedictum Decimum tertium in Francia, quorum uterque fingebat uelle omnia facere pro finiendo schismate, subiungit quæ electionem utriusque fuisse cassatam a Concilio Pisano, in quo fuit electus Alexander Quintus, cui paulò post successit Ioannes Vigefimus tertius, postea meritò depositus, quia notorie scandalizabat Ecclesiam, propter quod uita eius uidebatur notoriè suspecta de hæresi.**

57 **Adhuc prædicta † regula extenditur, ut procedat, etiam si quis electus † fuisset Episcopus, sed nō dum confirmatus, nam aliquo obijci ente electionem non fuisse canonicè factam, Episcopo electo incumbit onus probandi, se fuisse canonicè electus, ut tradit Innocent. in cap. cum olim, num. 2. uers. factum tamen, colum. 1. in fine, extra de do lo & contum. ubi inquit, ualde interesse, an quis dicat electionem non esse canonicè factam ante confirmationem, an post confirmationem. Primo casu obijciens non probat, sed electus: At secundo casu probat obijciens, quia regulariter nemo cogitur titulum suæ possessionis ostendere; & subiungit, hoc esse uerum, quando opponitur contra famam electionis, sed si obijceretur crimen personæ, tunc obijcienti incumbit onus probandi, siue ante cōfirmationem, siue post obijciat, nisi Iudex ex officio suo inquirere uellet, quibus adde quæ dixi in cap. 16. filio an & quando, num. 78. supra eo. & uide quæ infra dicam, in capitu. 30. de electione.**

58 **Postremò amplia, ut regula obtineat, etiam si Episcopus esset in quali possessione dignitatis episcopalis, quia nihilominus † deberet probare titulum suum, id est canonicam institutionem, cum nihil soleat ad causam possidentis prodesse quasi possessio illius qualitatis, quæ præter naturam accedit, ut dixi in cap. 20. possessio alicuius status, num. 26. uers. quarta & ultima, sup. eo.**

61 **Quæ quidem ampliatio procul dubio intelligenda est, quando quasi possessio est recens, secus quæ est antiqua, ut notat Abb. in d. cap. nihil, num. 11. uers. quo ad secundam, colum. fin. extra de elect. ubi ait, quod quando quis non est in possessione prælaturæ, uel est in possessione de recenti, debet probare se Prælatu: sed quando † est in possessione longa, tunc transfert onus probandi in eum, qui dicit ipsum non esse Prælatu, & idem notauit Bald. in d. l. 2. sub num. 68. uers. dic quod aut quis est Prælatu, colum. 12. C. de seruit. & aqua, ubi quattuor casus considerat. Primus est, quando quis est uerus Prælatu, † atque in possessione uniuersali prælaturæ, & tunc si non potest opponi exceptio, quod non sit, uel esse non possit Prælatu, etiam si dignus foret amoueri a prælatura propter homicidium, uel aliam irregularitatē, donec a superiore tolerat. Secundus est, quando quis est uerus † Prælatu, sed non est in possessione, & tunc agere potest probando se Prælatu per confirmationem superioris, uel per electionē illius,**

illius, qui potest confirmare, quia talis electio non indiget confirmatione, ut supra quoque notavi. Tertius est, quando quis est in possessione praelaturæ, eo quia possidet pro Prælato, & ita communiter habetur, ac reputatur, tunc onus probandi incumbit ei, qui dicit ipsum non esse Prælatum, quia dato quod non sit Prælatum, tamen pro eo presumitur, qui in pacifica possessione reperitur. Quartus est, quando quis possidet pro possessore, qualis est is, qui interrogatus nullam causam iuris, vel facti potest allegare, & tunc cum iste talis sit prædo, non est audiendus, quia prædonibus actiones non sunt proditæ, nisi agant ex suo contractu, uel ex delicto in ipsorum personam, uel mixtim in personam & possessionem commissio. & licet dici soleat, eum, qui est in possessione, agere posse, quia quis præsumitur esse talis, qualis eum possessio ostendit, tamen subiungit hoc debere intelligi de possessione, quæ concordat cum natura, uel iuramentum, aut iuri civili conueniat, quia est tale quid, quod potest de iure communi a quolibet possideri: sed secus de possessione, quæ exorbitat a regula permissionis, uel exigit titulum expressum, quia tunc sola non inducit præsumptionem ueritatis, nisi publica utilitas, & communis error concurrant, uel nisi sit longa possessio, prout idem Baldus paulò inferius subiunxit loquens de prælatura, in d.l. 2. num. 80. uers. sed his obijcitur, colum. antepen. C. de seruit. & aqua.

Quibus assentit quoque Firmian. in d. q. 2. nu. 7. in quinta par. quarti libri, de Episcopo. ubi dicit, quod quis potest probare se Episcopum multipliciter. Primò per bullas siue litteras sue electionis, secundo per ordinis collationem sibi factam, quæ scripturam exigit. Tertio per communem opinionem, quæ pro Episcopo communiter habebatur. Quarto ex diuturnitate temporis, quæ facit præsumi Prælatum canonicè promotum, nisi defectus constet ex inspectione scripturæ, & hoc idè de longa possessione tradit Angel. in l. qui in aliena, num. 2. ff. de acq. hæred. & uide quæ dixi in c. 61. in decima limitatione, lib. 1. & in cap. 20. num. 52. uers. limitatur tamen, sup. eo. & in cap. 33. nu. 51. uers. tertio operatur in eo.

Et hoc quidem est verum, ut scilicet quasi possessio transferat onus probandi in aduersarium, quando possessor agit nomine suo, sed si ageret nomine Ecclesiæ, non sufficeret quasi possessio, sed opus esset probare, se esse Episcopum, vel prælatum, & sic oporteret canonicam institutionem demonstrare, ut ait Innocen. in cap. in litteris, num. 5. uers. item nota, quod si possessor, colum. 3. extra de restit. spoliat. & optimè Bald. in d.l. 2. num. 67. uers. iuxta hoc queritur, colum. 12. C. de seruit. & aqua. limitationes autem huius regulæ colliges ex his, quæ in præcedenti c. dixi in fine, quoniam hæc omnia communem cum illis habent materiam.

Generalis autem quasi possessio iuris episcopalis, vel archidiaconatus, vel cuiuscumque alterius

67 dignitatis acquiritur per installationem eius factam a personis ad hunc actum deputatis, in sede uel in loco prædictæ dignitati deputato, sed si loca, uel stalla, non sunt deputata, quia per installationem non acquiritur possessio, ut notat Inn. in d. cap. in literis, num. 7. uers. credimus autem, extra de restit. spoliat. ubi amplius subdit, quando loca sunt deputata, eaque prohibentur assignari, non acquiritur possessio, licet alia loca assignentur: nam cum hæc sint inducta præter ius, non sunt extendenda, nisi aliter se haberet specialis consuetudo, quod idem confirmauit quoque Bald. in d.l. 2. num. 54. uers. respõdeo ad primum, colum. 10. C. de seruit. & aqua, ubi tradit, quod per talè installationem acquiritur generalis possessio dignitatis, & administrationis, & iurisdictionis, quæ do iurisdictione coheret dignitati, si quidem dignitati inest administratio, & administrationi inest iurisdictione: sunt enim annexa, & quasi inseparabilia dignitatis administratio, iurisdictione, & officium: sed quando iurisdictione non coheret dignitati, sed agitur de noua iurisdictione possidenda, tunc generalis possessio iurisdictionis acquiritur per actus generales, puta per generale bannum, & similia, de qua re uide Innocen. in c. dilectus, num. 3. extra de capel. monachor.

Eodem modo dicitur de possessione iuris canonicæ, uel iuris præbendalis, nam & ipsa acquiritur, quando alicui datur stallum in choro, & locus in capitulo a personis deputatis more solito, uel quando ei assignatur præbenda uerbo, uel facto, ut idem attestatur Innocen. in d. cap. in litteris, num. 6. uers. quædam tamen iura, extra de restit. spolia. & Bald. in d.l. 2. num. 62. cum seq. uers. super secundo puncto, cum seq. colum. 11. C. de seruit. & aqua. ubi circa præbendam subiungit, quod quando præbenda est in possessione corporali, non sufficit uerbalis assignatio. & licet quis accipiat possessionem unius fundi nomine præbende, uel decimæ, non tamen querit generalem possessionem, quia in iuribus acquiritur possessio generalis, non in corporalibus, nam omnia corpora in specie consistunt, & ultra proprios limites non procedunt: iura autem magis intellectu, quam corpore percipiuntur.

73 An autem Episcopus, quando debet probare, se esse Episcopum, debeat hanc probationem facere ante litem contestatam, an post litem contestatam in termino probatorio: non est presentis tractationis, sed pertinet ad materiã, quæ in quarto libro explicabitur, tu interim uide Specul. in §. 1. num. 72. de actore, & Felyn. in cap. 1. sub num. 26. uers. quarto scias, de probat. & ibi Decius, numero 159. uers. idem & respectu habilitationis, colum. 21.

Sed, an Prælati appellatione contineatur Episcopus: uidetur dicendum, quod non, ut uidetur sentire Rota in decis. 8. queritur utrum, de præb. in antiquioribus collectis per Bisignet. ubi tradit collationem canonicam, & præbendarum de iure

62 iure communi pertinere ad Prælatum Ecclesiæ collegiate, non autem ad Episcopum, qui non est Prælatum. in contrarium est tex. in c. Inquisitores, de hæret. in 6. ubi dicitur, Inquisitores hæreticæ prauitatis sine speciali commissione non posse procedere contra Episcopos, uel alios superiores prælatos. per quem textum dixit ibi Geminianus, in secundo notabili, quod appellatione Prælatorum comprehenduntur Episcopi, & alij superiores. Nec obstant allegata in contrarium, quoniam Rota debet intelligi, quod Episcopus non sit Prælatum Ecclesiæ collegiate habentis proprium Prælatum, sed non per hoc uoluit negare, quod Episcopus non sit Prælatum, alioqui male loqueretur. qui uero sit propriè Prælatum, uide Abb. in cap. 2. de iud. & ibi Felyn. num. 9. & in cap. cum olim, in princ. extra de maior. & obed. ubi etiam habebis, an fratres Guardiani sint Prælati, & habeant dignitatè.

75 Quo uerò iure dicantur Episcopi originè traxisse, uariè sunt opiniones: alij enim dixerunt Episcopos esse de iure diuino, quia successerunt in locum Apostolorum, c. in nouo, distin. 2. 1. & c. Dominus noster, distin. 93.

76 Sed responderetur hoc esse uerum largo quodammodo respectu ordinis, propter quem efficiuntur res sacra, & respectu talis ordinis appellantur summi sacerdotes, non autem respectu iurisdictionis, ut ait Specul. in §. 1. sub num. 8. uers. nec obstat, quod dicuntur summi, colum. 4. de iuris. om. iud. sic etiam ipsi simplices sacerdotes dicuntur esse de iure diuino, quia per ordinationem res sacra, & portio Dei efficiuntur, ut tradit Abb. in cap. solite, num. 4. colum. 1. extra de maior. & obed.

77 Item & ipsi clerici, & monachi quodammodo dicuntur tenere locum Apostolorum, ut dicitur in cap. ex auctoritate, decimasexta, quæstione 1.

78 Item dicuntur Vicarij Christi, quoniam ipsius personam gerunt, cap. inter hæc hircum, qui offertur, in prin. & c. sceleratior. §. his auctoritatibus, de poenit. distin. 3.

79 Præterea aduertendum est, quod Episcopi non dicuntur absolute locum tenere Apostolorum, sed quo ad quid, ut notat Roman. in sermone post consilia impresso, num. 6. uers. tertio, ut ex præcepto, colum. 3. ubi ait, quod in officio prædicandi Episcopi tenent uices Apostolorum in eo statu, in quo ipsi a Petro separati per mundum prædicantes se diuiserunt, sed postea status Episcopalis a statu Apostolico in hoc distinguitur, quod Episcopis incumbit cura particulari, sed ad statum Apostolorum spectabat regimen, & ordinatio totius Ecclesiæ: quod onus cum temporibus hodiernis pertineat ad Cardinales, rectius & magis propriè ipsi possunt dici uices Apostolorum tenere, quam Episcopi, ut ait Roman. in d. sermone, & Barbat. in q. 1. num. 49. de præstan. Cardin.

80 Alij dixerunt, Episcopos traxisse originem a ueteri testamento, quia successerint loco sacerdotum leuitici generis, ut probatur in cap. per uenerabilem, §. rationis, in illis uerbis: sunt autè sacer-

81 dotes leuitici, extra qui filij sint legit. ubi habetur, quod in loco sacerdotum leuitici generis constituti sunt fratres Papæ, qui iure leuitico illi in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt.

82 Quæ uerba debent intelligi de Episcopis, qui fratres Papæ appellatur, clem. si quis suadente, §. nec super, de poen. & c. quam graui, extra de crimine falsi. & ita dicta uerba interpretatur Barbat. in cons. 1. colum. 16. sub num. 14. uers. & si quis piam non leuis, uol. 1.

83 Ex quo fit, quod sicut sacerdotes leuitici generis a ueteri testamento originem habuerunt, ita etiam Episcopi, qui in locum eorum successerunt, debent eiusdem iuris cenferi, nam subrogatum præcipit regulariter naturam eius, in cuius locum subrogatur, ut omittis alijs notat Marsil. in sing. 255. subrogatus.

84 Confirmantur prædicta ex solemnè auctoritate Prophetæ Dauidis, qui in Psalmo 86. dicens fundamentum eius in montibus sanctis, uoluit solum intelligere de Apostolis, & Prædicatoribus, qui sunt montes, & bases Ecclesiæ militantis, quæ admodum dictam prophetiam declarat text. in c. fundamenta, de elec. in 6.

85 Sed Episcopi, ut iam dixi, successerunt loco Apostolorum, dicto capitulo, in nouo, distin. uigesima prima, & in capit. Dominus noster, in distin. 93. ergo uerba illa Prophetæ debent intelligi de Episcopis, prout etiam uoluit Ludouicus Bologninus in cons. 75. in princ. & Ioan. Randeus in tract. de dispens. in secundo membro tract. in principio, & Barba. in d. cons. 1. colum. 17. uers. unde cum propheta, uol. 1.

86 Qui tamen in diuersam sententiam abierunt, prædictis rationibus duobus modis respondent. in primis dicunt non esse uerum, quod Episcopi successerint in locum sacerdotum leuitici generis, nec iura superius allegata hoc probant, quia non de Episcopis, sed de Cardinalibus ille textus intelligi debet, ut ait Ioan. Andr. in d. cap. per uenerabilem, colum. 5. in fine, in uerbo, fratres nostri, extra qui filij sint legit. & Archid. in c. fundamenta, in uerbo, docet, sub num. 12. colum. 3. de elect. in 6. & Abb. in c. ex gestis, colum. 1. sub num. 3. extra de cler. non residentib. & in d. c. per uenerabilem, num. 19. uers. nota ibi, fratres, colum. 3. & Roman. in d. sermone, num. 12. uers. ex his autem, colum. 4. & Præposit. in d. c. per uenerabilem, §. quod autem, num. 141. uers. item nota ibi, fratres, & Barbatia sibi contrarij in tract. de præstant. Cardin. q. 1. num. 21. uers. & quamquam pater clementissime, colum. 6.

87 Nec obstat quod ille textus loquatur de fratribus Papæ, & Cardinales a Papa non uocentur fratres, sed filij, ut habetur in c. si quis ex Episcopis, distin. 79.

Respondetur enim, quod licet regulariter Cardinales filij a Papa uocentur: tamen etiam quandoque fratres appellantur, quando scilicet de illis non singulariter, sed permixtim Papa mentionem facit,

facit, ut constat in c. fundamenta, §. decet, & ibi gl. de elect. in 6.

88 Ex quo textu etiam notabiliter colligitur, Cardinales esse illos, qui in loco sacerdotum leuitici generis constituti fuerunt, postea quam ibi summus Pontifex declarat, quod ipsi sunt, qui in executione sacerdotalis officij sibi coadiutores existunt, & sic illud capitulum expresse declarat textum in d. c. per venerabilem. §. rationibus, in illis verbis, sunt autem sacerdotes, extra qui filij sint legit. & hoc etiam ad predictam interpretationem notauit Archid. in d. c. fundamenta, in verbo, decet, sub num. 12. col. 3.

Secundo dicunt, quod licet secundum opinionem quorundam esset verum, quod Episcopi fuissent loco sacerdotum leuitici generis substituti, iuxta textum in d. c. per venerabilem.

89 Attamen non per hoc dignitas episcopalis diceretur originem trahere a veteri testamento, sed rectius diceretur introducta a iure positiuo, cum talis substitutio facta sit a Romanis Pontificibus, qui voluerunt Episcopos in locum sacerdotum leuitici generis substituere: & ideo cum talis substitutio facta sit a Papa, dicitur esse facta de iure positiuo, vel humano, nam & appellatione iuris humani ipsum ius canonicum continetur, ut inquit gl. in c. quo iure, distin. 8.

90 Imò illud addendum est, quod etiam si Episcopi a sacerdotibus leuitici generis originem traherent, ex eo tamen, quod officium & ordinatio eorum in multis alteratum est, & nouum nomen illis a Papa est impositum, forsitan posset dici, quod per multas qualitates a Papa introductas, ipsi essent de iure canonico positiuo, & non de iure diuino, vel de iure veteris testamenti, attento maxime, quod omnes concedunt præter alias qualitates etiam & episcopatum diuisiones esse de iure positiuo, ut notat Abb. in d. c. per venerabilem, num. 20. vers. nota ibi, iudicabunt, colum. 3. extra qui filij sint legit. & ibi Præposit. in d. §. quod autem, num. 142. vers. nota ibi, iudicabunt, col. 132.

Proinde cum illis nouum nomen foret impositum, & noua administrationis diuisio esset adiecta, censerentur in noua dignitate collocati, & per consequens dicerentur esse de iure positiuo, cum sit illud in iure nostro clarissimum, quod qualitas, vel accidens adueniens entis, illud qualificat, & ponit in diuersa specie, vel in diuerso esse, ut probatur in l. ius ciuile, ff. de iustit. & iu. vbi continetur, quod ius ciuile addens iuri naturali, facit illud esse ius ciuile. per quem textum dixit ibi Bartolus, quod quando aliquid additur, vel detrahitur alicui rei, tunc fit species per se separata. & inferendo ad libellum subiungit, quod si additur, vel detrahitur aliquid substantiale libello in iudicio, p-

92 ducto, tunc dicitur nouus libellus, quoniam secundum Baldum ibi in principio, & c. denominatur a mutante, & non a mutato. Vnde Angelus ibidem subiunxit, quod si Princeps scripserit Iudici ordinario, ut cognoscat aliquam causam, & in rescri-

93 pto aliquid iuri communi addiderit, vel detraxerit, ille Iudex debet procedere & tamquam delegatus, & non tamquam ordinarius: quam sententiam multum exornat ibi Iason in principio, ad cuius rei confirmationem valde conferunt ea, quæ tradit Abb. in c. consuluit, colum. si. extra de Iudæis, vbi dicit, quod in quibus diebus licet comedere

94 oua, licet etiam comedere sagimen, siue lardum, quia mutata forma, videtur rei substantia mutata, & allegat gl. in c. admonere, in verbo, earum, 32. quæstione 1. vbi dicit, quod appellatione carnis, non continetur lardum, & sequitur Ant. Cor-

95 fet. in singularibus suis, in verbo, caro, & Barba. in d. q. 1. num. 12. vers. septimo accedat, de præstan. Cardin. & Firmian. in 2. par. quarti libri, nu. 132. vers. quid de lardo, tract. de episcopo. ubi tamen subiungit, quod hoc de consuetudine non seruatur.

Quibus accedat adeo esse verum, ut per additionem, uel diminutionem rei veteri factam censeatur res noua effecta, ut dixerint Doctores, quod stante statuto prohibente fieri nouam clusam in flumine, non poterit ueteri clusa & aliquid addi, uel detrahi, sed solum refici in eodem statu, quoniam per additamentum, uel per diminutionem censeretur noua clusa facta, ut ait Ange. in d. l. ius ciuile, colum. fin. vers. item est argumentum, ff. de iustit. & iure, & ibi Iason, num. 9. vers. tertio principaliter, col. 3.

97 Et per hanc rationem dicitur, quod licet Iudei possint ueteres & sinagogas reficere, non poterunt tamen illis aliquid addere: quia cum sint prohibiti nouas sinagogas ædificare, non poterunt ueteribus aliquid addere, quod eas faceret uel ampliores, uel preciosiores, ut habetur in c. consuluit, extra de Iudæis, ubi per illum textum dixit Abbas, quod quotiescunque in reparatione ueteris ædificij forma mutatur, dicitur nouum ædificium, & continetur in prohibitione noui ædificij. sic etiam nouum & compromissum dicitur, quando ueteri compromisso noua qualitas est adiecta, ut ait Socin. senior in conf. 27. pro decisione, num. 7. sub vers. & subditus, col. 4. in prin. uol. 1.

98 Item noua uenditio censeatur esse facta, quando noua qualitas in precio uel in pactis adiungitur, ut ait Tiraq. in §. 29. num. 6. vers. hic autem quærimus, gl. 1. de retract. lignagier.

99 Item nouum testamentum, aut noua & testatoris dispositio, illa dicitur, quando ueteri testamento, aut ueteri dispositioni adiungitur nouæ qualitatis dispositio, ut notauit Curt. senior in conf. 42. testator Augustinus, sub num. 27. vers. ultimo respondet, colum. pen.

100 Item nouus debitor dicitur ille, qui tibi fuit delegatus a debitore tuo, nam licet ipse fuisset antiquus debitor debitoris tui, quia tamen per illam qualitatem delegationis fit nouatio: Idcirco nouus debitor appellabitur, ut ait Alber. in q. 14. libro 2. de statut. ubi dicit, Quod stante statuto, ut noui debitores incarcerari possint, & non antiqui, iste delegatus incarcerari poterit, tamquam nouus

101 nouus debitor, & non tamquam antiquus, quam doctrinam sequitur Alexander, in rubrica, ff. de oper. noui nunciat. in fine. Similiter terra, quæ prius erat arida, non appellabitur amplius terra, si per inundationem, aut hominis industriam facta est lacus, aut stagnum, quia mutata est prima qualitas, elemento mutato, ut ait Baldus, in l. prima, numero trigessimono, uersiculo, sed numquid possessio. C. de confess. ubi infert, quod & præscriptio dicitur interrupta per nouam qualitatem aquæ inundantis terram, & econtra, quando lacus efficeretur terra, & sequitur Decius, in consilio trecentesimo secundo, & pro tenui facultate mea, columna penultima, & Marsil. in singul. 520. qualitas, ubi multas concordantias allegat.

Pro quibus omnibus facit illud, quod egregia glossa notauit in l. damni infecti, §. si is, qui unas, alias uicinas, in uerbo augeri. ff. de damno infecto, ubi dixit, quod si rusticus promittit

102 dare domino fructus cuiusdam & arboris, & illa propter uetustatem siccet, aut ui uentorum deiiciatur, non amplius tenebitur dare fructus, licet arbor incisa postea renascatur, & fructificet, quoniam noua arbor esse censeatur, quam glossam sequendo Baldus ibi subiunxit, quod si

103 molendinum antiquum fuerit & funditus ab aqua submersum, & aliud in eodem loco erigatur, dicitur nouum molendinum, & conuentiones spectantes ad pristinum molendinum non habent locum in nouiter fabricato: cui rei ualde quadrat illud, quod idem Baldus una cum Salyceto decidit in l. non modus, in fine, C. de seruit. ubi tradit, quod si nobilis promissit communitati suæ manutene certum pontem, qui in tempore promissionis erat paruus, si postea oporteat pontem elongari, quia flumen sit dilatatum, ipse nobilis non & tenebitur pro illa parte, qua protrahi debet, et inter alias hæc est optima quoque ratio, quia pons nouus dicitur, qui augetur, aut elongatur, ut supra fuit dictum de ædificiis ampliatis. & ex prædictis etiam ratio potest reddi, quare liceat oua, & lac comedere in illis diebus, quibus caro prohibetur, cum ouum

104 & sit caro liquida, & lac sanguis colore mutato, ut notat gl. in dicto capitulo, admonere, in uerbo, carnem, trigesimalertia, quæstione secunda.

Quia respondetur, quod licet ouum sit caro, & lac sanguis, ex eo tamen, quod in utroque forma mutatur, & noua qualitas inducitur, fit uoua res, & species separata, quæ appellatione carnis non continetur. sic etiam uidemus,

105 quod appellatione Ecclesiæ & Parochialis, non continetur parochialis collegiata, quia per additionem collegii factam censeatur parochialis posita in diuersa specie, ut notatur in capitulo, statutum, de electione, in sexto, & hoc est ordi-

106 narium in omnibus simplicibus, quibus si noua qualitas adiciatur fit species mixta, quæ regulariter in dispositione & simplicium non continetur, ut scripsit Bartolus, in l. secunda, & ibi alii Doctores, ff. de uerborum obligationibus.

Vnde per hanc rationem uidetur Andreas Barbatus non male sensisse in dicto consilio primo, columna decimaquarta, in principio, uersiculo, & posito non tamen concessio, uolumine primo, ubi dicit, quod etiam si Cardinale tuo dignitas

107 & traheret originem a ueteri testamento, nihil illa diceretur esse de iure positiuo, propter qualitatem nominis additam a iure positiuo Romanorum Pontificum, & ita ex prædictis rationibus confirmata uidetur hæc præsens argumentatio, qua dicitur Episcopus esse de iure positiuo, dato & non concessio, quod ipsi fuissent in locum sacerdotum leuitici generis substituti.

108 Tertij dixerunt, Episcopos & successisse loco Aaron, ut ait Archidiaconus, quem sequitur Præpositus per illum textum in capitulo, esto subiectus, distinctione nonagesimaquinta.

Aut saltem negari non potest, quin sacerdotes in ueteri testamento essent & Episcopi, pro ut probat textus a nemine omnino allegatus, in capitulo undecimo, Neemiæ, ubi dicitur, quod Episcopus leuitarum in Hieru-

109 salem erat & Azi filius Baani. pro quo facit textus in capitulo, legimus, distinctione nonagesimatertia, & in capitulo, olim, distinctione nonagesima prima, ubi dicitur, quod olim presbyteri, idem erant, quod & hodie Episcopi, & sic uidetur, quod omnino a ueteri testamento originem traxerint.

Sed contrariæ opinionis auctores dicunt, non esse uerum, quod Episcopi successerint loco Aaron, quia textus allegatus hoc non probat, sed solum inducit quandam similitudinem conseruandi gratia mutuam beneuolentiam inter Episcopum, & presbyteros, & e contra. Quamuis & illud etiam sit addendum, quod dato, absque ueri præiudicio, quod Episcopi successerint loco Aaron, tamen quia ista successio fuit facta a Pontificibus Romanis, ob id dicerentur Episcopi isti de iure positiuo, & nouiter instituti, ut copiose fuit supra demonstratum.

110 Sicut etiam in simili dicimus loco Primiflaminum successisse Patriarchas, & loco Archiflaminum Archiepiscopos, & loco flaminum Episcopos, ut habetur in capitulo, in illis, distinctione octuagesima.

Et tamen nullus umquam dicit, ob hanc successionem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, eo tempore fuisse institutos, quo Pri-

missamines, Archifamines, & Flamines esse cœperunt.

Immo præsupponendo, quod hæc dignitas Episcopalis antiquiorem originem habuisset, ex eo tamen, quod hoc nomen (Episcopus) fuit illi dignitati de iure positivo & adinuentum propter schismata in religione facta, ut dicitur in dicto capitulo, legimus, distinctione nonagesimatertia, & in dicto capitulo, olim, distinctione nonagesimaquinta.

Merito per illam novam additionem talis dignitas diceretur esse de iure positivo nouiter introducta, propter illam regulam, qua diximus, qualitatem superuenientem enti, illud qualificare, & in diuersa specie ponere, ut supra satis superque dictum fuit, & hoc genere argumenti utitur etiam Barbatia in dicto consilio primo, columna decima octaua, uolumine primo, ubi reuocans, & corrigens quandam opinionem, quam in ætate iuuenili tenuerat, dicit, quod etiam si Cardinalatus dignitas traheret originem a ueteri testamento, nihilominus illa diceretur esse de iure positivo, propter qualitatem noui nominis additam a iure positivo Romanorum Pontificum. Cui rei multum ad stipulatur illud quod notauit glossa magna in fine in dicto capitulo, legimus, in uerbo, postea, distinctione nonagesimatertia. ubi dicit, quod licet antiquitus & Presbyter essent synonima, & communi administratione regerent Ecclesias, tamen postea in schismatis remedium facta est discretio, ut scilicet ex Presbyteris unus esset Episcopus, & præfesset: alij uerò essent Presbyteri, & obedirent.

Ad auctoritatem Neemia superius relatam respondetur, quod ibi Azi fuit appellatus Episcopus, non quia dignitatem Episcopalem, de qua nunc tractamus, ille haberet, sed quia præerat aliis sacerdotibus, & curas eorum superintendebat, & ideo secundum effectum nominis, aut eius latam significationem potuit appellari Episcopus, & sicut etiam quilibet paterfamilias, aut alius, qui curam domus, aut familiaris superintendat, Episcopus largo modo potest appellari. & hanc expositionem sentit etiam in memorato loco Nicolaus de Lyra, ubi dicit, quod Azi fuit leuitarum Episcopus appellatus, extenso nomine, in quantum eis præerat tamquam Præpositus, & tamquam aliis superintendens: nam Episcopus secundum & largam uerbi significationem, nihil aliud designat, nisi speculatorem, aut superintendentem. Vnde apud Plutarchum legimus, Scipionem Africicum a Senatu missum esse Episcopum & Gentium, Regumque: & Cicero in libro septimo epistolarum ad Atticum, Ego (ait) negotio præsum non turbulento, uult enim Pompeius me esse, quem tota hæc Campania, & maritima

Ora habeat Episcopum, ad quem delectus, & negotii summa deferatur. Ex quibus uerbis cognoscitur Episcopos esse dictos uelut *ἐπιτοκομους*, id est & superintendentes, aduigilantesque, ut necessaria non desint, quod etiam indicat apud Græcos uerbum, *ἐπιτοκομῆν*, quod apud Latinos significat, inspicere, ut tradit Cælius Rodiginus, in capitulo tertio, libro decimo octauo lect. antiqua. in ulti. edit.

Sic etiam Budæus dixit, Quod de iure antiquo Episcopus & erat magistratus, qui summum arbitratum rerum habebat, & uult illud uocabulum significare non uerius speculatorem, quam inspectorem, prout hoc ipse notauit in l. finali, ubi de officio Episcopi habetur. ff. de muneribus.

Sed etiam rectissime huiusmodi uocabulum declaratur in capitulo, qui Episcopatum, octaua, quaestione prima. ubi dicitur, quod Episcopus & est nomen oneris, non honoris. Græcum est enim, atque inde dictum uocabulum, quod ille qui præficitur aliis, superintendit curam eorum scilicet gerens: scoppos quippe intentio est, ergo Episcopos, si uelimus, Latine superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse & Episcopum, qui præfesse dilexerit, non prodesse, & ideo, qui propriae deuotioni, & propriis orationibus incumbit, nec aliorum, quibus præfess, curam gerit, dicitur habere uacuum nomen Episcopi, cum non sit superintendens, ut colligitur ex textu, & glossa in capitulo, fratrem, distinctione octuagesimasexta.

Et secundum hanc latam uerbi significationem, respondetur etiam ad auctoritatem Psalmi, quem nimis generaliter allegat Petrus a Duen. in regula septuagesimasecunda, in prima fallent. de regulis iuris, & hanc eandem uocabuli expositionem posuit textus in capitulo, clericos, distin. 21.

Quarta, & ultima opinio fuit aliorum, qui dixerunt, & Episcopos fuisse institutos post Aduentum Christi Domini nostri, quæ opinio eximie probatur in capitulo, in nouo, distinctione uigesimasprima, & in capitulo, Dominus noster, distin. 93.

An autem Episcopus possit & pecuniariter aliquem punire, uide glossa in capitulo, quoniam quidam, in fine, distinctione decima octaua, & Felynus in capitulo, postulafti, numero tertio, extra de iud. & in capitulo, dilectus, sub numero primo, extra de officio ordin.

Quibus adde, quod Episcopus potest poenas spirituales addere & temporalibus, & sic poterit excommunicare furtum facientes, ut tradit Anan. in capitulo primo, in fine, extra de raptoribus.

An uerò possit subsidium ^h charitatum ^h imponere

127 & imponere monasteriis, quæ regulariter lege diocesana non legantur, tradit Corneus in consilio trecentesimoquadragesimotertio, libro primo, & Abbas in capitulo, dilectus, columna penultima, uersiculo, quinto est de lege diocesana, extra de officio ordinarij. & ibi alij Doctores.

128 Et an possit legata & pia ad certum usum pium relicta, in alios usus pios sine causa conuertere: dic quod non, ut tradit Guido Pap. in de cis. 556.

129 Famuli & uerò, & coloni tam Episcoporum, quam clericorum, an gaudeant priuilegio fori, tam in causa ciuili, quam criminali, uide in capitulo trigefimotertio, de clericis, infra eodem, in fine.

130 Potestas autem Episcoporum & duplici iure consistit, id est lege diocesana, & lege iurisdictionis, ut traditur in capitulo, dilectus, & ibi glossa. extra de officio ordinarij. & ibi notat Innocent. & Ioannes de Imola, numero sexto, uersiculo, nota quod potestati, columna prima, & Abbas, columna prima, & glossa in capitulo primo, in summa, decima, quaestione prima, & Innocent. in capitulo primo, extra de statu monachorum, & omnes Doctores in dicto capitulo, dilectus, & egregie Baldus in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus, numero tertio, uersiculo, secundo est præmittendum, C. de episcop. & clericis.

131 Dixerunt & tamen Doctores, quod de lege diocesana, & de lege iurisdictionis non potest dari certa, & inuariabilis doctrina, & magis per casus singulares una ab altera distingui potest, quam per rationem, cum talis distinctio sit potius magistralis, quam iuridica, & hoc notauit Innocent. in dicto capitulo primo, in principio, & in fine, extra de statu monach. & Abbas, in dicto capitulo, dilectus, columna secunda, & ibi Ioannes de Imola, column. 2.

Subiunxeruntque rectius esse, ut dicamus, unicam tantum esse & legem diocesanam, sub qua comprehenditur lex iurisdictionis, id est omnis potestas competens Episcopis, ut tradit idem Innocent. in dicto capitulo, dilectus, extra de officio ordinarij. & ibi Abbas, columna secunda, in principio, uersiculo, unde unica est lex, & Imola, uersiculo, nota etiam quod licet, columna secunda.

Alij uerò potestatem Episcopalem in tres partes distribuerunt asserentes, distinctionem factam inter legem diocesanam, & legem iurisdictionis non esse bene doctrinalem. Censueruntque Episcopis alia & competere ratione ordinis, alia ratione iurisdictionis, alia ratione simplicis dignitatis, & ad ista tria principia omnes casus posse reduci, ut ait Anton. de Butrio, in consilio decimonono, In nomine patris, in principio. ubi principaliter concludit, quod priuilegium & concessum Abbati, ut possit omnia liberè sicut ue-

rus Episcopus, tam in his quæ sunt iurisdictionis, quam in aliis quibuscunque ad forum Ecclesiasticum spectantibus, non operatur in his, quæ sunt ordinis Episcopalis, & ibi plenè tractat de actu benedicendi, uniendi, dandi indulgentias, & similibus, quem sequitur Felyn. in dicto capitulo, dilectus, in fine, extra de officio ordinarij.

Sed utcumque sit, sequendo antiquam, & communem Doctorum distinctionem inter legem diocesanam, & legem iurisdictionis, uidebis nonnullos utriusque legis casus, quos in sequenti capitulo opportuna occasione recensui. Quibus adde Calderin. in consilio quarto, de officio ordinarij, ubi disputat, an si Episcopus habeat & iurisdictionem temporalem in ciuitate, cuius est Episcopus, illa dicatur esse de lege diocesana, an de lege iurisdictionis. & concludit, quod de neutra, quia Episcopus illam non habet de iure communi, sed ex accidenti, quæ non includitur sub lege diocesana, uel iurisdictionis, quæ de iure communi Episcopo competunt, & tali casu, is, cui prædicta temporalis iurisdictionis committitur, non potest dici habere idem auditorium cum Episcopo, quod nota.

136 Scias etiam, quod & Episcopus simpliciter renunciando Episcopatu, censetur in dubio renunciaffe loco, & non dignitati, ut tradit Abbas, in capitulo unico, numero octauo, uersiculo, quod si renunciatur, extra de ordinarij ab Episcopo, qui Episcopatu renun.

ADDITIONES.

a Vocantur. Sed simplices sacerdotes respectu ordinis ipsi aliquando etiam dij, aliquando Angeli uocantur, capitulo, sacerdotibus, undecima, quaestione prima, & capitulo, cum ex iniuncto. §. licet autem scientia, extra de heret. Item & Vicarij Christi, capitulo, inter hæc hircum qui offertur, in princip. & capitulo, scelerator. §. his auctoritatibus, de pœnitenti. distin. tertia.

b Assurgit. Hoc est uerum in administratione rerum spiritualium, sed extra illas Imperator de iure Episcopis non assurgit, sed ex quadam urbanitate, ut notat Angelus in l. prima, C. de sentent. pass. ubi refert, quod Carolus Quartus nimis curialiter se gerebat cum Cardinali Columna, quando ei continuo assurgebat, quia de iure non debebat hoc facere, & sequitur Felyn. in rubrica, extra de maiorita. & obediens. sub numero octauo, columna quinta, & Boerde auctor. magni Consilij, sub numero centesimoquinquagesimosecundo.

c Subsunt. Immo in spiritualibus subest Imperator etiam simplicibus sacerdotibus habentibus administrationem in spiritualibus, ut ait Aretin. in capitulo, nouit, numero decimotertio, in quono notab. extra de iud. & glossa in capitulo, quoniam quidem, P 2 dem,

dem, in uerbo communionis, distinctione decima-octava.

Habitantem. Quis sit Episcopus ordinarius Principis habitantis in suo dominio plures Episcopatus, uide glos. in capitulo, omnes, extra de maiorita. & obediens. & Hostiens. in §. cui dux, numero 37. in summa, de pœn. & remiss.

Glossa. Hanc glossam reprobatur Fulgof. in dicta l. prima, ff. de officio præfecti Prætorio, & Purpur. in l. prima, numero centesimo octuagesimo, uersiculo, & huic opinioni, columna uigehmatertia, ff. de officio eius.

Illustris. Sciendum est circa Episcopos quinque fuisse opiniones: alij enim dixerunt, quod ipsi sunt illustres, alij quod sunt spectabiles: Tertij quod sunt similes illustribus, de quibus omnibus habetur in textu. Quarti sunt clarissimi, quorum opinionem reprobatur Geminia. in capitulo, & si sententia, numero nono, de sentent. & re iudica. in sexto. Vltimi, quod clarissimis inferiores sunt, inter quos numerari potest Alberic. in rubr. ff. de statu homin. in secunda parte, numero quarto, & Domin. in capitulo primo, columna secunda, de officio ordin. in sexto, ubi dixerunt, Episcopum æquiparari defensori ciuitatis, qui defensor clarissimus honore inferior est, cum sit positus in inferiori, & ultimo gradu magistratum, ut ait Iason in l. prima, sub numero uigesimo, uersiculo, quintus, & ultimus, columna quarta, ff. de officio eius, & ibi Decius, numero uigesimo quarto, & Purpur. numero 309. columna trigesima septima, ubi dicit, quod tales in infimo gradu positi possunt appellari egregij.

Sed sequendo interpretationem quam dedit autor textui, in dicto capitulo finali, de sentent. & re iud. in sexto, res erit sine dubitatione, quod Episcopi erunt illustres.

Electus. Nondum consecratus non dicitur Episcopus, sed uocatur electus, de qua materia uide Fely. in dicto capitulo, eam te, numero primo, cum seq. de rescript.

Subsidium. Episcopus non potest imponere collectam Ecclesiis, sed necessitate urgente imponit subsidium charitativum, Abb. in capitulo, conquerente, in tertio notab. extra de officio ordin.

- cesanam.
- 11 Omnes Ecclesie sunt Episcopo suppositæ.
 - 12 Monasterijs incumbit onus probandi, se esse exempta ab Episcopo.
 - 13 Ecclesie, & capella subiectæ monasterio exempto sunt subditæ Episcopo.
 - 14 Ecclesie, & capelle regulares gaudent priuilegio monachorum.
 - 15 Monasterij possessiones a solutione decimarum non sunt exemptæ, nisi exemptio probetur.
 - 16 Lex diocesana, & lex iurisdictionis, quæ sunt.
 - 17 Perceptio cathedralitatis, & multi alij casus sunt de lege diocesana.
 - 18 Lex iurisdictionis, quos casus contineat.
 - 19 Exemptio qualiter probetur.
 - 20 Episcopus non potest ita eximere aliquam Ecclesiam, ut nihil in ea sibi remaneat.
 - 21 Episcopus plenissime eximendo aliquam Ecclesiam, semper reuinet ius uisitandi, & corrigendi.
 - 22 Abbates, an possint deferre pontificalia insignia extra monasterium.
 - 23 Dignitatis suæ insignia potest quilibet deferre ubique locorum.
 - 24 Proconsul extra prouinciam insignia proconsularia deferrebat.
 - 25 Archiepiscopus non potest extra prouinciam uti pallio, nec Episcopus uti mitra.
 - 26 Cubicularij finita dignitate possunt uti cingulo.
 - 27 Reges, & Duces extra regnum, & ducatum possunt uestes regales, & indumenta regalia deferre.
 - 28 Reges, & Duces extra territorium non possunt diadema, sceptrum, aut coronam deferre, ibidem.
 - 29 In deferendis insignibus extra prouinciam proconsul differrebat ab Episcopo.
 - 30 Reges, & Duces possunt deferre sceptrum, diadema, & coronam extra prouinciam suam, si non fuerint a Domino territorij prohibiti.
 - 31 Venari quis potest in alieno pradio, donec prohibeatur, ibidem.
 - 32 Legatus Papæ, qua ratione utatur insignibus legationis extra prouinciam decretam.
 - 33 Archiepiscopi, & Episcopi in aliena diœcesi poterunt pontificalibus insignibus uti, donec fuerint a diœcesano prohibiti.
 - 34 Insignia dignitatis possunt ubique locorum deferri, quando delatio ipsorum nemini præiudicat.
 - 35 Insignia præiudicialia dicuntur esse illa, quæ significant plenitudinem potestatis.
 - 36 Pallium archiepiscopale ostendit plenitudinem potestatis, & subiectionem loci.
 - 37 Insignia dignitatis non præiudicialia, quæ dicuntur esse.
 - 38 Insignia pontificalia non solum dantur ordini, sed etiam simplici conceduntur dignitati absque officio.
 - 39 Pontificalia insignia ex priuilegio deferens, nihil quod sit ordinis Episcopalis, exercere potest.
 - 40 Abbas, an poterit annulo uti extra monasterium.
 - 41 Abbas in dubio poterit deferre annulum extra monasterium.
 - 42 Abbas insignia pontificalia poterit deferre in Ecclesia exempta, licet priuilegium dicat, ut ea deferat in suo monasterio.
 - 43 Abbas potest deferre insignia pontificalia extra monasterium in Ecclesia exempta, quando usus eorum fuit simpliciter concessus.
 - 44 Abbas non potest insignia pontificalia deferre extra monasterium sine licentia ordinarij.

Episcopi

- 43 Episcopi in aliena diœcesi non possunt in pontificalibus celebrare sine licentia ordinarij.
- 44 Pallium Archiepiscopale non arguit necessariam subiectionem loci, in quod deferitur.
- 45 Metropolitanæ Ciuitates in eadem prouincia possunt esse plures.
- 46 Archiepiscopus non potest deferre pallium in aliena diœcesi etiam de licentia diœcesani, quia talis licentia est de referuatis Papæ.
- 47 Pallij usus est strictior, quam pontificalium.
- 48 Baculus pastoralis, & mitra, sunt insignia comminationis ad similitudinem gladiorum, quibus Moyses populum percussit mandauit.
- 49 Episcopus accedens ad altare, quare deponat mitram, & baculum.
- 50 Episcopus se conuertens ad populum, quare mitram, & baculum reasumat, ibidem.
- 51 Episcopus accedens ad altare, dicitur causam populi precibus agere coram Deo.
- 52 Baculus pastoralis non potest deferri in alienam diœcesim.
- 53 Regule in dubio stare debemus.
- 54 Pallium Archiepiscopale aliquando conceditur illis, qui non sunt Archiepiscopi.
- 55 Pallium Archiepiscopale significat plenitudinem potestatis.
- 56 Abbates propter reuerentiam Episcopi in synodo, quibus mitris uti debeant.
- 57 Annulus in Abbate, biretum in Doctore, & torques in Equite denotant simplicem honorem, & possunt ubique deferri.
- 58 Gladius, uirga, baculus, & sceptrum, sunt iurisdictionis insignia, quæ non possunt in territorium alienum deferri.
- 59 Fasces licitorum qui fuerint.
- 60 Baculus, uel ferula, aut sceptrum assignantur in signum iurisdictionis, & per eorum traditionem quis ponitur in eius quasi possessionem.
- 61 Prætores terrarum, quare faciant ante se pileum, & enses a puero deferri.
- 62 Prætores terrarum, quare deferant uirgam, in manibus.
- 63 Mitra Episcopalis, an sit honoris simplicis an officij insigne.
- 64 Mitra cornuta, quare detur Episcopis.
- 65 Mitra est insigne officij, & iurisdictionis.
- 66 Insignia pontificalia extra prouinciam poterunt deferri, si de consuetudine fuerit hoc introductum.
- 67 Insignia regum quæ sunt.
- 68 Abbates exempti tenentur ire ad concilia prouincialia, ibidem in additionibus.
- 69 Excommunicatio lata ab Episcopo contra exemptum est ipso iure nulla, ibidem, in additionibus.

ARGUMENTVM.

Dicenti se Abbatem, uel exemptum, uel habere priuilegium deferendi pontificalia insignia, incumbit onus probandi; & an, & quando possint dicta insignia extra monasterium deferri, latè explicatur.



PISCOPORVM simia sunt Abbates, qui Episcopi non sunt, & tamen Episcopalem quandam imaginem representant: deferunt enim pontificalia

insignia ex priuilegio, quod illis a sede Apostolica conceditur, quod quidem cum usu, & exercitio iurisdictionis careat, dicitur in Abbatibus illud operari, quod genitalia operantur in mulis, ut ait Ioan. Andr. in capitulo, ut Apostolicæ, numero secundo, uersiculo, unde uulgariter dicitur, columna finali, de priuileg. in sexto. ubi amplius refert Diuum Bernardum inuidentem contra illos Abbates, qui talia insignia procurant, gestiuntque uideri, quod esse desiderant, cuius meminit in eodem loco Geminianus, colum. 2.

1 Dicendum est itaque, quod onus probandi non solum incumbit ei, qui se dicit Abbatem, l. secunda, ff. de prob. l. actor. C. co.

2 Verum etiam illi, qui cum sit Abbas, dicit tamen se habere priuilegium pontificalia insignia deferendi, quia qui priuilegium allegat, priuilegium probare debet, cum nemo præsumatur priuilegiatus, ut habetur in capitulo, cum persone, de priuileg. in sexto, & tradit Bald. in l. secunda, numero octuagesimo primo, uersiculo, & generaliter nemo, columna antepenultima, C. de feruit. & aqua, & in terminis Abbatis, Paris. in consilio nonagesimo quinto, stante, numero octauo, uersiculo, nec obstat, uolumine quarto, & dixi in capitulo uigesimo septimo, de dignit. supra eo.

3 Pontificalia uero insignia transferantur in quatuor, id est in baculo pastorali, mitra, annulo, & compagis, siue sandalijs, de quibus habetur apud glos. & Doctores, in capitulo, ut Apostolicæ, de priuileg. in 6.

4 Porro Abbatum alij sunt exempti, alij non exempti, & sicut habens ius deferendi pontificalia insignia præcedit non habentem, ita exemptus Abbas præfertur non exempto, prout de utroque notat Dominicus in dicto capitulo, ut Apostolicæ, in secundo, & octauo notab. columna prima, & ibi Ioan. in tertio, & ultimo notab. col. 1.

5 Verum quoniam omnes Ecclesie, & omnia monasteria intra fines diœcesis existentia dicuntur ad iurisdictionem ordinarij de iure communi pertinere, ut probatur in capitulo, omnes basilicæ, decimasexta, questione septima, & in capitulo, constitutus, & in capitulo, cum uenerabilis, extra de religiof. domib. & in dicto capitulo, cum persone, de priuileg. in sexto, & in capitulo, cum Episcopis, de officio ordin. in 6.

6 Possuntque Episcopi omnes Ecclesias, & omnia suæ diœcesis monasteria uisitare, & ab omnibus iura Episcopalia exigere, ut cautum est in capit. conquerente, & in c. ut iuxta, extra de officio ordin.

7 Idcirco omnis, qui uoluerit se dicere exemptum, exemptionem probare debet, ut dicitur in

SVMMA RI VM.

- 1 Abbates deferentes insignia pontificalia ex priuilegio, nihil utilitatis habent.
- 2 Abbates insignia pontificalia procurantes, reprehenduntur a Diuo Bernardo.
- 3 Abbas debet probare se esse Abbatem.
- 4 Priuilegium alleganti incumbit onus probandi.
- 5 Pontificalia insignia quæ sunt.
- 6 Abbas, qui habet ius deferendi pontificalia insignia, præcedit non habentem.
- 7 Abbas exemptus præfertur non exempto, ibidem.
- 8 Ecclesie, & monasteria in diœcesi existentia pertinent ad iurisdictionem ordinarij.
- 9 Episcopi possunt omnes Ecclesias, & omnia monasteria suæ diœcesis uisitare.
- 10 Exemptum se dicens, debet exemptionem probare.
- 11 Monasteria non sunt Episcopo subdita, quo ad legem di-

d. cap. cum personæ, de priuileg. in sexto, & notat glos. in dicto capitulo, cum Episcopus, in uerbo, habere, de officio ordin. in sexto, & alia glos. in capitulo, de xenodochijs, in uerbo, in quorum, extra de relig. domibus, & Abbas in capit. primo, numero decimotertio, columna penultima, extra de officio ord. & Paris. in dicto cons. 95. numero nono, uersiculo, prædictis non habet obstare, uolumine quarto.

10 Hoc tamen fallit in Abbatibus & monasteriorum, quæ quo ad legem diocesanam non sunt Episcopis subdita, ut tradit glossa prima in summa, in capitulo primo, decima, quæstione prima, ubi ait, quod omnes Ecclesiæ non solum quo ad legem diocesanam, sed etiam quo ad legem iurisdictionis subsunt Episcopo, exceptis monasterijs, quæ quo ad legem diocesanam sunt exempta, quod idem notauit alia glos. in capitulo, inter, in uerbo, solutionis, decima, quæstione tertia, & in capit. cum pro utilitate, decima sexta, quæstione prima, & optimus textus in cap. quam sit, in fine, decima octaua, quæstione secunda, & Preposit. in dicto cap. primo, numero tertio, decima, quæstione prima.

Quod profecto intelligitur esse uerissimum in casibus a iure expressis, in alijs secus, in quibus & monasterio incumbit onus probandi exemptionem, ut concludit eleganter Abb. in capitulo, dilectus, columna fina, uersiculo, ex prædictis habes utilem, extra de officio ordin. ubi dicit, quod extra casus a iure expressos quicumque dixerit aliquid esse de lege diocesana, & consequenter monasterium esse exemptum, debet hoc probare, quia reliqua non expressa præsumuntur esse de lege iurisdictionis.

Rursus sciendum est, hanc limitationem procedere dumtaxat in monasterijs, quæ non tenentur ad ea, quæ sunt de lege diocesana, sed secus & in Ecclesijs, & capellis subiectis monasterio, quia ipsæ tenentur Episcopo ad omnia onera, ad quæ tenentur aliæ Ecclesiæ seculares, quando scilicet dictæ capellæ fuerint de iure speciali suppositæ monasterio: sed si capellæ uel Ecclesiæ essent regulares, ut quia in eis habitarent & monachi, tunc priuilegijs monachorum gauderent, ut tradit Abb. in capitulo, conquerente, in tertio notab. extra de officio ordin. de qua materia uide textum, & glos. & Doct. in cap. cum capella, extra de priuileg.

Similiter prædicta limitatio non procedit, quo ad possessiones monasterij, quia a solutione decimarum non & sunt exemptæ, nisi exemptio probetur, ut ait Innocent. in capitulo, suggestum, extra de decimis, & in capitulo, primo, columna finali, uersiculo, uel dic. in quarta decimarum, extra de statu regular. & optimè Abb. in capit. dilectus, columna secunda, uersicu. tertio, secundum Innocentium, extra de officio ordinarij.

Illud autem generaliter dicitur esse de lege diocesana, a quo monasteria & secundum canonicis

expressam traditionem exempta reperiuntur, sicut uersa uice omnia dicuntur esse de lege iurisdictionis, a quibus monasteria non sunt exempta, ut optimè declarat Innocent. in capitulo primo, numero tertio, uersiculo, tamen secundum hanc nostram declarationem, extra de statu regular. & Abb. in capit. dilectus, sub numero quarto, columna secunda, extra de officio ordin. ubi reprobata glossa dicit, hanc esse meliorem & communioem doctrinam, & Henricus Bott. in parte prima, numero 61. uersiculo, undecimo quæro, de synodo Episcopi.

Multi autem casus enumerantur, qui dicuntur esse de lege diocesana, & in primis perceptio cathedralitatis, item debita pars, puta decima, uel quarta oblationum, decimarum, & mortuorum. Item facultas cantandi missam publicam in qualibet Ecclesia, ponendi que cathedram in qualibet parte diocesis, uel causa prædicandi, uel causa audiendi. Item subsidium charitatum. Item facultas mittendi quicumque clericum ad curiam, uel ad alium locum, pro communibus negotijs Ecclesiæ. Item uocatio ad exequias seu sepulturas. Item conuocatio synodi, ut egregie tradit Innocent. in dicto capitulo primo, numero primo, extra de statu monach. regul. & optimè in dicto capitulo, dilectus, numero quarto, extra de officio ordin. & ibi Ioannes de Imola, sub numero sexto, & glossa in uerbo, de lege, & Bertach. in secunda parte quarti libri, quæstione trigesima quinta, numero 80. de Episcopo.

Ad legem uero iurisdictionis pertinent infra scripti casus, id est & causas audire, & omnia tractare quæ circa iudicia aguntur. Item collatio omnium sacramentorum, uisitatio, ordinatio, correctio, inquisitio. Item excommunicare, interdicare, statuta facere super iudicijs, & eorum accessorijs. Item super uita clericorum, & officijs eorum, & alia huiusmodi. Item institutio, destitutio, confirmatio, & inuestitura, ut tradit idem Innocent. in dicto capitulo primo, numero tertio, extra de statu monach. optimè Abb. in dicto cap. conquerente, extra de officio ordin. & Imola in dicto capitulo, dilectus, numero sexto, columna prima, & ibi optima glos. & eleganter Bertachin. in secunda parte quarti libri, numero octauo, in quæstione 35. de Episcopo.

Qualiter autem & exemptio probetur, traditur in capitulo, si Papa, de priuileg. in sexto, & in capitulo primo, de uerborum significatione, in sexto.

Quibus illud addendum est, quod Episcopus non potest a se ita eximere aliquam & Ecclesiam, ut nihil in ea sibi remaneat, ut tradit glos. in capitulo, uisis litteris, in uerbo, traditæ, decima sexta, quæstione secunda, ubi dicit, quod Episcopus non potest alium ludicem facere ordinarium in diocesi sua, nec ita potest remittere ius Episcopale, ut a se reiiciat oem iurisdictionem. & quis generaliter, & plenissimè eximat aliquam Ecclesiam, tamen

21 tamen semper & retinet correctionem, uisitationem, procurationem, & cathedraticum, de quibus habetur in dicto cap. conquerente, extra de officio ordin.

Sed quæritur, an Abbates, qui ex priuilegio pontificalia insignia deferunt, possint illa deferre & extra monasterium, cuius ipsi sunt Abbates. quæ quæstio, quoniam generaliter pertinet ad cuiusuis dignitatis siue Ecclesiasticæ, siue secularis insignia, quæ deferuntur ab illis, qui sunt in dignitate constituti, ideo alius hanc rem tractando, dicitur, quod ubique locorum potest quis insignibus suæ dignitatis uti, ut scripsit Bald. in l. prima, ff. de officio Proconsul. ubi tradit, quod potest quis deferre insignia propriæ dignitatis in quocunque loco etiam non subiecto, hac ratione, quia hoc nemini nocet, & sibi est honor. sic etiam in dicto textu uidemus, quod Proconsul licet extra prouinciam iurisdictionem contentiosam non habeat, tamen & extra prouinciam insignia proconsularia deferrebat.

Quæ conclusio intelligitur esse uera in illis insignibus, quæ denotant solam dignitatem, non autem usum eius, aut exercitium iurisdictionis, ut ait Cardin. Zabarel. in clemen. prima, numero vn decimo, uersiculo, quæro circa id, columna secunda, de foro compet. & ibi sequitur Ancha. in prin. ubi per hanc rationem concludit, quod Archiepiscopus & non poterit extra prouinciam uti pallio, nec Episcopus uti mitra, uel baculo, quoniam sunt administrationis uel iurisdictionis insignia, sed bene poterunt uti annulo, & alijs similibus, quæ solam dignitatem respiciunt. Pro qua conclusione facit egregius textus in l. finali, C. de præpos. sacri cub. libro duodecimo, ubi habetur, quod cubicularij etiam & finita dignitate poterunt uti cingulo, quod est præteritæ dignitatis ornamentum. Uide per superscriptas rationes dici potest, quod Reges, & Duces extra regnū, & ducatum poterunt uestes regales, & indumenta regalia deferre, sed sceptrum, diadema, aut coronam deferre non poterunt, quia iurisdictionis, & administrationis sunt insignia, arg. textus in capitulo, ex tuarum, extra de auctor. & usu pallij.

Sed immo uidetur, quod omnia insignia, uel regalia, uel Ducalia, ac etiam sceptrum, & corona possint extra territorium deferri, cum uideamus, quod omnia insignia Proconsul deferrebat nulla habita distinctionem, an simplicem dignitatem, an usum significarent, dicta l. prima, ff. de officio proconsul.

Nec obstat, quod dictum est de Episcopis, quia in deferendis insignibus extra prouinciam longa est differentia inter & Episcopum, & Proconsulem, ut infra dicitur, & notat Abb. in dicto capitulo, ex tuarum, numero octauo, uersiculo, in glossa tertia, colum. 2.

His tamen non obstantibus ego credo, quod ita demum Reges, ac alij Principes & possint deferre sceptrum, & diadema, ac coronam ex-

tra prouinciam suam, si non fuerint a Domino territorij prohibiti, argumento textus l. diuus, ff. de seruitu. rusticorum prædiorum, ubi habetur, quod potest quis licet uenari in alieno prædio, donec prohibeatur. Nec quicquam refragatur illud, quod dictum fuit de proconsule, quoniam ipse deferrebat insignia extra prouinciam ratione officij habita consideratione ad eum, a quo ipse mittebatur, id est ad populum Romanum, quia ubique habebat iurisdictionem, ut notat Goffredus, quem refert, & sequitur Bellem. in dicto capitulo, ex tuarum, in fine, & ibidem Abbas, numero octauo, uersiculo, in gloss. tertia, columna secunda, ubi subiungit idem iuris esse in Legato Papæ, qui utitur & insignibus legationis extra prouinciam decretam, habita consideratione ad Papam, qui habet ubique in spiritualibus imperium.

Sed secus est in Principibus secularibus, qui non repræsentant ullam maiorem personam, & quando exeunt, uel excedunt fines proprii territorij, dicuntur prorsus extranei, cum in alienis prouincijs nullam habeant mediatam, nec immediatam auctoritatem, nam tunc uidetur, quod non possint deferre insignia denotantia usum iurisdictionis, ubi fuerint a Domino prouinciæ prohibiti. Idem etiam dicitur de Archiepiscopis, & Episcopis, qui in aliena diocesi poterunt pontificalibus insignibus uti celebrando, ac prædicando, donec fuerint a diocesano prohibiti, secundum opinionem Hostiensis, quam dicunt de consuetudine seruari, licet de iure uerior uideatur contraria opinio Innocentii, ut ait Abbas in dicto capitulo finali, numero quarto, uersiculo, in gloss. prima, columna finali, extra de auctor. & usu pallij, & Bonifacius in clementina Archiepiscopo, columna quarta, uersiculo, pro nunc autem, de priuileg. & Bellem. in dicto capitulo finali, extra de auctor. & usu pal. & ibi Ioannes de Imola, numero tertio, in princip. & Zabarel. in dicta clementina, Archiepiscopo, in uerbo, simili, numero sexto, uersiculo, sexto quæro, columna 1. & ibidem Anchar. numero septimo, uers. quærit glos. colum. fin.

Sunt tamen qui distinguendo dicunt, quod delatio prædictorum insignium & aut nemini est præiudicialis, & tunc ubique possunt insignia deferri; aut est, uel esse potest præiudicialis, & tunc insignia nequaquam deferri possunt sine licentia Domini Prouinciæ, ut tradit Antonius de Butrio in dicto capitulo, ex tuarum, in fine, & ibi Bellem. in fine, & hanc distinctionem pariter sensisse uidentur Baldus, & Albericus, in dicta l. prima, ff. de officio proconsul. ubi dicunt, quod potest quis insignia propriæ dignitatis deferre in loco sibi non subiecto hac ratione, quia hoc nemini nocet, & sibi est honor. Ergo a contrario sensu inferre uidentur, quod si prædicta insignia præiudicialia forent, nullo pacto possent deferre.

33 Præiudicialia autem dicuntur esse illa & insignia, quæ significant plenitudinem potestatis, & arguunt locum esse suppositum illi, qui prædicta insignia deferret, ut ait Butrius proxime citatus: ex

34 quo infertur, quod quia pallium & Archiepiscopale ostendit plenitudinem potestatis, & subiectionem loci, in quo portatur, merito cautum est, ut extra provinciam sine debita licentia deferri non possit, d. c. ex tuarum.

35 Non esse uero præiudicialia illa insignia dicuntur, quæ solam dignitatem & respiciunt, & non arguunt necessarium usum iurisdictionis in deferente, qualia sunt indumenta pontificalia Episcoporum, quæ consistunt, ut iam diximus, in baculo, mitra, annulo, & sandalijs, de quibus tradit glo. in d. cap. ut Apostolicæ, & ibi Doctor. de privileg. in sexto.

Nam licet prædicta insignia propriè sint Episcoporum habentium iurisdictionem, tamen ex eorum delatione non infertur necessario nec subiectione loci, in quo portantur, nec usus iurisdictionis in persona, quæ illa deferret, hac ratione, quia prædicta insignia non solum dantur ordini, & administrationi, sed etiam plerumque conceduntur simplici dignitati absque officio, & ordinis administratione, prout quotidie uidemus Abbates, & multos alios Prælatos ex speciali privilegio mitram, & cætera indumenta pontificalia deferre, & tamen certum est, ipsos nullam administrationem, nec ullam iurisdictionem habere, & de talibus loquitur textus in d. c. ut Apostolicæ, de privileg. in 6. ubi Ioan. Andr. dicit quod illi, quibus

36 ex privilegio pontificalia insignia & concessa sunt, nihil quod sit ordinis episcopalis tantum exercere possunt, quia in honorem Ecclesiarum, non in amplitudinem officij prædicta ornamenta conceduntur.

Cum igitur prædicta insignia non arguant necessariam iurisdictionem in deferente, uidetur, quod ubique deferri possint, cum in effectu nemini noceant, & hanc partem tenuit Ioan. Andr. in c. clerici, in uerbo, annulos, colum. 2. extra de uira, & honest. cler. ubi dicit, quod Abbas, cui concessus est

38 usus & annulorum, poterit annulo extra monasterium uti, quando privilegium est simpliciter concessum, & non se restringit dumtaxat ad monasterium, & sequitur Franc. in d. c. ut Apostolicæ, colum. fin. de privileg. in 6. & Abbas in d. c. clerici, num. 8. ubi dicit quid prædicta insignia pontificalia ex privilegio Abbatibus concessa poterunt ubique locorum deferri, nisi privilegium restringeret hanc potestatem, uel concessionem, & ibidem hanc quoque partem tenuit Imola, num. 21. uers. an autem tunc illo possint, colum. fin. ubi loquendo de annulo dicit, recurrendum esse ad formam privilegij, & in dubio & pronunciandum esse, ut extra monasterium deferri possit, & hanc eandem pariter sententiam uidetur tenuisse Specul. in §. 1. numero 7. uers. queritur utrum Abbas, de privileg. ubi similiter loquitur de annulo Abbatibus con-

39

cesso. & dum concludit privilegium concessionis esse late interpretandum, uidetur in dubio sentire, quod extra monasterium possint Abbates illum deferre.

40 Verum in terminis contrarium tenuit Lopus in alleg. 19. ubi de mitra, annulo, & baculo loquens, duos casus considerat. Primus est, quando privilegium dicit, ut Abbas possit prædicta insignia deferre solum intra septa monasterij, & tunc concludit, quod extra monasterium non poterit insignia portari. Secundus est, quando privilegium dicit, ut insignia deferat & in suo monasterio, & tunc aut Abbas inuitatur ad celebrandum in Ecclesia exempta, & poterit pontificalia, aut inuitatur ab Ecclesia non exempta, & tunc ea deferre non poterit sine licentia Episcopi ordinarij, quam Lopus opinionem quo ad propositum nostrum sequitur Dominicus, licet in quadam parte illam reformet, in d. c. ut Apostolicæ, colum. fin. de privileg. in 6. ubi dicit, quod usus pontificalium, aut est Abbati concessus in suo monasterio, & tunc illis non poterit uti extra monasterium, & in hac parte discrepat a Lopo, qui uoluit in hoc casu pontificalia posse deferri in alio monasterio exempto.

41 Aut usus pontificalium fuit & simpliciter concessus, & tunc Abbas poterit insignia deferre extra monasterium non solum in omnibus Ecclesijs sibi in pleno iure subiectis, sed etiam in alienis exemptis, ut Lopus supra notauit: in illis autem, quæ non sunt exempta, nullo modo poterit ea deferre sine licentia ordinarij.

42 Et ista opinio uidetur concordare cum opinione Hostiensis, qui dixit quod & Episcopi in aliena diocesi poterunt in pontificalibus celebrare, & prædicare, donec ab ordinario prohibeantur, quæ potestas prohibendi ostendit, quod talia insignia non possunt tunc in alienam provinciam deferri sine licentia ordinarij, & Hostiensis sequuntur Zabarella, Ancharanus, Abbas, Bellemera, Imola, & Bonifacius, de quibus supra mentionem feci.

43 Quapropter, si tu uis hanc partem amplecti, non obstant ea, quæ dicta sunt in distinctione de insignibus præiudicialibus: nam licet distinctio sit bona, tamen exempla distinctioni non conueniunt. Vnde quod attinet ad primum caput insignium præiudicialium, dici potest exemplum datum de pallio Archiepiscopali non esse bonum: licet enim pallium significet plenitudinem potestatis in deferente, tamen non arguit necessariam subiectionem loci, in quo deferretur, ut ait Bonifacius in d. clem. Archiepiscopo, num. 16. uers. sed uidetur non bene dictum, colum. 3. de privileg. ubi tradit, non esse bonam consequentiam, utitur quis dum celebrat pontificali pallio: ergo ibi habet pontificalem potestatem, sed bene infertur, quod est Archiepiscopus, & quod habet Archiepiscopalem auctoritatem in suos subditos, cum clarissimi iuris sit, quod non solum de iure ciuili

44 possunt esse in eadem provincia plures Metropolitanæ ciuitates, ut habetur in l. unica, C. de Metropolitanis

Metropoli Beryto, libro undecimo.

53 Sed etiam possunt esse de iure canonico ex dispensatione Papæ, publica utilitate hoc exigente, ut ait glo. in c. 1. distin. 101.

54 Vel melius dici potest, quod in pallio est ratio particularis prohibitionis, & non sola ratio alieni præiudicij: nam si alienum præiudicium dumtaxat in eo consideraretur, sequeretur, quod Episcopus alterius diocesis, de cuius præiudicio tractatur, possit Archiepiscopo dare licentiam gestandi pallium in sua diocesi, & tamen hoc est falsum, quoniam præter consensum Episcopi est et necessaria specialis licentia Papæ, ut habetur in d. c. ex tuarum, extra de auctor. & usu pallij, & notat glo. in d. clem. Archiepiscopo, in uerbo, etiam celebrare, in fine, de privileg. ubi dicit strictiorem esse usum pallij, quam pontificalium, quoniam pallio non utitur Archiepiscopus in aliena provincia, etiam de licentia illius, ad quem spectat, nisi si per hoc esset privilegiatus.

46 Rursus quod attinet ad secundum caput insignium non præiudicialium, dici potest, quod uestimenta pontificalia, & ipsa quoque denotant potestatem in deferente, ut ait Bonifac. in d. clem. Archiepiscopo, num. 16. colum. 3. de privileg. & hoc est maxime uerum in baculo & pastoralis, & mitra, quæ sunt comminationis insignia, & dicuntur esse ad similitudinem gladiatorum, quibus Moyses populum inobedientem præceptis Dei altissime percussit mandauit, ut notat glo. fin. in c. disciplina, distin. 45. ubi habetur, quod sicut Moyses simpliciter orauit Deum Opt. Maximum pro populo idolatra, & postea ad populum reuersus iussit cultores uiculi gladijs interfici, ita etiam sub eadem similitudine Episcopus & accedens ad altare deponit mitram, & baculum, ut in humilitate, & reuerentia oret Deum pro peccatis populi sui, sed postea se conuertens ad populum reuertit baculum, & mitram, tamquam comminationis insignia quibus iuste seueritatis zelo paratus est delinquentes ferire, & hoc est illud, quod dicitur, quod Episcopus & in primo casu dicitur causam populi precibus agere coram Deo, & in secundo casu causam Dei agere coram populo in minis, & correctione, ut habetur in d. c. disciplina, in fine, & notat glo. in c. nullus Episcopus, de consecrat. distin. 1.

47 Et in terminis, quod baculus & tamquam iurisdictionis insigne non possit deferri ad alienam diocesium, tenuerunt Zabarella, & Ancharanus in d. clem. 1. de foro competenti.

48 Nec obstat quod aliquando dicta insignia denuntur Prælati, non habentibus officium, nec administrationem ad simplicem Ecclesiarum honorem, c. Abbates, & c. ut Apostolicæ, de privileg. in 6. & Abb. in c. 1. colum. fin. uers. ista enim non sunt ordinis, extra, ut lite pendens, nihil in nouet.

49 Respondetur enim, quod illud procedit ex iure speciali, propter quod non debemus nos recedere a regula communi, cui semper in dubio adherere debemus, ut ait Decius in l. 1. ff. de reg. iur.

50

51

52

Sic etiam uidemus, quod pallium Archiepiscopale aliquando ex privilegio conceditur illis, qui non sunt & Archiepiscopi, quemadmodum casus de hoc clarus est in c. in iuuentute, & ibi Abbas, in secundo notab. extra de præsumpt. & tamen propter hoc non recedimus a regula, qua dicimus, pallium & Archiepiscopale significare plenitudinem potestatis Archiepiscopalis in deferente, capitulo tertio, & capitulo, cum sis, extra de auctor. & usu pallij.

Præterea negari non potest, quin ex delatione prædictorum insignium non inferatur quale quale præiudicium illi, in cuius provinciam deferuntur, cum uideatur eius honori detrahi, ut ait Gemin. in d. cap. ut Apostolicæ, in fine, de privileg. in 6. & faciunt quæ notat Bartol. in tract. de insignijs, & armis, sub num. 5. uers. ad decisionem ergo, colum. 2.

55 Ideo uidemus ratione huius honoris fuisse cautum, ut Abbates, uel alij Prælati usum mitræ habentes non possint in synodo propter reuerentiã & Episcopi deferre mitras habentes gemmas, aut aureas, uel argenteas laminas, sed debent mitris tantummodo auriphrisiatis uti, si fuerint exempti: si uero Ecclesias non exemptas habebunt, mitris simplicibus, & albis, ac planis utentur, iuxta dispositionem textus in d. c. ut Apostolicæ, de privileg. in 6. & notat Specul. in §. 1. num. 6. uers. Abbas quoque, de privileg.

56 Quapropter in huiusmodi uarietate Doctorum mihi uidetur uerior prima distinctio Zabarellæ, & Ancharani dicentium, quod insignia, aut denotant simplicem honorem, ut annulus in Abbate, & biretum in Doctore, & torques in Equite; & tunc possunt extra territorium deferri, aut denotant officium, & administrationem, ut est pallium in Archiepiscopo, & baculus in Episcopo, & tunc deferri non possunt.

57 Illud autem, quod dictum est de baculo in Episcopis, idem est dicendum de gladio, uirga, aut baculo, uel scepro in Regibus, & Ducibus, quonia & ipsa sunt iurisdictionis insignia, ut ait glo. in l. ego tum in uilla, & in l. manumissio. ff. de manum. uind. ubi ex eo, quod dicit, quod lictores insignia magistratus deferrebant, sentire uidetur securim, & uirgas fuisse Consulium, Proconsulium, Prætorum, & similia magistratum insignia de notantia ipsorum iurisdictionem: nam certissimi iuris est, quod præfati lictores nihil aliud præferrebant, quam fasces, qui erant & fasciculi uirgarum, in tra quos securis obligata erat, ita ut ferrum in summo fasce extaret, & sex fascibus Proconsules utebantur, bini uero consules duodecim, non duodecim habebant, ut ait Budæus in l. proconsules, ff. de officio proconsul.

58 Et ita circa baculum, aut uirgam, & similia pulchre consuluit Barbat. in cons. 34. illud in medium referam, uolum. 4. ubi dicit, quod baculus & aut ferula, aut sceptrum assignantur in signum iurisdictionis, & Imperij, exponetur quis pro eorum traditionem

59

ditionem, in quasi possessione iurisdictionis, & allegando glossam, & textum, quem supra citavi, dixit ibi esse casum de puero, qui secundum varias consuetudines locorum precedit, & ante Praetores terrarum defert pileum, et enses. Idem quoque notauit Praepositus in dicto cap. disciplina, in prin. dist. 45. ubi tradit, uirgam denotare in superiore potestate distringendi, ex quo potest sumi causa, quare Potestates terrarum deferunt uirgam in manibus, uidelicet ad denotandum, quod ipsi habent iurisdictionem, & coercionem contra delinquentes, idem pariter confirmauit Salycet. in rubri. C. de uend. liber. ubi tradit, quod uindicta, uel ferula, quam Praesides portant in manibus, fuit appellata uindicta in signum potestatis concessae ad crimina uindicanda.

Sed hic non incongruenter quaeritur, an mitra sit simplicis honoris, an officij insigne? & uideatur quod sit honoris, per ea quae tradit Archid. in dicto cap. disciplina, in fine, distin. 45. ubi dicit, quod mitra cornuta datur Episcopis ad significandum, quod debent esse muniti sacra scriptura, quae habet duo cornua, id est continet duo testamenta, in quorum utroque Episcopus debet esse instructus.

Contrarium uero, quod mitra sit insigne officij, & iurisdictionis, tenuit glossa si. in dicto cap. disciplina, ubi dicit quod mitra, & baculus sunt in signa comminationis ad similitudinem gladii Moyse, & hanc opinionem sequitur Zabarel. in d. clem. unica, num. 11. de foro compet. ubi dixit mitram, & baculum, in Episcopo designare officium, siue administrationem, licet secus sit in Abbate, quod nota. non est tamen omittendum, quod quamuis regulariter uerum sit, quod insignia pontificalia non possit quis deferre extra prouinciam, tamen ex consuetudine potest aliud introduci, ut tradit Abb. in cap. 1. colum. 1. extra ut lite pendet. nihil innouet.

Quae uero sint insignia Regum, uide Afflict. in cap. omnes nostri, num. 1. libro 1. constit. regni, & Cassan. in quinta par. consider. 22. num. 23. de catalogo gloriae mundi.

ADDITIONES.

a Exempti. Nunquid Abbates exempti teneantur ire ad concilia prouincialia, & sinodalia. dicit Gemin. quod sic in cap. ut Apostolica, num. 3. de priuileg. in 6. & Federic. de Senis, in cons. 88. num. 22. de qua re uide omnino Henric. Bot. in 2. par. de synodo Episcopi, num. 4. cum seq. Sed an exemptus excommunicatus a iure in casu non referuato Papae possit absolui ab ordinario loci. uariae sunt opiniones, de quibus uide Abb. in cap. graue, num. 3. in ult. notab. extra de officio ordin. ubi etiam tradit quod excommunicatio lata ab Episcopo contra exemptum est ipso iure nulla: nam exemptus etiam si uellet, non posset se submittere iurisdictioni ordinarij sine licentia Papae, uel eius, cui subest.

b Ordinarii. Id est quantum ad hoc, ut ea seruentur ad quae dictae Ecclesiae sunt ordinatae, nec usus soliti alte-

rentur, cap. de xenodochiis, extra de relig. domib. & notat Praepositus in cap. primo, numero primo, decima, quaestione 1.

c Pertinere. Possunt etiam Ecclesiae unius diocesis plene iure pertinere ad Praelatum alterius diocesis, ex priuilegio, uel praescriptione, ut experientia docet, & notat Abb. in cap. graue, num. 2. in 3. notab. extra de officio ordin.

d Metropolitanæ. In his Episcopi constituti Metropolitaniani uocantur, qui toti prouinciae praesunt, uide c. clem. distin. 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas electiua, quae sit.
- 2 Electio Praelati cathedralis, uel regularis Ecclesiae, debet fieri infra spatium trium mensium, alias ad superiorem deuoluit.
- 3 Dignitas Episcoporum, Abbatum, & aliorum Praelatorum Ecclesiarum collegiatarum, dicitur electiua.
- 4 Sponsi Ecclesiae, qui dicantur.
- 5 Scrutinio non est utendum in omni electione.
- 6 Electiua dignitas dicitur, in qua proceditur per electionem, quae confirmationem superioris exigit.
- 7 Beneficium collatiuum, quod sit, ibidem.
- 8 Beneficia minora, an possint esse electiua.
- 9 Papa si mandauerit prouideri alicui de beneficio spectante ad collationem capituli, non poterit obtinere canonicatum electiuum.
- 10 Papa mandante alicui prouideri de beneficio spectante ad electionem alicuius, quomodo intelligitur mandatum.
- 11 Beneficium electiuum, uel dignitas electiua, quae sit, secundum alios.
- 12 Cantoria, an sit dignitas.
- 13 Electio uera non est, quae non confirmatur.
- 14 Electio, & confirmatio sunt actus diuersi, & a diuersis procedunt.
- 15 Confirmatio nouum ius electo non tribuit, sed administrationis concedit exercitium, ibidem.
- 16 Decretum iudicis non facit tutorem, sed rerum administrationem illi concedit.
- 17 Separatorum separata debet esse ratio.
- 18 Venditionem non facit traditio, sed implet obligationem. Confirmatio non facit, sed implet electionem, ibidem.
- 19 Consuetudo, an possit introducere, ut electus sine confirmatione administret.
- 20 Consuetudo, & priuilegium aequiparantur, ibidem.
- 21 Consuetudo potest introducere, ut unus actus, uelut installatio, representet effectum confirmationis.
- 22 Notus non examinatur.
- 23 Confirmatio electi non conceditur sine diligenti examinatione.
- 24 Electio fit per scrutinium, per compromissum, & per inspirationem.
- 25 Cura uocandi absentes mortuo Praelato pertinet ad illos, qui sunt praesentes.
- 26 Forma uocandi absentes quae sit, ibidem.
- 27 In eligendo Praelato ante omnia deliberandum est, an per uiam scrutiniij, an per uiam compromissi procedere malint.
- 28 Scrutiniij forma, quae sit.
- 29 Scrutatores non habent potestatem nisi scrutandi uota aliorum, & scribendi.
- 30 Scrutiniij forma in pratica est ualde difficilis.
- 31 Scrutiniij solemnitas licet defecerit, tamen electus erit tutus, si interuenerit uerus consensus eligentium.
- 32 Electio per uiam compromissi, quomodo fiat.

Electio-

- 29 Electionem per uiam compromissi potest unus solus impedire.
- 30 Electio per inspirationem diuinam, quae sit.
- 31 Quae spiritus Dei aguntur, sub lege non sunt.
- 32 Columba dicitur occisa a coruo, per quam olim Archiepiscopi Raemae creabantur.
- 33 Electionem per quasi inspirationem diuinam unus solus impedire potest.
- 34 Electio quo tempore fit facienda.
- 35 Papa dicitur electus, in quem duae partes Cardinalium consentiunt.
- 36 Consensus electi, an voto suo augeat numerum eligentium ad complendas duas partes, ibidem.
- 37 Electo petenti confirmationem incumbit onus probandi se fuisse canonicè electum.
- 38 Emancipatio praesumitur ritè facta.
- 39 Solemnitas probanda est ab eo, qui eam allegat.
- 40 Praesumitur pro Iudice in actu iudiciali uoluntarie iurisdictionis.
- 41 Electo incumbit onus probandi electionem fuisse canonicam, quando ante confirmationem opponitur contra formam electionis.
- 42 Dicenti incumbit onus probandi electionem, non fuisse canonicam, quando hoc opponit post confirmationem.
- 43 Opponens crimen personae, debet illud probare.
- 44 Quis debeat probare, quando electo opponitur defectus litteraturae, uel aetatis, uel natalium.
- 45 Electio canonica, quomodo probetur.
- 46 Solemnitas praesumitur interuenisse, quando constat de facto.
- 47 Neganti forma incumbit onus probandi, quando de electione apparet scriptura.
- 48 Electo quando sufficiat probare simplicem electionem.
- 49 Electus debet probare electionem fuisse canonicam, quando agitur de forma introducta a iure, secus si est tradita ab homine.
- 50 Dicenti compromissum fuisse restrictum ad certam formam, incumbit onus probandi, ibidem.
- 51 Crimen personae, uel uicium formae, an, & quando possit opponi.
- 52 Citatum quem fuisse dicens probare debet.
- 53 Citatio est solemnitas, quae debet probari, ibidem.
- 54 Absentes, qui nequeunt uenire ad electionem, possunt uicem suam uni de collegio committere.
- 55 Impedimentum probatur per iuramentum, ibidem.
- 56 Scrutatores, & compromissarij solent eligi in facienda electione.
- 57 Canonici dicentibus se illum non nominasse, quem scrutatores, uel compromissarij scripserunt, incumbit onus probandi.
- 58 Testibus de facto proprio creditur in subsidium.
- 59 In electionibus statuitur dicto maioris partis.
- 60 Declarationi electorum standum est, de quo senserint, quando eligitur unus, cuius nominis sunt duo.
- 61 Ad compromissarios ius eligendi pertinet de mandato, non de iure.
- 62 Electo a compromissarijs incumbit onus probandi, compromissarios habuisse potestatem eligendi.
- 63 Exceptio respiciens defectum potestatis in prouidente, & respiciens saluam rescripti ante omnia discutienda est.
- 64 Compromissum in materia electionis, non potest fieri, nisi in uisus idoneos.
- 65 Dicenti compromissarios non fuisse idoneos, incumbit onus probandi.
- 66 Electus infra tres menses debet petere confirmationem ab inferiore a Papa.
- 67 Impedimentum probandum est ab eo, qui illud allegat.
- 68 Alleganti confirmationem electionis incumbit onus probandi.
- 69 Papa circa beneficia tam collatiua, quam electiua habet plenam potestatem.

- 66 Papa potest praediacare iuri patronatus laicorum, licet legatus eius non possit.
- 67 Electiua beneficia non continentur in rescripto loquente de beneficio, nisi specialiter exprimentur.
- 68 Dicenti beneficia minora esse electiua, incumbit onus probandi.
- 69 Beneficia minora possunt esse electiua de consuetudine, uel de iure speciali.
- 70 Specialitatem, uel priuilegium, uel consuetudinem alleganti incumbit onus probandi.
- 71 Dignitates in dubio censentur esse electiuae.

ARGUMENTVM.

De Electione, & an, & quando electo incumbat onus probandi electionem fuisse canonicam.

C A P. XXX.



VM dignitatum Ecclesiasticarum aliae sint collatiuae, aliae electiuae; nunc oportet, ut de electione dispiciamus: quæro igitur in primis, quæ sit dignitas electiua. & dicendum est secundum aliquos, dignitatem electiuam eam dici, in qua seruetur forma electionis expressa in c. quia propter. extra de elect. & huius traditionis autor allegatur Innocentius Papa Septimus, qui dicitur in camera semel declarasse, quod uolebat id beneficium esse, & appellari electiuum, in cuius electione seruetur forma praedictæ decretalis, uel per cuius uocationem Ecclesia redditur uiuata Praelato, ut dicitur in allegato textu, & hoc dixit Rota in decis. 1. alias 124. nota quod uocetur beneficium, de elect. in antiq. & sequitur Felyn. qui dicit hanc decisionem non reperisse in impressis in cap. in nostra, sub numero 26. uers. & scias quod Innocentius, colum. 19. extra de elect.

Quod quidem ampliatur, ut procedat etiam si dicta electio non fieret infra spatium trium mensium, infra quod regulariter electio Praelati cathedralis, uel regularis Ecclesiae iusto impedimento cessante fieri debet, alias electio ad proximum superiorem deuoluit, ut cauetur in cap. ne pro defectu, extra de elect. & ita notat Ioannes de Imola in clem. prima, nu. 10. uers. quæ autem dicatur, de prebend.

Ex qua declaratione inferitur, quod sola dignitas Episcoporum, Abbatum, & aliorum Praelatorum Ecclesiarum collegiatarum, qui habent generalem iurisdictionem in collegiatis, dicitur electiua, tum quia in istis solis, & non in alijs habet locum forma allegata decretalis, tum etiam quia per mortem ipsorum potest Ecclesia appellari uiuata, cum non solum Episcopus sit sponsus Ecclesiae, sed etiam sponsi dici possint illi Praelati, qui habent in collegiatis Ecclesijs generalem iurisdictionem, licet secus sit in electionibus aliorum Praelatorum

latorum generali iurisdictione carentium, ut ait Abbas, affirmans hanc esse communem opinionem in d.c. quia propter, colum. 3. uers. circa istam partem, extra de elect. & ibi ante ipsum notabilis glo. in uerbo, Ecclesijs uiduatis, & hoc idem tenuit quoque Felyn. in conf. 38. ad primum quesitum, in principio, num. 3. uers. tertio premitto, colum. 1. ubi tradit, quod non est utendum scrutinio in omni electione, sed solum in electione Episcoporum, & illorum Prælatorum, qui habent iurisdictionem generalem, & cognoscunt de causis criminalibus, ut Episcopi, & Abbates: sed in electione Prælatorum inferiorum, ut sunt Priores, & similes, sufficit, ut conuentus congregatus eligat, & maior pars in electione praualebit, de qua re uidebis ibi quoque Butrium, num. 19. uers. capio principium, colum. 2. & omnino Rotam in decis. 5. alias 452. ex hoc surrexit, de elect. in nouis.

Alij dixerunt dignitatem electiuam proprie illam appellari, in qua proceditur per electionem, quæ confirmationem superioris exigit, & uersa uice beneficium collectiuum, aut dignitatem collectiuam eam dici, quæ immediate post electionem sine confirmatione ius electo tribuit: talis enim electio habetur pro collatione, ex quo non indiget confirmatione superioris, ut tradit Rota in d. decis. 1. alias 124. de elect. in antiquis, & Zabarel. in clem. 1. §. ad hoc, num. 5. uers. quarto quæro, de prebend. & in clem. quia contingit, in uerbo, ut autem, num. 2. in quarto notab. de relig. domib. & in conf. 103. discutiam præmissa, num. 7. colum. pen. & Fely. in c. in nostra, colum. 18. uers. trigessimum primum correlarium, extra de rescript.

Nec id solum procedit in dignitatibus, & personatibus, sed etiam in simplicibus beneficiis electiuis, in quorum prouisione licet de iure communi non procedatur per electionem, sed per collationem, tamen de iure speciali, uel de consuetudine beneficia minora possunt esse electiua, & ob id illud, quod dictum est de dignitatibus electiuis, habebit quoque locum in dictis beneficiis minoribus, ut tradit Zabarel. in d. conf. 103. num. 7. uers. sed si contingat, colum. pen. & Felyn. in d.c. in nostra, uers. trigessimum secundum correlarium, colum. 18. in fine, extra de rescript.

Propter quod infertur, quod si Papa mandauerit prouideri alicui de beneficio spectante ad collationem capituli, non poterit prouideri de canonicatu, in quo capitulum eligit, & Episcopus confirmat, quia tale beneficium dicitur electiuum, & non collatiuum, sicut uersa uice si mandabitur prouideri de beneficio spectante ad electionem alicuius, non ueniet in mandato nisi electio proprie sumpta, id est, quæ confirmationem superioris exigit: & ideo si capitulum in canonicatibus procederet per electionem, sed illa electio non indigeret confirmatione Episcopi, tale beneficium appellaretur collatiuum, & non electiuum, & in mandato non comprehenderetur, secundum prædictam opinionem, & ita in specie sensit Zabarel. in d. cle-

men. quia contingit, in uerbo, ut autem, num. 2. in 4. notab. de relig. domib. & in d. conf. 103. num. 7. & Felyn. in d.c. in nostra, colum. 18. uers. trigessimum primum correlarium, extra de rescript.

10 Tertij dicunt, beneficium electiuum, vel dignitatem electiuam non solum eam esse, in qua requiritur confirmatio, sed illam quoque in qua de consuetudine plena electionis forma seruatur, licet nulla exigatur superioris confirmatio, & ob id tale beneficium non comprehendit in gratia apostolica faciente mentionem de beneficio spectante ad collationem capituli, cum non sit collectiuum, sed electiuum, ut sapienter concludit Oldrad. in cõf. 146. factum est tale, de consuetudine ecclesiæ, colum. 2.

11 ubi dicit, quod quamuis cantoriam de iure communi non esset dignitas, nec in creatione cantoris debeat seruari forma electionis solemniter, tamen cum de consuetudine sit dignitas in ecclesia Eueni, & in creatione cantoris de consuetudine debeat capitulum ecclesiæ seruare ex necessitate solemniter formam electionis, sequitur quod ipsa dicitur dignitas electiua, cum in ea sit uere electionis substantia, quia in talibus forma rei est esse rei. Nec obstat, quod uera electio non sit, quæ non confirmatur, nec administratio competat electo nondum confirmato. c. nostri dudum, il primo, c. nihil est, extra de elect.

Respondetur enim multipliciter, in primis negatur consequentia, quod scilicet non sit electio, quæ non confirmatur, nam electio & confirmatio sunt actus diuersi, & a diuersis procedentes, nec confirmatio ad electionem nouum ius superaddit, sed solum administrationis exercitium concedit, sicut est decretum iudicis, quod non facit tutorem, sed tutorem administrationem rerum pupillarum decernit. l. fin. §. ille. C. arbit. tut. & probatur in c. si electio, de elect. in 6.

Cum ergo sint actus omnino diuersi, non sequitur, ut confirmatione amota a consuetudine, uel alio modo, censeatur amota electio, quia sunt separata, & separatorum separata debet esse ratio. l. si maritus, C. de donat. inter uir. & uxor.

Secundo dicitur, quod sicut traditio non facit uenditionem, sed implet uenditionem, quæ quoad perfectionem obligationis solo consensu dicitur perfecta, l. consensu, ff. de act. & oblig. l. si quis aliena. ff. de act. empti.

Ita pari ratione confirmatio non facit, sed implet electionem, quæ per confirmationem consequitur suum effectum, sed non substantiam, ergo quo ad essentiam electio est perfecta sine confirmatione, licet per confirmationem censeatur esse perfectissima.

17 Nec obstat quod aliqui dixerint, non posse consuetudine introduci, ut quis sine confirmatione administret, quia talis opinio est falsa, cum manifeste pateat, quod potest priuilegio concedi, ut quis non confirmatus administret, cap. 1. extra de supplen. neglig. prælat. & notat Innocent. in cap. transmissam, colum. 1. extra de elect. sed si potest hoc fieri

per

per priuilegium, potest etiam introduci per consuetudinem, quia priuilegium, & consuetudo in hoc æquiparantur, ut notat Innocent. in cap. nouit, num. 6. in uerbo, consuetudinem, extra de iud. & hanc consultationem Oldradi sequitur Felyn. & aureum consilium appellat, in d. cap. in nostra, in trigessimoprimo correlario, uers. & dico amplius, colum. 18. extra de rescript.

Quæ sententia sine dubio mihi uidetur esse uerissima concurrentibus duobus, quæ in casu Oldradi concurrebant, quorum primum est, ut saltem aliquis actus postuius interueniat loco confirmationis, ut est installatio in choro, uel actualis assignatio loci in capitulo: potest enim consuetudo secundum Oldradum introducere, ut unus actus, ueluti installatio, representet effectum alterius, ut puta confirmationis, sicut etiam uidemus a consuetudine fuisse inducitur, ut scotatio effectum traditionis operetur. cap. ex litteris, extra de consuetud. & notat Innocent. in d. cap. transmissam, col. 1. extra de elec.

Alterum est, ut persona electa sit nota, ita ut examinatione non indigeat, quia qui est notus, non examinatur, ut tradit glof. in c. qui episcopus, in uerbo, examinatur, distin. 23. & in c. de Petro, in uerbo, ignota, distin. 47. & Oldrad. in d. consilio 146. in fine.

Alioqui si persona electa non esset bene quoad sufficientiam cognita, simplex electio non sufficeret, cum non detur confirmatio sine diligenti examinatione, c. nihil est, extra de elect.

21 Secundo quæro, quotuplex sit electionis forma. & dicendum est, quod triplex: alia enim fit per scrutinium, alia per compromissum, & tertia per inspirationem, ut patet in c. quia propter, extra de elect.

Mortuo enim prælato debent in quacunque forma electionis, uocari omnes, qui debent, & uolunt, & possunt commodè interesse.

22 Hæc enim cura uocandi absentes pertinet ad illos, qui sunt præsentis, qui congregati in ecclesia, uel in capitulo, uel in alio loco solito statuent certum terminum ad electionem celebrandam, de quo fiet instrumentum publicum, in quo narrabitur, qualiter tali die cedente, uel translato, uel defuncto tali Prælato Ecclesiæ, eiusque corpore ecclesiasticæ tradito sepulturæ, capitulum, uel collegium, uel tales, qui tunc in ecclesia præsentis erant, conuenientes in unum, talem terminum, cum continuatione sequentium dierum ad electionem celebrandam unanimiter stauerunt, quæ termini assignatio notificanda est omnibus, qui citari debent: omnibus autem in loco, & die statuta semel conuenientibus, ante omnia deliberandum est, an per uiam scrutinij, an per uiam compromissi procedere malint, & una uia electa debet de tali deliberatione fieri publica scriptura, in qua contineatur, qualiter diligenti deliberatione præhabita placuit omnibus, & singulis, & omnes cõcorditer consenserunt, ut per uiam, puta scrutinij pro-

23

24 cederetur. Quo peracto sic procedent, eligent enim ex ipso collegio tres fide dignos, de qua electione faciendum erit publicum instrumentum, quibus detur potestas secreto, ac sigillatim uota cunctorum nullo omisso, & sua examinandi, uel sua primo scrutentur alij a capitulo electi, & in scriptis ea registrandi, & redacta mox in communi publicandi, & hoc ut nesciatur & qui, & in quem consenserint, & meriti ad meritum, & zeli ad zelum, & numeri ad numerum collationem faciendi, & facta collatione eum eligendi, in quem conuenient omnes, uel maiorem, & sanio rem partem capituli consensisse, ita ut unus ipsorum de consensu, & uoluntate aliorum duorum scrutatorum uice sua, & collegarum, & omnium aliorum, qui in his consenserint, electionem pronuntiet in scriptis, & solemniter celebret. Quod quidem sine dubio obseruabitur, quando capitulum dedisset tantam facultatem ipsis scrutatoribus: sed si tantam potestatem illis dare noluerit, tunc sequenda erit forma concilij generalis, qua cauetur, ut scrutatores non habeant potestatem, nisi scrutandi uota aliorum, ac scribendi, & in communi publicandi: collatio autem, & electio, & solemnizatio fiet ab alijs, ut traditur in d. c. quia propter, extra de elect. & notat Hostiensis in summa, c. o. num. 111. uers. qualiter faciendâ, & eximie, & eleganter Specul. in §. 1. titu. eo. & Butrius, & Abbas, & Anchar. in d. c. quia propter, extra de elect.

26 Et prædicta omnia diligenter, & accuratè notanda sunt, quia forma scrutinij in practica est ualde difficilis, ut ait glo. in c. cum expediat, in uerbo, inquisitis, de elec. in 6. ubi notat, graue esse per formam scrutinij procedere, quia non omnes sciunt illam formam bene seruare, & multos fuisse bonos Iuristas, qui practicam ignorantes in ea defecerunt, quod idem confirmauit Felyn. in consil. 38. in princ. ubi refert multos uiros perfectos defecisse ignorantes practicam scrutinij, iuxta illud Psalmistæ, Defecerunt scrutantes scrutinio. subiungit tamen, quod si in electione interuenit purus, ac immaculatus consensus eligentium, dato quod in forma scrutinij, uel electionis sit erratum, propter quod electus posset turbari in foro contentioso, tamen in foro conscientie tutus erit electus quo ad Deum, nam illæ formæ solum sunt inuentæ ad uitandam fraudem, qua cessante stat Deus conscientie pure electi, licet foris fori non stet dicto illius.

28 Electio uero per uiam compromissi dicitur fieri, quando congregato capitulo, ut supra, fuit dictum, & citatis candidis, ipsi canonici committunt uices suas, & citantur, & dant ius, & potestatem liberam eligendi aliquibus uiris idoneis, puta uni, duobus, tribus, uel pluribus, siue habentibus siue non habentibus uocem in capitulo, ita ut ipse, uel maior pars eorum nomine, & uice sua, ac totius capituli per electionem canonicam, uel per nominationem solemnem, uel postulationem cõcordem uiduata ecclesiæ, pro ut inter se conuenierit, Deum ac bonum statum ecclesiæ habentes præ oculis, de persona

sona idonea provideant pro pastore, ita ut unus eorum de consensu aliorum compromissariorum, uel maioris partis uice sua, & collegarum, & capituli illum, in quem conuenerint, eligat, uel postulet, uel electam, seu postulatam in omnium presentia publicet, promittentes se illum habituros pastorem, quem ipsi, uel maior pars ipsorum duxerint eligendum, aut etiam postulandum, & facto instrumento publico huius potestatis in compromissarios translata, ipsi compromissarii ad inuicem deliberabunt, & de persona idonea providebunt, & unus eorum uice sua, & collegarum, & totius capituli electionem publicabit, iuxta formam, quam scienter tradit Specul. in §. 2. de elect. & Hostiens. in sum. eo. num. 14. uers. secunda forma, & Anchar. in d. c. quia propter, colum. 4. uers. tertio principaliter, extra de elect. & ibi optimè Butr. nu. 3. uers. uenio ad uerbum, colum. 6. & egregie Abb. in §. uel saltem, col. 1.

Illud autem sciendum est, quod in faciendo compromisso debent omnes unanimiter consentire, quia unus potest impedire, ne fieret compromissum super electione, cum singulorum interfit, ne quis priuaretur uoce sua, ut in allegato loco concludit Abbas in 2. notabili, dicens hanc esse communem opinionem.

Tertia forma electionis est per inspirationem, de qua duplex haberi potest consideratio: alia enim dicitur fieri per ueram Dei inspirationem, quando fit auctore Deo, & ista talis electio (quando de uera inspiratione constat) non indiget alia confirmatione, quia sub lege non sunt, quæ spiritu Dei aguntur, & maior est uis benedictionis, quam naturæ: sed hodie propter peccata nostra a nobis recessit hæc species electionis, & fabulosè dicitur, illam columbam esse mortuam, per quam olim Archiepiscopi Rauennæ creabantur, quia fuit occisa

per a coruo, ut tradit Ioan. Andr. in d. cap. quia propter, nume. 40. in uerbo, quasi, colum. 3. extra de elect. Alia dicitur fieri per quasi inspirationem diuinam, quando non constat, quod auctore Deo fit facta, sed præsumitur, quod a Deo emanauerit, quando canonici omnes, uel alij de collegio uno ore consenserint in aliquem sine aliquo tractatu præcedenti, & simul eum nominant, & una uoce eligunt, & si unus solus contradiceret, non ualeret electio, & ista electio non indiget confirmatione, de qua tradit Io. Andr. in d. c. quia propter, num. 40. colum. 7. & ibi Butr. num. 49. colum. 7. & Spec. in §. fin. de elect. & Abb. in d. c. quia propter, §. nisi, extra eo.

Tertio quæro, quo tempore fit facienda electio. & uide glo. in c. si electio, in uerbo, aliam, de elect. in 6. & latius Hostien. in §. quo tempore, nu. 19. de elec. in summa.

Quarto quæro, an prædictæ formæ debeant seruari in electione Papæ, & dicendum est quod non, quia in electione summi Pontificis speciale est, ut is intelligatur electus, in quam duæ partes Cardinalium consentiunt, de cuius electione uidebis tex-

tum in c. licet, extra de elect. & in c. ubi periculum, de elect. in 6. & Hostien. in §. & nota quod in electio. num. 18. in sum. eo. tit.

An autem persona electa consentiendo electioni, uoto suo augeat numerum eligentium ad complendas duas partes, uide glossam tenentem quod non, in c. licet de euitanda, in uerbo, a duobus, extra de elect. & in c. cum in iure, in fine, extra eo. In contrarium tamen uide Abb. in d. c. licet, num. 13. & in d. c. cum in iure, col. pen. & fin. & Hostien. in sum. de elect. nume. 18. & Bald. in d. c. licet, nu. 6. & ibi uide Decium.

His ita quæsitis, nunc inferendo ad ea, quæ nostræ tractationi cōueniunt, dicitur in primis, quod electo & dicenti, se canonicè electum, & petenti confirmationem incumbit onus probandi electionem canonicè fuisse factam, etiamsi nullus sit, qui contrarium illi opponat, ut probatur in c. cum nobis, extra de elect. per quem textum dixit ibi Abbas, in septimo notabili, quod electus non est confirmandus, nisi doceat se idoneum quo ad idoneitatem extrinsecam, & subiungens hoc facere pro opinione Io. Andree concludentis, quod si electus habet aduersarium, ipsi aduersario incumbit onus probandi, quia excipiens censetur actor, quo ad onus probandi suas exceptiones; sed si non habet aduersarium, uel habet, & nihil probat, tunc electus ut obtineat confirmationem a superiore, debet se idoneum probare, & hoc est illud, quod aliàs dici consuevit, quod dicenti quem dignum ad aliquam dignitatem ecclesiasticam respectu qualitatis extrinsecæ, uel accidentalis, incumbit probatio, ut plene tradit Abb. in c. ex parte, num. 6. cum seq. extra de scrutin. & Felyn. in c. cum in iure, sub nu. 2. uers. quinto limita nisi agatur, colum. 2. extra de officio iud. deleg.

Verum in contrarium transiit Innocent. in c. fin. sub num. 4. uers. de solemnitatibus autem, col. fi. extra de eo, qui futiue ordines recepit. ubi tradit, quod si quis dixerit defectum interuenisse in electionibus, puta quod non sit factum scrutiniū, uel habita collatio, uel non sint uocati uocandi, tunc ipsi opponenti incumbit probatio huius negatiuæ, quia quando constat de auctoritate facientis actum, tunc præsumitur pro his, quæ quis extraiudicialiter gessit in pertinentibus ad officium suum, pro ut probatur in l. ab ea parte, in fine, ff. de probat. ubi habetur, quod emancipatio præsumitur recte facta, & neganti solitam interuenisse solemnitatem, probatio incumbit, & sequitur Compostellan. quem refert Ioan. Andr. in capitu. in Genesi, numero 11. uers. si autem dicatur, extra de elect. & alij quos infra referam, in 3. declaratione, in qua opinio Innocentij declarabitur.

Sed prima opinio est cōmunior, tum quia qui dicit, probat: tum etiam quia solemnitas probanda est ab eo, qui eam allegat, & in specie Innocentium reprobatur Ant. de Butr. in c. quod sicut, num. 59. uers. secundum principale, colum. 8. extra de elect.

elect. ubi refert Compostellanum sibi contrarium idem tenere, & sequitur ibi Ioan. Andr. numero 44. uers. ubi uero hoc excipitur, colum. septima, & Ancharan. columna tertia, uers. secundo quæritur.

Nec obstat textus in d. l. ab ea parte, quoniam ille loquitur in actu iudiciali iurisdictionis uoluntariæ, in quo regulariter pro iudice præsumitur, sed secus in actibus extraiudicialibus, ut ait Ant. de Butr. in d. c. quod sicut, nu. 59. col. 9.

Declarabis autem prædictam conclusionem procedere, quando quis opponit aduersus formam electionis ante confirmationem obtentam, nam tunc electo, si uult confirmari, incumbit probare electionem fuisse canonicam, siue aduersarius probet, siue non probet exceptiones suas, ut iam dictum est, & dixi in cap. 16. filio an, & quando, nume. 78. uers. quarto limita, sup. eo.

Sed secus, si aduersarius opponeret exceptiones post confirmationem electionis: tunc enim ipse opponens & deberet probare, non autem confirmatus, tum quia nemo cogitur dicere titulum suæ possessionis, tunc etiam quia præsumitur pro sententia confirmantis, ut tradit Innocent. in c. cum olim, num. 2. uers. fatemur tamen, col. 1. in fine, extra de dolo, & contum. & ibi Io. Andr. num. 6. uers. fatetur tamen, col. 1. & in d. cap. quod sicut, num. 44. uers. interim tamen, colum. 7. & ibi Anchar. uers. secundo quæritur, colum. 3. & pulchre Ant. de Butr. num. 59. uers. secundum principale, col. 8. & rursus Anchar. in cap. cum dilectus, in septimo notabili, & ibi elegantissime Butrius, numero 52. uers. nunquid autem dicens, colum. 6. extra de elect. & dixi in cap. 28. de dignitate episcopali, nu. 57. uers. adhuc prædicta regula, sup. eo.

Item declarabis prædicta obtinere, quando quis opponit aduersus formam electionis: tunc enim electo incumbit onus probandi, sed secus, quando quis opponit crimen personæ, nam tunc opponens debet probare, siue opponat ante confirmationem, siue post confirmationem, quia in dubio quilibet præsumitur esse bonus, ut tradit Innocent. in d. c. cum olim, nu. 2. uers. fatemur tamen, col. 1. in fine, extra de dolo, & contum. & in c. super his, num. 10. uers. item nota, extra de accus. & Ioan. Andr. in d. c. quod sicut, sub num. 45. uers. hoc autem certum est, colum. 7. extra de elect. & ibi Anchar. uers. si autem non obijcitur, colum. antepen. & Ant. de Butr. sub nu. 59. uers. si opponitur crimen, col. antepen. & in d. c. cum dilectus, sub num. 52. uers. quandoque opponitur contra personam, colum. 6. extra de elect. & dixi in d. c. 28. nu. 57. sup. eo.

Sin autem quis opponeret defectum personæ, ut puta literaturæ, uel ætatis, uel natalium, tunc uterque debet probare, & neutro probante iudex inquireret, secundum ea, quæ dixi in cap. 16. filio an, & quando, num. 78. sup. eo. & notat Abb. in c. fin. num. 6. & sub num. 7. uers. in hac autem extrinseca, extra de præsumpt. & ibi Felyn. num. 2. uers. est autem multiplex, col. 2.

Rursus declarabis prædictam conclusionem non procedere, quando electus ostenderet & scrutinium & uota eligentium in scriptis redacta, una cum decreto, in quo apparet capitulum consensisse: satis enim dicitur probasse electionem fuisse canonicam, & qui uoluerit dicere solemnitatem non fuisse seruata, debet probare, tum quia regulariter excipiens suas exceptiones probare tenetur, tum et quia ex quo de facto constat, præsumitur interuenisse & solemnitas, ut notat Innocent. in d. c. super his, col. pen. uers. quando autem uitium dicitur, extra de accus. & Ruin. in cons. 69. circa processum, sub nu. 9. uers. secundo respondetur, uol. 1.

Et hoc est illud quod uoluit intelligere Innocent. in d. c. innotuit, sub nu. 4. uers. de solemnitatibus. autem, colum. fi. extra de eo, qui futiue ord. recepit, quem sequitur Compostellan. prout refert Io. Andr. in d. c. in Genesi, nu. 11. uers. si autem dicatur, extra de elec. & sequitur Ant. de Butr. in d. c. innotuit, col. fi. uers. in electionibus. & Anchar. in cons. 279. quæstio, p. ponitur, uers. item oēs quorū interesse possit, col. 2.

Quam materiam egregie declarauit pro concordandis Doctoribus. Ant. de Butr. in d. c. cum dilectus, sub nu. 52. uers. quandoque opponitur defectus formæ, col. 6. ext. de elect. ubi tradit, quod quando opponitur defectus formæ iuris, tunc si pro electione apparet & scriptura, pro ea præsumitur, & pro solemnitatibus in ea enuntiatis, quia talis est forma extrinseca, & quia negans formam negat ius, ergo neganti probatio incumbit: si uero non apparet scriptura, pro electione, tunc uterque probat, id est tam is, qui petit confirmationem, quam is, qui petit, ut electio cassetur, ut dixi in 1. declaratione, & latius in cap. 16. nu. 78. sup. eo.

Iterum declara, ut prædicta procedant, quando agitur de iudicio ordinario siue plenario, sed secus quando agitur de præparatorijs iudicijs, uel quando quis comparet pro suo interesse ad impediendam executionem sententiæ inter alios lata, nam tunc sufficit, si probet se electum simpliciter, etiam si non doceat, quod sit canonicè electus, ut tradit Innocent. in d. c. ueniens, il. 2. in prin. extra de testib. & ibi plenè Fely. in quinta conclusione, nu. 13. col. 3. & in c. cum super, in 2. notab. extra de officio iud. delegati.

Postremo declara, ut ita demum electus debeat probare electionem fuisse canonicam, quando agitur de forma introducta & a iure, sed secus, quando agitur de forma electionis tradita ab homine: nam non electus, sed is probat, qui dicit formam non fuisse seruata, ut tradit Ant. de Butr. in d. c. cum dilectus, sub nu. 52. uers. dic quandoque opponitur, col. 6. ext. de elect. & ibi Ancharan. in septimo notab.

Pro quo facit, quod ibi notat Abb. nu. 13. in gl. in uerbo ostensum, col. fin. ubi dicit, quod compromissarii electi censentur habere liberam potestatem eligendi, & qui dixerit compromissum fuisse restrictum ad certam formam, debet hoc probare.

Sed an, & quoniam crimen personæ, uel uitium formæ possit opponi uel ante, uel post electionis confirmationem

mationem tradit Abb. in c. cum olim, num. 1. r. u. que ad finem, extra de dolo, & contum. & ibi Io. Andr. nume. 6. quærens primo, colum. 6. extra de elect. & ibi Anchar. uer. quarto quæritur nunquid, colum. pen. & latissimè Ant. de Butr. num. 18. uer. si quæritur an, & quando, colum. 7. & Abb. ibi in §. super eo. sub nu. 15. uer. c. concludendo tamen, colum. pen.

Secundo, cum fuerit superius expositum, quod absentes uocandi sunt ad electionem faciendam, infertur, quod si unus ꝛ negauerit se fuisse uocatū, & alter affirmauerit, onus probandi incumbit ei, qui dicit fuisse uocatum, quia nec in iudicialibus, nec in actibus extraiudicialibus præsumitur quis citatus, nisi probetur, cum citatio sit quædam solennitas extrinseca, quæ debet probari, ut ait Abbas in d. c. quod sicut. §. super eo, num. 8. colum. 3. extra de elect. & glof. in c. bonæ memoriæ, il primo, in uerbo, per rerum naturam, extra eo. & in d. cap. quod sicut, in uerbo uocatos.

Illi autem absentes, qui uocati non potuerunt iusto impedimento detenti venire, possunt ꝛ uicè suam vni de collegio committere, & iuramento pbare impedimentum, uel possunt per literas suam uoluntatem exprimere, quæ cum alijs in capitulo publicabitur, ut habetur in c. quia propter, §. illud autem, & ibi glof. in uerbo, uenire, extra de elect.

Tertio, cum soleant, ut iam diximus, scrutatores ꝛ eligi, qui in facienda electione uota eligentium scrutentur, & cum soleant etiam aliquando eligi compromissarij, qui possunt liberè eligere, & possunt etiam scutari uoluntates maioris partis capituli, ut tradit Anton. de Butr. in c. cum dilectus, numero 28. uer. nota ex uerbo alioquin, colum. 4. extra de elect.

Nunc infertur, quod si inter compromissarios, uel inter ꝛ scrutatores, & canonicos nascatur contentio, quia canonici dicant se unum nominasse, & compromissarij uel scrutatores dicant de alio, onus probandi incumbit canonicis, quia præsumitur pro illo, quem scrutatores nominauerint, ut notat Anch. in d. c. cum dilectus, in 6. notabili, col. 1. ubi dicit magis credi compromissarijs, quàm canonicis: quia cum canonici deponant secrete, & singularim, essent in suis testimonijs singulares, & ob id eis non est credendum. nec obstat, quod prædicti compromissarij sint ꝛ testes de facto proprio, in quo possunt exportare uituperium, & laudè, quia toleratur in subsidium, cum non possint alij testes haberi propter scrutinium, quod coram ipsis secreto fuit factum, ut tradit Abb. in d. c. cum dilectus, num. 12. colum. pen. in fine, & ibi Butr. num. 41. uer. oppono secundo, col. 4.

Quarto, cum eliguntur compromissarij, intelligitur compromissum factum secundum dispositionem iuris, quæ est, ut stetur ꝛ dicto, uel electioni maioris partis, ut notat Anton. de Butr. per illum textum, in d. c. cum dilectus, nu. 14. uer. sic. quæro an in compromissarijs, col. 3.

Ex quo succedit, quod si tres officiales elegerint Titium ad officium præturæ, nec constare possit de quo Titio fenserint, quia plures sint eiusdem nominis, si duo ex dictis electoribus declarauerint de quo fenserint, standum erit ꝛ ipsorum declarationi, licet tertius contradicat, arg. d. textus in d. c. cum dilectus, et hoc fensit Bart. in l. quidam relegatus, num. 10. uer. ultimo quæro, ff. de reb. dub. & Abb. in d. c. cum dilectus, sub nu. 12. col. fin.

Quinto compromissarij sunt ꝛ persone, ad quos ius eligendi non pertinet de iure, sed de mandato in ipsos facto a communi consensu capituli, ut patet in c. quia propter, §. uel saltem, extra de elect.

Ideo infertur, quod electio nihil iuuabit electū, nisi probauerit ꝛ potestatem fuisse datam compromissarijs eligendi, & tradit Innocent. in cap. si. nu. 2. uer. in electione, extra de eo qui furtiuè ordin. recepit. ubi ait, quod quando electio facta fuit ab eis, ad quos non spectat de iure communi, semper ante confirmationem, & post confirmationem sine causæ cognitione factam, oportet electum probare potestatem datam electoribus, & hoc idem confirmauit ibi Ant. de Butr. sub num. 8. uer. si autem opponatur, colum. 1. in fine. ubi tradit, quod si obijciatur electo, quod ille, qui elegit, non habuit potestatem eligendi, ipsi electo incumbit onus probandi potestatem eligendi fuisse datam electori, quando ad ipsum de iure communi talis facultas non pertinebat, quod procedit siue ante confirmationem, siue post confirmationem, talis exceptio obijciatur, & ista exceptio, quæ respicit defectum potestatis, est maximi momenti per ea quæ tradit Abb. in cap. cum olim, nu. 3. uer. nota ibi ipsum, colum. 2. in prin. extra de dolo, & contuma. ubi inquit, quod exceptio ꝛ respiciens falsitatem rescripti operatur, ut prouisus non prius nanciscatur possessionem, quàm de ualiditate tituli fuerit discussum: allegando enim defectum potestatis, uel defectum uoluntatis prouisoris detrahitur illi potestati, super qua iura se fundant in discernendo possessionem ante omnia prouiso.

Sexto aduertendum est, quod licet compromissum in materia electionis non ꝛ possit fieri nisi in uiros idoneos, ut dicitur in d. c. quia propter, §. uel saltem, extra de elect.

Attamen onus probandi idoneitatem incumbit ei, qui eam negat, quia ꝛ in dubio quilibet præsumitur esse idoneus, & habilis ad illum actum, ut tradit Ant. de Butr. in d. c. quia propter, nu. 37. uer. sequitur in litera, col. 6.

Septimo sciendum est, quod electus infra tres menses post consensum ꝛ electioni de se celebratè præstitum, confirmationem electionis petere debet, alias electio uiribus uacuatur: quod quidem uerum est, in confirmatione, quæ petitur ab inferiore a Papa, ut patet in cap. quam sit, in fine, de elect. in 6.

In illis autem electionibus ecclesiarum cathedralium, uel regularium, quarum confirmationes a Papa sunt obtinendæ, seruanda sunt tēpora præfixa in c. cupientes, de elect. in 6.

Excusan-

Excusantur tamen, qui confirmationes iusto impedimento detenti non potuerunt infra debitum tempus petere, sed tamen ꝛ istud impedimentum erit ab eo probandum, qui illud allegat, ut ait glof. in d. c. cupientes, in uerbo, fidem, & Felyn. in c. si pro debilitate, nu. 5. uer. quæritur utrum, col. 4. extra de officio deleg. & Bart. Alex. & Castrenf. in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caut.

Octauo notandum est, quod alleganti confirmationem electionis ꝛ incumbit onus probandi se fuisse confirmatum, quando habet contradictorè, ut tradit Innocent. in c. transmissam, col. 2. uer. si uero habent contradictores, extra de elect. & Bal. in l. 1. nu. 81. uer. & generaliter nemo, col. antepe. C. de seruit. & aqua.

Ultimo non est omittendum, quod licet Papa circa beneficia ꝛ tam collatiua, quam electiua habeat omnimodam potestatem, eaq; possit conferre in præiudicium eligentium, cum ipse sit dominus omnium beneficiorum, & eorum habeat plenariã dispositionem, siue sint merè ecclesiastica in curia, uel extra curiam uacantia, ut probatur in cap. 2. de præbend. in 6.

Siue sint de iure patronatus laicorum, quib. Papa, cum ꝛ uult, potest præiudicare, licet non possit legatus eius, ut notat glo. in clem. per literas, in uerbo, apostolicis, de præben. & gl. in c. cum dilectus, in uerbo, presentare, extra de iure patron. & Zabarel. in cons. 103. in prin. de qua materia uide omnino Io. de Selua, in q. 1. in 2. par. de benefic.

Attamen electorum beneficiorum ea est prærogatiua, ut nisi specialiter exprimantur, non comprehendantur in rescripto, in quo Papa ꝛ mandat alicui prouideri de beneficio, uel dignitate pertinente ad cuiuscunq; uel quorumcunq; collationem, prouisionem, institutionem, uel quamuis aliam dispositionem, etiam in eodem rescripto inhiberet omnibus, ad quos pertinet institutio, uel electio, ut nihil habeant attentare in præiudicium concessio nis, ut habetur in clem. 1. §. a. hoc, de præbend. & in c. cum in illis, §. illis uero, de præbend. in 6. & ibi Doct. & Zabarel. in d. cons. 103. nu. 6. col. 2.

Verum illud oportet scire, quod dicenti beneficia simplicia, ꝛ uel minora esse electiua, incumbit onus probandi, quia de iure communi omnia beneficia minora prouidentur per collationem, non autem per electionem, ut notat Zabarel. in d. cons. 103. uer. 3. quod dispositio. col. 3. & Fel. in c. in nostra, in trigesimo secundo correlario, uer. & nota deligèter, col. 19. extra de rescrip.

Et licet de iure ꝛ speciali, uel de consuetudine minora beneficia possint esse electiua, ut in eodem loco Fely. attestatur, attamè qui specialitatem, uel priuilegium, uel consuetudinem allegat, probare ꝛ debet, c. cum personæ, de priuileg. in 6. & dixi in ca. 27. de dignitate, sup. eo.

Dignitates tamen in dubio censentur esse electiua, quia communiter de illis per electionem prouidentur, ut tradit Gemin. in c. statutum, sub nu. 6. uer. si. item iste textus, col. 2. & in c. cum in illis, §. il-

lis uero, col. 2. uer. mouetur quia, de præben. in 6. & Cald. in consil. 12. an beneficia, prope finem, de præbend.

ADDITIONES.

- a Forma Zabarella dixit hanc esse nimis magnam restrictionem, in clem. 1. nu. 5. in q. 4. de præbend.
- b Absentes. Sunt uocandi absentes, nisi consuetudo sit in contrarium, alioquin electio ipsis institutibus cassabitur, c. cum in ecclesijs, de præbend. in 6. & glo. in capi. cum olim, in fine, extra de senten. & re iud.
- c Benedictionis. Exempla patent in c. re uera, de consecr. distin. 2.
- d Probandi. An autem in his probationibus sit lis contestanda? distinguitur, aut electus in petenda confirmatione nullum habet contradictorem, & proceditur sine litis contestatione: aut habet contradictorem, & tunc oportet litem contestari, ut ait Innocent. in c. super his, nu. 6. uer. alij dicunt & melius, extra de accus. sed uide eundem Innocent. in c. dudum, il 2. nu. 10. uer. contestatione, extra de elect.
- e Extrinsecam. Idoneitas est duplex, alia intrinseca, ut castitas, & sobrietas quæ præsumitur post baptismum; alia extrinseca, ut est literatura, ætatis, nataliū, & capacitatis, id est quod non habeat plura beneficia, ut ait Abb. in c. si. nu. 6. de præsumpt. & ibi Felyn. nu. 2. sed de his uide latiore traditionem in c. 53. & c. 54. lib. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Dignitatum, uel beneficiorum alia dicuntur secularia, alia regularia. Beneficiorum secularium tria sunt genera, ibidem. Præsimonia sunt beneficia, quæ fuerunt instituta pro studentibus, ibidem.
- 2 Beneficia regularia, quæ sint. Abbates & Abbatissa dicuntur habere dignitates regulares, ibidem.
- 3 Archimandrite sunt loco Abbatum. Monachi ab initio eremos & speluncas habitabant, ibidem. Archimandrite uocantur principes speluncæ, uel ouium, ibidem.
- 4 Mandra est locus ouium.
- 5 Onus probandi incumbit ei, qui beneficium, uel dignitatem dicit esse regularem. Beneficia de iure communi omnia sunt secularia, ibidem.
- 6 Beneficiorum primus status est secularis. Beneficium fit regulare de beneficio seculari, ibidem.
- 7 Secularis non tenetur probare beneficium esse seculare.
- 8 Non est presumendum neque pro seculari beneficio, neque pro regulari.
- 9 Onus probandi incumbit tam ei, qui seculare beneficium, quàm ei, qui regulare dicit.
- 10 Beneficium a natiuitate potest esse tam seculare, quàm regulare.
- 11 Beneficium esse seculare probatur, quando apparet ultimum statum beneficij fuisse secularem.
- 12 Beneficium fit regulare, uel seculare per prescriptionem, quando continua, & pacifica possessio fuit per quadraginta annos.
- 13 Pacifica possessio quæ dicatur.
- 14 Possessor is esse dicitur, qui partem principaliorem possidet.
- 15 Beneficium is dicitur possidere, qui possidet ecclesiam, non is, qui possidet possessiones.

- 16 Possidens sacristiam præfertur ei, qui possidet reliquias, & paramenta.
- 17 Cui incumbas onus probandi, an dicenti, an neganti ecclesiam esse collegiatam.
- 18 Ecclesia collegiata quomodo cognoscatur.
- 19 Ecclesia existens in possessione collegij habetur pro collegiata.
- 20 Ecclesia quomodo dicitur esse in possessione collegij.
- 21 Unus clericus alijs extinctis potest retinere ius collegij. Episcopus mortuis clericis collegiatæ eliget non nomine suo, sed nomine ecclesie, ibidem.
- 22 Dicenti ecclesias cathedrales, uel regulares non esse collegiatas, incumbit onus probandi. Ecclesie cathedrales, & regulares sunt omnes de iure communi collegiatae, ibid.
- 23 Prior, & Abbas nomina, quæ conueniunt tam seculari, quam regulari dignitati. Parochia est certa pars diæcesis, quæ constat ad minus ex decem familijs, ibid. in add. Parochiarum diuisio facta fuit a Dionisio episcopo, ibidem in additionibus. Parochi dicebantur, qui curam habebant, ut legatis ligna, & sal præberentur, ibidem in additionibus. Xenoparochi sunt idem quod parochi, & latine copiarij dicti sunt ob copiam rerum, quas legatis Regum dabant, ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

Cui incumbat onus probandi, an dicenti beneficium esse regulare, an seculare.

C A P. XXXI.

- A**LTERA dignitatum, vel beneficiorum ecclesiasticorum diuisio hæc est, quod alia dicuntur secularia, alia uero regularia nuncupantur. seclarium quidem tria sunt genera, quædam enim sunt cum administratione, & iurisdictione, ut episcopi, & alij eandem potestatem habentes: quædam sunt cum administratione sine iurisdictione, ut sunt officia, Parochiæ, & dignitates inferiores, quarum multæ nullam habent iurisdictionem, alie sunt sine iurisdictione, & administratione, ut sunt altaria, canonicatus, præbendæ, capellanæ, & præstimonja, quæ fuerunt instituta pro studentibus, de quibus uidebis apud M. Anton. de Marfil. in cap. 10. cum seq. in 2. par. de eccl. re. tit. & Rebuff. in c. seclare beneficium quotuplex, Praxi benefic.
- 2 Regularia vero beneficia ea dicuntur esse, quæ certa præscripta vota habent connexa, & e contrario illa dicuntur secularia, quæ nulla habent regularia instituta, dignitates autem regulares dicuntur habere Abbates, Abbatissæ, item aliquando Priores, & Archimandritæ, qui loco Abbatum sunt. dicti ab ἀρχός & μαρτυράς, quæ dictiones Principem speluncæ significant, quasi quod sint Principes uel Duces monachorum, qui ab initio eremos, & speluncas habitabant. glossa tamen Archimandritas uocat Principes ouium, quia cum mandra apud uulgares fit locus ouium, pro ouibus

intelligit monachos, qui mansuetudine, ac humilitate oues imitantur, ut patet in l. nos reddentes, in uerbo, Archimandritæ, C. de summa Trinit. & in cap. dispensatione, in uerbo, Archimandritam, l. quæst. 7. & elegantius M. Anton. Marfil. in cap. 15. de eccl. re. tit.

In hoc igitur loco pro regula generali illud affirmandum est, quod onus probandi incumbit ei, qui dignitatem esse regularem, uel beneficium esse regulare contendit, quia de iure communi omnia beneficia sunt seclaria ex eo, quod primæuus status beneficiorum est seclarius, cum de beneficio seclari fiat regulare, & non econuerso, ut notat Rota in decis. 2. alias 32. fuit dubitatum, col. 2. uer. facit secundum ea, de præbend. in nouis, & Gemin. in capit. cum de beneficio, colum. 3. uersic. aut non expressit Papa, de præbend. in 6. & ibi Francus, uer. tamen pro statu seclari, col. 2. & Probus ibi ad Monachum, num. 5. uersic. istud enim, col. 2. & in cap. super eo, sub numero 17. uersic. facit postremo, colum. 6. de præbend. in 6. & Coras. in cap. 5. nu. 6. de beneficijs, & Ceph. in consilio 358. præmittitur, numero 48. uersic. duodecimo, volum. 3. & hanc regulam ita expresse formauit Milleus in uerbo beneficia, sub numero 9. ubi ait, quod dicenti beneficium, uel monasterium esse regulare, incumbit onus probandi, & hoc idem latius confirmauit Rebuffus, in cap. quotuplex sit beneficium, numero 3. uersiculo, & regulariter, Praxi benefic. ubi ait, quod omne beneficium præsumitur seclare ex primæua institutione, nisi probetur regulare, quia postquam diuus Petrus fuit seclarius, præsumitur quod ita beneficia fundata sint, sequendo illum primum patronum, subiungens seclarem non teneri probare beneficium esse seclare, sed eum, qui dicit illud esse regulare, quia habet præsumptionem pro se is, qui est seclarius. Ego autem non mediocriter dubito de ueritate huius regulæ, & rectius esse opinor, ut non præsumendum sit neque pro seclari, neque pro regulari beneficio, sed inspiciendus sit status, in quo de præsentibus beneficium reperitur: si enim in gubernatione, uel statu seclarium est, tunc seclare prima facie iudicabo, at si reperietur in statu regulari, tunc pro regulari præsumam, & sic onus probandi incumbit tam ei, qui seclare, quam ei, qui regulare dicit: & moueor hac ratione, quia utrunque beneficium à natiuitate sua, uel à prima creatione potest esse uel seclare, uel regulare, & sicut de seclari res clara est, ita etiam de regulari nullus dubitat, quod notauit etiam Milleus in d. uerbo, beneficia, sub numero 9. ubi ait, beneficium esse posse regulare non solum ex quadragenaria præscriptione, sed etiam ex prima fundatione ipsius beneficij, quando fuit actum, ut esset regulare, & à regularibus gubernaretur, quod idem tradit Rebuffus in cap. regularia beneficia, Praxi benefic.

Cum ergo utrunque beneficium à prima origine possit esse regulare, aut seclare, non uidetur posse magis

magis præsumi pro uno, quam pro altero. sic etiam in simili dicimus, quod cum homines possint nasci tam liberi, quam serui, non uer præsumendum neque pro libertate, neque pro seruitute, sed inspiciendus est status, in quo quis reperitur, ut abunde dixi in cap. 19. de iure personarum, nu. 25. uer. quod uero attinet, sup. eo.

Nec obstat, quod ibi dixerim in iuribus realibus præsumi pro libertate, quoniam illud procedit, quia prædij a natiuitate non potest inesse seruitus: sed secus in beneficijs, quæ a natiuitate possunt esse regularia, & pro hac opinione suffragari uidentur ea, quæ tradunt Doctores, & præcipue Gemin. in c. cum de beneficio, col. 3. uersic. aut simpliciter scribitur pro clerico, de præbend. in 6. ubi ait quod si Papa simpliciter scripserit pro clerico mandas, ut ei provideatur de beneficio seclari, sufficit dicto clerico probare, quod ultimus status beneficij fuerit seclaris, etiam si non probet illum statum fuisse per decem annos, ex quo nihil ex aduerso probatur de alio statu, & sequitur ibi Francus sub nu. 5. uersic. si uero scribitur pro seclari, col. 2.

Si ergo clericus petens beneficium tanquam seclare, debet probare statum seclarem beneficij, etiam si nihil in contrarium, sit probatum secundum Geminianum, & Fracum, esse uerum ecce illud, quod supra dixi, ut si inspiciendus sit status beneficij, & non præsumptio originis naturalis, quæ non magis fauet uni, quam alteri: unde cogita, quia propter ingruentes occupationes nequeo hunc articulum perfecte examinare, sed interim admonuisse sufficiet.

Illud autem sciendum est, quod quando beneficium sit regulare, uel seclare per præscriptionem, oportet, ut sit continua, & pacifica possessio fuerit per quadraginta annos, nec sufficeret decennalis præscriptio, quando constaret de alio statu beneficij, uel ex origine, uel ex alia quadragenaria præscriptione, ut notat Rota in d. decis. 2. alias 32. de præbend. in nouis, & in decis. 2. alias 487. nota quod impetranti, de proba. in antiq. & uidebis Archi. Butrii, Anchar. Gem. & Fran. in d. c. cum de beneficio, de præbend. in 6.

Pacifiam uero beneficij possessionem is dicitur habere, qui aliquandiu de facto possidet, licet illi sibi super iure postea moueatur, nisi forsitan controuersia sibi moueretur in adeptione possessionis, uel statim post illam adeptam, ut notat Archid. in c. comissa, col. 2. uer. habuisse per se, uel per alium, de elect. in 6. ubi ait, quod si in ipsa inuestitura & possessionis apprehensione incontinenti moueatur questio super ipso beneficio, non uidetur quis habere pacificam possessionem, quia possessio pacifica, quæ non durat, non uidetur pacifica fuisse, & quæ incontinenti sunt, inesse uidentur: secus si quis ipsam possessionem pacifice apprehendit, & eam aliquandiu tenuit: licet enim postea moueatur controuersia, sufficit tamen quod semel ceperit pacifice possidere, & sequitur Rota in decis. 3. alias 36. nota quod ubi, de causa possess. in antiq. & in decis. 3. alias 61. sufficit, & ibi pulchra

add. de præbend. in no. uide tamen elegantem glo. in d. c. comissa, in uerbo, pacificam, & ibi Franc. & Gemi. de elect. in 6. & Staphil. de literis grat. in Rubr. de qualitate in statu beneficiorum.

Et hæc uera sunt, quando agitur de possessione pacifica: sed si ageretur de simplici possessione, ueluti quando quæreretur quis esset possessor, tunc is præbend. diceretur, qui partem principalioris possideret, ut notat Bald. in l. prima, ff. de officio præfec. August. ubi ait illum dici possidere beneficium, qui possidet ecclesiam, non autem eum, qui possidet possessiones, uel fundos ecclesie: ex quo subdit præferendum esse illum, qui possidet sacristiam, non autem illum, qui possidet reliquias, & paramenta, & sequitur Franc. dicto cap. comissa, colum. secunda, de elect. in 6.

Prædictis adde, quod illud, quod dictum est de beneficio regulari, potest forsitan etiam extendi ad ecclesiam collegiatam uel conuentualem, ut scilicet, & in ipsa inspiciendus sit status sue possessionis, quæ si reperietur in possessione collegij, transferret onus probandi in aduersarium dicentem non esse collegiatam, cum talis qualitas possit adesse ab origine & a natiuitate sua, ut tradit Abb. in c. nobis. num. 8. colum. 3. extra de iure patrona. ubi eleganter ait, quod ad cognoscendum, an ecclesia sit collegiata, recurrendum est primum ad ordinem, siue institutionem ecclesie, in qua si fuerit institutum, ut ibi essent plures collegiati, tunc ecclesia habebit iura collegij, & tali casu electio beneficiorum pertinebit ad collegium, uel ad prælatum collegiatæ, non autem ad episcopum: sed si fuerit ab initio institutum, ut in ecclesia adesset solus rector, uel solum duo clerici, tunc non erit collegiata, nec ius collegij habebit.

Ceterum si non apparet de origine, uel de institutione, nec de ullo privilegio super iure collegij, tunc inspiciendus est status ipsius ecclesie, quæ si erit in possessione collegij, habebitur pro collegiata, nisi contrarium probabitur: at si non erit in possessione collegij, tunc pro simplici beneficio reputabitur; subiungitur quæ ecclesiam tunc demum esse in possessione collegij, quando exercet iura pertinentia ad solum collegium, ut puta, quia clerici conuenerunt facere findicum, & per eum iurare, item quando habent sigillum, & arcam communem, & consueuerunt eligere prælatum, nec sufficit, si in ecclesia fuerint plures clerici beneficiati, quia cum possint esse singulares, non faciunt collegium, nisi stent, & uiuant collegialiter, quod idem ante ipsum egregie notauit Innocent. in capit. postulasti, in princip. extra de iure patronat. ubi amplius dicit, quod si in collegiata non remaneret nisi unus clericus, nihilominus ecclesia retineret ius collegij, & ipso clerico mortuo episcopus eligeret non nomine suo, sed nomine ecclesie, & hoc idem notauit etiam Archid. in capit. si ex clericis, numero tertio, columna prima, 10. quæ stione prima, & Ioan. Andr. in dicto capit. nobis, numero 8. extra de iure patronat. & uide quædam

in capitu. vigesimo septimo, de dignitate, in q. 5. sup. eod.

Et hæc quidem sunt vera in ecclesijs inferioribus, sed in ecclesijs cathedralibus, & regularibus simul ac constiterit eas esse cathedrales, vel regulares, transferetur t̄ onus probandi in aduersarium dicentem, cas non esse collegiatis, quia de iure communi omnes ecclesiæ cathedrales, & regulares sunt collegiatae, vt tradit Archid. in d. cap. si ex laicis, numero 2. colum. 1. 10. quæst. 1. & Abb. in d. c. nobis, sub nu. 8. uers. item ecclesiæ, col. 3. extra de iure patron.

23 Ultimo sciendum est, t̄ quod prior, & Abbas, sunt nomina, quæ conueniunt vtrique dignitati, idest r̄am sæculari, quam regulari, & de Abbate sæculari traditur in c. ex transmissa, extra de renunt. & notat Rebuff. in c. sæculare beneficium quotuplex, nu. 6. Praxi beneficior.

De Priore vero notat glos. in cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. & Cæphal. in d. conf. 358. num. 55. uol. 3.

ADDITIONES.

a Parochia. Dicitur hodie Parochia certa pars diœcesis, quæ constat ad minus ex decem familijs, quia decem Parochiani faciunt plebem, & si minus ecclesia constiterit, non poterit habere sacerdotem, vt dicitur in cap. unio, in fine, 10. q. 3. & ibi Archi. & Gemin. Diuisio autem Parochiarum facta fuit a Dionysio episcopo, ut dicitur in c. eccles. 13. q. 1. propter quod nonnulli arbitrati sunt, qd̄ Parochia dicatur quasi partitio curæ, quia cuique curato datur certa pars ciuitatis, uel castri curanda in diuinis, ut notat Abb. in cap. de multa, sub nu. 24. col. fin. extra de præbend.

Sed certe Parochi antiquitus illi dicebantur, quibus munere publico erat cura, vt legatis publicè missis ligna, & sal præberentur, dicti ἀπαρῆς, idest præbeo. Hinc parochiæ ecclesiæ dicuntur, quæ suis Parochianis panem cælestem, idest sacramentum exhibent, vt ait Landin. enarrans illud Horatian. in sat. 5. Proxima Campano ponti, quæ villula, tectum præbuit, & Parochi quæ debent, ligna salemeque. Hinc Xenoparochi uocantur, de quibus habetur in l. fin. s. hi quoque, ff. de munerib. & honorib. vbi Budæus dicit, quod iidem sunt, quod parochi, q̄ peregrinis saleme, & ligna præbebant, & latino vocabulo secundum Porphyriem, copiarij dicti fuerunt ex eo, quod omnium rerum necessariarum copiam legatis Regum populorumq; suppeditabant. Nam quæuis Horatius salis tantum, & lignorum meminerit, tamen sub illarum specierum appellatione omnia hospitiibus necessaria voluit intelligi, & in hac significatione hoc nomine vsus est Cicero, cum dixit, Cū Sextius noster Parochis publicis occupauit, vt patet in lib. 13. epistol. ad Attic. de qua re tradit etiam M. Ant. Marfil. in c. 12. de ecclesiast. redit.

b Non e conuerso. Hæc est falsum, nam potest etiam de regulari fieri sæculare, ut ait Franc. in c. cum de benef. nu. 6. col. 2. uers. ex quorum dictis, de præbend. in 6. ubi ait episcopum posse mutare statum beneficij de sæculari in regularem, & e contra: inferiorem autem ab episcopo (qualis est Abbas) hoc non posse, & idem notauit Rebuff. tit. de erectione ecclesiæ in cathedralem, nu. 8. Praxi benef. vbi tamen dicit difficilius fieri de

regulari sæcularem, quam de sæculari regularem, nec posse fieri sine Papæ beneplacito.

c Habere. Quo ad inducendam vacationem primi beneficij per impetrationem secundi non sufficit habere pacificam possessionem beneficij, idest exercitij curæ, nisi etiam habeat possessionem fructuum, vel maioris partis eorum, vt notat glo. in c. si tibi concessio. in verbo, uacare, de præbend. in 6. & ibi Gemin. & Staphil. de literis gratiæ, tit. de qualitate, & statuti benef. in fi. & uide Dec. in c. 1. numero 19. in 2. notab. ext. de confirmat.

d Aliquandiu. Idest per vnum, aut duos menses, ut notat Gemin. in cap. commissa, s. minus autem. in fine, de elect. in 6.

e Conuentualem. Collegiata, & conuentualis idem sunt, licet uerbum conuentualis, vulgariter referatur ad ecclesias regulares, ut ait Abb. in c. nobis, in 2. notab. extra de iure patron.

f Episcopum. Possunt etiam pertinere ad episcopum, & ad alios clericos, quando sic fuit ab initio ordinatum, ut notat Innocent. in c. postulasti, col. 1. extra de iure patronat. sed vide omnino Rotam in decis. 4. alias 167. de collatione, de concess. præben. in nouis.

g Duo. Non enim duo faciunt ecclesiam collegiatam, ut tradit Archid. in c. si ex laicis, sub nu. 3. 10. q. 1.

h Episcopus. Hoc est verum si ad episcopum spectabat confirmatio prælati electi a collegio, nam ius prouidendi deuoluitur ad eum, qui habet potestatem confirmandi, siue sit episcopus, siue alius prælatus, ut ait Abb. in c. 1. nu. 10. q. 3. extra de elect.

SVMMARIVM.

- 1 Beneficiorum uel dignitatum alia sunt curata, alia simplicia.
- 2 Cura animarum quid sit.
- 3 Cura animarum est potestas eiciendi, & recipiendi in ecclesijs, item corrigendi, & puniendi excessus. Archidiaconi, & inferiores prælati, quam curam animarum possunt habere, ibidem.
- 4 Cura animæ est potestas ligandi, & soluendi, quæ in nullo prælato potest esse nisi sit sacerdos.
- 5 Curam animarum nullus potest dare, nisi episcopus. Archidiaconus, & alij prælati non sacerdotes, licet possint aliquando dare ecclesias, non tamen dant curam animarum. ibidem.
- 6 Cura animarum est potestas ligandi, & soluendi respectu exercitij duntaxat in populo curæ alicuius commissio.
- 7 Cura animarum est quid diuersum a potestate ligandi, & soluendi.
- 8 Ligare, & absoluere est potestas ordinis, non iurisdictionis. Potestas ligandi, & absoluendi appellatur potestas clauium in ordine sacerdotali. ibid.
- 9 Cura animarum est iurisdictionis, quæ suscipitur in actu confirmationis.
- 10 Dignitas curata, uel beneficium curatum dicitur illud, quod habet curam animarum, siue in foro contentioso, siue in foro penitentiali.
- 11 Curam animarum propriè quis habet, quando astringitur ad administranda ecclesiastica sacramenta, & alij tenentur ad ea recurrere. Cura unde dicatur. ibid.
- 12 Fratres mendicantes licet possint audire confessiones, non tamen habent curam.

Benefi.

- 23 Beneficium licet non habeat Ecclesiam, tamen dicitur curatum, si exercet forum contentiosum in aliqua uilla.
- 24 Cura, quæ sit dignior, an ea, quæ exercetur in foro contentioso, an ea, quæ in foro animæ.
- 25 Archidiaconus est dignior Archipresbitero.
- 26 Dignitas, maioritas, & minoritas, quomodo cognoscatur. Onus probandi, incumbit ei, qui dicit beneficium esse curatum. ibidem.
- 27 Nullum beneficium de iure communi habet curam, nisi habeat populum, uel clerum. Beneficiorum simplicium duæ sunt species, ibid. in additionibus. Prælati habentes iurisdictionem a collegijs, uel ab alijs, quam Episcopis, non possunt excommunicare, ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

De cura animarum, & alleganti beneficium esse curatum, incumbit onus probandi.

C A P. XXXII.

TERTIA dignitatum, uel beneficiorum Ecclesiasticorum diuisio hæc est, quod alia sunt t̄ curata, alia non curata, quæ simplicia dicuntur, de quibus dignitatibus, & beneficijs curatis habetur in c. cum in illis, s. illis uero, de præben. in 6. & in cle. 1. s. ad hæc, de præben.

2 Cura uero animarum dicitur t̄ esse uigil, & one rosa, ac sollicita custodia animarum commissio alicui, ut curet, ne pereant, sed saluentur, quæ sibi competit ex lege, uel commissione canonica, uel consuetudine, uel prescriptione per sedem Apostolicam non improbat, ut notat Archid. in c. qui Episcopatum, nu. 4. in uerbo, cura, 8. q. 1. & ibi Gemin. nu. 4. uers. quæro quia dicit, col. fi. & Zabarel. in clem. 4. nu. 5. uers. sexto quæro, col. 4. de præben.

Hæc autem cura duobus modis consideratur idest largè, & stricte: largo autem modo sumpta dicitur esse potestas eiciendi, & recipiendi in Ecclesia, item corrigendi, & puniendi excessus, sub qua cura continetur posse excommunicare, interdicare, uisitare, & cætera, quæ spectant ad correctionem morum, & hanc curam possunt habere Archidiaconi, & inferiores Prælati, licet nō possint conferre Ecclesiam, uel præbendam, nisi hoc habeant ex priuilegio, uel consuetudine. At stricte cura animarum dicitur esse potestas ligandi, & soluendi. s. in foro penitentiali, quæ in nullo Prælato potest esse, nisi sit sacerdos, c. ois, extra de penit. & remiss. c. cum in nouo, dist. 2. 1. & hanc curam t̄ nullus potest dare, nisi ep̄s, aut sine licentia ep̄i, ut dicitur in c. cū satis, extra de off. Archid. & i. c. nullus oino. 16. q. 7.

Et quis Archidiaconus, & alij Prælati non sacerdotes possint aliquando dare Ecclesias, non t̄ dant curam animarum, sed is, cui dant Ecclesiam, q̄n fuit factus sacerdos, simul cū ordine hæc potest ligandi, & soluendi accepit, licet in hos subditos, quos modo dat Archidiaconus, uel alius Prælatus, nullam potestatem h̄ret, anteq̄ per ipsum institueret in Ecclesia, q̄ curam habet, ex quo dicitur, q̄ non dat ei potestatem, sed

effectus potestatis, q̄ habitu habebat, sed non cum effectu, & exercitio, vt optimè tradit Innocent. in c. cū satis fit, nu. 2. 1. uerbo, curam, extra de off. Archid. & ibi Abb. sub nu. 2. uers. circa primum, colum. 2.

6 Illud autem non est prætereundum, q̄ quauis secundum Innocentium dicitur sit, curam animarum esse potestatem ligandi, & soluendi, hoc t̄n debet intelligi respectu exercitij duntaxat in populo curæ illius talis commissio, nam quo ad habitum, & quo ad priam rei significationem, curam animarum est quid diuersum a potestate ligandi, & soluendi, nā multi habent hæc potestatem, qui non habent curam, vt sunt sacerdotes nō curati, & e contrario, aliqui habent curam, & non habent potestatem ligandi, & soluendi, vt sunt instituti, & confirmati non presbiteri, de quibus habetur in c. præterea, extra de ætate, & qualitate.

8 Præterea ista potestas est ordinis, non autem iurisdictionis, unde nec cura dicitur, sed potestas clauium in ordine sacerdotali, quam nec sacerdos potest committere, sed solus Ep̄s: sed cura animarum est iurisdictionis, quæ suscipitur in actu confirmationis, & q̄n quis ordinatur datur potestas, quæ non habet ligandi, & soluendi animas, quæ sibi committuntur cum cura, & ante ordinem potest alii sacerdoti committere, ut illas in foro penitentiali absoluat, quia committere iurisdictionis est, prout dicebat Hostiensis, de quo facit mentionem Abb. in d. c. cum satis, colum. fin. extra de off. Archid.

10 Rursus sciendum est, quod dignitas curata, uel beneficium t̄ curatum dicitur illud esse, qd̄ habet curam animarum, siue in foro contentioso, siue in foro penitentiali, ut refert Abb. in c. de multa, nu. 24. q. ult. col. fin. extra de præben. ubi amplius subdit, quod tunc propriè quis habet curam, q̄n t̄ astringitur ad administranda ecclesiastica sacramenta, & alij tenentur ad eum recurrere, & dicitur cura, quia cor urit, scilicet reddendo eum sollicitum in administratione sacramentorum: ex quo infert, q̄ fratres mendicantes licet possint audire confessiones, & prædicare, non tamen habent curam, cū alij non astringantur ire ad eos, plusquam uelint, nec ipsi coguntur audire, quod notauit egregiè gl. in clem. dudum, in uerbo, impediunt. de sepultur.

13 Quæ quidem traditio procedit, quando cura est perpetua, secus si esset temporalis, ut tradit lo. de Imola in d. c. de multa, nu. 34. uers. ulterius tangit, col. 1. 1. extra de præben. ubi amplius subiungit, quod etiam si dignitas, uel beneficium t̄ nullam habet Ecclesiam sibi subiectam, diceretur tamen habere curam, si exerceret forum contentiosum in aliqua uilla, uel in aliquo castro.

14 Solet autem queri, utra cura sit dignior, an ea, quæ exercetur in foro contentioso, an ea, quæ in foro animæ. Quidam dicunt, curam animarum esse artē artiū, & ob id eē nobiliorē cura fori contentiosæ ratione, quia nobilior est anima corpore: sed in contrarium transiit Zabarel. in d. cle. 1. nu. 6. q. 7. col. 3. de præben. ubi dicit, curam fori contentiosæ esse superiorē, q̄n ab ea dependet cura fori penitentialis: nec procedit rō, q̄ ani-

ma sit nobilior corpore, quia cura contentiosa et prouidet animæ, & propter hanc rōnem uidemus Archidiaconū, propter curam, & sollicitudinem, quam exercet in foro contentioso, esse digniorem Archipresbytero, qui animarum curam gerit, c. ad hæc, ext. de off. Archi. & c. 1. ext. de off. Archip.

Sed ex duab. dignitatib. in eadem ecclesia insti-
16 tutis, utra sit maior altera, & quæ sint signa cogno-
scendi maioritatis unius, & minoritatem alterius, uide Rotam in decis. 45. fuit dubitatum, de elect. in nouis. ubi disputat, quis sit in eadem ecclesia maior, an Præpositus, an Decanus.

Nunc inferendo ad nostram materiã, concludẽ-
dum est quod onus probandi incumbit affirmati, non aut neganti beneficium esse curatū, uel digni-
tate esse curatã, tum quia negans regulariter non probat, ut dixi in 1. libro, tum et quia de iure nullū
17 beneficium hêt cura, nisi habeat et populum, uel
clerum, ut tradit Bellem. in decis. 676. si impetrã,
quem nuncupatim sequitur Staphil. de literis gra-
tiã, rub. de qualitate, & statu benef. in prin. fol. mi-
hi. 43. & Rebuf. in c. quotuplex sit beneficium, nu.
11. uers. nota quod de iure, praxi benef.

ADDITIONES.

a Simplicia. Simplicium duæ sunt species: alia. n. sunt me-
rè simplicia, alia simplicia seruitoria, ueluti quando ha-
bent aliquod onus annexum, puta dicere missam, uel
iuuare presbyterum curatum in canendo, & alijs simi-
lib. arg. c. significatum, ext. de præben. & tradit Staph.
de literis gratiã, tit. de qualit. & stat. benef. in princ.

b Prælati, Aduerte, q. prælati, qui habent tatum a collegijs
iurisdictionem, uel ab alijs, quam episcopis, non pos-
sunt exercere, quia hanc potestatem non potest
exercere, nisi episcopus, licet alias iurisdictionem ha-
beant, nisi fortè collegium eligeret auctoritate episco-
pi, & de iuribus episcopalibus aliqua haberet, uel ab
eo confirmaretur, ut ait Innoc. in c. archidiaconis, in fi.
extra de off. archid.

c Episcopus. c. non satis, extra de off. archid.

d Vrit. Dixit Seruius in principio libri quarti Aeneidos,
quod cura dicitur ex eo, quod cor urat, pro quo fa-
cit illud Virgilianum in lib. 1. Aenei.

Quando hæc te cura remordet. & accipitur pro uehe-
menti amore, iuxta illud At regina graui iã dudum fau-
cia cura, i. amore intolerabili, qui cor edebat, & ex
cruciabat.

e Perpetua. Nunquid uices gerens in absentia Prælati cu-
rati ex uigore statuti censetur habere curã, uide Ol-
drad. in conf. 102. factum tale est, statutum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatio est merum officium.
- 2 Legatio est aliquando annexa dignitatibus ecclesiasticis.
- 3 Archiepiscopi Eboracensis, Cantuariensis, Remensis, & Pisanus habent dignitatem perpetuæ legationis.
- 4 Legati nati qui sint.
- 5 Legatio annexa dignitati transit in quamcunque personam, in quam transit dignitas.
- 6 Commissio facta sub nomine dignitatis, an, & quando transeat in successorem.
- 7 Legatorum duplex est genus, quorū alij sunt simplices nuncios absque iurisdictione.
- 8 Legati cum iurisdictione sunt illi, quos Papa facit iudices ordinaris in aliqua prouincia.
- 9 Legati missi qui proprie dicantur.
- 10 Legati de latere dicuntur soli Cardinales.

- 11 Legatus de latere potest esse omnis, qui ueniat à Papa.
- 12 Episcopis a curia uenientibus occurrunt ob reuerentiam summi Pontificis.
- 13 Legati de latere præferuntur omnibus alijs legatis.
- 14 Cardinales sunt pars corporis Papæ.
- 15 Cardinales, an possint in iudicio recusari ut suspecti.
- 16 Papa representatur a legatis.
- 17 Legatio est dignitas, quando habet annexam iurisdictionem.
- 18 Legatis de latere maior reuerentia debetur, q̄ ceteris legatis.
- 19 Legati non possunt in presentia legati de latere officium sue legationis exercere.
- 20 Patriarcha non potest vexillum crucis ante se deferre in presentia Papæ, uel legati de latere.
- 21 Legatus Papæ habet ampliozem potestatem in prouincia sibi decreta, quam Episcopus, uel Archiepiscopus.
- 22 Legatus missus est maior legato nato.
- 23 Legatorū alij sunt minimi, alij magni, alij maiores, alij maximi.
- 24 Legatus de latere potest in omni loco abfoluere excommunicatos pro iniectioe manuum in clericum.
- 25 Legatus missus non potest abfoluere in prouincia sua nisi subditos suos.
- 26 Legatus natus non potest abfoluere excommunicatos.
- 27 Legatus de latere habet maiore potestatem, quam legatus missus, & maiorem missus, quam legatus natus.
- 28 Legatorum appellatione omnes legati continentur.
- 29 Ciuitates non possunt mittere legatos ad Principē plus q̄ terminos. Legationem ciuitatis suscipere cuius cogi potest. ibid.
- 30 Legatus non potest a legatione decedere sine licentia.
- 31 Legatus non potest proprijs, nec alienis negotijs se interponere.
- 32 Legatus quibus casibus possit se in alijs negotijs interponere.
- 33 Legatorū non uiolandum religio de iure gentiū fuit introducta.
- 34 Legatorum persona dicitur esse sancta.
- 35 Sanctum a sagminibus herbis fuit dictum.
- 36 Sagmen est herba, quæ latine uerbenaca dicitur.
- 37 Forma in creando legato, quænam fuerit apud antiquos.
- 38 Cerycia latine dicitur caducea.
- 39 Cursores armillati qui sint.
- 40 Cotta armorum quæ sit.
- 41 Cerycium quod sit, et quid contineat.
- 42 Caducei origo incipit a Mercurio.
- 43 Mercurius Apollinis boues abegit, & ab eo deprehensus dicitur Apollini lyram.
- 44 Mercurius caduceo diremit duos dracones inuicem pugnantes.
- 45 Sol in caduceo ab Aegyptijs representatus fuit.
- 46 Aegyptij homini nascenti dixerunt adfuisse quatuor Deos, id est Dæmonem, sortem, Amorem, necessitatem.
- 47 Mercurius humanis negotijs præest.
- 48 Mercurius est dictus quasi mercium cura.
- 49 Negotiantium pedes debent esse veloces.
- 50 Omne negotium debet esse occultum.
- 51 Negotiatori linguarum disertio est necessaria.
- 52 Fur, et negotiator parum differunt.
- 53 Caduceum est pacis insigne, et hasta est signum belli.
- 54 Populus Romanus mittebat hastã, quando bella erat moturus.
- 55 Ius gentium uiolabant, qui legatos offendebant.
- 56 Pana offendentis legatum, erat, ut daretur in manibus eorum, quorum legatus fuit pulsatus.
- 57 Minutius Mertilus, et Lucius Manlius fuerunt traditi hostibus, quia legatos eorum offenderant.
- 58 Scipio liberauit quosdam captiuos, qui dixerunt se fuisse legatos ad eum missos.
- 59 Legatos offendens de iure canonico excommunicatur.
- 60 Legatus poterit excommunicare eos qui sibi, uel suis iniuriam fecerint.
- 61 Legatis incumbit onus probandi se esse legatos.
- 62 Legatum non tenetur quis honorare, nisi literas legationis ostenderit.
- 63 Legati in ingressu prouinciæ literas legationis publicari faciunt.

- 64 Legato nobilissimo creditur sine ostensione literarum.
- 65 Credens nuncio tuo, quæ solitus eras ad talia mittere, excusatur.
- 66 Cardinali dicenti se esse legatum creditur.
- 67 Cardinales raro, aut nunquam discedant a curia sine legatione.
- 68 Cardinali creditur quo ad ea, quæ pertinent ad legatum.
- 69 Cardinali non creditur in his, quæ respiciunt præiudicium tertij.
- 70 Cardinali in præiudicium tertij creditur, quando est in curia, uel in loco proximo curiæ.
- 71 Cardinali dicenti se habere certas speciales commissiones, an, & quando credatur.
- 72 Cardinali legato non creditur in his, quæ non sunt solita concedi.
- 73 Cardinali in præiudicialibus non creditur etiam si in bulla legati-
rij esset expressum, ut assertioni ipsius esset credendum.
- 74 Legato dicenti se habere iurisdictionem, non creditur sine literis.
- 75 Instrumentum factum de re, cuius ordinatio pendet a rei natu-
ra, ut est mors, & hominis natiuitas, non probat, nisi interue-
niat iudicis auctoritas.
- 76 Ambasciatoribus, & stipendiarijs portantibus, instrumenta de mor-
te equorum, creditur cum iuramento ipsorum.
- 77 Legatorum potestas non finitur per mortem Papæ.
- 78 Cardinali soli in secundo testimonio non creditur.
- 79 Munera data Ambasciatoribus, an ipsis acquirantur.
- 80 Donatio facta socio occasione societatis acquiratur donatario, &
non societati.
- 81 Legati non possunt accipere munera, quando lege patriæ id est
prohibitum.
- 82 Mulier non dicitur pudica, quæ munera contra uoluntatem ma-
riti accipit.
- 83 Timagoras legatus Atheniensium fuit ultimo supplicio damna-
tus propter munera accepta a Rege Persarum.
- 84 Legati durante legatione in patria sua conueniri non possunt.
- 85 Legati tenentur defendere causas per procuratorem, quæ ante
legationem fuerunt inceptæ.

ARGUMENTVM.

Delegato, de sagminibus, de cerycijs, &
de caduceo, multa scitu digna tradun-
tur: item an, & quando dicenti se le-
gatum incumbat onus probandi com-
missionem sue legationis.

C A P. XXXIII.

LEGATIO licet non sit dignitas neque
ecclesiastica, neque ciuilis, sed merū offi-
cium appelletur, ut patet in l. 1. C. quib.
ex caus. maior. in integr. restit. & tradit Alber. in
q. 160. Pergami, par. 2. de statut. & in d. l. 1. & pro-
batur in c. 2. de officio legati, in 6.

Attamen non est incoueniens inter dignitates
ecclesiasticas de legato quoque dicere, cum dignita-
tib. ecclesiasticis legationem aliquando etiã per-
petuò annexam reperiamus, ut uidemus hoc illis
contingere, qui legati et nati uocantur, ut patet in
c. 1. de officio lega. in 6. ubi dicitur ex legatis non
nullos esse, qui pretextu suarum ecclesiarum digni-
tatem perpetuæ legationis habent, quales sunt in
Anglia Archiepiscopi et Eboracensis, & Cantuariensis,
in Gallia Bemensis, & in Italia solus Pisanus, pro
ut de primo traditur in c. 1. extra de appell. & de se-
cundo habemus, i. c. 1. ext. de off. legati, & de vtrif-
que primis notat gl. in d. c. 1. in uerbo, ecclesiarum,

de offic. lega. in 6. & ibi de omnibus simul Franc-
nu. 3. uer. aduerte, col. 1. & Imola in c. uolentes, nu.
3. col. 2. extra de officio legati.

Qui quidem legati ob eam rōnem appellatur
nati, quia eo ipso et quod creantur Archiepiscopi,
nascuntur cum illa dignitate, uel prærogatiua per-
petuæ legationis in sua prouincia, ut notat Abb.
in c. 1. nu. 1. ext. de off. leg. ubi tradit, quod dignitas
legationis est tributa dignitati archiepiscopali ci-
uitatis Cantuariensis, ita ut quilibet archiepisco-
pus sit legatus Papæ, qui legatus appellatur natus,
quia nascitur cum illa dignitate legationis eo ip-
so, quod promouetur ad dignitatem archiepisco-
palem, & hoc idem confirmat ibi Alex. de Neuo,
nu. 5. uers. tertio nota, col. 2. & Io. de Imola in c. 1.
nu. 7. & in c. excommunicatis, ext. de offic. legati.

A quo non est alienum, quod notauit Specula-
tor, dicēs hos legatos appellari natos, uel electos,
quia nec emanant, nec eis specialiter aliquid com-
mittitur, sed huiusmodi officium est suæ dignita-
ti annexum, censenturque esse magnæ auctorita-
tis, ut hoc scriptum reliquit in §. sequitur uidere,
sub nu. 3. uers. nati sunt, de legato.

Ex quo datur intelligi, quod cū huiusmodi le-
gationis officium sit concessum dignitati loci, nō
autem personæ, ut tradit Ancha. in d. c. 1. nu. 3. in
5. notab. extra de officio leg.

Ob id in quamcunque personã transit dignitas
in eandem transit etiam legationis potestas, quia
regulare est, ut commissio et facta sub nomine digni-
tatis transeat in successorem, quando. f. commissio,
uel concessio sit dignitatis, quæ principaliter ex se
subsistit, secus si foret dignitas accessoria, & depen-
dens ab alia, ut est in Vicarijs, nã tunc commissio fa-
cta alicui, ut Vicario, non transit in futurū vicariū,
si primus moritur, aut promoueatur, ut tradit An-
ch. in c. mandata, in 3. notab. ext. de præsumpt. ubi
amplius notat, quod cessio, uel commissio alicuius
administrationis non uidetur in dubio fieri digni-
tati, uel loco, sed personæ.

Porrò legatorū duplex est genus: alij. n. et sunt
nuncios simplices absque ulla iurisdictione, quales sūt
illi, quos Papa, uel alius Princeps mittit, p aliquo
simplici nuncio, uel ambasciata, uel ad aliqđ nudū
ministerium exercendū, de quib. habetur in c. ius ge-
nium, dist. 1. & in c. nobilissimus, dist. 97.

Alij sunt legati cū iurisdictione, quales sunt illi,
quos Papa facit et iudices ordinarios in aliqua pro-
uincia, quorū tres sunt species. quidã. n. legati nati
uocantur, de quib. iam loquuti sumus, alij missi, uel
constituti dicuntur, tertij laterales, uel legati de la-
tere appellantur, ut Abb. & Alex. de Neuo tradi-
derunt in rub. de offic. leg. & Spec. in §. sequitur
uidere, in prin. de legato, & Petr. And. Gamb. in
tract. de off. leg. de lat. in prin. nu. 7. uer. non igno-
randū, col. 2. & Archi. & Gemi. & Frac. in d. c. 1. de
off. leg. in 6. & Imo. in d. c. 1. nu. 7. & in d. c. uolen-
tes, nu. 1. ext. co. & And. Barba. in tract. de Cardin.
lega. a latere, sub nu. 2. in prælud. & Boer. in q. 3.
nu. 9. de potestate legati de latere.

9 Inter legatos autem missos, & legatos de latere
 hic est præcipua differentia, quod missi propriè
 dicuntur illi, qui non sunt Cardinales, & mittun-
 tur a sede Apostolica ad aliquam civitatē, uel pro-
 uinciam regendam: legati uero de latere dicuntur
 10 soli Cardinales, qui licet & ipsi a sede Apostolica
 sint missi, tamen de latere uocantur, quia sunt de la-
 tere Papæ, id est pars Domini Papæ, ut ait gl. in c.
 excommunicatis, in uerbo cōmissam, extra de offi-
 cio legati, & ibi Bald. num. 2. & Imola in d. c. 1. nu.
 7. extra eod. & Franc. in d. cap. 1. nu. 3. de officio
 legati, in 6. & Gamba. in d. tract. de officio lega-
 de latere, in prin. num. 7. col. 2. & Abb. in c. 1. in fi.
 extra de officio legati.

Et hoc quidem est verum secundum usum Ro-
 manæ Curia, quæ legatos de latere solos Cardina-
 les uocat, sed quo ad rei ueritatem secus est, nam
 11 quilibet alius missus, & etiam si non sit Cardina-
 lis, potest dici legatus de latere, si est officialis Pa-
 pæ, uel Capellanus, uel eius familiaris, uel et si sit
 extraneus, dum tamen a Papa mandatū suscepit
 uix uocis oraculo, & simbriam uestimēti eius tēti-
 gerit, quo ad hoc, ut saluus sit, & priuilegiatus, ob
 12 quam & rationem uideamus episcopis a Curia uen-
 ientibus processionaliter occurrere ob reuerentiam
 Summi Pontificis, quæ tetigerunt, & osculati sunt,
 ut tradit Hostien. in §. quot species, num. 2. de off.
 leg. in summa, & Specul. in d. §. sequitur uidere, in
 prin. tit. eod. & Barbat. in d. tract. de Cardin. legat.
 a latere, nu. 3. uers. potest tamen, in præludio.

Omniū autem legatorum maximā & plenif-
 simam potestatem legati de latere & dicuntur ha-
 bere: nam sicut ipsi præ alijs maiori fulgent hono-
 re, ita etiam conuenit, ut ampliori decorentur au-
 thoritate, ut dicitur in c. 1. de offi. lega. in 6.

Concurrunt enim in talibus legatis summi hono-
 ris duplex ratio, altera respectu Cardinalatus, qui
 14 facit inter ipsos, & Papam esse quādam identita-
 tis unionem, cum pars corporis Papæ dicantur esse,
 propter quam sunt maiores omni exceptione,
 15 nec in iudicio possunt, ut & suspecti recusari, quem
 admodum refert Franc. in d. c. 1. nu. 2. de offic. leg.
 in 6. & Io. And. in c. nouit, nu. 3. in uerbo, suspecti,
 col. fi. ext. de appell. & Præposit. in c. postremo, nu.
 8. uers. & ideo cur de Cardinalib. ext. de appell. &
 in c. cum speciali, nu. 26. uers. sed quid de Cardina-
 libus, extra eo. de qua tamen recusatione contra-
 rium sensit Martin. Laud. in q. 50. tract. de Cardi-
 par. 2. & Barbat. in q. 3. de Cardin. lega. a latere, &
 Dec. in c. nouit, nu. 5. extra de appell.

Altera est respectu legationis, tum quia in ip-
 16 sius administratione Papa representatur, & hono-
 ratur, c. 1. dist. 94. & c. nobilissimus, dist. 97. & Spe-
 cul. in §. 1. de legato.

Tum et quia cum ipsi ex legatione amplissimā iu-
 17 risdictionē consequantur, dicuntur nouā dignitatē
 adipisci, ut notat Abb. in c. excommunicatis, nu. 2. uer. no-
 ta ibi dignitatē, extra de offic. legati. ubi ait, quod
 legatio est dignitatis, quando annexat hēt iurisdic-
 tionē, & hoc probat in d. c. 1. de offi. leg. in 6. & ideo

18 inspectis prædictis rationibus, legatis de latere ma-
 ior reuerentia debetur, quam cæteris legatis non
 Cardinalib. ut cōcludit Aob. in c. uolentes, in 2. no-
 tab. extra eod.

Hinc est, quod ubi adsunt isti Domini legati de
 latere nullus alius legatus potest ipsis præsentibus offi-
 19 cium & suę legationis exercere, ut cauetur in d. c. vo-
 lentes, ext. de offic. leg. ubi habetur, quod cum legatus
 de latere sit maior omnib. alijs legatis, non potest il-
 lius legatus in prouincia sua presente legato de late-
 re exercere suū officiū, sed tanquā minor dēt illi tā
 quā suo maiori deferre, cum habeat suspensum of-
 ficiū, donec ibi legatus de latere moram traxerit.

Hinc est et, quod quamuis Patriarcha potest ue-
 20 xillum crucis ubique ante se facere deferri, tamen
 hoc non potest facere in urbe Romana, nec ubi Papa
 presens extiterit, aut eius legatus de latere, ut patet
 in c. antiqua, extra de priuileg.

Quibus adde, quæ notauit Abb. in d. cap. 1. nu-
 21 mero 2. in tertio notab. extra de offi. lega. ubi ait,
 quod legatus Papæ habet & ampliorem potesta-
 tem in prouincia sibi decreta, quā episcopus,
 uel archiepiscopus, imò est supra episcopos, &
 archiepiscopos, quia tenet locum Papæ: sub-
 iungitque ex mente Speculatoris, quod legatus
 concurrat cum quolibet ordinario existente in
 prouincia sua, qualiscunque sit, siue sit Abbas, si-
 ue episcopus, siue Archiepiscopus, uel Patriarcha,
 & potest exercere ea omnia, quæ ipsi exercera-
 tione ordinariæ potestatis, & cōferre beneficia ad
 ipsos spectantia, quæ prerogatiua tamen non cōpetit
 alijs legatis siue missis, siue natis, quia ipsi uirtu-
 te legationis quantumcunque plenā non possunt
 beneficia conferre, nisi specialiter hoc illis sit in-
 dultum, ut cauetur in d. c. 1. de officio legati. in 6.

Verum sciendum est, quod sicut legatus de late-
 re maior est omnibus alijs legatis, ita etiam inter
 alios inferiores legatos est dare gradus maiorita-
 22 tis, & minoritatis: nam legatus & missus est maior
 legato nato, ut tradit Speculator in d. §. sequitur
 uidere, sub num. 3. tit. de officio legati, ubi inquit
 legatorum alios esse minimos, ut sunt nuncios, &
 23 & cursores; alios magnos, ut nati; alios maiores, ut
 missi; alios maximos, ut legati de latere, quod idem
 egregiè confirmat Ioan. de Imola in cap. excommu-
 nicatis, numero 2. extra de officio legati, ubi
 ait, quod legatus de latere potest indifferenter, ac
 24 & in omni loco absoluere excommunicatos pro
 iniectioe manuum in clericum tam subditos,
 quā extraneos, & tam in prouincia sibi decreta,
 quā extra prouinciam: legatus uero missus non
 25 potest in prouincia sua absoluere nisi subditos
 suos in prouincia sua delinquentes, secus si extra
 deliquerint, uel ipse sit extra prouinciam con-
 stitutus: legatus autem natus nec in prouincia
 sua, nec extra prouinciam potest tales delinquen-
 26 tes absoluere, & siue sint extranei, siue sint subdi-
 ti, quia legatio ipsius ad tantam potestatem non
 se extendit, ex quibus concludit, quod longè ma-
 27 iorem potestatem habet legatus & de latere, quā
 legatus

legatus missus, & maiorem legatus missus, quā
 legatus natus, de qua re uide optimam glōf. in d.
 cap. excommunicatis, in uerbo, committam, & ibi
 Abbas, num. 3. usque ad finem.

Sed quamuis tot legatorum species non sine ra-
 tione retulerim, tamen aduertendam est, quod le-
 28 gati nomen & ad quoscumque se extendit, nam
 omnes simplici legatorum appellatione continē-
 tur, ut tradit Gemin. in d. cap. 1. num. 4. uers. nota
 quod appellatione, de officio legati, in 6.

Legatus enim est uocabulū generale, quod signi-
 ficat omnes, & quoscumque missos siue a Principe
 ad alios Principes, siue a ciuitatibus ad Principē,
 uel ad alios, siue ab amicis, siue ab hostibus mit-
 tantur, ut patet in l. 1. & fin. ff. de legatis, & in l. 2.
 C. eo. lib. 10. & in c. presbyterum, distin. 50. & in
 cap. fatagendum. 25. quæst. 1. & Hostien. in §. quis
 sit legatus, de officio legati, in summa, & Specul.
 in §. primo, tit. eod. & Boer.

Ciuitates autem, quæ mittunt legatos ad Prin-
 29 cipem, nō possunt & plures, quā ternos mittere,
 nec eos eligere possunt, qui sunt debitores repu-
 blicæ, nec quibus postulare interdictum est. & li-
 cēt possit quis cogi suscipere suæ ciuitatis legatio-
 nem, non tamen tenetur rem suscipere ad inimi-
 cum suum, uel ad amicum inimici sui, uel ad locū
 non tutum, prout traduntur hæc omnia in l. scien-
 dum est, & ibi Alber. & Barrol. ff. de legationib. &
 Specul. in d. §. 1. num. 5. uers. prohibetur autem,
 de legato.

Adeo que legationi, quam quis suscepit, fide-
 30 ter est in seruendum, ut non & solum non possit
 quis eam sine poena deserere, nisi probauerit, se
 iustam causam habuisse illam deserendi. l. 1. & 2.
 ff. de legationib.

Sed nec etiam possit ad aliud attendere, quā
 31 ad officium & legationis, ita ut neque proprijs, ne-
 que alienis negotijs se interponere ualeat, ut pro-
 batur in l. Paulus. §. Paulus respondit, & in l. lega-
 tus ante, & in l. si absentis, & in l. si absentis, ff. de lega-
 tionibus.

Excipiuntur tamen quinque casus, primus est
 32 in l. 2. ff. de legationib. ubi dicitur, quod legatus
 contra rem publicam, cuius est legatus, per alium
 a Principe quid postulare potest. Secundus est in
 d. §. Paulus respondit, ubi legato licitum est cum
 Prætoris suo amico gratis consilium participare.
 Tertius est in l. legatus ante. ff. eo. ubi licet cauea-
 tur, ut legatus in rem suam nihil agere possit, exci-
 piuntur tamen ea, quæ ad iniuriam eius, uel dam-
 num parata sunt. Quartus est in d. l. si absentis, ubi
 legatus causam pupilli, cuius est tutor, potest du-
 rante legatione tractare. Quintus est in d. l. legatus
 creatus. ff. eod. ubi datur licentia legato, ut duran-
 te legatione, possit in patria sua sibi domum eme-
 re, & hoc est speciale in domo, secundum glōf. ibi
 positā, quia domus cuius est tutissimum refugium.

Legationes autem, siue legatorum non uiolan-
 33 dorum religio & de iure gentium fuit introducta,
 ut patet in cap. ius gentium, distin. prima, & ob id

34 sancta legatorum persona dicitur, quia ab iniuria
 hominum defensa, atque munita est, ut habetur in
 l. sanctum. ff. de rerum diuisione, ubi dicitur san-
 ctum fuisse dictum & a sagminibus herbis, quas le-
 35 gati populi Romani ferre solebāt, ne quis eos uiol-
 laret, sicut legati Græcorū ea, quæ uocantur cery-
 cia, ferebant, quem locum Budæus enarrans dicit,
 36 sagmen esse herbam, quæ Latinæ uerbenaca dici-
 tur, refertque sagminum exemplum in creando le-
 gato obseruatum ex primo Liuij libro, in illis uer-
 37 bis, Iubes ne me Rex & cum patre patrato populi
 Albani scelus ferire iubete Rege, sagmina inquit
 Rex, te posco, Rex ait, puram tollito, scialis ex ar-
 ce graminis herbam puram tulit, postea Regē in-
 terrogauit, Rex facis ne me turegiū nuntium, po-
 pulique Romani Rex respondit, quod sine frau-
 de mea, populiq; Romani Quiritium fiat, facio.
 Hactenus Liuius.

Cerycia & uero dicuntur a Græcis, quæ Latinè
 38 caducea dicuntur. celyx enim caduceator est. sub-
 iungiturque, quod nostri temporis caduceatores ho-
 die spinthere, id est fibula, uel armilla uruntur, a
 39 quæ cursores armillati appellantur: sed in prælijs
 uruntur paludamento, quod uulgo cotta armorū
 40 uocatur, quæ facit eos sacrosanctos, id est ab omni
 uolentia tutos. Est autem cerycium, quod apud
 Latinos appellatur caduceū, uirga recta, uel lignū
 41 rectum, utrinque duos & continens serpentes im-
 plexos, ita ut se mutuo, & ex aduersum intueren-
 tur, & illud legati ferebant tamquam pacis insti-
 42 gne, cuius rei origo cœpit a Mercurio, quem pri-
 mum omnium dicunt usum lyrae inuenisse, eamque
 in Cyllene monte Arcadię septicornem ad Atlan-
 tidum numerū instituisse in honorem Maia matris
 Mercurij, quæ ex illarum numero una esset.

Deinde cum postea Apollinis boues abegisset, &
 43 ab eo fuisse deprehensas, quo sibi facilius igno-
 sceret, dicitur Apollini concessisse, ut lyram a se-
 primo inuentam prædicaret, ob quam rem ferunt
 Apollinem Mercurio donasse uirgam, quam cum
 manu tenens in Arcadiam proficisceretur, & uidisset
 44 duos dracones simul ligatos, ac inter se mutuo
 pugnantes, uirgam inter utrumque protexit, & di-
 cto citius prælium diremit: qua re cōspecta dixit,
 huiusmodi uirgam pacis gratia fuisse constitutā.
 Unde postea factum est, ut legati pacis exemplo
 Mercurij caduceum ferrent, & ipsi caduceatores
 appellarentur, ut scripsit Hyginus in lib. 2. de si-
 gnor. caelest. histor. in uerbo, Lyra.

Sed Macrobius alio trahit caducei significatio-
 nem in libro enim Saturnaliorum primo dicit, In
 45 Mercurio solum ex caduceo fuisse representatū,
 quod Aegyptij in specie draconum maris, & scœ-
 minę conuictorum figurauerunt Mercurio con-
 secratum: hi dracones parte media uoluminis sui
 inuicem in nodum, quem uocant Herculeum, ob-
 ligantur, primæque partes eorum reflexæ in cir-
 culum, pressis oculis ambitum circuli iungunt, &
 postmodum caudæ reuocantur ad capulum cadu-
 ceo, ornaturque ex alijs ex eadem capuli parte na-
 scentibus,

scantibus, subiungitque, quod argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quæ generis appellatur, Aegyptij præterdunt, Deos præstitos homini quatuor et adesse memorantes *δαίμονας, τύχην, ἔρωτα, οὐρανόν*, idest Dæmonem, sortem, amorem, necessitatem: & duos priores Solem, & Lunam, intelligi uolunt, quod Sol autor spiritus, calor, ac luminis humanæ uitæ genitor, & custos est, & ideo nascentis dæmon, idest Deus creditur, Luna *τύχη*, quia corporum præful, quæ fortuito-rum uarietate iactantur, Amor osculo significatur, Necessitas modo, qui tenet alligatos serpentes.

Verum alii diuersa opinantes caducei significationem alio modo interpretati sunt, ut uidere est apud Fulgentium in uerbo, Mercurius, in lib. primo Mythologicon.

47 Dicunt enim Mercurium transferentem uirgam serpentibus nexam, pennatisque talaribus præditum præfuisse negotiis humanis, Mercuriumque dici et uoluerit, quasi mercium curam, propter quod omnis mercator potest appellari Mercurius: penata uero talaria significant opus esse, ut negotiatum pedes et ubique pergendo sint ueloces, & quasi pennati.

Virgam uero serpentibus nexam ob hoc adiciunt, quia mercatoribus det aliquando regnum, ut sceptrum, & aliquando uulnus, ut serpentium. Galero etiam cooperto capite pingitur, quia et omne negotium debet esse semper occultum, atque absconditum: Gallum quoque in eius ponunt tutelam, siue quod omnis negotiator semper inuigilet, seu quod ab eius cantu surgat ad peragenda negotia. Hermes quoque dicitur Græcè ab eo, quod est *ἑρμηνεύω*, quod nos Latine dicerere dicimus, illa uidelicet causa, quod negotiatori linguarum et sit disertio necessaria: utraque enim regna permeare dicitur superna, atque inferna, quod modo uentis in altum nauigans currat, modo demersus inferna tempestatibus appetat. Hunc etiam furti præfulem uolunt, quod nihil interfit inter negotiantis rapinam, et siue periurium, ac inter furantis deierationem, ac raptum.

Sed utcumque sit de uariis Gentilium superstitionibus, illud satis constat, caduceum apud Romanos, et et Græcos fuisse pacis insigne, sicut hasta erat signum belli, ut docet Polibius, libro quarto dicit enim, quod cum Rhodii intellexissent, propositum suum ad finem perducere cupientes, legatum ad Byzantios Ardicem misere, ac cum Polemolem cum triremibus tribus, uolentes, id quod in prouerbio est, hastam simul, & caduceum Byzantiis mittere, quod eleganter etiam notauit Aul. Gellius in cap. 2. lib. 10. noct. atticar. ubi refert, quod Q. Fabius Imperator Romanus dedit ad Carthaginienses epistolam, in qua scriptum fuit, Populum Romanum misisse ad eos et hastam, & caduceum, signa duo belli, & pacis, exque ijs utrum uellent, eligerent. Carthaginienses responderunt, neutrum sese eligere, sed posse, qui attulissent, utrum mallent relinquere, quod reliquissent, id

sibi pro electo futurum.

Legati igitur siue sagmina, siue cerycia ferentes erant sancti, idest inuiolabiles, & ius gentium (ut diximus) uiolare dicebantur, qui eos offendissent, grauiusque puniebantur, ut patet in l. fin. ff. de legationibus. ubi dicitur, quod si quis legatum hostium pulsasset, contra ius gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati: ibique cautum est, ut is, qui legatum pulsasset, dedatur in manibus hostium, quorum legatus fuit pulsatus: referturque ibi exemplum Hostilij Mancini, qui fuit deditus Numantinis, per cuius legis traditionem subiungit ibi Alber. se uidisse de facto seruari dispositionem illius legis in persona cuiusdam Hugueti de la Campana, contestabilis equestris communis Mediolani: nam cum Mediolanensis Archiepiscopus obsideret Castrum de Casano, ille Huguetus de uoluntate illorum, qui erant in caastro, fuit missus legatus ad oppidanos pro inuenda concordia inter ipsos obsessos, & obsidentes, qui legatus cum ab oppido ad suos proficisceretur, fuit ab uno ex oppidanis sagitta interfectus, propter quod oppidani homicidam dederunt hostibus, qui illum suspendi fecerunt ad furcas. Nouimus etiam Lucium Minutium, et Myrtillum, & Lucium Manlium, quod legatos Carthagenensium pulsasse arguebantur, fuisse traditos legatis, & Carthagenem aduectos.

Idem quoque euenit Q. Fabio, & Cn. Apronio ædilibus, qui orta contentione pulsauerunt legatos ab urbe Apollonia Romam missos: eos enim senatus continuo per faciales legatis dedit, quæstoremque cum his Brundisium ire iussit, ne qua in itinere a cognatis deditorum iniuriam acciperent. Quo circa mirum in modum laudatus fuit Scipio Aphricanus, qui cum nauem multis, ac illustribus Carthagenensium uiris onustam in sua potestatem redegisset, inuiolatam dimisit, quia se et legatos ad eum missos dicebant, tamen manifestum erat illos uirandi presentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti, sed maluit illis indulgere, ut Romani Imperatoris potius decepta fides, quam frustra sub nomine legationis implorata iudicaretur, prout refert Valerius Max. in lib. sexto, capitulo sexto.

Et hæc quidem procedunt de iure ciuili, sed de iure canonico excommunicantur illi, qui legatos offenderint, ut traditur in cap. ualde, cum seq. dist. 94. ubi dicitur eum, qui legationem impedit, non unius, sed multorum profectum auertere, & sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, & bonorum societate priuandus, quod idem quoque notauit Specul. in §. 1. sub num. 3. de legato. ubi amplius subdit, quod legatus poterit excommunicare et punire eos, qui sibi, uel suis, uel eius nuncijs iniuriam, uel damnum inferunt, uel eius iurisdictionem impediunt.

Legatis autem incumbit onus probandi se esse legatos, ut probatur in l. legato. ff. de legationibus. & l. 1. C. de mand. Princip. & in cap. cum in iure peritus,

peritus, extra de officio delegati, & in l. prohibitorium, C. de iure fisci, libro 10. & in c. nobilissimus, distin. 97.

62 Non enim tenetur quis recipere aliquem tamquam legatum, nec eum, ut talem honorare, uel ei credere, uel obedire, nisi per litteras suæ legationis constiterit ipsum esse legatum, ut tradit glo. in c. ego N. in uerbo, tractabo, extra de iure iur. & gl. in d. c. nobilissimus, distin. 97. & Specul. in §. super est uidere, num. 14. uers. quid si de legati iurisdictione, titu. de legato, & Archid. in d. c. nobilissimus, distin. 97. & Bald. in l. prohibitum, num. 12. uers. tertio de mandato, in fine, C. de iure fisci, & Alber. & Bartol. & Castrenf. in l. 1. C. de mand. Princip. & Præposit. in d. cap. nobilissimus, num. 1. & plenè Barbat. in consi. 42. ista consultatio, num. 11. uers. ad hoc dico, colum. 8. uolam. 3. & Boer. in tract. de potestate legati de late. num. 28. uers. quinto est præsupponendum, & Gamba. in cap. qualiter legatus se agere debeat. in 1. tract. de auctor. legati de latere.

63 Et hinc est, quod legati sedis Apostolicæ in ingressu decretæ sibi prouinciæ solent legationis suæ litteras publicare, ne quis deinceps possit ignorantiam allegare, & ut eorum potestas perpetuetur, ut tradit Specul. in d. §. super est uidere, num. 15. uers. & propterea de legato, & Boer. & Gambarus in locis proximè citatis, & dicitur in c. 43. de iudice, infra eo.

Limitabis autem hanc conclusionem, ut non procedat in persona nobilissima, ac nota, quia tunc illi crederetur se esse legatum, etiam si litteras commissionis non ostenderet, ut probatur in d. c. nobilissimus, distin. 97. & ibi Doctor. & dixi in cap. 48. quomodo negatiua probetur a testibus, num. 58. uers. quarta limita. lib. 1. & Felyn. in cap. cum in iure, sub num. 12. uers. amplia secundo, colum. pen. extra de off. iud. deleg.

Pro quo facit quod notauit Bald. in l. eum qui, §. fin. in fine, ff. commod. ubi ait excusari eum, qui creditur nuntio tuo, quem solitus eras ad talia mittere, nec consueuerat dicere mendacia, & sequitur Felyn. in d. c. cum in iure, num. 12. col. pen.

Rursus limitatur, ut non habeat locum in Cardinali, cui dicenti se esse legatum de latere creditur absque probatione et commissionis Apostolicæ, tum quia ipse est persona illustris, ac nobilissima, d. cap. nobilissimus, tum etiam quia Cardinales et raro, aut numquam proficiscuntur a curia sine legatione, ut tradit Abb. in c. quod super his, num. 5. uers. sed nunc attingendo, colum. 3. extra de fide instrum. & Felyn. in d. cap. cum in iure, num. 12. uers. præsumitur commissio, colum. pen. extra de off. iud. de leg. & Specul. in d. §. super est uidere, num. 16. de legato, & Felyn. in d. cap. quod super his, num. 8. uers. prima conclusio, colum. 2. & Gabriel. in conclus. 3. in prin. de probat.

Et licet contrarium disputauerit Barbat. in q. 1. in tracta. de cardin. lega. ubi quandam distinctionem ponit. Attamen communis opinio est

contra ipsum, ut ipse fatetur, & eum nuncupatum reprobatur Petr. Andr. Gambar. in cap. qualiter legatus se agere debeat, num. 3. tract. de auctor. legati de latere.

68 Cæterum hæc duæ limitationes debent intelligi quo ad ea, quæ pertinent ad legatum iure legationis, sed secus quo ad ea, quæ non ueniunt in generali commissione, & soli Principi referuntur, nam tunc legato Cardinali non creditur sine probatione commissionis, ut tradit Specul. in loco proximè citato, & dixi in d. cap. 48. num. 68. uers. item creditur, lib. 1. & Gabriel. in conclus. 3. num. 10. uers. secundo limita, lib. 1. de probat. & Felyn. in d. cap. quod super his, num. 9. colum. 3.

69 Ex quo inferitur, quod in his, quæ respiciunt præiudicium tertij, non aliter fides erit adhibenda legato Cardinali, nisi scripturam suæ potestatis ostenderit, ut consuluit Angel. in consi. 182. mandatur, uers. finaliter dico, colum. 1. & Anchar. in cle. 1. num. 2. q. 2. de probat. & Abb. in cap. cum olim, num. 5. uers. nota tertio, extra de dolo, & contumacia, & Iason in l. admonendi, in 2. lect. nu. 156. cum seq. uers. adde etiam, quod dicto Cardinalis, colum. 76. ff. de iure iur. & Gabriel. in d. conclus. 3. num. 9. & num. 16. de probat. & Felyn. in d. cap. cum in iure, num. 12. uers. secundus casus est, col. pen. extra de off. iud. deleg. & Curt. in conclus. 65. de testib. & Crotus in 6. parte, num. 210. uers. prima conclusio, tract. eo. de testib. & dixi in d. c. 48. num. 76. uers. possumus etiam dicere, & Gondifal. de Villa dieg. in q. 6. num. 16. tract. de legato.

Contrarium, ut scilicet legato Cardinali credatur, etiam in præiudicialibus, tenuit Barbat. in d. consi. 43. num. 11. uers. ad hoc dico, uol. 3.

Potest dici primam opinionem esse ueram de iure, at secundam procedere de consuetudine curiæ, secundum quam Cardinalibus indistinctè creditur, ut ait Gabriel. in d. conclus. 3. num. 13. uers. tertio limita, lib. 1. de probat. & ante ipsum hoc idem notauit Ioan. Andr. in cap. constitutus, il. 1. num. 4. extra de appell. & Specul. in d. §. super est uidere, num. 16. de legat. & Barbat. in q. 1. in tertio membro, in fine, de legato de latere, & dixi in d. cap. 48. num. 66. uers. potest dici, lib. 1. & Felyn. in d. cap. quod super his, num. 12. colum. 3. extra de fide instrum.

Verum Barbat. quandam distinctionem posuit in q. 1. in secundo membro, in fine, de Cardin. lega. de latere, ubi dixit, quod Cardinalis aut est in curia, uel in loco et proximo curiæ, & tunc si dixerit se habere potestatem dispensandi contra ius commune ex speciali commissione Papæ, sibi credendum est, ex quo facile potest haberi recursus ad Papam pro ueritate, quod ego existimo uerum non solum in Cardinali propter eximiam ipsius excellentiam, sed etiam in qualibet alia nobilissima persona, ac Principis familiari, & domestica, ut dixi in dicto capitulo 48. numero 70. uers. uel potest dici, lib. 1.

Aut Cardinalis est legatus in partibus remotis,

71 **ris a curia, & tunc si asserit, se habere commissio-**
nem in his, quæ communiter pertinent ad legatio-
nis officium, non est dubium, quod sibi creditur
sine probatione legationis, ut diximus: sed si asse-
rit se habere specialem commissionem circa ea, quæ
communiter alij legati Cardinales non faciunt,
cum sint reserua ta soli Papæ, tunc si res non est
multum ardua, & tendit ad commodum subdito-
rum, stabitur ipsius assertioni, ut est facultas dispē-
sandi cum inhabilibus, secundum egregiam tradi-
tionem Angeli in d. conf. 182. quam doctrinā ego
intelligo esse indubitatam, quando legatus esset
in possessione talia publicè faciendi, ut tradit Bal.
in l. exemplo, in fine, C. de probat. ubi ait, quod si
Cardinalis † tamquam legatus de latere asserit se
habere certas speciales commissiones, puta ad legi-
gitimandum, uel ad restituendum famę, tunc si pu-
blicè facit huiusmodi actus non semel, sed pluries,
præsumitur, quod habeat mādatum, quod asserit,
& ualent gesta non ratione communis erroris, sed
ratione præsumptę ueritatis, ac assertionem talis, ac
stanti uiri, quod idem etiam notauerunt Gemin.
& Præposit. in d. c. nobilissimus, distin. 97. ubi di-
xerunt, quod nobilissimę personę creditur, si di-
xerit, se esse legatum: & licet ei non credatur, si di-
xerit se habere iurisdictionem, tamen quo ad uali-
danda ipsius gesta sufficit probare, quod publicè
habitus fuit pro legato, & idem confirmauit Al-
ber. in l. 1. C. de mand. Prin. & Felyn. in d. c. cum
in iure, num. 11. uers. limita, colum. penult. extra
de officio legati, & dicitur in capitulo 35. & cap.
43. infra eo.

Sin autē res nimis est ardua, & respicit magnū
præiudicium subditorum, ut est deponere Episco-
pos, uel eos transferre a propria fede, tunc ante fa-
ctum illi non crederetur, si diceret talem potesta-
tem habere, sed si esset in possessione talia publicè
faciendi, illi credendum foret ob excellentiam p-
sonę, & pro hoc ultimo capite allegat Bald. in d.
l. exemplo, qui re uera suam intētionem nō iuuat,
quia Bald. loquitur in facultate legitimandi, ac re-
stituendi ad famam, quę res tendit in commodum
subditorum, & non in præiudicium principaliter,
& propterea ego teneo, ut in his, quæ graue præ-
iudicium tertij principaliter respiciunt, & aliis le-
gatis de latere non sunt solita concedi, nulla fides
sit legatis de latere adhibenda, nisi litteras suę po-
testatis ostenderit, ut cōcludit Gondissal. de Val-
ladreg. in q. 6. num. 16. uers. sed quæro cui debeat,
tract. de legato, & Petr. Andr. Gambar. in cap. qua-
liter legatus se agere debeat, sub num. 3. tract. de
auctorit. lega. de latere, & Boer. de potest. legati
a latere, sub num. 3. uers. & hoc uerum, nisi uelit,
& Abb. in d. c. quod super his, colum. fin. extra de
fide instrum. & ibi Felyn. colum. antepen.

72 **Quam conclusionem quidam extendunt, ut p-**
cedat, etiam si in bulla legationis esset expressum,
ut simplici assertioni legati de latere esset creden-
dum, nec teneretur † inferere tenores facultatū spe-
cialiter sibi concessarum in litteris ab eo expedien-

dis, quia talis concessio debet intelligi ciuilitate, id
est quando non agitur de alterius præiudicio prin-
cipaliter circa rem non solitam concedi aliis lega-
tis de latere, ut Gondissaluus, & Gambarus in lo-
cis iam citatis adnotauerunt. Quo circa rectè lo-
quutus est Speculator, qui consuluit, ut quicumq;
aliquid a legato recipit, quod ad eum iure legatio-
nis non pertineat, siue fuerit dispensatio, uel quid-
aliud, habeat sub manu publica tenorem litterę,
per quam talis potestas ipsi legato specialiter est
commissa, & hoc scriptum reliquit in d. s. super esse
uidere, num. 16. uers. consulo igitur, de legato, &
Boer. in loco nouissime citato, num. 32. & dixi in
d. c. 48. num. 75. uers. cautius tamen erit, lib. 1. &
Felyn. in d. c. cum in iure, nu. 11. uers. est ergo cau-
tella, colum. pen. extra de officio legati.

74 **Ex quibus infertur, quod neque legato dicenti**
se habere † iurisdictionem credetur, quando est in
partibus remotis a Papa, nisi litteras suas ostende-
rit, etiam si sit Cardinalis, ut tradit Felyn. in d. cap.
quod super his, num. 10. uers. secunda conclusio,
extra de fide instrum. & Anchar. in clem. 1. de pro-
bationib. & Alber. in l. 1. nu. 3. C. de mand. princ.

75 **Sin autem ageretur de modico præiudicio, tunc**
illis crederetur, ut notat Bald. in rubr. C. de fide in-
strum. num. 14. uers. & istud uerum, colum. 3. ubi
dicit, quod quamuis instrumentum † factum de re,
cuius ordinatio pendet non ab homine, sed a rei
natura, ut est mors, & hominis natiuitas, non probet,
nisi interueniat Iudicis cognitio, & auctoritas,
tamen hoc non procedit in ambasciatoribus,
& in stipendiariis, qui perdunt equos in itinere,
uel in bello, qui si portant † instrumentum de mor-
te equi celebratum sine Iudicis auctoritate, illorū
credetur iuramento: nam quibus est commissa res-
publica, multo magis debet hoc credi, quod est
parui præiudicii.

77 **Horum autem legatorum † potestas non fini-**
tur per mortem Papæ, quia cum iurisdicō eorū
censetur esse ordinaria, durat post mortem conce-
dentis, sicut in aliis ordinariis durare solet, ut ha-
betur in cap. 2. de off. leg. in 6. & ibi Doctor. & la-
tè Ioan. Brunell. in conclus. 33. in fine tract. de di-
gnit. & potesta. legati.

78 **An autem testimonium † solius Cardinalis ple-**
nam faciat probationem contra aliquem, si sit iu-
ratus: dic quod non, nisi testificetur de rebus ge-
stis coram ipso, ut notat Felyn. in d. c. quod super
his, colum. antepen. uers. tertia conclus. extra de fi-
de instrum.

Sed cum soleant aliquando Principes munera
legatis, uel ambasciatoribus elargiri, ut patet in
l. diuus Adrianus, uers. barbaros etiam. ff. de bonis
damnator.

79 **Illud fuit aliquando quæsitum, an talia mune-**
ra † acquirantur ipsis ambasciatoribus, an illi supe-
riori, qui eos misit? & Bartolus existimauit talia
munera ipsis ambasciatoribus acquiri, quoniam
in dubio uidentur ipsorum contemplatione dona-
ta, ut hoc scripsit in l. si uero. §. item quicquid. ff.
sol.

sol. matrimon. & hoc idem tenuit glos. in l. qui p-
prio, §. procurator, in uerbo, nemine, ff. de procur.
& Bal. in conf. 194. præmissis uerbis, in prin. uol.
2. & Ioan. de Imola in l. dotalem, num. 11. ff. solu.
matrimo.

Sed Albericus quandam longissimam distin-
f **ctionem retulit † in d. l. qui proprio, §. procurator,**
colum. 1. ff. de procur. ubi dixit, hanc fuisse anti-
quorum quæstionem de Ambasciatoribus Medio-
lanensibus, qui cum munera ab Imperatore Con-
stantinopolitano acceperant, fuit dubitatum, an
illa tenerentur restituere communi Mediolani. in
qua quæstione tradit communem Doctorum opi-
nionem hanc esse, quod aut contemplatione ciui-
uitatis Imperator donauit Ambasciatoribus, &
tunc tenentur restituere ciuitati: aut constat dona-
tionem fuisse factam contemplatione Ambascia-
torum, & tunc sibi acquiritur, aut sumus in dubio,
cuius contemplatione donatio facta sit, & tunc o-
portet recurrere ad coniecturas, secundum quas
poterimus intelligere, ex cuius contemplatione
fit donatum: coniecturæ uerò sumuntur ex uariis
causis, quoniā aut in donando expresit propria
nomina tantum, aut appellatiua tantum, dicendo
uocetis Ambasciatores: aut propria, & appellati-
ua simul. Primo casu, quando expresit propria
nomina tantum, censetur donatio facta contem-
platione Ambasciatorum, & sibi acquirunt: secun-
do casu, quando sunt expressa nomina dumtaxat
appellatiua, censetur donatio facta contemplatio-
ne ciuitatis, & illi restituere tenentur. Tertio casu
quando nomina propria, & appellatiua simul fue-
runt expressa, tunc si propria præcesserunt, uide-
tur contemplatione Ambasciatorum donatum; si
præcesserunt appellatiua, uidetur donatum contē-
platione ciuitatis, & illi dona sunt restituenda. Si
uero non appareat quę nomina præcesserint, tunc
aut Imperatori Ambasciatores erant noti ante
ambasciatam, aut non erant noti. Primo casu uide-
tur donasse contemplatione personę notę, at se-
cundo contemplatione ciuitatis. Ceterum si non
appareat, an illi Ambasciatores essent noti Impe-
ratori, tunc qualitas munerum inspicienda est: nā
si talia sunt, ut conueniant ciuitati, ut puta quia do-
nauit leonem, aut pulchram statura, tunc dona-
tio præsumitur facta contemplatione ciuitatis: si
uero cōueniunt Ambasciatoribus, ut sunt uestes,
equi, libri, uel arma donata, uel equiti, uel Docto-
ri, tunc ipsorum contemplatione censetur dona-
ta, & ciuitati, uel alteri superiori, qui eos misit, re-
stituere non tenentur: si uero ex prædictis conie-
cturis nihil appareat, tunc in dubio uidetur dona-
tum contemplatione ciuitatis, si donatio erat ma-
gna, aliā secus, & tradit hanc esse opinionem Dy-
ni, & Iacobi de Arena, & quasi omnium citramon-
tanorum, subiungit etiam alios indistinctè dixisse,
quod Ambasciatores nihil habere debent, quoniā
illis non est licitum agere aliquid, quod spectet ad
rem suam durante legatione, ut supra dixi: sed ul-
timo loco refert Petrum de bella Pertica, & Gu-

lielmu, dicentes hanc quæstionem processisse ab
auaritia, uel inuidia, & ideo concludunt, donaria
indistinctè ad Ambasciatores pertinere, cum sup-
ponatur uenisse a Principe, qui hoc potuit eis cō-
cedere, & maximè quādo Princeps motu proprio
donauit: tales enim legati consueuerunt remune-
rari, & donatio facta ab Imperatore censetur in
dubio facta contemplatione personarum, & hæc
ultima opinio concordat cum opinione Bartoli
primo loco relati, pro qua facit optimus textus in
l. socium qui. §. si. ff. pro socio, ubi habetur, quod si
80 **donatur † socio occasione societatis, cedit ipsi do-**
natario, & non societati.

Sed Abbas ultimum caput prædictę distinctio-
nis amplectendo, hanc quæstionem breuius deter-
minauit in c. postulastis, sub num. 4. colum. 2. ex-
tra de concess. præben. ubi dicit, quod si legati no-
ti erant Principi, tunc ipsis acquiritur donatio: si
erant ignoti, tunc inspicienda est qualitas mune-
rum, secundum quam facienda est interpretatio,
cuius contemplatione facta sit donatio, & idem
tenuit Gemin. in c. a collatione, num. 5. uers. hæc
iura faciunt, colum. 3. de appell. in 6. & ibi Franc.
num. 3. & Angel. in l. dotalem, in fine, ff. solu. ma-
trimon.

Aliam tamen distinctionem satis subtilem ui-
debis apud Bald. in d. l. dotalem, quæ licet ibi Ioā-
ni de Imola non placuerit, eam tamen sequitur de
uerbo ad uerbum Ancharan. in d. c. a collatione,
colum. 2. de appell. in 6.

81 **Illud tamen memoriter est tenendum, quod si**
Princeps, qui misit legatos, illis præceperit, ut mu-
nera non accipiant, uel si lege patrię id fuerit pro-
hibitum, prout est Genuę, & tunc a muneribus de-
82 **bent Ambasciatores omnino se abstinere, tū quia**
munera accipiendo, tamquam legis, uel præcepti
transgressores possent grauius puniri, tum etiam
quia in iudicium legationis suspicionem non euitarēt.
83 **sicut enim mulier, quæ munera † contra mariti uo-**
luntatē accipit, impudicitie notā incurrit: ita le-
gatus infidelitatis crimine arguitur, qui suę lega-
tionis remunerationem ab alio, quā a suo Prin-
cipe querit. Hac de causā Timagoras legatus A-
theniensem ultimo supplicio damnatus fuit, quia
contra suę Reipublice mores non solum munera
a Rege Persarum Artoserse acceperat, uerum et
inter officium salutationis illum nimis humiliter,
ac abicte contra dignitatem Reipublice Athe-
nienis adulatus esset, quasi quod indignis, ac non
conuenientibus blanditiis totius Urbis suę deco-
rem Persicę dominationi nimis humiliter sum-
misisset, ut notat Plutarch. in Pelopida, & Valer.
in cap. 3. in fine, lib. 6. & Herod. in tit. 34. de lega-
tionib. lib. 2. decretorum.

84 **Amplius illud sciendum est, quod legati duran-**
te tempore legationis † in patria sua conueniri nō
possunt, cum sint absentes causa Reipublice, quod
intelligitur esse uerum, quo ad lites nondum cœ-
ptas, sed secus, quo ad cœptas ante legationem, nā
85 **tenentur † eas defendere per procuratorem, l. pen.**
ff. de

ff. de leg. per quem textum dixit ibi Alber. Iudices male facere, qui differunt procedere in causis inchoatis ex eo, quod alter abest ex causa legationis, nam ceptæ causæ non possunt suspendi, cum debeant per procuratorem defendi; Aliud tamen in patria mea de consuetudine feruatur.

ADDITIONES.

- a Perpetuz. Et dicuntur legati perpetui, ut tradit Abb. in c. excommunicatis, in fine, ex. de officio legati. & an tales possint clericum subditum absolueri, qui percussit alium clericum in diocesi aliena, responde quod non, quia non potest quis remittere iniuriam factam illi iudici, in cuius territorio commissum est maleficium, & ideo absolutio competit diocesano loci delicti, ut tradit Bald. in c. excommunicatis, num. 4. col. fi. extra de officio legati.
- b Transf. Adde Ioan. de Imola in c. uolentes, nu. 3. extra de officio legati.
- c Secus. Vide quæ dixi in cap. 27. de connexis. nu. 4. sup. libro 1.
- d Iurisdictionem. Ista iurisdictione est ordinaria, & possunt causas delegare, ut ait Abb. in cap. nemini, in 3. notab. extra de officio legati, & in cap. 1. num. 3. in ult. notab. extra eo.
- e Docet. Adde Cælium Rodigin. in cap. 6. lib. 2. l. e. antiq.
- f Retulit. Idem dixit Alber. in l. si uero negotium, col. 2. in fi. ff. fol. matrim.
- g Genuæ. Super statuto Genuæ diuersimodè in eodem casu consuluit Bal. in conf. 194. uol. 2. & alio modo in conf. 378. saluo, uol. 5.

S Y M M A R I U M.

- 1 Clerici quodammodo dicuntur habere dignitatem.
- 2 Clerici non sunt priuatae personæ.
- 3 Persona priuata, quæ sit.
- 4 Clerici sunt nobiles.
- 5 Clericatus est honos maior alio seculari honore.
- 6 Clericus est maior quolibet laico, ibidem.
- 7 Clericus propriè non habet dignitatem ecclesiasticam.
- 8 Clerici dicuntur a forte.
- 9 Clericorum gradus quot sint.
- 10 Clerico incumbit onus probandi, se esse clericum.
- 11 Ordinatus quis esse non presumitur, nisi probetur.
- 12 Qualitas probanda est ab eo, qui se dicit qualificatum.
- 13 Clericatus est qualitas, quæ a natiuitate non inest.
- 14 Clericatus est solemnitas extrinseca.
- 15 De ordinum collatione iura mandant fieri scripturam.
- 16 Clericatus probandus est ab eo, cui tamquam clerico fuit legitimum relictum.
- 17 Clericus agens ad recuperandum beneficium, debet probare titulum, & canonicam institutionem.
- 18 Episcopus petens hereditatem defuncti tamquam clerici, debet clericatum probare.
- 19 Clericus quis presumitur, quando in litteris commendatijs Papa narrat eum esse clericum.
- 20 Clericus presumitur, qui fuit in quasi possessione clericatus longo tempore.
- 21 Captus a Iudice seculari non gaudet priuilegio fori, nisi suum clericatum probauerit.
- 22 Clericatus probatio facienda est coram Iudice Ecclesiastico.
- 23 Clericus tamquam laicus captus a laico non relaxatur, donec fuerit de clericatus probatione a Iudice ecclesiastico terminatum.

- 23 Clericalis habitus cognitio ad quem iudicem pertineat.
- 24 Habitus clericalis certus in iure non est expressus.
- 25 Habitus clericalis consistit in tonsura, & uestibus.
- 26 Tonsura duæ sunt species.
- 27 Tonsura circularis quare fiat.
- 28 Clerici radunt caput ob temporalium rerum depositionem.
- 29 Clerici quare non omnes capillos radunt, sed partem, ibidem.
- 30 Rasura quare fiat in supremo uertice capitis.
- 31 Oculi sapientis in capite eius, ibidem.
- 32 Tonsura conuersorum quomodo fiat.
- 33 Clerici debent incedere detonso capite, & auribus patentibus.
- 34 Tonsura fuit inuenta a Nazarenis.
- 35 Tonsura habuit originem a Petro, qui in signum coronæ spineæ rasuram in capite ferebat.
- 36 Vestes clericorum non debent esse, neque fulgidæ, neque sordidæ.
- 37 Vestibus utendum est secundum consuetudinem regionis.
- 38 Affectatio consistit tam in sordibus, quam in delictis.
- 39 Vitia plerumque se esse uirtutes mentiuntur.
- 40 Auaritia excusatur sub nomine parsimonie, ibidem.
- 41 Clerici possunt secundum consuetudinem regionis etiam precipis uestibus uti.
- 42 Clerici prohibentur uti pannis rubeis.
- 43 Clericus Doctor potest annulum ferre, licet simplex clericus non possit.
- 44 Clericatus plenè probatur per scripturam.
- 45 Clericatus non probatur per litteras ordinum superiorum, nisi ostendantur litteræ ordinum inferiorum.
- 46 Clericus qui stetit in sacerdotio per decennium, non tenetur probare ordines minores.
- 47 Clericus ordinatus ab Episcopo prouido non tenetur ostendere litteras ordinum minorum.
- 48 Clericus de quo dubitatur, an sit promotus ad aliquem ordinem, potest ordinari cum protestatione, si non es ordinatus, te ordinò. Baptismus potest iterari cum protestatione, ibidem.
- 49 Clericatus probatur ex longa quasi possessione.
- 50 Clericus existens in quasi possessione clericatus, si fuit captus a Iudice seculari, remittendus est ad Ecclesiasticum.
- 51 Clericus a laico remissus ad Ecclesiasticum, debet soluere expensas remissionis, & si est pauper, supplebit Episcopus, ad cuius forum remittitur.
- 52 Index remittens clericum ad Episcopum debet illum remittere saluo iure uindicandi.
- 53 Clerici remissio ad suum forum debet fieri sine clerici ignominia, ibidem.
- 54 Clericatus quasi possessio operatur in præambulis.
- 55 Clericatus quasi possessio operatur ad fauorem eorum, qui contraxerunt cum eo, qui est in possessione clericatus.
- 56 Clericatus possessio operatur ad fauorem clerici etiam in dimissis foris.
- 57 Clericus uendicans beneficium, an debeat probare se clericum, quando fuit in longa possessione clericatus.
- 58 Clericatus longa possessio, an profit actori in petitorio.
- 59 Probatio tituli presumpti sufficit propter diuturnam possessionem clericatus.
- 60 Possessio minus operatur in rebus profanis, quam in rebus spiritualibus.
- 61 Iudices ecclesiastici solent frequenter inquirere de clericis, de matrimonio, & alijs similibus.
- 62 Presumitur facilius in spiritualibus pro longa quasi possessione, quam in rebus priuatis.
- 63 Clericatum probare uolens ex tolerantia, quæ debeat considerare.
- 64 Clericatum probare uolens ex longa possessione debet probare summam integritatem ipsius clerici.
- 65 Clericus agens ad beneficium, quæ probare debeat.
- 66 Titulus presumitur ex diuturna possessione clericatus.
- 67 Clericatus probatur per testes.
- 68 Clericatus quando probatur per unum testem.

Baptismus

- 65 Baptismus, & Ecclesie consecratio unico teste probantur.
- 66 Clericus probatur per confessionem partis.
- 67 Clericus non confertur ex confessione partis.
- 68 Clericus probatio inuatur ex confessione aduersarij.
- 69 Clericus probatur ex confessione in præiudicium confitentis.
- 70 Clericus probatur per indicia.
- 71 Clericus probatur per litteras Episcopi.
- 72 Clericus negatiua probatur eo ipso, quod contrarium non probatur.
- 73 Laicus quis in dubio presumitur, ibidem.
- 74 Clericus negatiua probatur per confessionem.
- 75 Clericus captus a Iudice laico, & confitens se esse laicum, non præiudicabit Episcopo.
- 76 Clericus reputatus laicus si suscipiat præceptum a Iudice laico de soluendo, cogetur ab Episcopo soluere quod promissit.
- 77 Clericus tamquam laicus bannitus, si postea capiatur, an bannum ualebit.
- 78 Sententia lata ualeat contra eum, de quo dubitatur, an sit clericus, si quando fuit citatus a laico, non comparuit ad allegandū priuilegium.
- 79 Negatiua clericatus probatur ex priuatione priuilegij clericatus.
- 80 Clericus, aut prima tonsura non potest conferri illiterato.
- 81 Clericus probationes fiunt coram Iudice Ecclesiastico.
- 82 Clericus instrumentum potest produci coram laico ad instructionem, non ad probationem clericatus.
- 83 Monacho incumbit onus probandi se esse monachum.
- 84 Abbati soluens non liberatur, nisi probauerit eum, cui soluit, se se Abbatem.
- 85 Monachus dicitur solitarius.
- 86 Monachorum monasteria extra urbes sunt constituenda.
- 87 Monachus debet esse solus, & tristis.
- 88 Monachus non potest sibi facere commatres, neque baptizare, neque infirmum uisitare.
- 89 Monachus sine monasterio est similis pisci extra aquam posito.
- 90 Monachi propriè & strictè qui sint, & in quibus differant a fratribus.
- 91 Moniales quæ sint, & in quo differant a sororibus.
- 92 Fratrum, uel sororum appellatione, an contineantur monachi, & moniales.
- 93 Monachi omnes a quatuor regulis approbatis dependent.
- 94 Regula Sancti Francisci incipit sub Innocentio Tertio.
- 95 Monachi, & Eremitæ orientalis Ecclesie militant sub regula Sancti Basilij.
- 96 Camaldulensis, & Cluniacensis ordo, a qua regula deriuent.
- 97 Monachi nigri militant sub regula Sancti Benedicti.
- 98 Cisterciensis, & Cluniacensis ordo, nec non & Celestini, a qua regula deriuent.
- 99 Canonici regulares, & Prædicatores, & Eremitæ militant sub regula diu Augustini.
- 100 Carmelitani, sub qua regula militant.
- 101 Fratres mendicantes militant sub regula S. Francisci.
- 102 Fratres mendicantes participant de statu clericorum, & monachorum.
- 103 Capuzini in extrema mendicitate uiuunt.
- 104 Iesuatorum congregatio quando cepit.
- 105 Societatis Iesu congregatio, a quo initio cepit.
- 106 Carthusienus ordo, sub quibus regulis militet.
- 107 Monachus debet habere maiorem tonsuram, quam clericus.
- 108 Monachum non facit habitus, sed bona uita.
- 109 Monachis habitus niger fuit antiquitus datus in signum mortificationis.
- 110 Abstinencia est nutritrix continentie.
- 111 Sacerdos peccans facit delinquere populum.
- 112 Clericorum appellatione, an ueniant monachi, Monachorum appellatione, an contineantur Abbates, & conuersi, ibidem.

- 112 Monachus factus Papa, an possit acceptare Papatum sine licentia Abbatis.
- 113 Monachus factus Papa si renuntiauerit Papatu, an cogatur redire ad monasterium sub Abbatis obedientia.
- 114 Religiosus, an quis dicatur ex religionis ingressu, an ex sola professione.
- 115 Nouitius in ipso ingressu religionis si fateatur se habere firmum animum mutandi seculum, erit obligatus profiteri saltem in genere.
- 116 Onus probandi cui incumbat profitentem uoluisse obligari religioni ingenuè.
- 117 Monachus professus, an possit renouare testamentum factum ante religionis ingressum.
- 118 Monachus professus regulam dissolutam, an teneatur nouam reformationem factam ipso inuito seruare.
- 119 Monachus, an possit ordinari, & recipiat characterem.
- 120 Abbatibus non licet benedicere moniales.
- 121 Cui incumbat onus probandi bona clerici fuisse acquisita ex patrimonio, an ex redditibus Ecclesie.
- 122 Iudex secularis in quibus casibus possit iudicare de clericis.
- 123 Clericus petens restitutionem in integrum aduersus laicum occasione bonorum assignatorum in titulum matrimonij, debet eam petere coram Iudice laico.
- 124 Clericorum famuli, an gaudeant priuilegio fori.
- 125 Conductor fructuum prebendæ, uel beneficij, an possit pro mercede afflictus conueniri sub Iudice laico, an Ecclesiastico.
- 126 Laborator partiaris clerici, an pro dominica portione debeat conueniri sub Iudice laico, ibidem.
- 127 Onus probandi incumbit ei, qui dicit clericum non esse idoneum ad beneficium.

ARGUMENTVM.

De Clericis, et Monachis, & alleganti clericatum, uel monachatum incumbit onus probandi.

C A P. XXXIII.



NON indignum est, ut in fine dignitatum ecclesiasticarum loquar de clericis, quia & ipsi quodammodo dicuntur habere dignitatem, ut expressè patet in c. 1. de uita, & honest. clericor. in 6. ubi clericatus appellatur dignitas ordinis clericali, quod idem confirmatur in c. reperiuntur. 1. q. j. ubi dicitur eos accipere dignitatem diuinam, qui ad sacros ordines promouentur, & facit textus in l. atrocem. C. de iniurijs, ubi sacerdotes habitu clericali uestiti dicuntur dignitatis habitum præferre, & rursus hoc idem patet in c. denique, distin. 4. ubi habetur, quod clerici dicuntur ornati dignitate ecclesiastici gradus, per quem textum dixit ibi glossa, quod quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas, uel honor, subiungens ex hoc patere, quod clerici non sunt priuatae personæ, quoniam illi soli dicuntur priuatae personæ, qui non habent dignitatem, siue sint nobiles, siue sint ignobiles, ut dicitur in c. qui contra, & ibi glossa, 24. q. 1. de quo dixi in cap. 26. de nobilit. num. 48. sup. eo. & facit alia glossa in c. priuilegia, distin. 3.

Quæ

Quæ res ualde noranda est pro statutis, ac priuilegijs mentionem facientibus de habentibus dignitates, uel de personis priuatis, secundum Gem. in d. c. denique, num. 1. uers. item nota, col. penult. distin. 4. ubi ait, illum proprie dici priuatum, qui non habet dignitatem ex aliqua dignitate officij, seu præeminentiæ, licet alias sit persona uirtuosa, & idem confirmauit in d. c. priuilegia, in fine, distin. 3. & ibi Præposit. num. 4. uers. nota primo, colum. 1.

4 Ex quo inferitur, clericos esse nobiles, quia cū priuata, uel plebeia persone sint illæ, quæ non habent dignitatem, ut patet ex iam dictis, & etiam dixi in d. cap. 25. in prin. sup. eo. manifestè patet, nobilitatem conferre ex clericatu, qui est dignitas, & ita in specie quod clerici sint nobiles tenuit Ioan. Andr. in cap. eo libentius, num. 3. extra de seruis non ordinand. ubi ait, ordinem clericalem nobilitare, & idem notauit ibi Aegid. Bellem. in primo notabili, & Anchar. in prin. & Aciat. in capitu. cum non ab homine, sub sexto notabili, nu. 26. uersiculo, sed potest respondere, extra de iud. & Iraquel. in capitulo 9. in fine, numero 4. tract. de nobilit.

5 Ad quam materiam facit, quod notauit Barto. in conf. 180. si aliqua, sub numero 3. uersiculo, præterea habenti, colum. 1. ubi inquit, clericatum esse honorem maiorem alio seculari honore, quod idem ante ipsum glo. notauit in cap. sedes, in uerbo, maiores, extra de rescriptis. ubi dicit, quod clericus est maior quolibet laico, & idem citato Bartolo, secutus est Iason in l. generaliter, numero sexto, uersiculo, secus est in sacerdote, colum. fin. ff. de in ius uocan.

6 Verum aduertendum est, quod licet ex prædictis pateat, clericatui inesse dignitatem, tamen hoc intelligitur esse uerum de quadam dignitate largo modo sumpta: sed secus quo ad ueram, & propriam dignitatem, & ecclesiasticam, quæ in simplicem clericum respectu simplicis ordinis non cadit, ut ait optima glossa in capitulo 3. in uerbo, dignitates, extra de clericis non resident. ubi tradit, quod dignitas pluribus modis accipitur, de qua re supra latius loquutus sum, & quod attinet ad simplicem clericum accipitur pro ordine, quod idem confirmat ibi Abbas, sub numero sexto, uersiculo, sed nota glossam, columna secunda, ubi ait, quod quando dicimus, clericum habere dignitatem, tunc dignitas non capitur in potiori significato, sed capitur pro quodam officio, & quadam prærogatiua, quam habet pro alijs laicis, & idem quoque notauit Ioan. de Silua in questione secunda, numero septuagesimo secundo, uersiculo, ego concludo, tract. de benefic. ubi tradit, clericatum dici dignitatem in larga, sed non in uera, ac stricta significatione, quod idem pariter animaduertit Alciat. in l. si quis in conscribendo, C. de pact.

7 Clerici uero dicuntur a forte: cleros enim Græcè, fors Latinè uel hæreditas dicitur. hinc di-

cti clerici, quia de sorte Domini sunt, uel quia Domini partem habent. generaliter autem clerici nuncupantur oēs, qui in Ecclesia Dei deseruiunt, quorum gradus, & nomina sunt hæc, Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acoluthus, idest Ceroferrarius, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Episcoporum uero quatuor sunt species, idest Patriarcha, Archiepiscopus, Metropolitanus, atque Episcopus, de quorum omnium significatione uadit Isidor. in cap. 12. lib. 7. Etimolog. & traditur in c. clericos, distin. 21. de quorum omnium ordinatione in singulis capitalis uidebis, in distin. 23. per totum.

8 Sciendum autem, hanc esse in hac materia generalem conclusionem, quod quicumque uel se, uel alium dixerit esse clericum, debet probare clericatum, ut probatur in cap. legum, 2. quæst. 1. & in cap. dug, extra de clericis peregrin. & inc. si Iudex, & ibi gloss. in uerbo, fecerit, de sentent. excommun. in 6. & in l. si qua per calumniam, C. de episcop. & cleri. & tradit Bald. in l. in actionibus, §. planè, sub num. 4. uers. obscuritas est in qualitate, ff. de in litem iurando, & in l. non ignorat, numero 7. uers. hoc ergo præsupposito, colum. 2. C. qui accus. non possunt, & in cap. fina. numero 4. uers. sed quæro, extra de præsumpt. & in l. secunda, sub numero 80. uersiculo, si autem possessoris qualitas, C. de seruit. & aqua, & ante ipsum Cyn. in l. prima, in fine, C. ubi causa status, & Innocent. in cap. super his, columna penultima, uersiculo, sed quid dices, extra de accus. & Zabarel. in conf. 13. numero 2. uersiculo, contrarium est uerum, columna prima, & Abbas in d. cap. fin. sub num. 7. colum. 7. & ibi Felyn. sub num. 1. uers. in textu ibi, præsumitur, & iterum Abbas in c. bonæ memoriæ, il primo, sub num. 14. uers. hinc dixit, colum. antepen. extra de elect. & Felyn. in d. cap. super his, sub num. 8. uers. sexta & ultima, col. 9. extra de accus. & Decius in conf. 125. in causa spoliationis, numero 6. uersiculo, & sic nominatur, colum. antepenult. & Ripa in capit. 2. num. 4. uersiculo, tertio dubitatur, extra de iudicijs, & Crau. in consilio 72. dubitatur, numero 2. uers. rursus ista, colum. 1. & in conf. 134. scripsi, num. 40. uersiculo, nono principaliter, & Cassan. in consilio 44. adiudicatio possess. numero 13. uersiculo, qualitas enim clericatus. & Alciat. præsumpt. 4. reg. 2. & Boer. in decis. 171. præsuppono, numero 11. uersiculo, & sic uidetur, & Gram. in decis. 81. in causa illustris.

9 Ad cuius rei confirmationem facit gloss. in cap. presbyteri, in uerbo, & consecrentur, distin. 68. ubi dixit, quod in dubio potius quis præsumitur non ordinatus, quam ordinatus, & idem notauit Innocent. in capitulo, finali, in principio, extra de eo, qui furtiue ordin. recepit, & ibi Antonius de Butrio, numero octauo, uersiculo, concludendo, columna prima, & Alciat. in dicta præsumpt. 4. reg. 2. & Lucas de Penna in l. 1. col. 2. uers. uigesimo quinto nõ præsumitur. C. de quæst. lib. 12.

Cuius

11 Cuius quidem conclusionis quattuor rationes possunt adduci, quarum prima est, quia si quis se dicit qualificatum, debet tuam qualitatem probare. l. non ignorat, & ibi Bald. & alii. C. de his qui accus. non possunt.

12 Altera est, quia clericatus est qualitas, quæ a natura non inest hominibus, & ideo probanda est ab eo, qui eam allegat, quia in dubio præsumitur quis laicus, & non clericus, ut tradit Bald. in dicta l. in actionibus. §. planè, sub numero quarto, uersiculo, obscuritas est in qualitate, ff. de in litem iuran. & in capitulo finali, numero quarto, uersiculo, sed quæro, extra de præsumpt. & Crau. in dicto consilio septuagesimo secundo, numero secundo.

13 Tertia ratio est, quia clericatus est solemnitas extrinseca, ad quam quis non potest peruenire nisi facto hominis, ergo non præsumitur, nisi probetur, ut tradit Antonius de Butrio in dicto capitulo finali, numero octauo, extra de eo, qui furtiue, ordin. recepit.

14 Quarta, & ultima est, quia de ordinum collatione iura mandant fieri scripturam, ut probatur in dicto capitulo, legum, secunda, quæstione prima. Ergo ubi scriptura non apparet, præsumitur collatio non facta, quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, ut tradit Innocent. in dicto capitulo, super his, columna penultima, uersiculo, sed quid dices, extra de accus. ubi ait, quod si electo obiiciatur ipsum non esse Subdiaconum, uel cum sit forensis, ipsum non habere litteras commendatitias, debet electus probare se esse ordinatum, uel se fuisse dimissum a suo Episcopo, cum iura in his casibus dicant litteras esse necessarias, & idem sequitur Abb. in dicto capitulo, bonæ memoriæ, il primo, sub numero 4. uersiculo, fallunt prædicta, columna antepenultima, extra de elect. & Ripa in dicto capitulo, secundo, numero quarto, uersiculo, tertio dubitatur, extra de iudicijs, & Fely. in dicto capitulo super his, sub numero decimo octauo, uersiculo, sexta, & ultima conclusio, extra de accus. & dixi in capitulo quinquagesimo primo, numero septuagesimo quinto, uersiculo, octauo fallit, lib. 1.

15 Inferitur autem ex prædictis, quod si per modum causæ finalis legatum fuerit relictum Titio tamquam sacerdoti, uel clerico, debet Titius agens nomine proprio, probare se clericum, alioqui non habebit legatum, ut scripsit Bald. in l. eam quam, numero sexto, uersiculo, extra queritur, C. de fideicom.

16 Secundo inferitur, quod clericus si agens ad recuperandum, uel obtinendum beneficium, succumbet, nisi plenè probauerit clericatum, idest titulum, & canonicam institutionem, ut dixi in c. 3. nu. 39. & in c. 20. nu. 29. sup. eo. & infra, num. 53.

17 Tertio inferitur ad quæstionem illius, qui sine hærede decessit, nam si fiscus Episcopi ex una parte petierit hæreditatè allegando defunctum fuisse clericum, & ex altera parte fiscus Principis secula-

ris alleget defunctum fuisse laicum, ipsiusque hæreditatem ad se spectare, onus probandi clericatum incumbet Episcopo, quia præsumitur quis in dubio laicus, ut dixi in d. c. 20. possessio alicuius status, num. 30. uers. & hoc quidem facit, sup. eo.

18 Fallit tamen ista conclusio, ut non procedat, quando in litteris beneficialibus, uel commendatitijs Papa principaliter narraret aliquem esse clericum, nam tunc quo ad transferendum onus probandi in aduersarium, præsumeret clericus, ut tradit Ioan. Andr. in c. non licet, in fine quæstionis, de reg. iur. in 6. & egregiè Lopus in alleg. 7. secus si incidet, & non principaliter nominaretur clericus, ut ait Mascard. in conclus. 305. nu. 4. uers. limita ut non procedat, lib. 1. de probat.

19 Quæ quidem fallentia intelligitur esse uera quo ad factum dumtaxat, super quo in litteris fuit appellatus clericus, sed secus quo ad alios actus, ut tradit Fely. in d. c. si. sub nu. 2. uers. potest etiam intelligi, extra de præsumpt. & Lopus in d. allegat. 7. sub nu. 6. & latè Fely. in c. nonnulli. §. sunt & alii, sub nu. 41. uers. amplia quarto, col. 5. extra de rescr.

20 Secundo fallit, ut non procedat in eo, qui fuit in quasi possessione clericatus longo tempore, ut inquit Innocent. in d. c. super his, col. pen. uers. sed quid dices, extra de accus. & in d. c. fin. in prin. extra de eo qui furtiue ordin. recepit, & Rota in decis. 4. alias 84. nota quod ubi contra aliquem, de probat. in antiq. & latissimè Felyn. in conf. 2. num. 27. uers. respondeo, & dico, col. 10. & Anto. de Butr. in d. cap. fin. nu. 8. uers. concludendo, extra de eo, qui furtiue ordin. recepit, de qua re uide quæ dixi in cap. 61. de reo, num. 36. uers. decimo limitatur, lib. 1. & in cap. 20. possessio alicuius status, nu. 29. uers. inferitur itaque primo, supra hoc eodem lib. 2. & infra num. 53.

21 Patet itaque ex prædictis, quod captus a Iudicis secularis potestate, non eximitur sub eo prætextu, quod sit clericus, nisi suum clericatum probauerit, ut ait Angel. in l. si prius, in fine, ff. de oper. nunt. de quo latius dixi in d. cap. 20. num. 32. uers. secundo inferitur, sup. eo.

22 Quæ probatio licet facienda sit coram Iudice ecclesiastico, ut tradunt omnes in cap. si Iudex, de sentent. excommun. in 6.

Attamen ipse captus si modo pro laico communiter habebatur, debet remanere in potestate, uel in carceribus Iudicis laici, donec de ipsius clericatus probatione fuerit a Iudice ecclesiastico determinatum, non obstante, quod tempore capturæ in habitu clericali fuisset repertus, ut notat gloss. & ibi textus in d. cap. si Iudex, in uerbo, fecerit, & Bald. in l. si qua per calumniam, num. 4. uers. sed ponamus. C. de sacros. eccles. & Franc. in cap. si Iudex, in uerbo, non sic, num. 2. in 3. notab. de sentent. excommun. in 6. & consuluat Fulgos. in consilio 123. præsuppositis, num. 2. colum. 2. & Ripa in dicto capitulo secundo, numero quarto, uers. tertio dubitatur, extra de iudicijs, & uide quæ dixi in d. cap. 20. num. 39. sup. eo.

R Et

Et hoc quidem sine ulla dubitatione uerissimum est, quando controuersia uersatur super clericatu. Ceterum si controuersia foret super habitu clericali, eo quia dubitaretur, an habitus esset clericalis, an secularis, tunc talis cognitio pertinet ad Iudicem laicum, ut ait Guid. Papa in decis. 138. in camera, & Gemin. in cap. unico. §. fin. in fine, de clericis coniug. in 6. & Socin. in consil. 122. praestantissime Doctor, num. 3. volum. 1. & Ripa in d. cap. 2. num. 4. extra de iud. & Clar. in quaestione 36. nume. 14. uersiculo, dixi clericum, Pra. crimin.

Contrarium, ut scilicet cognitio habitus spectet ad ecclesiasticum Iudicem, tenuit Zabarel. in clem. 2. uers. huic in super, in fine, de uita, & honestate clericorum, & Cypol. in consil. 11. Casus talis est Aloysius, uers. qualis debeat esse habitus, scol. 6. & Roland. in consil. 4. num. 33. uers. vterius dicitur, volum. 1. & Couarr. in cap. 33. sub numero 1. Praet. quaest. & D. Prosper Farin. in quaestione 8. numero 34.

Pro concordia dici potest, quod aut notorie constat habitum non esse clericalem, vel quia non habet tonsuram, quae res oculari inspectione detegitur, vel quia uestes erant uersicolores, & tunc prima opinio procedit, quae fundata est in notorio, secundum Gemin. Socinum, & Guidum super praticatos: aut dubitatur, an ille habitus esset clericalis, & quia habebat captus tonsuram, sed quaestio erat circa uestes, quae vel propter colorem, vel propter eorum breuitatem, dubitationem mouebant, an clerico conuenirent, an non, & tunc credo ueriores esse Zabarellae opinionem, cum ad Episcopum pertineat habitum describere clericis, attento maxime, quod talis certus, ac determinatus habitus, non est in iure clericis expressus, licet quidam certi colores, & quaedam certae formae sint eis prohibita, ut tradit glos. in clem. 1. in uerbo, seularis, in fine, de elect. de qua re tamen uide Cypol. in d. consil. 11. col. 6. & Clar. in d. q. 36. nu. 14. Praet. crimin.

Sciendum est autem, quod habitus clericalis in duobus copulatiue consistit, id est in tonsura, & uestibus, nec unum sine altero sufficeret, ut notat Bald. in d. l. si qua per calumniam, nu. 3. uers. ulterius quaeritur. C. de sacros. eccles. ubi dicit habitum clericalem consistere in tonsura, & uestibus, ex quo infert, quod captus in maleficio habens tonsuram sine uestibus, uel habens uestes sine tonsura, non dicitur captus in habitu clericali, & idem notat Gemin. in capitulo, si Iudex. §. idem esse, in prin. & ibi Franc. de sentent. excommun. in sexto, & ante ipsos Ioannes Andreas, numero primo, colum. 1.

Tonsura uero duae sunt species, alia quae competit clericis deputatis ad diuina officia, quae figuratur in modum sphaerae, uel coronae, ut dicitur in capitulo, prohibet, distinctione 23. & in capitulo duae sunt, duodecima, quaestione prima.

Ex eo enim quod est circularis, & caret talis an-

gulo, significat clericos debere carere sordibus, quoniam ubi adest angulus, ibi sordes. rursum ex eo, quod coronam in capite representat, datur intelligi, quod clerici in Deo regnum habent, & dum se, & alios uirtutibus regunt, possunt dici Reges in signum regni, quod in Christo expectatur. ratio uero capitis est temporalium omnium depositio: & quoniam non omnes capilli raduntur, sed pars, ideo capilli, qui remanent, designant, quod clerici debent aliqua retinere ad uitae sustentationem: uictu enim, et uestitu contenti nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia, ut dicitur in d. cap. duo sunt, 12. quaest. 1.

Præterea rasura fit in supremo uertice capitis, ut mens clerici eleuetur ad caelestia desideria, nec retardetur subtractis capillis, id est sublatis occupationibus rerum temporalium, a contemplatione diuinorum: summitas enim capitis est eminentia mentis, iuxta illud, oculi sapientis in capite eius, cuius superior pars est ratio, & inferior est sensualitas, ut dicitur in c. unico, §. quia uero Christus, extra de sacra unct.

Altera species tonsurae competit conuersis, qui quoniam ministeriis diuinis non occupantur, ideo capilli superius illis non raduntur, sed inferius tonduntur, quia temporalia deponunt, & haec est proprie tonsura, non rasura, quae ex parte inferiori capillorum fieri debet ad releuationem sensuum, scilicet uisus, & auditus, ne scilicet nimia capillorum longitudine oculi, & aures impediatur uidere, & audire ea, quae Dei sunt, & hoc est illud, quod canon dicit, quod clerici debent taliter incedere detenso capite, & auribus patentibus, ut habetur in capitulo penultimo, distinctione uigesima tertia, & supradicta notat glos. in clementina, quoniam, in uerbo, & tonsuram, de uita, & honestate clericorum. & ibi Ioannes de Imola, numero uigesimo octauo, uers. quaerit glos. col. quarta, & Abb. in capitulo penult. sub num. 4. uers. nota ibi, coronam, extra eo.

Quidam tamen dicunt hanc rasuram, uel coronam fuisse inuentam taliter a Nazarenis, qui seruato tamen crine radebant caput ad continentiam, & capillos ponebant in ignem sacrificii: alii dixerunt habuisse originem a Petro, qui taliter in memoriam Dominicae passionis, & in signum coronae spinicae rasuram in capite ferebat, ut tradit Antonius de Butrio in dicto capitulo penultimo, in fine, extra de uita, & honestate clericorum.

Circa uero uestes licet superius dictum sit, nullum certum habitum clericis a iure fuisse determinatum, tamen satis constat, quod uestes taliter non debent esse neque nimis fulgidae, neque nimis sordidae, quia nec affectate sordes, nec exquisitae deliciae laudes pariunt, ut dicitur in capitulo primo, distinctione 41.

Proinde in his uestimentis seruanda est loci consuetudo, ut ait glos. in c. si quis uirorum, dist. 30. ubi

ibi notat sufficere, ut quis ueste utatur, secundum consuetudinem regionis, propter quod infert clericos Transalpinos non cogendos uti uestibus affibulatis, ut Italici, non obstante noua constitutione super hoc emanata circa uitam, & honestatem clericorum, quia lex debet conuenire consuetudini, quod idem notauit alia glos. in capitulo penultimo, in uerbo, deauratis, extra de uita, & honestate clericorum, ubi tradit clericos debere se conformare in uestibus consuetudini regionis, ne uideantur hypochrita, & ne uideatur dignitas clericalis, de qua re nobilis est textus in capitulo fin. distin. quadagesima prima, ubi habetur, quod in cibis, ac in uestimentis seruandi sunt mores eorum, cum quibus uiuimus: nam qui contemptis his, cum quibus uiuit, lautiora sibi, aut austeriora uestimenta, uel alimenta quaerit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est. Qui enim facit, quod alii suae professionis communiter faciunt, non solum taliter affectionem uitat, quae tam in sordibus, quam in delitiis consistit, ut patet in dicto cap. 1. distin. 41.

Verum etiam pericula uitiorum declinat, quae saepe sub specie uirtutum latenter subintrant, ut dicitur in capitulo, saepe, distinctione quadagesima prima, ubi habetur, quod uitia plerumque se esse uirtutes taliter mentiuntur: nam auaritia excusatur sub nomine parsimonie, & effusio dicitur largitas, & crudelitas ab impiis zelus iustitiae uocatur, & remissio pro pietate uult haberi: non ergo ille humilitatem, uel parsimoniam praetendat, qui uilioribus uestimentis contra mores aliorum uestitur, nam sub illa uestium uilitate, tam superbia, quam humilitas, & tam auaritia, quam parsimonia possunt abscondi, iuxta illud Euangelium, Caute ab illis, qui ueniunt in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. in hac enim materia non usus uestium reprobatur, sed despicitur abusus, id est iactantia, & uoluptas: & sicut in uictu non refert quis, uel quid, uel quantum comedat, dummodo non galose sumat, c. quisquis, & cap. deliciae, distin. 41.

Ita etiam in uestitu, nec ornatus, nec sordes considerantur, sed quid locis, quid temporibus, & quid personis conueniat, diligenter attendendum est, ut tradit glos. in capitulo primo, in summa, uigesima prima, quaestione quarta, ubi notat quod clerici possunt secundum consuetudinem regionis etiam preciosis taliter uestibus uti, ut conforment se moribus eorum, inter quos uiuunt, de quorum uestimentorum forma traditur in capitulo penult. extra de uita, & honestate clericorum, ubi dicitur, quod debent esse clausa desuper, nec nimis breuia, nec nimis longa, ibique etiam clerici prohibentur taliter pannis rubeis, aut uiridibus, nec non manicis, aut sotularibus confutitiis, fœenis, sellis, pectoralibus, calceamentis deauratis, item neque fibulis, neque corrigiis auri, uel argenti ornatum habentibus, nec annulis nisi quibus hoc competat ex officio dignitatis, ut sunt Episcopi, & Abba-

tes, & etiam Doctor taliter factus clericus, qui propter dignitatem doctoralem potest anulum ferre, si credimus Abbati, qui hoc ibi uidetur affirmare, de qua materia uestium uidebis etiam textum in clem. quoniam, & ibi Zabarel. Anchar. & Imolam, de uita, & honestate clericorum, & glos. in d. capitulo 1. in summa, uigesima prima, quaestione prima, & Abb. in cap. pen. num. 18. colum. fin. extra de uita, & honestate clericorum.

Probatur autem clericatus pluribus modis, & in primis plene taliter ac perfecte probatur per scripturam de clericatu confectam, ut probatur in capitulum legum, 2. quaestione 1. & in cap. duae, extra de clericis peregrinis, & in cap. si Iudex, & ibi glos. in uerbo fecerit, in fine, de sentent. excommun. in 6. & uide supra, num. 9.

Nec sufficit ostendere litteras taliter ordinum superiorum, nisi etiam ostendantur litterae ordinum inferiorum, quia ordinatus ad sacerdotium non ceteretur ordinatus ad subdiaconatum, nisi per alia legitima argumenta de minoribus ordinibus constiterit, ut tradit Abb. in cap. tua nos, num. 5. uers. quaero, an sufficiat, extra de clericis peregr. & ibi Anchar. in fine, & Bartol. in l. illud, num. 2. uers. item si proba, ff. de acquir. hered. & ibi Castrensis, num. 3. uers. unde si probatur, colum. 1. & ibi Angel. num. 2. uers. unde si deo ordinatum, & Cuman. sub num. 3. uers. uel aliquis est adeptus, colom. 1. in fine, & Crau. in consil. 134. scripsi, num. 45. uers. non obstat, colum. 12. & Gemin. in consil. 91. praemitto, uers. nec etiam testes, colum. 2.

Quod utique uerum est, uel nisi quis taliter in sacerdotio steterit per decennium, nam tunc presumetur ad ordines minores promotus, ut ait Curt. in additionibus ad Castrensis. in d. l. illud, & Mascard. in conclu. 304. clericatus ex diuturna, num. 18. uers. sublimita, lib. 1. de probat. & Crau. in d. consilio 134. scripsi, sub num. 45. uers. puto quod ex ordinibus, colum. 12. & in consil. 93. Ecclesia, numero quinto, uersiculo, secundo respondeo, colum. 2.

Vel nisi fuisset quis ad sacerdotium ordinatus taliter uiro ita prouido, ac tante discretionis, ut non esset uerisimile, ut illum ad sacerdotium ordinasset, nisi uidisset litteras Diaconatus, & Subdiaconatus, uel aliorum minorum ordinum, ut egregie notat Innocent. in dicto capitulo, tua nos, num. 3. uersiculo, in inferioribus, extra de clericis peregr. & ibi Abbas, numero 5. & Anchar. in fine, & rursus Abb. in cap. nisi essent, sub num. 3. uers. nota ex textu, colum. 2. extra de praebend. & Felyn. in cap. super his, numero decimonono, uersiculo, ex quibus omnibus, extra de accus. & Socin. in consilio 270. consideratis, colum. 4. uers. & maxime quia tunc, uolum. 2.

Accedat, quod ubi cessantibus coniecturis dubitatur, an quis sit promotus ad aliquem ordinem, tunc taliter potest ordinari ad illum cum protestatione, si non es ordinatus, te ordino, & pro ut idem uidemus obseruari in baptismo, ut tra-

- dit Abbas in capitulo unico, in fine, extra de clerico per saltum promotus, & Præpositus in capitulo, sollicitudo, numero tertio, uersiculo, & si dubitatur, colum. fin. distin. 52.
- 46 Secundo clericatus probatur ꝑ ex longa quasi possessione clericatus, ut supradixi, numero decimonono, & latius in capitulo sexagesimo primo, de reo, numero 36. uersiculo, decimo limitatur, libro primo, & in capitulo uigesimo, possessio cuius status, numero 33. uersiculo, in contrarium, sup. eo. lib.
- 47 Quæ quidem quasi possessio in pluribus casibus multum operatur. In primis autem ꝑ ualet ad faciendum remitti eum, qui fuit captus ꝑ a Iudice seculari: nam ex eo, quod est in possessione clericatus, debet ad Iudicem ecclesiasticum transmitti, siue sit in possessione clericatus, siue sit in simplici habitu clericali, ut patet in dicto capitulo si Iudex, de sentent. excommun. in 6. & dixi in d. cap. 20. num. 36. sup. eo.
- In hac autem remissione debet Iudex secularis ad tria animaduertere. Quorum primum est, quod talem ꝑ transmissionem faciat expensis clerici petentis seremitti, aut eo existente paupere, faciat expensis illius Episcopi, ad cuius forum remittitur, ut notauit Aufrer. in tertia reg. numero 17. de potest. secul. super person. ecclesiast. & Bal. in §. si Iudex, in prin. de pace tenenda, ubi loquitur in qualibet remissione.
- 48 Alterum est, quod quando facit ꝑ transmissionem illius, qui fuit in habitu clericali repertus, & de illius uero clericatu dubitatur, faciat protestationem, quod ipsum remittit saluo iure uindicandi, alioqui si eum simpliciter remitteret, uideretur iuri proprietatis renuntiare, nec posset eum punire, si clericatus non probaretur, & tota cognitio ad ecclesiasticum pertineret, ut tradit Aufrer. ad Tholosan. decisionē 117. item anno, in fine, & Crauet. in capitulo, uidemus, numero trigesimo quarto, uersiculo, sed an sola possessio, in tertia par. de antiq. tempor.
- Tertium est, ut talem remissionem faciat sine clerici ignominia, alias puniretur, uel esset excommunicatus, ut ait Geminianus in dicto capitulo, si Iudex. §. non sic, numero undecimo, uersiculo, quid Iudex, columna penultima, & ibi Francus, colum. fin.
- 50 Secundo ista quasi possessio operatur ꝑ in præambulis, ac præparatoriis iudiciorum, ut dixi in dicto capitulo uigesimo, numero quadragesimo quinto, uersiculo, alio modo respondetur, sup. eo.
- 51 Tertio operatur ꝑ ad fauorem eorum, qui contraxerunt cum eo, qui est in possessione clericatus, ut notat Anton. de Butrio, in capitulo, illud, columna fin. in prin. uersiculo, hæc uera sunt, extra de præsumpt. ubi ait, quod debitor liberatur, qui soluit ei, qui communi fama reputabatur rector, uel Prælati, & erat in possessione prælatu- ræ, quod idem confirmat ibi Anchar. in fine, ubi

- tradit, ꝑ ordinato sufficit probare se habuisse ordines sacros ab illo, qui erat in possessione illos conferendi, & idem tenuit ibi Ioannes de Imola sub numero decimotertio, colum. 3.
- 52 Quarto operatur etiam in decisoriiis ad fauorem clerici ꝑ possidentis beneficium, nam propter longam quasi possessionem liberabitur a petitione actoris, nisi actor probauerit possidentem non esse clericum, ut dixi numero decimonono, uersiculo, secundo fallit, & in dicto capitulo 61. numero 36. libro primo, & in dicto capitulo uigesimo, numero uigesimonono, & in capitulo uigesimo octauo, de dignitate Episcopali, numero 59. uersiculo, quæ quidem ampliatio, sup. eo. quibus adde Mascard. in conclusione 304. clericatus ex diuturna, numero tertio, uersiculo, præterea obserues, libro primo, de proba. & Felyn. in consi. 2. num. 27. colum. 10.
- 53 Sed secus, quando ipse clericus ageret ad uendicandum, uel petendum ꝑ beneficium sibi ad iudicari, nam tunc non obstante, quod sit in longa possessione clericatus, debet probare se esse uerum clericum, ut notat Innocent. in capitulo, illud, numero tertio, uersiculo, nobis uidetur, extra de præsumpt. ubi ait, quod clerico uendicanti Ecclesiam, uel marito uxorem, non sufficit probare se longo tempore stetisse in Ecclesia, uel cum uxore, & famam uerissimam esse, quod Ecclesiam, uel uxorem tenebat pro sua, sed debet omnino probare titulum suum, alias ipso non probante reus absoluitur: & si contrarium diceremus, sequeretur absurdum, quod omnis uinceret in petitorio, qui probaret se domum aliquanto tempore tenuisse pro sua, & super hoc haberet famam uiciniæ, & tamen hoc est falsum, nam debet actor legitimum titulum probare, ac dominium, l. in rem. ff. de rei uendic. & hoc idem tenuit Angel. in l. si prius, in fine, ff. de oper. no. nunt. & Rota in decisione decimatertia, alias 312. nota quod clericus, de probat. in antiq. & melius in decisione octaua, alias 263. nota quod talis est, de causa possess. & propriet. in antiq. & in decisione tertia, alias quadragesima, nota ubi reus, de probat. in antiq. & Ioannes Andreas in dicto capitulo, si Iudex, in fine, de sentent. excommun. in sexto, & aperte Crauet. in dicto capitulo, uidimus, numero trigesimo tertio, uersiculo, sed aduerte, in tertia parte de antiqui. tempor. ubi citat Rebuffum, qui de longa possessione nullum uerbum facit, in quaestione uigesima secunda, & uigesima quinta, numero decimotertio, uersiculo, item non sufficit, de nominat. & Boeri. in dicta decis. numero decimo quinto, uersiculo, & dixit Ioan. & Dominic. qui tamen non bene se resoluit, in dicto consilio 91. numero tertio, uersiculo, imò plus dicit, colum. 2. & Mascard. in conclus. 302. uersiculo, primum omnium. columna secunda, ubi nonnullos allegat, qui suam intentionem non probant, & idem repetiuit in conclus. 304. numero octauo, uersiculo, primo limita, & numero 19. uersiculo, quin-

- to limita, libro primo, de probat. & faciunt quæ dixi in dicto capitulo uigesimo, numero quadragesimo septimo, uersiculo, interdum qualitas, sup. eo.
- 54 In contrarium, ut scilicet longa quasi possessio clericatus profit etiam actori in petitorio, transiuit ꝑ Innocent. in d. cap. super his, colum. penult. uers. sed quid dices, extra de accus. ubi ait, quod quamuis is, qui tamquam electus petit beneficium, debeat se probare ordinatum, tamen si multo tpe in subdiaconatus ordine seruiuit, transferetur onus probandi in eum, qui dicit ipsum non esse clericum, & idem repetiuit in cap. fin. in prin. extra de eo qui furtiuè ordines recepit, & ibi Anto. de Butr. numero octauo, uersiculo, & in ordinato hic, columna prima, & in dicto capitulo, super his, sub numero uigesimo octauo, uersiculo, sed si opponatur defectus, columna septima, & ibi Felynus, sub numero decimo octauo, uersiculo, extra, & ultima conclusio, col. decimonona, ubi dicit hanc esse communem scribentium opinionem, & rursus siue in possessorio, siue in petitorio idem tenuit Ant. de Butr. in cap. illud, uersicu. idem dicit in matrimonio spiritali, colum. pen. extra de præsumpt. & ibi Abb. num. 7. uersiculo, tertium intellectum sentit, colum. 4. & Anchar. in fine, & Ioan. de Imola, num. 13. uersic. an autem fama, colum. 3. & Felyn. sub num. 5. uers. nota primo, colum. 3. & rursus Anchar. in cap. si Iudex, sub num. 5. uersiculo, in ordinato tene, colum. 3. de sentent. excommun. in sexto, & Decius in consilio 118. uerso instrumento, numero 2. uers. sed si prædictis minimè obstantibus, & Craue. sibi contrarius in d. cons. 134. num. 40. uers. nono principaliter, colum. 11.
- Nec obstat, quod clericatus sit qualitas præter naturam, in qua regulariter quasi possessio non releuat ab onere probandi titulum. Quia respondetur, illud procedere in quasi possessione de recenti, sed secus in antiqua, ut dicunt præfati Doctores in d. c. super his, & in d. c. illud, & notauit in d. cap. 61. num. 40. sup. lib. 1.
- 55 Et hoc est regulariter uerum, ut propter diuturnam possessionem sufficiat ꝑ probatio tituli præsumptiui, quia solemnitas extrinseca, quæ regulariter non præsumitur, nisi probetur, diuturnitas tamen temporis facit, ut ea censeatur interuenisse, ut tradit Fely. in d. c. licet, extra de simonia, & in d. cons. 2. num. 27. & in d. cap. illud, num. 5. uersicu. & pro istis, colum. antepenul. & latè lafon in l. sciendum, num. 16. uersicu. quarto limita. ff. de uerbo. oblig. & latè Gabriel. in conclusione prima, de præsumpt.
- Item non obstat ratio Innocentij dicentis, quod eodem modo potest quis sine probatione tituli uedicare domum, uel possessionem, quam quis aliquo tempore tenuisset pro sua concurrente ad hoc fama uiciniæ. Quia respondetur, ꝑ aliud esse in rebus profanis, & aliud in rebus spiritualibus, cuius diuersitatis ea est ratio, quia in rebus

- priuatis Iudices, & superiores non solent inquirere quale ius in illis habeant possessores, & an eas de iure teneant, an non, imò eas quandoque proprii domini negligunt, sed secus ꝑ in Ecclesia, & in uxore, nam Iudices Ecclesiastici solent de his frequenter inquirere, tam respectu ordinum clericalium, & iurium Ecclesie, quam respectu matrimonij, nec uerisimile est, ut tam diu fuissent tolerati in possessione Ecclesie, & clericatus, & matrimonij, uel a superioribus, uel a subditis, uel a consanguineis, nisi legitime ordinati fuissent, & ob id in talibus facilius ꝑ præsumitur pro longa quasi possessione, quam in rebus priuatis, & ita dicebat Hostiensis in dicto capitulo, illud, extra de præsumpt. quem sequuntur ibi communiter Doctores, & in specie Antonius de Butrio, uersiculo, Hostiensis dicit, columna penultima, & Abbas, sub numero septimo, uersiculo, Hostiensis circa hoc multum instat, columna quarta, & Ioannes de Imola sub numero decimotertio, uersiculo, Hostiensis dicit, columna antepenultima, & Felyn. numero quinto, uersiculo, nota primo, colum. antepenult.
- Et certè uidetur hæc opinio multum æquitate habere: nam si quis per triginta, uel quadraginta annos steterit in quasi possessione clericatus, exercendo omnes illos actus, qui ad uerum clericum pertinent, & perdidisset instrumentum ordinationis suæ, testisque mortui fuissent, ualde foret absurdum, ut iste talis non posset beneficium sibi collatum petere, uel alias a se possessum uendicare, nec ab hac opinione discrepauit Geminianus si bene consideretur in dicto consilio nonagesimo primo, in principio, uersiculo, & si uult probare se ordinatum ex sola tolerantia, columna secunda, ubi dicit eum, qui uult probare ꝑ clericatum ex tolerantia, debere animaduertere ad duo. Primum est, quod tolerantia sit longa decem, uel uiginti annorum; alterum est, quod testes deponentes de sacerdotio, concludant etiam de ordinibus inferioribus, ne uideatur per saltum fuisse promotus ad sacerdotium, quo casu esset inhabilis ad beneficium, nec haberet exercitium sacerdotij, de quo supra dixi, numero 42.
- Et sequendo hanc opinionem declarabis, ut ea procedat duobus copulatiuè concurrentibus, id est longa possessione clericatus, ut iam sapius dixi, ac etiam ꝑ summa integritate, ac bona fama ipsius clerici: si enim is in recta hominum estimatione habebitur, non erit præsumendum de illo tantum facinus quale foret, si non ordinatus auderet se clericum facere, & propterea cum hoc tendat in periculum animæ ipsius, minus exactæ probationes de clericatu sufficiunt, ut Innocent. & Butrius adnotauerunt in capitulo fin. in princip. extra de eo, qui furtiuè ordin. recepit.
- Vnde ex prædictis inferitur, quod licet agens possessorio non solum ad finem, ut obtineat restitutionem

61 tutionem beneficij, sed etiam ad finem, vt in ea cō firmetur, debeat ꝑ probare titulum, & canonicam institutionem, quia non uidetur intentare merū possessorium, ut tradit Ioan. de Imola in c. ex insinuatione, num. 4. uersic. nē nota, colum. 1. & sub num. 10. uersic. ideo pro declaratione materie, col. fin. extra de procurator. de qua re latē tradit Abb. in c. in litteris, extra de restit. spoliat.

62 Attamen in isto casu sufficiet probatio præsumptiua ꝑ tituli, qui præsumitur ex diutina quasi possessione clericatus, uel beneficij, secundum supradictam opinionem, & hoc est uerum, quando probata ipsa diutina possessione, ipse titulus allegatur, quia præsumptio non allegata nihil prodest, vt alias dixi, & in terminis notat Gemin. in de cis. 81. in causa, num. 13. ubi ait, quod tunc demū diutina possessio prodest ad præsumendam rectitudinem institutionis, & solemnitate extrinsecam, quando probaretur diutina possessio, & titulus tantum allegaretur.

63 Tertio probatur clericatus ꝑ testes, vt patet in cap. 3. extra de clericis peregrinis, & ibi Doctor. & Guidus Papa, in decis. 474. de materia, & Boerius plenē in decis. 171. præsuppono, nu. 23. uersic. ideo tenetur, & Mascard. in conclus. 303. clericatus per quos testes, num. 1. lib. 1. de probat. & Franc. in d. cap. si Iudex. §. non sic, num. 5. colum. 2. de sentent. excommuni, in 6. & Alber. in l. si qua per calumniam, numero 2. C. de episcop. & cleric.

Et si non ageretur de præiudicio alicuius, sufficeret etiam unicus testis, vt inquit Bald. in cap. licet, sub num. 4. uersic. ista glos. extra de testib. ubi argumento illius glossæ dicit, clericatum plenē probari per unum ꝑ testem, quia est actus, qui sua natura inspecta nemini præiudicat, & sequitur ibi Felyn. in fine, & in cap. Albericus, colum. fina. uersic. & quod tale præiudicium sit modicum, extra de testibus, & Gherard. de Petrasancta in sing. 49. nota regulam, & Iason in conf. 77. placet, num. 4. uolum. 3. & in conf. 120. iuridicam, num. 2. uol. 4. & Boer. in d. decis. 171. num. 24. & Mascard. in d. conclus. 303. num. 3. lib. 1. de probat. & plenē Gabriel. in conclus. 1. num. 68. uersic. uigesimo octa uo limita, de testib.

64 Nec est uerum, quod Doctores affirmantes unicum testem sufficere, loquantur de clericali tonsura, prout considerat Mascard. in allegata conclusione, quoniam excepto Boerio, qui gratia exempli de tonsura mentionem facit, omnes alij generaliter loquantur de clericatu, qui comprehendit tam minores, quàm maiores ordines, & ex eo, quod nemini præiudicat, uoluerunt, ut unico teste probari possit, prout probatur ꝑ baptismus, & Ecclesiæ consecratio, ut tradit Gabriel. in dicta conclusione prima, numero 16. uersiculo, primo limita, de testib.

65 Et in specie, quod supradicta conclusio debeat intelligi de sacerdotio, consuluit Iason in dicto consilio septuagesimo septimo, numero quarto, uolumine tertio, & in dicto consilio 120. nume-

ro secundo, columna quarta.

66 Quarto clericatus probatur ꝑ confessionem partis, ut notat Crau. in conf. 93. nu. 4. colum. 2. & Mascard. in conclus. 305. num. 6. uersic. his addas, lib. 1. de probat.

Sed in contrarium facit illud, quod notauit Ioan. Andr. in cap. 1. num. 2. uersic. item nec super, colum. 2. de eo, qui mittitur in possess. in 6. ubi ait, quod super titulo beneficii non statuitur confessioni aduersarii, quia ꝑ neque beneficium, neque clericatus confertur ex confessione, sed ex canonica institutione, & hoc est regulariter uerum, ut confessio partis non proficit actori in his, quæ a potestate confitentis non pendent, ut est facere quem clericum, uel maritum, h ut dixi in cap. 11. de præsumptione iuris, & de iure, num. 27. lib. 1.

Et tenendo hanc ultimam partem, declarabis, ut ea procedat in petitorio, ubi agitur de adiudicatione beneficij, sed secus in possessorio, quo ad colorandam possessionem, nam tunc confessio Rei facta de clericatu actoris, prodest ipsi agenti, ut notat Gemin. in d. cap. 1. sub num. 6. uersiculo, aliam limitationem, colum. 1. de eo, qui mittitur in possess. in sexto, & ibi Franc. colum. fin. uersic. & aduerte, & Crauet. in dicto consilio 93. num. 4. uersic. solum superest, col. 2.

68 Rursus declarabis, ut non procedat, quando actor uellet ex toto fundare titulum suum ex confessione Rei, sed si non uellet ex toto fundare, sed solum coadiuuare dubiam probationem factam de titulo suo, tunc bene potest se iuuare ex confessione Rei etiã super titulo beneficii, ut tradit gl. in capitulo, duobus, in uerbo, si non appareat, de rescript. in sexto, & ibi Gemin. numero 7. uersiculo, ex ultima solutione, colum. 5. & in d. cap. 1. numero 6. uersiculo, secundam limitationem, col. 1. de eo, qui mittitur in possess. & in conf. 38. pro clariori, num. 3. uersic. & licet confessio, col. 2. & Franc. in d. c. 1. col. fin. uersic. secundo limita.

Iterum declarabis, ut non steur confessioni suæ per titulo beneficii, uel clericatus quo ad ipsum titulum fundandum, sed secus quo ad præiudicium ꝑ ipsius confitentis, & ad imponendum ipsi silentium, ut consuluit Crau. in d. conf. 93. num. 5. uersic. tertio respondeo, col. 2. & Gemi. in d. c. 1. num. 6. col. 1. de eo, qui mittitur in possess. & ibi Franc. col. fin. in tertia limitatione, de qua materia uide que dixi in cap. 7. de affirmatiua, num. 79. uersic. quam illationem, lib. 1.

70 Quinto clericatus probatur ꝑ per indicia, ac argumenta, de quibus dicendum est, ut notat gl. in d. c. 2. in uerbo, per argumentum, extra de clericis peregrinis, & Boer. in d. decis. 171. nu. 25. uersic. imò fortius potest, & Mascard. in d. conclus. 305. nu. 5. uersic. præterea non solum, lib. 1. de prob.

71 Sexto probatur per litteras ꝑ Episcopi attestantis se ordinasse illum, qui se clericum dicit, de quibus litteris latē tradit Felyn. in c. post confessionem, extra de probat. & Mascard. in d. conclus. 305. in prin. lib. 1. de probat.

72 Pertinent autem supradicti sex modi ad probandam affirmatiuam clericatus; sed ad probandam negatiuam, id est quem non esse clericum, dicitur quattuor modis sufficere. In primis autem negatiua clericatus dicitur probata eo ipso, quod contrarium non probatur, quia quilibet nascitur laicus, & in dubio laicus esse præsumitur, ut notat Bal. in d. c. si. nu. 4. uersic. sed quæro, extra de præsumpt. & ante ipsum, Calderin. in conf. 12. si clericus, nu. 2. uersic. item quilibet nascitur, colum. 2. de iudiciis. & Ripa in c. 2. num. 4. uersic. tertio dubitatur, extra de iud. & iterum Bald. in l. in actionibus, §. planè, sub num. 4. uersic. obscuritas est in qualitate, ff. de in litem iuran. & Crau. in d. conf. 72. num. 2. & supra dixi numero 12.

73 Secundo probatur ꝑ confessionem aduersarii confitentis se non esse clericum, quia negatiue positioni, quod quis non sit clericus, est respondendum c. 1. de confes. in 6. & ita notat Ioan. Andr. in c. si Iudex, num. 1. uersic. de hac puta negatiua, col. j. de sentent. excommuni, in 6. & ibi Gemin. in §. idē esse, num. 4. uersic. sed qualiter probetur, & ibi Frā. numero secundo, in secundo notabili, columna 2. & Anch. in fine.

74 Quod quidem intelligitur esse uerum in illis casibus, in quibus tractatur de mero commodo ipsius confitentis, & in quibus potest quis per suam confessionem sibi præiudicare, sed secus quoad præiudicium ordinis clericali, cui clericus non potest renuntiare, c. si diligenti, extra de foro compet. ex quo inferitur, quod clericus ꝑ captus a Iudice laico, & confitens se esse laicum, non præiudicabit Episcopo ipsum uedicanti, nec proderit Iudici seculari ad euitandam penam, si modo sciebat, uel scire debebat ipsum esse clericum, ut egregiè tradit Bald. in l. si qua per calumniam, num. 5. uersic. sed ponamus. C. de episcopis, & clericis, & Feder. de Sen. in conf. 235. factum tale est, quidam exbannitus, num. 1. uersiculo, queritur an confessio, & Gemin. in d. c. si Iudex. §. non sic, num. 7. uersic. queritur primo, de sentent. excomm. in 6. & ibi Franc. nu. 6. uersic. & ex his elicit, colum. 2.

75 Sicut e conuerso, quando Iudex secularis ueri similiter ignorabat ipsum esse clericum, non solum excusabitur, sed etiam omnia acta ualebunt in præiudicium ipsius confitentis, si non in uim actus iudicialis, saltem in uim obligationis extra iudicialis, ut egregiè concludit Calderin. in d. consilio 12. de iudiciis. ubi ait, quod ꝑ si clericus, qui communiter reputabatur laicus, suscepit præceptum a Iudice laico, de soluendo, uel aliquid coram ipso confessus est, non allegando se esse clericum, cogendus erit a Iudice Ecclesiastico soluere, quod promisit, uel obseruare illud, quod confessus est, si non per uiam actus iudicialis, saltem per uiam obligationis extraiudicialis, refertque casum illius Iudicis laici, qui citauit clericum, qui communi opinione habebatur per laico, ut se defenderet ab accusatione homicidij, qui cum num-

76 quam ꝑ comparuisset, fuit bannitus, & condemna-

tus, & postea cum fuisset captus, allegauit, & probauit se esse clericum, numquid bannum, & sententia ualebunt? & ibi refert tres opiniones, quarum prima fuit, ꝑ ut sententia ualeat, quia quando dubium est, an quis sit clericus, si citatus fuerit a Iudice laico, & non compareat ad allegandum priuilegium, poterit mulctari a Iudice laico, & in expensis condemnari, iuxta glos. in c. conuenior, in uerbo, congrueret, 23. q. 8. & ita notat Hostiens. de iud. in sum. §. illud autem, nu. 9. uersic. si autem dubium sit, & idem tenuit Stephan. Aufre. de potest. secular. super eccles. reg. 2. numero 23. uersic. vigesi motertio fallit, & numero 33. uersiculo, trigesimo tertio fallit.

Altera fuit, vt sententia ualeat de iure speciali, quamuis lata sit a Iudice incompetenti. Tertia fuit vt sententia non ualeat, sed tamen poena committatur, id est vt in tantum a Iudice Ecclesiastico puniatur, ac si Iudicis laici sententia ualere, & sic concludit sententiam Iudicis laici ualere secundum primas duas opiniones, ac secundum tertiam perinde esse iudicandum, ac si teneret, ne lites ex libitibus orientur, quæ omnia sunt valde notanda contra clericos coniugatos, uel in minoribus ordinibus constitutos: qui cum hodie simplex habitus clericalis eos non eximat a potestate Iudicis secularis, si fuerint citati debebunt coram eo comparere ad allegandum, quod alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiunt, aut beneficium ecclesiasticum habent, aut in seminario clericorum, aut in aliqua schola, uel uniuersitate de licentia Episcopi uersantur, secundum Concilij Tridentini dispositionem, de qua habetur in c. 6. sess. 23.

78 Tertio negatiua clericatus ꝑ probatur, quando quis probat clericum fuisse priuatum priuilegio clericali. Item & quarto, quando probaretur quæ penitus esse illiteratum, quia cum tali neque clericatus, neque prima tonsura, ꝑ conferri debeat, hæc est ugens præsumptio, quod ille talis non esset clericus, & ita tradit Ioan. Andr. in d. c. si Iudex, num. 1. col. 1. & ibi Gemin. in §. idem esse, nu. 4. colum. 2. & Franc. in secundo notabili, & Anchor. in fine.

80 Huiusmodi uero ꝑ probationes, uel affirmatiuæ, uel negatiuæ debent semper fieri coram Iudice Ecclesiastico, ut iam diximus, per textum in dicto capitulo, si Iudex, & ibi Doctor. de sentent. excommuni. in sexto. & ideo licet coram Iudice seculari possit quis, suclit, producere instrumentum ordinationis suæ ad inducendam scientiam clericatus in eo, ad hoc ꝑ ut sciat se esse excommunicatum, si detinuerit: tamen talis productio facienda est in modum instructionis, & non in modum probationis, nec ullus est citandus, nec copia aduersario danda, ut tradit Bald. in l. si qua per calumniam, sub numero quarto, uersiculo, sed pone, columna prima, C. de episcop. & cleric. & Francus in dicto capitulo, si Iudex, §. nunc sic, numero quarto, uersiculo, sed an poterit fieri, columna secunda.

81

Hæc autem, quæ diximus de clericis, extenduntur etiam ad monachos: nam cum monachus & ipse sit qualitas accidentalis extrinseca, probandus est iisdem rationibus, quibus diximus clericatum ab allegante debere probari, ut supra patet, numero undecimo, & in terminis est textus in l. si qua per calumniam. §. præterea iubemus, C. de episcopis & clericis, ubi habetur, quod alleganti monachatum ꝛ incumbit onus probandi, & idem notavit Zabarel. in clementina prima, §. quia uero, numero 15. uersiculo, decimotertio quæro, de statu monach. ubi ait, quod Abbati repetenti monachum incumbit probare eum, quæ repetit, esse monachum.

Pro quo faciunt ea, quæ scripsit Bartol. in l. si urbana, in fine. ff. de condi. indeb. ubi dicit, quod pensionarij soluentes successoribus Abbatis, non liberantur, nisi probauerint eum, cui soluerunt, ꝛ esse Abbatem, quod idem sequitur Alex. in consilio 103. uisus rescriptis, nu. 17. uers. tum etiam quia, uolum. 2. & in cons. 120. ponderatis. num. 7. uersiculo, & ad hoc ostendendum, uol. 5. & Decius in cons. 407. uisus, in prin. de qua re uidebis omnino Tiraquel. in glos. 8. in uerbo, de son Maij, num. 148. de legib. connub.

84 Dicitur autem ꝛ monachus, idest solitarius, ἀπό τῆς μονήζου, quod est in solitudine uiuere. primi enim monachorum, quo contemplationi, ac orationibus commodius uacare possent, in remotissimas se se conferebant solitudines, ut dixi in cap. 3. numero 3. supra eo. & notatur in capitulo placuit, 16. quæstione prima, ubi habetur, quod monachus Græcè, dicitur apud Latinos singularis, propter quod oportet monachum per omnia singulariter agere, & conuersationem ipsius ab omnibus esse discretam, & idem confirmatur in cap. si cupis, 16. quæstione prima, ubi dicitur, quod in populari frequentia monachus esse non debet: quia cum monachus Latinè appelleretur solus, non debent morari in urbibus, quæ non sunt solitariorum habitacula, sed multorum, per quæ textum colligit ibi glos. argumentum, quod ꝛ monachorum monasteria extra urbes sunt constituenda, a cuius rei significatione quo ad effectum, non discrepat alia etymologia, quæ ponitur in capitulo, placuit, il secundo, decimasexta, quæstione prima, ubi traditur, quod ꝛ monachus dicitur ἀμόνος, quod est unus, uel solus, & ἀχρῆς, quod est tristis, eo quia solus, & tristis stare debet, & suo officio uacare, propter quod sibi prohibetur de monasterio proprio ausu exire, neque potest filium ꝛ de baptismo accipere, & sibi facere commatres, neque baptizare, neque infirmum uisitare, neque mortuum sepelire, neque ad Ecclesiam secularem transire, neque aliis quibuscumque negotiis se se implicare potest: debet enim suo claustro esse contentus: quia sicut piscis ꝛ sine aqua caret uita, ita sine monasterio monachus, quod idem notavit glos. in l. decernimus, in uerbo nomen, C. de episcop. & cleric. & Iason in consilio

77. in presenti, numero 4. uersiculo, unde quia monachus, colum. 3. uolum. 1.

89 Inter monachos autem, & fratres hæc est differentia, quia monachi proprie, ꝛ strictè sunt illi, qui uirtute regulæ stant solitarij in monasterio, nec prædicationibus, & confessionibus se immiscent, nisi habeant administrationem, capitulo, adiciamus, decimasexta, quæstione prima.

At fratres illi dicuntur, secundum usum communem loquendi, qui sunt de ordine mendicantium, & similiter idem dicendum est de monialibus, quoniam ꝛ ille que sunt de ordine mendicantium, ex communi usu loquendi uocantur sorores, aliæ uero dicuntur moniales, & secundum hanc differentiam, & communem modum loquendi potest sustineri, quod ꝛ appellatione fratrum, uel fororum, non contineantur monachi, neque moniales, quando sumus in dispositione odiosa: at secus si tractaretur de materia fauorabili, qui cum sint omnes in Christo fratres, omnes appellatione fratrum continentur, ut eleganter inquit Abb. in cap. causam quæ, in primo notab. extra de iud.

92 Omnes autem monachi, uel fratres a quatuor regulis approbatis dependent, sub quibus omnes religiosi, qui tria uota profitentur, militare dicuntur: quarum prima est Basilij, secunda Augustini, tertia Benedicti, & quarta Diui Francisci. & licet textus solum faciat mentionem de primis tribus, in capitulo, perniciosam, decimo octaua, quæstione secunda.

Attamen non per hoc excluduntur aliæ postea inuentæ, ut inquit Zabarel. in clementina, attendentes, numero quarto, uersiculo, quæro de quibus, de statu monach. ubi tradit alias regulas ibi non fuisse expressas, quia fortè non erant inuentæ. & de regula Beati Francisci non est dubitandum, quod tempore Innocentij Secundi, qui in dicto textu de primis tribus loquitur, nondum erat inuenta, si quidem ea incoepit, sub Innocentio ꝛ Tertio, & postea ab Honorio Tertio ipsius successore fuit approbata, ut Platina attestatur in uitis illorum Pontificum.

94 Sub regula Basilij militant ꝛ omnes monachi, & Eremitæ orientalis Ecclesiæ, ex ea que deriuauit ordo Cluniacensis ab Ottone Muscio, & Grandimontensis a Beato Stephano, uterque in Gallia, & Camaldulensis, ꝛ Vallis umbrosæ in Italia, ille a Sancto Romualdo, sub Benedicto Septimo, hic uero à Sancto Ioanne Gualberto, sub Ioanne Decimonono institutus, de ordine Camaldulensi notat etiam Ioan. Andr. in capitulo, sanè, numero undecimo, uersiculo, est autem, columna finali, extra de regularibus, ubi ait, quod caput huius ordinis est in diocesi Arantina, in quo sunt Eremitæ fratres in monasterio socialem uitam ducentes, & supra monasterium in montis cacumine sunt cellæ illorum, qui solitariam uitam ducunt, diuisim locatè per nemus, ubi est uera contemplatio, & aliquid actio-

tionis in quantum sibi ortum singulariter colunt, sub regula Benedicti militant ꝛ omnes monachi nigri, & multi ordines occidentalis Ecclesiæ, inter quos enumerantur Cistercienses, quorum caput est in Burgundia, item & secundum alios ordo Cluniacensis, de quo iam dixi, nec non & Cælestini a Petro ꝛ de Morono instituti: qui cum fuisset creatus Papa, & Cælestinus Quintus uocatus, renunciauit Papatui, item & ordo Montis Oliuarum, & ordo Montis Fauis siue Siluestri.

98 Sub regula Augustini ꝛ militant omnes canonici regulares, & fratres prædicatores, item & omnes eremita, nec non & sorores poenitentes beatæ Mariæ Magdalenæ, ac etiam Seruitæ, ab eadè fluxit congregatio Sancti Saluatoris Bononiæ, ordo Sanctæ Brigide, ordo monachorum Sancti Hieronymi in Hispania, ordo militiæ Sancti Iacobi de Spatia, similiter in Hispania, ordo Sancti Ioannis Hierosolymitani, ordo Hospitaliorum beati Antonij, & ordo Cruciferorū, dicitur quidam sub eadè regula militare quoque ordinem ꝛ Carmelitanorū, qui ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano restitutus fuit, ac sub Ioanne Nono, opera fratris Bernardini reformatus. Alij, inter quos est Boerius, dixerunt, quod Carmelitani aliquando militauerunt sub regula Basilij, quibus Innocentius Quartus addidit quasdam ordinationes a dicto Patriarcha traditas, ac extractas ex regula beati Basilij, declarantes, ac mitigantes illam regulam.

100 Sub regula Francisci ꝛ militant omnes fratres mendicantes, quorū primi fuerunt Dominicus in Hispania, & Franciscus in Italia. Hi tamen statum medium inter clericos ꝛ seculares, & monachos habent de utroque participantes, nam a statu monachorum accipiunt contemplationem in studijs, & officijs, & modestiam in ceremonijs, & abstinentijs, a clero autem accipiunt actionem. s. prædicandi, uisitandi infirmos, & confessiones audiendi, sub hac

102 regula degit ordo ꝛ Capucinorum, qui in extrema mendicitate cum maxima hominum admiratione hilariter uiuunt, item & ordo Minimorum a S. Francisco de Paula Calabro institutus, & a Sixto Quarto confirmatus, sub eadem militat ordo Monialium S. Clare quæ a Diuo Francisco institutum prædictum ordinem instituit.

Ex iisdem regulis manarunt aliæ sanctissimæ ac uenerandæ congregationes, qualis est illa ꝛ Iesuatorum Senis a Io. Colombino inchoata, atque ab Urbano Quinto approbata. Item & altera clericorū regulariū societatis Iesu ab Ignatio Loyola Hispano instituta, quam Paulus Tertius confirmauit, nec non & alia Theatinorum, quæ a Paulo Quarto fundata fuit.

105 Verum sunt qui dicunt ordinem ꝛ Carthusiensium, quorum caput est in Delphinatu, non militare sub aliqua ex dictis regulis, sed habere sua statuta pro regula, de quibus Carthusiensibus tanquam ab alijs ordinibus exceptis fit mentio in extra. 1. de regularibus.

De iisdem loquitur etiam Io. Andr. in d. c. sanè,

nu. 1. uers. est autem sciendum, col. fin. extra de regularib. ubi tradit quod professi in ordine Carthusiensium, licet ut plurimum uitam solitariam ducant in cellis, tamen singulis diebus ad Missam, Vesperas, & Matutinū cōueniunt, certis et dieb. cōueniunt in refectorio, & in collocutorio, uel claustro secreto, de quibus quatuor regulis, & ab eis depēdēt. uide Boer. in trac. de statu, & uita Eremit. & M. Anto. Marf. in c. 16. de eccles. re. par. 1. & præ omnib. latissimè Cassan. in 4. par. confid. 5. cum seq. de catal. glor. mundi.

De tonsura uero Monachorum tradit glos. in clem. quoniam, in uerbo, & tonsuram, de uita, & honestate clericor. ubi dicit, quod Monachus ꝛ maiorem tonsuram, & altiorem, & rotundiorē coronā debet habere, quā clericus, & de ipsorum uestimentis, ac habitu, satis abundè tractatur in clem. 1. de statu monach.

107 illud autem sciendum est, quod habitus ꝛ non facit monachum, sed bona uita, iuxta illud, *Ampla corona satis, nigra uestis, Botta rotunda. Non faciunt monachum, sed mens a crimine munda.*

De qua re solidum præstat argumentum textus in c. porrectum, extra de regularib. & ita notat Zabarel. qui prædictos uersiculos refert in clem. 1. sub nu. 5. in 9. notab. de statu monach. & ibi Bonif. in §. statuimus, num. 46. uers. nota quod estualia, colum. 2. in fine.

Proinde satis rationabiliter indoluit glos. in d. clem. 1. in uerbo sacra, quæ dixit, quod sicut habitus niger ꝛ antiquus datus fuit monachis in signum mortificationis carnis & uitiorum, ita etiā hodie uerendum est, ne per illam pannorum nigredinem significentur uirtutes in eis mortificate, & merita obfuscata: abstinentia enim, quā Anastasius ꝛ continentia dicit esse nutricem, cum sæpe deliciarum calcariibus incitetur, abijcit aliquādo frenas strictioris regulæ, & sensuum tentationibus euita incipit primum prælati superioribus sub uario prætextu indulgere, donec paulatim in subditos obrepens totam religionis massam corrumpit, si quidem hoc est ab hominum praua conditione comparatum, ut quicquid agitur a prælato, facillè trahatur a subditis in exemplum, iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in Leuitico, Si sacerdos, qui est unctus peccauerit, faciet ꝛ delinquere populum, unde in hanc rem extant illi uersus.

Ordo cucullatus poterit tunc esse beatus, Si biberit flumen, si discat amare legumen: Sed quia sæpe fabas spernit pro pisibus Abbas, Maiorum mores cupiunt retinere minores.

Prælati enim sunt tanquam signum positi ad sagittam, in quod respiciunt omnes, & quorum actiones ad imitandum sibi proponunt, iuxta illud, *Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

De qua re bonus est text. in c. magne, & ibi gl. in uerbo, agitur, extra de uoto, & in c. precipue, 11. q. 3. & in c. qualiter, & quādo, il. 1. ext. de accus. & Zabarel. in clem. 1. sub nu. 8. de statu monach.

111 An autem appellatione clericorum ꝛ ueniant monachi, & an monachorum appellatione contineantur Abbates, & conuersi, uide Fely. in c. fi. in prin. extra de simon.

Monachus autem si fiat Papa, an poterit Papa-
112 tū acceptare ꝛ sine licentia sui Abbatis? dic quod non, ut notauit mirabilis glos. in cap. quam sit, in uerbo, ad ordinandum, 18. q. 2. ubi ait, quod monachus factus Papa absque consensu Abbatis, nō liberatur ab eius potestate, sed debet sponte redire ad monasterium ad licentiam habendam, & nō debet expectare, ut ab ipso Abbate compellatur, quia sibi debet facere iustitiam, quam facit alijs, cuius quidē gl. traditionē Barbatias dixit esse ueram de honestate, sed in pūcto iuris nō esse seruādā, ut hoc scriptum reliquit in prima quæstione basilica, 1. par. in fine, de præstant. Cardi. & Rossel. in c. 79. incipit, secundum unum tractatum, nu. 54. uerfi. & ex his deciditur, de potestate Imper. & Papæ.

Rursus si monachus factus Papa renuntiauerit Papatu, prout fecit Cælestinus quintus, an erit liberatus a Regula ꝛ monastica, an cogetur sub illa uiuere, & in potestatem, ac obedientiam Abbatis reuertitur? & quidam affirmant sibi uideri, quod factus Papa, non sit penitus liberatus a uoto obedientiæ: licet enim tempore Papatus nulli sit subditus, tamen est subditus regulæ, quam uouit, & ob id a Papatu depositus, uel per demerita, uel per spontaneam renūciationem, ipso facto efficeretur de obedientia prælatorum ordinis sui, nec opus esset nouo uoto, quia uetus sufficeret. Sed salua deliberatione sanctæ matris Ecclesiæ, ego puto ipsum nō posse cogi redire ad monasterium primum, a quo semel fuit liberatus: nam quādo de monacho factus fuit Papa, intelligitur de filio monasterii factus pater. unde cum iura filiationis semel amiserit, non amplius ad ea reuertitur, quia quod semel est penitus extinctum, non amplius reuiuiscit. & licet fatear, ipsum remanere monachum, tamen erit monachus religionis in genere, & non in specie primorum prælatorum, & ob id non erit sub illorum obedientia, sed erit subditus episcopi, uel Papæ, & uiuet secundum regulam, quam uel episcopus, uel Papa illi tradet, ut colligitur ex multis rationibus, quas allegat Federicus de Sen. in consil. 5. col. 3. uerfi. secundum hoc remanebit, & in consil. 19. & Bero. in conf. 16. nu. 9. uol. 1.

114 Illud autem solet quæri, an monachus ꝛ uel religiosus dici quis debeat ex ipso religionis ingressu, an ex sola professione. quæ res utilissima est scitu, tum ob contractus a nouitijs faciendos cum solēnitate uel sine solēnitate statutorum laicorū, uel cum licentia, uel sine licentia Abbatis, tū ob bonam nouitij mortui, quæ pertinebunt uel ad agnatos, uel ad monasterium, secundū huius quōnis determinationem, de qua materia quæ plurimā habet difficultatem, uideris omnino Tiraq. in §. 1. gl. 8. a nu. 21. uerfi. sed dubium est, usque ad num. 41. tract. de retract. confanguin. & Felyn. in c. cum adeo, num. 3. extra de rescript. & Abb. in c. in presentia, nume.

68. uerfi. item est dubium, extra de probat. & ibi late Decius, nu. 283. uerfi. nono queritur, & in consil. 86. uiso puncto, sub num. 5. & Craue. in consil. 152. circa testamentum, num. 4. uolum. 1. & Borgnū. in tract. de tutore, & curat. nu. 157. fol. 90. & Purpur. in l. de tali questione, nu. 195. C. de pactis, & eleganter Anchar. in consil. 69. contra donationem, num. 6. colum. pen.

Si tamen nouitius in ipso ingressu fateretur se habere firmū animum mutandi seculum, tunc esset
115 prorsus ꝛ obligatus si non in specie, saltem in genere ad profitendum, & sic omnino esset monachus, & aliquā ex approbatis religionibus expressè profiteri teneretur, iuxta tradita in c. consulti, de regularib. & notat Bal. in consil. 111. quidam iuuenis. uol. 1. & Ioan. Andr. in cap. statuimus, in glos. pen. extra de regularib. & Fran. in c. non solum, col. 2. uerfi. in ea. glos. in fine, de regularib. in 6. ubi septem modos enumerat, ex quibus nouitius dicitur habuisse animum mutandi uitam.

In qua materia, an sit necessarium ut tale uotum tacitæ professionis solemnizetur & fiat in manib. personæ religiosæ, quæ habeat facultatem incorporandi in religione in genere, uide Gemin. in c. constitutionem, col. fi. de regul. in 6. & ibi Fran. nume. 3. uerfi. sed dubitatio est, colum. 2. uidebis etiam eūdem Fran. in c. 1. uerfi. & intellige quando talis habitus, col. 2. de uoto, in 6.

116 Cui autem incumbat onus probandi ꝛ profitentem tacitè, ac simpliciter infra annum probationis uoluisse obligari religioni in genere, an in specie, uide Fran. in d. c. constitutionem, sub num. 3. uerfi. sed dubitatio est, col. 2. de regularib. in 6.

117 Sed nunquid ꝛ monachus professus possit reuocare testamentum, quod fecerat ante religionis ingressum, uide Butrium dicentem, quod sic, in consil. 81. condidit, de qua materia uidebis omnino Decium in c. in presentia, num. 264. uerfi. sexto queritur, extra de probat.

118 Rursus quæri solet, an monachus, qui fuit ꝛ professus regulam dissolutam, teneatur si reformetur monasterium, nouam reformationem factam ipso inuito seruare. & consuluit Oldradus quod non, in consil. 96. nunquid monachum, & Lucas de Penna l. 1. sub nume. 6. uerfi. unde si quis uouit, colum. 3. C. de comenatu, lib. 12. tu uide Ioan. Andr. in cap. ut clerici, sub nume. 1. & in cap. super eo, nume. 4. uerfi. sed quid, extra de regul. & Hostiens. in summa de uoto §. uotum, & per quem, uerfi. quid si alius scholaris, nu. 17. col. 2.

An autem monacha, siue monialis possit ordinari, recipiat ꝛ characterem, sunt duę contrarię opinioniones, una fuit glossæ dicentis quod sic, in c. diaconissam, in uerbo, ordinari, in fine, 27. q. 1. ubi ait quod si monialis ordinetur, recipit characterem, quia ordinari facti est, & post baptismum quilibet post ordinari.

Sed contrarium tenuit glos. in cap. quia ingredientibus, in uerbo, ordinata, extra de testam. ubi dicit Abbatisam benedici, & consecrari, sed non ordina-

ordinari, quia nulla scemina recipit ordinem propter utilitatem sexus, facit textus in cap. noua, extra de penit. & remiss. ubi dicitur, quod Abbatisse non ꝛ licet benedicere moniales, nec uelare, nec confessiones audire, nec publicè prædicare, & hæc partem tenuit expresse Archid. in d. c. diaconissā, num. 3. 27. q. 1. ubi tradit scemina non posse ordinari, quoniam ordo est perfectorum membrorū ecclesiæ, cum detur ad collationem gratiæ in altero: mulier autem non est perfectum membrū ecclesiæ: ergo non ordinatur. accedat, quod ordines sunt effectus gratiæ in altero, & sic salutis, sed mulier fuit causa effectiua damnationis, ergo non potest esse causa effectiua salutis, & idem confirmat in d. c. presbyter, distin. 32. ubi ait, quod si mulier ordinaretur, non recipit characterem, impediens sexum, & constitutionem ecclesiæ, & idem sequitur ibi Gemin. & Præposit. nu. 1. & Abb. in d. ca. noua, in primo notab. extra de penit. & remiss. ubi dicit hanc esse communem opinionem.

121 Solet etiam quæri, cui incumbat ꝛ onus probandi, an dicenti bona clerici, uel prælati fuisse acquisita ex patrimonio, uel industria ipsius clerici, an dicenti fuisse acquisita ex redditibus ecclesiæ, de qua materia alibi dicitur, tu interim uide Ioā. de Imo. in c. 1. extra de pecul. clericor. & Zabarellam, qui scripsit pro hærede Francisci Petrarchæ Archidiaconi Patmensis, ac poetæ excellentissimi, in consil. 79. dico de iure, & Lap. in allegat. 114. & Bertach. in q. 3. in 4. par. quarti libri, de Episcopo. & Tiraq. in q. 17. in undecima opi. nu. 8. uerfi. occurrit hic, de iure primigen. & Natta in consil. 358. nu. 9. uol. 2. & latissime præ omnibus, Guliel. Redoan. in §. fiet ergo, q. 9. tract. de spolijs ecclesiast. de quo uel lam fecit mentionem Menochius eandem materiam tractans, in casu 195. lib. 2. consil. 2.

122 Qui uero sint casus, in quibus Iudex ꝛ secularis possit iudicare de clericis, uel de rebus ecclesiasticis, sine metu excommunicationis, uide Bernard. Laurent. in tract. in quib. casibus iudex secul. possit manus in person. clericorum imponere, & latius Stephan. Aufrer. qui tam de personis, quam de rebus clericorum loquitur, in prima, & secunda reg. in tract. de potesta. secular. super eccles. & Clar. in q. 36. Pr. crimin. & de grauiter, ac sepius delinquente, an possit puniri a iudice, Anchara. in c. ea que, colum. 3. sub num. 18. uerfi. sequitur è cōuerso discutere, de reg. iur. in 6. & D. Prosper Fariacius in q. 8.

123 Quibus adde Couarruuiam late ꝛ concludentem, quod nec bona patrimonialia clericorum, nec assignata in titulum patrimonij gaudent priuilegijs ecclesiarum, nisi in casibus à iure expressis, & ob id clericum petentem tanquam lesum, occasione dictorum bonorum restitutionem in integrum aduersus laicum, debere illam petere coram iudice laico, licet aliud sit dicendum, quando lesus foret super bonis ecclesiasticis, pro ut hoc late differuit in cap. 4. lib. 1. uariar. resolut. de qua materia uide omnino Barbat. in consil. 1. col. 25. nume. 66.

uerfi. ulterius cum opponitur, uol. 3.

Sed an famuli clericorum gaudeant priuilegio fori tam in causa ciuili, quam in criminali, consulit Calcanus quod sic, in cōf. 71. cum seq. Quod limitatur non habere locum in seruitoribus precio, uel salario conductis, ut tradit Archid. in cap. clericum iudicem, num. 3. uerfi. de seruiantibus, 11. q. 1. & Stephan. Aufrer. in d. reg. 2. nu. 36. uerfi. tertio extende, de potesta. secul. super eccles.

124 Item nunquid laicus conductor fructuum ꝛ præbendæ, uel beneficij sibi locati uel dati ad laborandum possit pro mercede affectus, uel pro parte dominica conueniri sub iudice laico, uel ecclesiastico, uide Cacheran. in d. c. 3. 1. Reuerendiss.

Ultimo sciendum est, quod dicenti clericum
125 nō esse ꝛ idoneum ad beneficium, incumbit onus probandi, quoniam alio non docto qui est idoneus ad clericatum, præsumitur esse idoneus ad beneficium, ut ait Felyn. in c. fi. num. 2. uerfi. & idoneus ad clericatum, extra de præsump. & ibi Abb. nu. 5. in ultimo notab. col. 2.

ADDITIONES.

- a Sorte. c. duo sunt. 12. q. 1.
- b Metropolitanus. De hoc uide in c. scitote, 6. q. 3.
- c Habitus. Simplex habitus, & tonsura operantur, ut non clerico possit cōferri beneficium, quod ut clericus petiuit, secundum Rotam in d. c. 3. alias 113. de probatione in antiq. de qua materia in utraq. partem uidebis Felyn. in c. cum adeo, nu. 2. extra de rescript.
- d Remissio. Facilitas enim ueniæ in centium tribuit delinquendi, & misericordia quandoque est iniusta, c. est iniusta, in fine. 23. q. 4. & in c. ut clericorum, extra de uita & honesta. clericor.
- e Inferiorum. Contrarium uoluit Bald. in l. illud, nu. 1. uerfi. item est argumentum. ff. de acqui. hæc. & in l. si solemnitas, nu. 2. C. de fide instrum. & ibi Saly. nu. 2.
- f Captus. Nunquid Barifellus possit clericum inuentum in flagrante crimine, puta rixæ, uel adulterij, uel homicidij capere, & ducere ad episcopum? dic quod sic, ut ait Baldus in l. si qua per calumniam, nu. 6. C. de episc. & cler. non enim incurritur in sententiam excommunicationis propter capturam, uel offensionem factam clerico, nisi propter dolum fiat. Bal. in l. si qua per calumniam, nu. 6. uerfi. sed quare, C. de episc. & cleric.
- g Vendicare. Id est secundum simplicitatem canonicam, quæ non curat de nominibus actionum, ut ait Felyn. in c. illud, sub nu. 2. extra de præsump.
- h Maritum. In præiudiciū matrimonij carnalis statur confessio pro matrimonio spirituali, ut ait Fran. in ca. 1. in fi. de eo, qui mittitur in possess.
- i Tonsura. c. nullus, de tempor. ordin. in 6.
- l Camaldulensis. De ordine Camaldulensi, & Vallis umbrosæ loquitur textus in extrauag. 1. de regularib.
- m Nutricem. Vide glos. in clemen. 1. in uerbo, cibus, de statu monach.
- n Conuersi. Conuersorum appellatione continentur illi, qui sunt intra annum probationis, Domin. & Franc. in c. constitutionem, in prin. de regularib. in 6.
- o Patrimonialia. Clerici gaudent priuilegio fori in bonis patrimonialibus, c. fi. extra de uita, & honest. cleric. late Decius in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 65. extra de constit. uide textum in c. fi. que causæ, usque ad c. quicumque litem. 1. q. 1.

- 1 Dignitatum civilium gradus sunt quatuor.
- 2 Imperatoria maiestas est summum omnium dignitatum fastigium.
- 3 Imperatoriam dignitatem alleganti incumbit onus probandi.
- 4 Imperium hodie datur per electionem.
- 5 Electo incumbit onus probandi suam electionem.
- 6 Imperatoris electio debet a summo Pontifice approbari.
- 7 Confirmationem, vel approbationem allegans probare debet.
- 8 Dominum is debet se probare, qui se dominum dicit.
- 9 Imperatores si duo fuerint in discordia electi, poterit uterque ad ministrare.
- 10 Imperator verus is est, qui se legitime electum probat.
- 11 Imperator quis probatur per instrumentum sue electionis.
- 12 Solemnitatis defectum in electione allegans probare debet.
- 13 Imperator quis probatur ex quasi possessione Imperij.
- 14 Dominus is presumitur, qui rei fructus colligit, ut dominus.
- 15 Veritas electionis in Imperatores plus operatur, quam possessio Imperij.
- 16 Iurisdictionis possessio acquiritur per obedientiam.
- 17 Obedientia alia consistit in omittendo, alia in faciendo.
- 18 Præceptum negativum, obstruans non dicitur proprie obedire. Appellationi renuntiare non dicitur, qui observat sententiam excommunicationis, ibidem.
- 19 Appellationis renuntiatio non inducitur per actum patientie.
- 20 Obedientia quando inducatur per omissionem.
- 21 Iurisdictionis possessio acquiritur per obedientiam facti.
- 22 Imperator probatur per famam in antiquis.
- 23 Opinio generalis in factis multum antiquis habetur pro veritate.
- 24 Imperium non datur per successionem.
- 25 Electores imperij quot numero debeant esse in iure non exprimitur.
- 26 Imperatoris eligendi auctoritas data fuit in principio Archiepiscopis Maguntino, Treuerensi, & Colonienfi, quibus postea sue sunt additi quatuor alij principes seculares.
- 27 Imperatoris eligendi auctoritas, an fuerit prius data principibus laicis, an ecclesiasticis.
- 28 Imperatoris eligendi potestas pervenit ad principes electores a sede Apostolica.
- 29 Ius, & consuetudo possunt simul concurrere.
- 30 Imperatoris eligendi facultas competit electoribus, non ut singulis, sed ut collegio.
- 31 Imperij electores debent collegialiter convenire in locum deputatum, qui dicitur esse civitas Francforti.
- 32 Imperatoris electio, an indigeat Pontificis confirmatione.
- 33 Bonifacius octavus declaravit Imperium esse suppositum Pontifici.
- 34 Ludovicus Bavarus Imperator declaravit reos lese maiestatis omnes, qui dixerunt Imperium esse a Papa.
- 35 Imperator electus potest administrare ante confirmationem, & coronam Imperij suscipere.
- 36 Imperatoris electio debet de necessitate a Pontifice approbari.
- 37 Imperij iura minuit, qui eligit indignum.
- 38 Regis Francie legati, an debeant præcedere legatos Imperatoris electi, sed non confirmati.
- 39 Imperatoris electio ad Germanos iure ecclesie pertinet.
- 40 Imperium qua ratione fuerit Græcis ablatum.
- 41 Stephanus Papa transiulit Imperium in Carolum Magnum filium Pipini.
- 42 Imperium an fuerit a Græcis in Germanos translatum.
- 43 Imperium a Græcis fuit translatum in Gallos.
- 44 Imperium a Gallis fuit translatum in Germanos a Leone Papa.
- 45 Imperij translationes tres fuerunt factæ.
- 46 Imperium fuit a Gallis in Italos translatum, quorum primus Imperator fuit Berengarius.
- 47 Leo Papa tertius Carolum Regem Francorū fecit Imperatorē.

- 48 Imperium in Germanos a quo Pontifice fuerit translatum.
- 49 Imperium Germani virtutibus meruerunt habere.
- 50 Imperator non potest eligi, qui non sit natione Germanus.
- 51 Rex Francie, an possit eligi Imperator.
- 52 Imperator, an sit dominus totius mundi.
- 53 Imperium Romanum habuit initium a tyrannide.
- 54 Monarchie quatuor mundi habuerunt initium a violentia.
- 55 Imperium Romanum hodie dicitur esse iustum.
- 56 Duo Imperatores an simul esse possint.
- 57 Urbanus quintus admisit Imperatorem Constantinopolitanum, & eum pro imperatore honoravit.
- 58 Imperator unus esse debet.
- 59 Cælum non potest duobus Solibus regi.
- 60 Duo Imperatores quomodo possint esse.
- 61 Electores non possunt duos Imperatores eligere.
- 62 Imperator quis potest esse respectu unius regni.
- 63 Reges, Duces, & Marchiones debent electiones suas ostendere.
- 64 Duces, & Marchiones possunt cogi monstrare primum privilegium, quod eorum maioribus fuit concessum, ut dignitas Ducalis, vel Marchionalis transirent in posteros.
- 65 Reges qui unguantur, & coronantur.
- 66 Regum creatio pertinet ad Imperatorem.
- 67 Papa, an possit creare Reges.
- 68 Vacante Imperio regnum ad Papam devolvitur.
- 69 Papa Reges deponere potest.
- 70 Hieronymi cetera laudes.
- 71 Rex creari non potest, qui non sit dominus unius provincie habentis decem civitates.
- 72 Rex verus debet habere sub se decem Comites, Archiepiscopus debet habere sub se decem Episcopos. ibidem. Rex debet habere sub se decem Duces. ibidem.
- 73 Rex unus civitatis an quis esse possit.
- 74 Provincia potest esse illa, que non habet decem civitates.
- 75 Archiepiscopus an possit esse sine suffraganeis.
- 76 Regis tutela quo anno finiatur.
- 77 Rex pubes factus ex se administrat ea, que sunt simplicis iurisdictionis.
- 78 Duces Marchiones, & Comites creantur a Papa, Imperatore, & Rege.
- 79 Dux an possit creare Marchiones, & Comites.

ARGUMENTUM.

De dignitatibus civilibus, de iure eligendi Imperatorem: item an, & quando alleganti dignitatem Imperialem, Regiam, Ducalem, vel Marchionalem incumbat onus probandi.

C A P. XXXV.

ROST dignitates ecclesiasticas, nunc de civilibus oportet dicere, quarum materiam licet non ignorem a glossatoribus, fuisse diuisam in quatuor ordines. Super illustrium, Illustrium, Spectabilium, & Clarissimorum, ut tradit glossa in l. qui indignus. ff. de senatoribus. & l. i. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. de qua re tamen uidentur est Alciat. in c. 4. lib. 3. dispunct. Ego tamen omissa prædictæ diuisionis tractatione, quæ nihil utilitatis habet, & ommissis etiã pluribus dignitatibus, tam in libris Digestorum, quam in libro Codicis enarratis, quæ in defuetudinem

- abierunt, tractabo solum de his, quæ frequentiora sunt, & vsui nostrorum temporum possunt inferuire. Incipiendo itaque ab Imperatore, qui est summum omnium dignitatum fastigium, & a quo, velut a fonte perenni fluit quodcunque genus humanæ celsitudinis, ut dixi in ca. 25. de nobilitate, num. 20. uers. quo circa sapienter, sup. eo. de cuius ordinis gradu tradit Restaur. Castald. in q. 3. de Imperatore. Facienda erit hæc indubitata conclusio, quod alleganti dignitatem Imperatoriam, & incumbit onus probandi ex pluribus causis. Primo, quia huiusmodi dignitas est & ipsa accidentaliter propter naturam, quæ probanda est inesse, cum naturaliter hominibus non insit, ut supra dixi in multis locis, & notat glossa in c. si forte, in uerbo, scientiæ, de electio. in 6. Deinde, quia ad Imperium & non potest quis hodie peruenire nisi per electionem, ca. venerabilem, extra de elect. & clem. 1. de iure iur. Ergo qui se dicit electum, probare debet, quia cum sit hæc solemnitas extrinseca in facto consistens non presumitur, nisi probetur, c. cum in iure, extra de off. deleg. & notatur in l. in bello, §. factæ. ff. de cap. & tradit Zabarel. in clem. fi. §. similiter, in 2. opposit. de sent. excommu. Tertio, quia electio Imperatoris debet & examinari, & confirmari, aut saltem approbari a summo Pontifice, d. cle. 1. de iure iur. & d. ea. uenerabilem, extra de elect. Sed confirmatio, uel approbatio est quid facti, & ab aliena voluntate dependet, ergo non presumitur, nisi probetur ab eo, qui confirmationem, vel approbationem allegat, ut tradit Innocent. in c. transmissam, col. 2. uers. si uero habent contraditores, extra de elect. & Bald. in l. 2. nu. 8. uers. & generaliter nemo, colum. antepen. C. de seruit. & aqua. pro quibus faciunt ea, quæ pariter dixi in cap. 27. de dignit. in fine, num. 138. uers. inferendo, & in cap. 28. de dignit. episcopa. num. 48. uers. erit itaque, & in cap. 30. de elect. num. 36. uers. his ita quæsitis, & in cap. 33. de clericis, nu. 11. uers. cuius quidem, sup. eo. Postremo, quia qui dicit se dominum de iure gentium, uel de iure civili, debet se dominum probare, l. in rem actio, ff. de rei vindicat. & in terminis Imperatoris tradit Oldrad. in conf. 68. consueuit dubitari, uers. sed ut clarius pateat, col. 3. & Alber. in l. 1. nu. 15. uers. patet quod Imperator, col. 2. C. de summa trinit. Ex qua conclusione inferitur, quod si discordantibus electoribus imperij duo fuerint electi Imperatores, & uterque prætedat se fuisse a maiori parte electum, licet pendente hoc dubio & possit uterque administrare, ut ait glossa in clem. 1. in uerbo, reges, in fine, de iure iur. & Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in §. ratione autem glossa num. 19. in addit. quæ incipit, l. 2. uide, de rescripti present. & Oldrad. in conf. 2. ad quætionem, qua quæritur, & Ioan. de Imo. in c. uenerabilem, nume. 6. uersic.

- nota quod in examinatione, extra de elect. & ibi Abb. nu. 26. colum. fin. & ibi Zabarel. in §. uerum, q. 3. col. 3. Attamen is uerus Imperator erit, qui se legitime & electum probabit, & acta alterius medio tempore administrata nihil ualebunt, huiusque controuersie cognitio ad summum Pontificem pertinebit, secundum allegatam glossa in d. clem. 1. in uerbo, reges, & Oldrad. & Ioan. Andr. in locis iam citatis, & Alber. in l. bene a Zenone, nu. 6. uersic. sed quid si duo forent, colum. 2. C. de quadrien. præscript. & pulchre Restaur. in q. 77. tract. de imper. & Michael. Vlcur. in 2. par. q. 1. nume. 15. cum seq. de regimine mundi. Probatur autem quis & Imperator, quando ostendit suæ electionis instrumentum, ut probatur in d. clem. 1. §. nos eodem mandato & decreto electionis, de iure iur. Quo casu si quis uoluerit illud impugnare, & opponere defectum alicuius solemnitatis necessaria, sibi incumbit onus probandi, quia & pro decreti, uel pro electionis solemnitate presumitur, ex quo de facto constat, secundum Innocent. in ca. super his, col. pen. uers. quando autem uitium dicitur, extra de accus. & dixi in c. 30. de elect. num. 44. uers. rursus declarabis, sup. eo. Rursus & ex quasi possessione Imperij probatur quis Imperator saltem ad ea ualidanda, quæ fecit dum in imperio toleratus est, l. Barbarius, ff. de off. prætor. Is enim, qui colligit fructus & ut dominus, & utitur re, ut dominus, presumitur esse dominus, l. Titia, ff. de solut. & ibi Doctor. & Barbat. in conf. 4. de eo, quod magnifici, in prin. uol. 1. Plus tamen operatur ueritas, quam possessio, ut tradit Bald. in l. 2. num. 61. uers. iuxta prædicta quæritur, C. de seruit. & aqua. ubi ait, quod quando constat de iurisdictione Imperatoris, plus & ueritas, quam possessio operatur: quia quamuis Imperator non sit in possessione, tamen omnia potest, ac si in possessione foret, quia iurisdictionis sua est notoria, & est iurisdictionis iuris, & de iure. Possessio uero iurisdictionis & acquiritur per obedientiam: qui enim parat mandatis, & agit ea, quæ agunt subditi, presumitur subditus, ca. quem progenitores, 20. q. 1. Sed quoniam & obedientie duæ sunt species, quarum altera in omittendo, altera in faciendo consistit: quod attinet ad primam, non acquiritur per eam possessio, quia potest quis omittere, uel ab actu desistere ad cautelam non animo obediendi, sed animo deliberandi; unde licet quis & obseruet præceptum negativum, non tamen proprie dicitur facere obedientiam, sicut nec dicitur quis renuntiare appellationi, qui obseruat sententiam excommunicationis, maxime si hoc protestetur, quod idem notat Romanus affirmans per actum patientiæ & non induci renuntiationem appellationis in sing. 770. & lafon in l. quæ dotis, nu. 100. col. fin. ff. sol. matrim.

Et prædicta sunt uera, quando nulla prohibitio ex parte superioris interuenit, secus si quis omittet actum, uel desisteret ab actu, eo quia fuit prohibitus agere: tunc enim per omissionem censetur obedire, ueluti quando quis conatur aliquid, & superior eum uertit, & subditus desistit.

20 Circa uero obedientiam, quæ consistit in faciēdo, tunc per eam ꝑ possessio iurisdictionis requiritur: quia cum non possit fieri citra nomen, & ius subiectionis, merito possessionem iurisdictionis inducit, ut notat Innocen. in c. olim, il 3. nume. 2. in uersic. bstinuit usq; ad finem, extra de rescript. spo liat. & elegantius Bald. in l. 2. nume. 60. uersic. sed quæritur, an per obedientiam, C. de seruit. & aqua.

21 Per famam probatur ꝑ etiam quis Imperator in antiquis, modo sit uniformis, & apud omnes generalis, & constans, ut notat Bald. in l. conuenticula, nu. 8. uersic. ex his etiam infero, C. de episcop. & cleri. ubi ait, quod in factis multum antiquis opinio ꝑ generalis habetur pro ueritate, & hoc modo probatur, Augustum Cæsarem fuisse Imperatorē, quod idem sequitur Barbat. in d. consil. 41. col. 2. uersic. accedat quod pulchre refert. uol. 1. & dixi in c. 49. nu. 18. uersic. & ista generalis, lib. 1.

22 Verum pro cognitione prædictæ electionis nūc cōtingit de plurib. inuestigare, & primo quærit, qui sint & quot sint illi, ad quos spectat eligere Imperatorē. In qua quæstione aduertendum est, quod licet in iure sit ꝑ expressum, quod Imperium datur per electionem, non autem per successionem, ut patet in d. c. uenerabilem, extra de elec. & in d. clem. 1. de iureiur. & in c. ad apostolicę, §. fi. de senten. & re iud. in 6.

23 Attamen nec in dictis iuribus, nec in toto corpore iuris ꝑ cauetur de numero electorum, nec de certa specie personarum eligentium: Quapropter hoc ipsum nouimus ex usu, & dictos electores nobis indicauerunt multę tam historicorum, quam nostrorum Doctorum traditiones: nam Platina in uita Gregorij Quinti refert hanc eligendū Imperatoris auctoritatem primū datam fuisse Archiepiscopo ꝑ Maguntino cancellario in Germania, Archiepiscopo Treuerensi cancellario in Gallia, & Archiepiscopo Colonienfi cancellario in Italia, quibus postea fuerunt adiūcti quattuor Principes seculares, idest Marchio Brandeburgensis Camerarius, Palatinus Comes Rheni dapifer, Dux Saxonie ensifer, & Rex Boemie pincerna, qui nisi in casu discordiæ non habet uocē, & potest utri parti maluerit, adherere. hoc idem ante ipsum nobis quoque declarauit glos. in d. cap. ad Apostolicę, §. fina. in uerbo, illi autem, de sentent. & re iud. in 6. ubi refert quattuor uersiculos infra scripti tenoris.

Maguntinensis, Treuerensis, Colonienfis,
Atque Palatinus dapifer, Dux portitor ensis,
Marchio præpositus Cameræ, Pincerna Boemus
Romanum Regem statuendi dant sibi legem.

De iisdem facit etiam mentionem Zabarel. in cap. uenerabilem, §. uerum, num. 7. uersic. sexto quæro,

24 colum. 3. extra de elect. & in d. clem. 1. num. 6. uersic. septimo nota, de iureiur. & Faber in rubrica Epistolę Iustiniani, in uerbo Iesu Christi, num. 5. & Aluarot. in cap. 1. num. 9. uersic. quæro qualiter, tit. quis dicatur Dux.

25 Patet ergo secundum relationem Platinae, quod non omnibus prædictis septem electoribus eodē tempore data fuit auctoritas eligendi, sed primū tribus ecclesiasticis, & postea successiuo tempore quattuor aliis principibus laicis concessa fuit: sed nonnulli ex nostris Doctoribus asseruerunt hanc potestatem eligendi primū de iure competiisse principibus laicis, & de consuetudine ecclesiasticis, qui fuerunt ad hoc admissi ratione feudorū, quæ tenent ab Imperio, cuius opinionis fuit Ioā. Andr. in d. cap. ad Apostolicę, sub num. 9. uersic. & quod dicit de iure. colum. antepenult. de sentent. & re iud. in 6. & ibi Gemin. in §. illi autem, num. 3. uersic. queritur quo iure, colum. 1. & Franc. ibi in §. nos itaque, num. 4. colum. fin.

26 Quæ quidem opinio mihi parū quadrat, quoniam aduersatur textui in d. cap. uenerabilem, ubi dicitur, quod ius, & potestas ꝑ eligendi, peruenit ad Principis electores a sede Apostolica, & sic quo ad iuris facultatem uidetur omnes comprehendere. nec obstat, quod ibi quoque dicatur talem facultatem etiam competere de consuetudine antiqua, quoniam ista consuetudo non tollit, quin de iure talis facultas omnibus competere possit, cum qua iuris facultate non est ꝑ inconueniens, ut ipsa quoque consuetudo concurrat, ut addat maius robur, & fortius uinculum ad ipsum ius commune. c. fopie & ibi glos. in uerbo, consuetudine, extra de centib. & notat Abb. in d. cap. uenerabilem, sub num. 6. uersic. item nota ibi de iure, colum. 3. extra de elect.

27 Hæc autem eligendi facultas competit prædictis electoribus non ut singulis, sed ut ꝑ collegio, quemadmodum reprobata opinione Hostiens. concludit Vipoldus in capit. 6. de iurib. Regni, & Imperii Romanorum, quem sequitur Ioan. Andr. ad Specul. in §. ratione autem causæ, in uerbo electione, de rescript. præsent. & Zabarel. in d. capit. uenerabilem, sub num. 8. uersic. ad secundum de forma, extra de elect. & ibi Abb. num. 8. uersic. nota ibi quamuis, colum. 3. in fine, & Ioan. Lecirier in d. quæst. 12. num. 33. prima autem natura, lib. 2. de primogen. & Aluarot. in d. cap. 1. num. 9. uersic. forma autem electionis, titu. quis dicatur Dux, & Restaur. in quæstione 11. num. 8. uersic. quia eligunt, de Imperatore.

28 Ex quo infertur, quod Principis ꝑ electores nō solum collegialiter conuenire debent in locum deputatum, qui dicitur esse in oppido, uel ciuitate Francfort, uerum etiam in dicta electione perficienda sufficere maior pars eligentium, prout sufficere solet in omnibus aliis uniuersitatibus, uel collegiis, in quorum negotiis tractandis consensus maioris partis attenditur, ut in dictis locis omnes prædicti Doctores adnotauerunt.

Secundo

32 Secundo quæro, an electio ꝑ Imperatoris indigeat Pontificis confirmatione. quam quæstionem Alberi. in utranque partem disputauit, & eam dixit esse duram, ac subtilem, in l. bene a Zenone, sub nu. 11. uersic. nunc illam duram, colum. 4. C. de quadrien. præscript.

33 Hæc quæstio multum uexauit non solum antiquos Doctores disputantes, an a sede Apostolica dependeat Imperium, sed etiam magnam contentionem excitauit inter Ioannem uigésimum tertium & Benedictum duodecimum eius successorem ex una parte, & Ludouicum Bauarum Imperatorem ex altera: cumque de hac re Bonifacius Octauus egregiam ꝑ sanę constitutionē promulgaret, qua declarauit omnem potestatem secularem esse suppositam Pontifici, ut legitur in extrauag. 1. de maior. & obedient.

34 Versa uice ipse Ludouicus Bauarus ꝑ alterā constitutionē publicauit, qua declarauit Imperiū esse a Deo, & non esse suppositum Pontifici, declarando omnes esse reos læsæ maiestatis, qui dixerint Imperium esse a Papa, quam constitutionem de uerbo ad uerbum retulit Alber. in d. l. bene a Zenone, num. 16. colum. 6. & de eadem re facit mentionem Decius in cap. nouit, nume. 63. uersic. sed addatis, extra de iud. & Ioan. Lecirier in q. 12. nu. 9. lib. 2. de primogen.

35 Reiectis autem disputationibus de hoc articulo potest haberi duplex consideratio: aut enim querimus, an electus Imperator possit administrare ante confirmationem, & coronam Imperij suscipiam; & tunc licet multi ex antiquis, quos allegat Albe. tenuerint, quod non, & eandem partem teneat acerrime Oldrad. in consil. 180. quæstio est utrum Imperator, & Salyce. in d. l. bene a Zenone, in q. 4. usque ad finem, & late Cassaneus qui respondet omnibus obiectis, in consil. 29. in 5. par. de catal. glo. mundi, & Felyn. in cap. eam te, num. 2. extra de rescript.

Attamen communis opinio, & communis obseruatiō ita se habet, ut electus ꝑ Imperator ea omnia possit facere tam respectu contentiosæ, quam respectu uoluntariæ iurisdictionis, & tam ratione regni particularis, quam ratione uniuersalis Imperij, quæ potuisset facere, ac si fuisset confirmatus, & coronatus, ut scripsit Abb. in c. uenerabilem, nu. 26. uersic. extra gl. col. fin. de elec. ubi dicit hanc opinionem de consuetudine seruari, & hanc eandem tenuit Innocent. maxime quando in loco debito corona nō potest recipi ab electo, ut ibi hoc scripsit, num. 2. uersic. credimus tamen, & Calderin. in consil. 7. dubitatur, de priuilegijs, & late Cyn. in d. l. bene a Zenone, in fine, C. de quadrien. præscript. & ibi Alber. num. 16. uersic. & hanc opinionem, col. 6. & ibi Angel. nu. 3. col. 2. & Butrigar. in fi. & Bal. nu. 7. uersic. quid possit facere, col. 2. & Præposit. in cap. per uenerabilem, §. quod autem, num. 88. uersic. quæro quarto principaliter, extra qui filij sint legit. & Decius in consil. 193. uersic. tenore, in prin. ubi dicit hanc esse communem opinionem a consue-

tudine approbatam, & idem confirmauit in consil. 588. uersic. puncto, num. 7. & in cap. cum te, nu. 19. extra de rescript. & Guid. Papa in consil. 65. uersic. themate, in ultimo dubio, in fi. & Curt. iun. in consil. 1. num. 27. uersic. nec dicat quispiam, col. 10. & la tiffime Restaur. in q. 46. tract. de Imperat.

36 Aut querimus, an saltem sit ꝑ necessaria Pontificis approbatio, & tunc pace Imperij credo, quod sic, alioqui sequeretur, quod inimicus sanctæ Romanæ ecclesiæ, aut sacrilegus, aut periurus, aut in famis, aut excommunicatus, aut hæreticus posset Imperator eligi, & ita procedit textus, si recte ponderetur Pontificis intētio, in d. c. uenerabilem, extra de elect.

Nec dicatur Imperium esse a Deo, & fuisse constitutum ante, quam Pontificatus in Ecclesia Christiana ordinaretur: quoniam omissis pluribus, quæ possent adduci, hæc sola efficaci ratione respondeatur, quod quando res ita sese habebat, tunc ius eligendi non erat apud Germanos, & ideo cum Germani illud habuerint a sede Apostolica; debent illud obseruare cum pactis, & conditionibus, quæ ab Ecclesia sunt imposita, ut recte considerat Oldrad. in dicto consil. 180. uersic. ad quartum respondeo, col. fi.

Et licet Albericus, qui uirtutem, & huius argumenti efficaciam cognouit, dixerit, non constare, quod ecclesia tempore translationis hanc legem appoauerit, & quatenus constaret, ipsum nescire uidere, quare ecclesia potuerit hanc legem adijcere, & iura Imperij minuire, ut hoc scripsit in d. l. bene a Zenone, sub nu. 19. uersic. aliter dicunt, col. 8. C. de quadrien. præscript.

Respondetur hoc satis constare, non solum ex longa obseruantia, quæ qualis fuerit intentio contrahentium in omni actu semper solet declarare, ut notat Gabriel. in conclus. 1. lib. 1. de consuetud.

Verum etiam ex naturali ratione, propter quā non est uerisimile, ut Papa uoluerit dare electoribus facultatem prouidendi de defensore ecclesię, qualis est Imperator, absque eo, quod ab ipsa Ecclesia approbatur, & cum non sit hoc uerisimile, non est dicendum.

Præterea dicitur hoc ipsum constare ex multis historicis, qui hoc memorię mandarunt, & hoc etiam patet ex ipso canone, in dicto capit. uenerabilem.

Ad illud autem, quod dicitur Ecclesiam nō potuisse hanc legem adijcere, & iura Imperij minuire, respondeatur hoc argumentum non esse bonum pro Germanis: si enim uerum foret, quod ecclesia non potuisset hoc facere, sequeretur, quod nec ipsi haberent legitimum ius eligendi Imperatorem, sed illud usurpassent: quapropter oportet concludere, quod si ecclesia potuit, prout fatendum est, ipsam potuisse transferre in Germanos electionem Imperij, quod est plus, potuit etiā dictam electionem modificare, quod est minus, cap. cui licet, de reg. iur. in 6.

Accedat, quod sibi reseruare, uel penes se retinere

37 nere facultatem approbandi electum Imperatorem, non est minuere iura Imperii, sed est ea tueri, cum per talem viam caueatur, ut bonus, iustus ac idoneus eligatur, imo qui eligit indignum, iura Imperii minuit, cum leges uelint, ut dignus eligatur, ac indignus repellatur. l. infamia, & ibi gl. C. de decur. lib. 10. & l. 2. C. de dignit. libro 12.

Nec obstat glossa in d. clem. 1. in uerbo, reges, de iureiuran. quæ dicit, consuetudinem inualuisse, ut duo electi in discordia possint ante, quam approbentur, administrare: quia responderi potest, primo illam glossam forsitan de iure non esse uerã, ut tradit Oldrad. in d. conf. 188. in fine, & Præposit. in d. cap. per uenerabilem. §. quod autem, sub num. 88. in fine, extra qui filii sint legit.

Secundò præsupposita ualiditate prædictæ glossæ, dicitur, illam adiuuare nostram intentionem: nam ex eo quod postea subiungit, expectandam esse Pontificis approbationem, satis innuere uidetur, approbationem esse illam, quæ facit acta ualere, & in terminis, quod saltem sit necessaria Pontificis approbatio, tenuit Barto. in extrau. ad reprim. in uerbo, reges, num. 2. 1.

38 Ex quibus patet resolutio illius controuersiæ, quæ de anno 1521. mense Septembri in oppido Caleti mota fuit inter legatos Caroli Quinti electi Imperatoris ex una, & legatos Francisci Regis Francorum ex altera parte: nam legati Regis uolebant præcedere sub eo prætextu, quod Carolus esset electus, non confirmatus, at contra legati Caroli dicebant, sibi primas esse concedendas, quia ex electione Carolus habebat plenam, ac liberam Imperij administrationem, non aliter, ac si confirmatus foret, nec ad hoc erat confirmatio necessaria, quod quidem uirissimum fuerat in illo casu, in quo notoriè constabat ipsius electionem fuisse a Pontifice approbatam, de qua controuersia uidebis Cassan. in d. consider. 29. quinta parte, de catal. glo. mundi.

39 Tertio quæro, quo iure electio Imperatoris ad Germanos pertineat. & omnes fatentur ad ipsos hoc iure Ecclesiæ pertinere, quæ a Græcis in Germanos transfuit Imperium, ut dicitur in c. uenerabilis, & ibi Doctores, & in specie Zabarel. nu. 7. de elect. & in d. clem. 1. in princip. & ibi Doctor. de iureiur.

40 Causam translationis eam fuisse dicunt, quia cū Ecclesia Romana opprimeretur ab Astulpho Rege Longobardorum, petijt auxilium a Constantino Imperatore Constantinopolitano: qui cum noluisset Ecclesiæ Romanæ patrocinari, Stephanus Papa Secundus natione Romanus transfuit Imperium in Carolum magnum filium Pipini, quem Zacharias Papa Stephani prædecessor substituerat Ludouico Regi Francorum, quem deposuerat: factaque fuit hæc translatio Imperij anno Domini 776. qui Carolus fuit postea coronatus a Leone Papa Tertio, elapsis post hoc quindecim annis, quam historiam retulit glo. in d. c. uenerabilis, in uerbo, transfuit. a qua glossa non discrepat

Aluarotus, nisi in supputatione temporum in d. cap. 1. nume. 8. uersic. quæro quis sit, colum. 6. tit. quis dicatur Dux.

42 Inter Gallos tamen, & Germanos circa huiusmodi translationem magna controuersia excitatur: nam Germani affirmant fuisse a Græcis in ipsos fuisse translatum Imperium, mediante persona Caroli Magni, qui licet esset Rex Franciæ, tñ erat natione Germanus, & dicunt hoc ipsum innuere textum in d. c. uenerabilem, ubi aperte dicitur, quod sedes Apostolica Romanum Imperium in personam magnifici Caroli a Græcis transfuit in Germanos, idest immediate post mortem Caroli, ut notat Abb. in c. uenerabilem, sub nu. 17. uersic. alij dicunt quod imo, col. 6. extra de elect.

43 At contra Galli dicunt, fuisse Imperium a Græcis translatum in ipsos mediante persona prædicti Caroli, qui rex erat Franciæ, dictumque Imperium in successores suos continuasse centum, & tribus annis, donec extincta linea Caroli fuit translatum in Germanos f a Leone Papa, qui Ottonem Ducem Saxonie fecit Imperatorem, ut tradit Zabarel. in d. c. uenerabilem, §. uerum, nume. 2. in 5. notab. extra de elect. ubi refert, quod Carolus fuit Rex Franciæ, & Imperator ipse, & eius successores Reges Francorum per annos centum tres, & amplius usque ad Astulphum, cuius tempore cum ecclesia oppugnaretur a Berengario tyranno, nec Astulphus auxilium ferret, Leo Papa Octauus uocauit Ottonem Ducem Saxonie, qui succurrit Ecclesiæ, & a Leone fuit constitutus Imperator, & hoc modo translatum fuit Imperium in Germanos: subiungens, quod licet ibi textus dicat Imperium fuisse translatum a Græcis in Germanos, tamen illud dictum fuit ad denotandum principium secundum quod Imperium fuit ablatum a Græcis, & hoc idem confirmauit ibi Ioan. de Imola sub num. 16. col. fin. pro quibus facit illud, quod scripsit Ioan. Feraldus de iuribus, & priuilegijs Francorum, in principio, enarrans tres fuisse factas Imperij translationes, prima fuit a Græcis in Gallos mediante persona supra dicti Caroli tempore Leonis Papæ, secunda a Gallis in Italos, quorum primus fuit Berengarius tempore Sergij Papæ, dura uitque Imperium in Italia annis circiter quinquaginta, tertia fuit ab Italicis in Germanos, quorum primus fuit Otto Dux Saxonie, & quod Imperium prius fuerit Francorum, & postea Germanorum probat etiam textus, & glossa. ff. in ca. ego Ludouicus, distin. 63. & late Ioan. le Cirier in q. 12. num. 16. lib. 12. de primogen. ubi refert plures Imperatores, qui fuerunt Galli, de qua re multa copiose congeffit Restaur. in q. 7. de Imperat.

44 In hac autem materia uidebis omnino Platinam in uita Leonis Tertij, ubi scripsit, quod Põtifex Carolo optimè de Ecclesia merito aliquam gratiam relaturus, cum uideret Imperatores Constantinopolitanos egre id nomen tueri, & ob eam rem urbem, & Italiam ipsam magnas calamitates passã, in basilica Petri post solemnia sacra populi Roma-

45 ni scito, ac precibus ipsam Carolum magna uoce Imperatorem decernit ac diademate donat, ter acclamante populo Romano, Carolo Augusto a Deo coronato magno, & pacifico Imperatori uita, & uictoria, a quo non dissensit Sabeilicus Aeneadis oct. lib. 8. qui sic inquit. Leo Pontifex inter sacrorum solemnium scito, rogatuque populi Romani, qui officij causa circumsatabat, in Vaticano templo Geronie Romanum Imperatorem consecrauit, & inuixit. consecratio illa facta est ad altarebas ilicæ, ubi accepit Carolus imperij insignia, mox illis instructus ad aram maximam templi est inuictus anno quo Carolus regnare ceperat tertio, & trigesimo, cum Italia iam anno 300. & 30. sine imperij nomine fuisset, mansit mos idem in ceteris, ut qui Augusti nomen legitime reciperent a Romano Pontifice inungerentur, subiunxitque paulo post, creditum iam inde imperij arbitrium apostolicæ sedis esse, quoniam antea a caelo dari crederetur. Alij dicunt imperium in Germanos fuisse translatum f a Ioanne decimotertio, qui primo Ottonem dicitur fecisse Imperatorem, cuius opinionis fuerunt Ricardus, & Cusentinus, alij a Leone Octauo, quorum opinionem Gratianus in Decretis approbavit, sed adeo confusa, & conturbata sunt ea tempora iniuria, & negligentia scriptorum, ut uix possit certum sciri, ut Platina attestatur in uita Ioannis decimotertij.

46 Vt cunque sit, illud satis constat, quod Germani uirtutibus Imperium meruerunt habere, quæ prærogatiua tam ipsis conuenit, & adeo ipsorum propria est, ut nullus possit eligi Imperator, qui non sit f Germanus, secundum Bal. in d. c. uenerabilem, nu. 5. uersic. in Germanos, colum. 1. extra de elect. & ibi Abb. sub nu. 17. uersic. dicunt tamen hic quidam, colum. 6. & Martin. de Laude in sing. 174. de Princip. & Ioan. Ferald. num. 36. uersic. decimum tertium, de iurib. & priuilegijs Regis Francorum. Contrarium tenuit ibi Zabarella, quem sequitur Ioan. le Cirier in d. quæstione 12. nu. 27. uersic. sed hic bona suboritur, lib. 2. de primogen. & Restaur. qui refert utraq; opinionem & nihil resoluit in d. quæstione 7. numero octauo, cum seq. de Imperat.

47 Si uis tenere primam opinionem, quia nolo hunc articulum decidere, limitabis, ut ea non procedat in Rege Franciæ, qui potest in memoriam pristinae translationis factæ in Gallos concurrere cū Germanis, & eligi Imperator, secundum Baldum, Martinum, Ioannem Feraldum, Ioannem de Cirier & Restaurum in locis iam citatis.

48 Quartò quæro, an Imperator sit Dominus totius mundi. quæ quæstio maximum concitauit tumultum inter Hispanos, Gallos, Germanos, & Italos. Galli enim atq; Hispani dicunt, quod non, ut latissime tradit Cassan. in considerat. 28. in quinta parte, de catal. glo. mundi, cum quo uidetur concordare Zabarel. in d. c. uenerabilem. §. uerum col. 2. uersic. constat enim quod Imperium, de elect. & plene Couar. in §. 9. numero 5. uersic. Imperator utcun-

que, par. 2. de sponsalib. & Menoch. in consilio 2. nu. 98. uersic. non obstat ergo, vol. 1.

53 At contra multi Itali, & Germani dicunt, quod sic per textum in l. de precatio, ff. ad l. Rhod. de iactu, & hoc notant in l. 1. C. de summa Trinit. & in l. hostes. ff. de captiuis, & hæc sententiam latissime tueretur Fracis. Zoan. de Romano imperio, numero 149. uersic. sciendum proinde est, cum seq. & plene Restaurus in quæstione 12. de Impera. & Bellem. in c. in apibus, nu. 26. uersic. quid ergo in tanta subtilitate. 7. quæstione 1. & plenissime Michael Vlcuran. in quæstione tertia, par. secunda, de regim. mundi.

54 Hæc controuersia est potius quæstio facti, quæ iuris, ex eoque pendet, an Romani subiugauerint uniuersum orbem, & an iuste, an iniuste, de qua re tamen satis claræ sunt plures historiæ: sed quicquid sit, quando etiam uellemus fateri Romanum Imperium habuisse initium a uolentia, & tyrannide, quam opinionem tenet Oldrad. in consilio 63. consueuit dubitari, uersic. per quam statuam, colum. 2. ubi dicit, quod quatuor monarchiæ mundi, idest f Asiriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum, omnes initium a uolentia, & usurpatione ceperunt, quod idem pariter confirmat Bertrand. in quæstione 1. numero 3. uersic. & si aduertimus, de origine iurisdic. & Zabarel. in d. c. uenerabilem, §. uerum, uersic. constat enim quod imperium, colum. 2. extra de elect. & Ioan. le Cirier in quæstione 12. numero 5. sciendum est primo, li. 2. de primogen.

55 Attamen hodie imperium Romanum dicitur f esse iustum, quia per longissimum consensum populorum, & prouinciarum, quæ semper tacuerunt, & uoluntariè Imperatoribus obediunt, tenendum est, omne uitium uolentiæ fuisse purgatum, & dissensum transiisse in consensum accedente maxime approbatione sanctæ matris Ecclesiæ, ut tradit Alber. in l. 1. numero 20. uersic. quicquid tamen sit. C. de summa Trinit. & Restau. in quæstione 4. de imper. & Aegid. Bellem. in c. si Imperator, sub nu. 1. dist. 46. & in c. in apibus, nu. 28. uersic. quid sit regnum. 7. quæstione 1.

56 Quintò quæro, an duo Imperatores simul esse possint. & Abb. dixit f quod sic, in c. quoniam, numero 4. extra de offi. ordi. ubi tradit, quod quamuis non possint esse duo summi Pontifices, quia unus est ouile, & vnus pastor: tamen secus est in Imperatoribus, qui plures esse possunt, & hoc idem notauit Aegid. Bellem. in d. c. si Imperator, nume. 2. distin. 96. ubi ait, quod si Constantinopolitanus esset fidelis, uerus est Imperator, non quidem Romanus, sed particularis, idest Constantinopolitanus: subiungens, quod se præsentem Urbanum f quintus in vrbe Romana admisit Imperatorem Constantinopolitanum, & magnifice ut talem honorauit, hoc idem fecit etiam Eugenius quartus de anno 1438. qui in concilio Ferrariensi honorauit Ioannem Imperatorem Constantinopolitanum, & illi tãquam Imperatori sedem imperia-

lem concessit, posita in loco inferiori sede Imperatoris Germani, ut digni attestatur in lib. 6. & Platina in uita Eugenij. sic et Constantinus uocatus, & habitus fuit pro Imperatore ab Innocentio tertio post translationem Imperij factam a Leone tertio, ut patet in c. solita, extra de maio. & obedient. de qua re multa extant exempla in l. ff. de Senatusc. Turpil. in l. diui fratres, ff. de pœnis, & in l. diui Severus, & Antoninus, ff. ad l. iul. pecul. & in l. diui fratres, ff. de lib. causa, tex. & gl. in c. nunc autem, dist. 21. & gl. in ca. non autem, 7. q. 1. & tex. in c. ab Imperatorib. 23. q. 3. & melius in c. fundamenta, in illis uerbis, nullus Imperator Romanorum, seu alius Imperator, de elec. in 6.

In contrarium allegatur textus in ca. in apib. 7. q. 1. ubi dicitur, quod unus est Episcopus ciuitatis, unus Rex prouincię, & unus Imperator esse debet: & hanc partem tenuit Zabarella dicens hæreticum esse tenere, quod possint esse duo Imperatores, in clem. 1. §. porro, num. 7. q. 2. de iureiur. & Petrus a Monte, in q. 3. de Imperatorie maiest. origine, in tractatu de primatu Papę, uel conciliorum general. & pulchrè Preposit. in d. ca. nunc autem, nu. 3. dist. 21. & in d. c. in apibus, col. 2. & late Restau. in q. 69. de Imperat. & Aluar. in c. 1. nu. 8. titu. quis dicatur Dux.

Pro qua opinione facit, quod Alexander Rex Macedonum Dario Regi matrimonium filię, & partem regni sibi offerenti respondisse dicitur, & sicut cœlum non potest duobus solibus regi, ita nec orbis terrarum poterat saluo statu duos reges habere, & hoc idem pariter fuit obiectum Cræolidorum regi, quando fratrem in consortium Imperij assumpsit, nam quidam ex Lydis accedens dixit, omnium interna bonorum auctor est sol, o Rex, nec quicquam extaret in terra sole non illustrante, at si gemini soles forent, periculum immineret, ne omnia flagrantia pessum irent, ita & regem unum quidem accipiunt Lydi, & seruatorem esse credunt, duos uero simul tolerare non possunt, ut refert Stobæus in sermone 47. & tenendo hanc partem limitabis, ut ea non procedat, quando publica utilitas hoc exigeret, & hoc a Papa concedere

60 retur, nam tunc duo Imperatores esse possent, si hoc fieret ab electoribus sine Papę permissione, quoniam electio duorum non ualeret, cū ad ideorum facultas se non extendat, ut egregie tradit Preposit. in d. c. nunc autem, col. 2. dist. 21. & Restau. in d. q. 69. in fine, ubi dicit hoc esse notandum.

62 Secundo limita quoad regnum particulare, nam respectu unius regni potest esse unus Imperator, ut Constantinopolitanus, & respectu uniuersalis dominij potest esse alter, ut est Imperator romanus apud Germanos, & ita distinguit Bellam. in c. in apibus, in fi. 7. q. 1.

63 Illa uero quę supra diximus de probanda Imperatoris dignitate ab eo, qui se, uel alium dicit Imperatorem, extenduntur, ut habeant locum in regibus, Ducibus, Marchionibus, & alijs similib.

dignitatibus, quę si competunt per electionem, debent & ipsi probare se fuisse canonicè electos, ut sup. dictū fuit in Imperatore, & alijs electionibus: si uero competunt per successionem, debent descendentiam, & proximitatem probare, ut latius dixi in c. 6. cui incumbit onus probandi filiationem, & in c. 12. cui incumbat onus probandi fraternitatem, & in c. 16. filio an, & quando, sup. eo. & dicitur in cap. 38. infra eo.

64 Poterunt tamen cogi monstrare primum priuilegium, quod eorum maioribus fuit concessum, ut scilicet dignitas Ducalis uel Marchionalis transferretur in posteros: quia cū tales dignitates ab initio non competant ex successione, sed ex priuilegio Principis, merito potest superior cogere eos, qui se dicunt esse Duces, Comites, uel Marchiones ad monstrandum titulos suorum dignitatum, ut ait Anton. Padil. in l. altius, nu. 7. uerfi. poterit preterea, C. de seruit. & aqua. & si agitur de primogenitura, eo quia primogenitis supradictę dignitates conferantur, debet is probare, qui se primogenitum dicit, ut declarauit in c. 11. sup. eo.

65 Sciendum est autem, quod omnium regum Christianorum quatuor duntaxat unguntur, & coronantur, id est rex Hierusalem, rex Francię, rex Sicilię, & rex Anglię, ceteri neque unguntur, neque coronantur de iure, nisi ex priuilegio, uel ex consuetudine præscripta, quales dicuntur esse rex Hispanię, rex Portugallię, rex Legionis, rex Aragonum, rex Nauarrię, rex Dacię, rex Boemię, rex Armenię, rex Cordubię, rex Cipri, rex Sardinie, rex Comachię, rex Munianię, rex Vrchoñię, rex Nauorchię, rex Mamię, rex Voioeganię, rex Maioricarum, rex Minuicarum, rex Scotię, rex Polonię, rex Edonorum, rex Bitinię, & rex Vngarię, ut notat Aluarotus, qui etiam numerat regna Asię, & Africę, in c. 1. nu. 17. uer. quero qui reges, uerfi. quis dicatur Dux. & ante ipsum Alber. in rubr. ff. de statu homin. in fi. & Corf. in q. 14. num. 16. in 2. parte, de potestate regia, & restau. in q. 18. in fi. de Imper. & Ioan. de Cirier. in q. 13. in fi. lib. 1. de primogenit.

66 Creare uerò, & coronare reges pertinet ad Imperatorem in terris, & iurisdictionibus sibi subiectis, in alijs secus, ut concludit Preposit. in c. in apibus, nu. 2. uer. nota ex gl. col. 2. 7. q. 1. & Aluar. in c. 1. de feudo Marchię, & si uellemus tenere opinionem eorum, qui dixerunt, Imperatorem esse dominum totius mundi, ipsiusque potestati omnia regna esse subiecta, non est dubium, quod ipse deberet omnes reges coronare, quoniam omnes forent in iurisdictione sua, quam opinionem contra reges tenuit glos. in dicto capitulo, in apibus, in princip. & eam sequitur Martinus Lauden. in quæstione 130. reges, de Principibus, & Marfil. in l. vnica, numero nonagesimonono, uerficulo, & dixit glos. C. de raptu virgin.

Sed quoniam ad practicam non potest huiusmodi opinio reduci, & contrarium de facto seruatur in omnibus regnis, quę se dicunt non esse sub-

67 dita Imperio, ut est Rex Gallię, & Hispanię, Rex Anglię, & Portugallię, Armenię, Cipri, & multa alia regna, & ciuitates, quę non obediunt Imperatori.

67 Ideo melius est, ut hanc conclusionem restringamus, quo ad dominia suo Imperio subiecta, in quibus uerissimum est, quod collatio regię dignitatis ad ipsum Imperatorem pertinet, ut diximus. sed quid in Papa, nunquid ipse poterit creare Regem? & Baldus scripsit quod non, in capitulo primo, numero tertio, titulo de feudo Marchio. ubi dicit, quod Papa usurpat hanc facultatem, quę re uera pertinet ad Imperatorem, quod idem confirmauit ibi Aluarot. numero primo, & Restau. in quæstione sexagesimo octaua, in fine, de Imperatore.

68 Contrarium tenuit Speculat. in §. nunc ostendendum, numero tertio, de legato. ubi ait, quod dignitas regalis confueuit a Papa impetrari, scilicet, utrum, & a quo Rex inungatur. hoc enim ad ipsum pertinet diffinire, & hoc idem latius reprobo Baldo tenuit Afflicus in dicto cap. 1. in primo notab. de feudo Marchię, ubi tradit, quod si ad Papam pertinet Imperatorem confirmare, & coronare, capitulo, uenerabilem, extra de elec. & capitulo, ad Apostolicę, de senten. & re iud. in sexto.

68 Multo fortius regalis dignitatis collatio debet ad Pontificem pertinere, cum vacante Imperio Regnum ad Papam deoluatur. capitulo, licet, il primo, extra de foro competenti, & hanc eandem senten. sequitur Martin. Lauden. in q. 55. tracta. de Principe.

69 Accedat, quod ista quæstio minus difficultatis habebit, si omnes Reges subiiciuntur Papę, non solum in spiritualibus, capitulo, omnes, extra de maior. & obediens. uerum etiam quo ad temporalium recognitionem, propter quod Papa potest ipsos Reges ratione peccati corrigere, & etiam deponere, ac Regno priuare, capitulo, alius, 15. quæstione decimasexta, & capitulo, ad Apostolicę, de senten. & re iud. in sexto, & tradit August. de Anchona in quæstione quadragesima quinta, cum sequi. de potestate Papę, de quo facit mentionem Restau. in dicta quæstione 68. in princip. de Imperat. & Corfet. in q. 42. num. 2. in 4. par. de potestate Regia.

De hac re fuit temporibus nostris non leuis contentio inter Pium Quintum, maximę sanctitatis Pontificem, & Maximilianum Imperatorem huius nominis secundum: cum enim Pius coronasset Cosmum Ducem Florentię, & illi nomen maximi Ducis Hetrurię donasset, ægrè tulit Imperator eum nouę dignitatis gradum, asseuerans non a Papa, sed ab ipso regios titulos esse impetrandos.

At contra Pius hanc facultatem esse sedis Apostolicę, & ab ipsa in Germanos prouenisse Imperium, electores nullo iure nisi ex concessione pontificia posse eligere Imperatorem, multos Imperato-

70 res a Pontificibus promotos, multos depositos, non esse rem noui exempli, ut Regna a sede Apostolica modo dentur, modo auferantur, de his omnibus authentica constare documenta, quę etiam a pluribus historicis æternę memorię prodita sunt, quam historiam summa cum elegantia in uita Pij Quinti retulit Hieronymus Catena uir urbi, & orbi notissimus.

71 Illud autem superioribus est addendum, quorundam fuisse opinionem, ut non possit creari Rex nisi ille, qui sit dominus unius prouincię habentis decem, uel undecim ciuitates cum metropolitano, per textum in capitu. scitote, sexta, quæstione tertia, quam sententiam amplexus est Abb. in cap. constitutis, il secundo, col. 1. uerfi. nota ibi Principis, extra de testib.

72 Cuius opinionis uidetur etiam fuisse Cassan. in consider. decima quinta, columna secunda, in octaua parte, de Catal. glori. mundi, ubi ait quod uerus Dux debet habere sub se decem Comites, & Archiepiscopus decem Episcopos, & Rex decem Duces, allegat dictum cap. scitote, & dictum capitulū, constitutis.

73 Contrarium tenuit Aretinus in dicto cap. constitutis, il secundo, num. 4. uerfi. 2. collige, col. 2. extra de testib. ubi, quod licet de essentia prouincię sit, ut habeat decem, uel undecim ciuitates, non tamen hoc est de essentia Regni, imo potest quis esse Rex unius duntaxat ciuitatis, ut patet exemplum in Romulo, qui fuit Rex Romę antequam Romanę diuioni alias ciuitates subegisset, quam sententiam tenuit pariter Angel. in l. ex hoc iure, numero decimo, uerfi. sequitur glos. columna secunda, ff. de iustit. & iure. ubi notat, quod non solum prouincia libera, sed etiam quælibet ciuitas nullius Imperio subiecta potest sibi constituere Regem, & hanc eandem sententiã probauit Decius in l. si eadem, num. 3. ff. de off. assessor.

74 Ad illud autem, quod dictum fuit, prouinciam debere continere decem, uel undecim ciuitates, præter ea, quę dixit Aretinus, respondetur, illud fuisse antiquitus constitutum ex causa in dicto textu expressa, sed non per hoc tollitur, quin prouincia possit esse etiam illa, quę plures, uel pauciores ciuitates habet, ut Archidiaconus, Geminianus, Bellemera, & Prepositus adnotauerunt in dicto cap. scitote, 6. q. 3.

75 Nec est uerum, quod Archiepiscopus de necessitate debeat habere sub se decem episcopos, nam & plures, & pauciores potest habere, ut experientia docet, imò potest etiam quis esse Archiepiscopus sine suffraganeis, ut tradit Alber. in rubr. ff. de statu homin. in §. scdes prima, sub numero tertio, uerficulo, in Bulgaria, columna prima, ubi refert, quod in Bulgaria, & in Romania Imperij & in Achaia sunt quædam Ecclesię Episcopales, quædam Archiepiscopales, quę nullum habent suffraganeum, inter quos enumerat Archiepiscopum Valesbudiensem, Archiepiscopum Madicensem, Archiepiscopum Andriopolita-

num, Archiepiscopum Serenensem, Archiepiscopum Cerfienensem, Archiepiscopum Duracunensem, & Archiepiscopum Dodicillum, qui nullos habent suffraganeos.

76 De tutela uero regis, † an finiatur quartodecimo anno, ut in priuatis hominibus, an uigesimo quinto, uide Oldrad. in consil. 52. quæstio est talis, sed etiam uide de hac materia Iason. in l. licet, num. 3. C. de testam. milit. & Corset. in quæstione 10. numero 2. in 3. par. de potestate regia, & omnino Gemin. in c. grande, numero 13. colum. pen. de supplen. neglig. prælatorum.

77 Quibus adde, quæ tradit Bartol. in l. quidam cõfulebant, numero 13. colum. fin. ff. de re iud. ubi inquit, quod Rex pubes † factus ex se administrabit ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis, ea uero quæ sunt administrationis, non poterit dare, uel facere sine curatore, creare uero Duces, Marchiones, & Comites, pertinet non solum ad Papam, & Imperatorem in terris sibi subiectis, sed etiam † pertinet ad Reges in regnis suis, ut tradit Aluarrot. in c. 1. numero 5. colum. 4. de his, qui feud. dare possunt, & in c. 1. in prin. de feudo Marchiæ, & in c. 1. colum. 2. quis dicatur Dux, & Socin. in consil. 68. uisus, nu. 3. uol. 1.

79 Sed an dux possit creare † Marchiones, & Comites, consuluit Socin. quod non, in d. consil. 68. uisus inuestituris, numero 45. uersic. item quia dicta loca, colum. antep. uolum. 1. ubi ait Ducem non posse auctoritate propria concedere Castrum in feudum, quod habeat annexam dignitatem regalem, quia talis dignitas non potest tribui, nisi ab Imperatore, uel a Rege, quod idem sentit Aluarrot. in d. c. 1. colum. 2. uersic. eodem modo dicendum, titulo, quis dicatur Dux, ubi notat dignitatem regalem non intelligi collatam a quouis feudo collato ab inferiore a Papa, uel Imperatore, si tamen Papa uel Imperator dedissent Duci priuilegium creandi Comites, & Marchiones, tunc auctoritate Pontificia, uel Cæsarea possent prædictas dignitates conferre, ut tradit Socin. in d. consil. 68. numero 4. uersic. ex quibus infertur, uolum. 1. & dictum Socini consilium sequitur Purpur. in l. 1. num. 246. uersic. & hoc uerum intelligit, colum. 30. ff. de officio eius. uide tamen quæ in alijs terminis dixi in cap. 18. nu. 27. sup. co.

ADDITIONES.

- a Virtutibus. Hodie tamen dicunt, quod perdidit imperium perbusnardiam, quia quodlibet tugurium, & quælibet Germaniæ ciuitas sibi uendicat dominium, & cum imperio de pari contendit, & ita contra ciuitates francas scribit Io. Andr. in c. venerabilem, numero 44. in uerbo, & ibi Adrianus, col. pen. extra de elect.
- b Alexander. Refert Iustinus lib. 11.
- c Cipri. Quod nec iste, nec alij nominati in textu, obediunt Imperatori, tradit Afflic. in ca. 1. in pr. notab. de feudo Marchiæ. sed de Rege Cipri, Portugalliæ, & Angliæ, uide Purpur. in Rubr. ff. de iuris. omn. iud. nu.

me. 10. hodie tamen Regnum Cipri occupatur a Turcis, & Regnum Angliæ ab hæreticis.

S V M M A R I V M.

- 1 Comitatus est regia dignitas.
- 2 Comitum duplex est genus.
- 3 Comes is proprie dicitur, qui est inuestitus de comitatu.
- 4 Legitimandi habens facultatem quoscumque, exceptis filijs Comitum, poterit legitimare filios Comitum, qui sunt sine comitatu.
- 5 Filij Comitum habentis comitatum uiuente patre sunt abusu Comitum, ibidem.
- 6 Comites Palatini habent uoluntariam iurisdictionem, & præferuntur alijs non habentibus comitatum.
- 7 Comiti incumbit onus probandi se esse Comitem.
- 8 Duci, et Marchioni, et quicunque dicenti se esse illustrem incumbit onus probandi.
- 9 Comiti Palatino dicenti se habere facultatem legitimandi incumbit onus probandi.
- 10 Legitimandi priuilegium debet ostendi etiam si notarius in legitimandi instrumentum diceret illud se uidisse, ibidem.
- 11 Legato de latere dicenti se habere potestatem legitimandi creditur.
- 12 Legato Cardinali dicenti se habere facultatem creandi Comites Palatinos, incumbit onus probandi.
- 13 Comiti dicenti se habere territorium, incumbit onus probandi.
- 14 Territorium ab allegante probandum est, ibidem.
- 15 Primogenitus debet probare in feudis esse primogenituram.
- 16 Omnes filij regulariter in feudis succedunt equaliter.
- 17 Primogenito incumbit onus probandi successionem feudorum sibi soli competere.
- 18 Ius Francorum primogenitum præfert in feudis.
- 19 Primogenitura probatur per testes, per inuestituram, per sententias, & per quasi possessionem uiuendi iure Francorum.
- 20 Primogenitura probatur per tricennale prescriptionem.
- 21 Titulus satis est, quod allegetur in possessione triginta annorum.
- 22 Secundo genitus licet longo tempore officiales in Castro posuerit, debet nihilominus probare se in feudo habere iurisdictionem.
- 23 Comes unus ex pluribus dominis castri, an possit solus derogare statutis communibus.
- 24 Statuta facta a pluribus dominis non possunt inuitis alijs ab uno cassari.
- 25 Frumentum è Castro communi non poterit unus Comes extrahere contra prohibitionem aliorum dominorum.
- 26 Quod tangit omnes, debet ab omnibus approbari.
- 27 Consilium mutare non licet in alterius detrimentum.
- 28 Solemnitas debet eadem in destruendo adhiberi, quæ in faciendo interuenit.
- 29 Iurisdictionis competens pluribus, ut uniuersis, non potest exerceri ab uno solo inuitis alijs.
- 30 Via debet ei patere, quam elegit.
- 31 Iudices ordinarij habentes iurisdictionem insolidum si ceperint simul de causa cognoscere, debent omnes simul iudicare, nec unus sufficit.
- 32 Comes unus ex pluribus condominis contrafaciendo communibus statuti incidit in penam contrafacienti impositam.
- 33 Statutum factum a pluribus dominis aequalibus, non ligat ipsos dominos.
- 34 Par in parem non habet imperium.
- 35 Statuta tradita a superiore una cum feudo non possunt a dominis inferioribus tolli.

Statuta

- 33 Statuta facta a pluribus dominis de rebus ipsos dominos tangentibus non possunt ab uno solo uiolari.
- 34 Statuta facta pro bono publico subditorum non ligant statuentes.
- 35 Statutum inhabilitans mulierem ad contractum sine certa solemnitate, uel excludens forenses a successione, non poterit ab uno ex pluribus dominis cassari.
- 36 Iurisdictionis ex pluribus dominis competit cuilibet insolidum, & quilibet poterit eam salus exercere.
- 37 Iurisdictionis competit in solidum pluribus dominis Castri, quia sunt indices ordinarij.
- 38 Iurisdictionis est indiuidua.
- 39 Indiuidua transiunt ad hæredes in solidum.
- 40 Comes unus ex pluribus dominis non potest solus iurisdictiones exercere, quando agitur de commodo omnium.
- 41 Nices suas potest unus dominus alteri committere.
- 42 Iurisdictionis deuoluta iure successionis paterna pluribus filijs non competit illis, ut singulis, sed ut corpori hæreditario, & ab omnibus simul est exercenda.
- 43 Ordinarijs pluribus iurisdictionis competit in solidum, quando ab initio quilibet ordinarius eam habuit distinctam.
- 44 Iurisdictionis pluribus hæredibus competit in solidum cõplexiue, non separatiue.
- 45 Duo fratres acquirentes feudum, in dubio censentur habere iurisdictionem in solidum.
- 46 Iurisdictionis in dubio censetur tradita in solidum.
- 47 Successores in feudo an in solidum habeant iurisdictionem.
- 48 Plures filij pro una uoce reputantur cum presentatione rectoris ad ius patronatus.
- 49 Iurisdictionis in feudis ex pacto, & prouidentia, competit singulis in solidum.
- 50 Iurisdictionis an, & quando in feudis ex pacto, & prouidentia competat pluribus ut singulis, uel ut uniuersis.
- 51 Iurisdictionis quando competit pluribus ut uniuersis, tunc attenditur quod maiori parti placuerit.
- 52 Iurisdictionis competens pluribus, poterit ab uno solo exerceri, quando alij domini non conquerrunt.
- 53 Præcepta facta subditis ab uno domino non ualent, quando iurisdictionis competit pluribus ut uniuersis.
- 54 Subditi non tenentur duobus dominis contraria præcipientibus obedire.
- 55 Due uirtutes paræ potentiæ quando in idem subiectum concurrunt, tantum iuris habet unæ: ad resistendum, quantum altera ad obtinendum.
- 56 Subditi possunt cogere dominos ad concordandum in iurisdictionis administratione.
- 57 Ecclesia sita in confinio duorum episcopatum, utriusque episcopo est communis.
- 58 Unus ex dominis quando possit cogere dominum ad diuisionem iurisdictionis.
- 59 Diuisionis iurisdictionis per diuisionem administrationis alternis annis competens.
- 60 Duo tribunalia in uno Castro esse non debent.
- 61 Ducatus, Marchionatus, & Comitatus de iure nequeunt diuidi.
- 62 Feuda indiuisibilia, quo ad iurisdictionem, possunt diuidi quo ad iurisdictionis administrationem.
- 63 Iurisdictionis diuiditur, quando unus officialis de communi consensu iurisdictionem nomine omnium exercet.
- 64 Iurisdictionis, qui plus habet, is plus habet confiscationis.
- 65 Iurisdictionis diuisionis ita fieri potest, ut totum castrum adiudicetur uni, & tot bona allodialia alteri.
- 66 Feudum fraudulenter dicitur esse assignatum, quando datur filios habenti.
- 67 Ex duobus oppidis potest unum assignari uni, & alterum alteri data aequalitate.
- 68 Diuisis pluribus oppidis non intelligitur diuisa iurisdictionis, sed

- solum diuisa iurisdictionis administratio.
- 69 Diuisis Castri si unus ex illis dominis delinquat in territorio alteri assignato, an poterit ab altero puniri.
- 70 Priuilegium amittitur per delictum.
- 71 Maior, & equalis, se possunt subijcere iurisdictioni minoris.
- 72 Papa, & Imperator suam causam in arbitros compromittunt, uel causam delegant, ibidem.
- 73 Dominus delinquens in Castro communi censetur tacite se submittere iurisdictioni condomini sui.
- 74 Priuilegium quo casu perdat per delictum.
- 75 Delinquens in Castro communi, ac indiuiso non potest ab alio condomino puniri.
- 76 Delinquens in Castro diuisis quoad administrationem, non quo ad iurisdictionem, non potest a condomino puniri.
- 77 Maior administratione potest alterum condominium punire.
- 78 Iurisdictione communi diuisa censetur unus per alium iurisdictionem exercere.
- 79 Delinquens in territorio communi, & alteri per diuisionem assignato, quando poterit a domino puniri.
- 80 Iurisdictionis diuisionis cadit in feudum diuisibile.
- 81 Delinquens in territorio diuiso feudi diuisibilis poterit a domino puniri.
- 82 Dominus poterit condominium suum delinquentem punire, quando superiorem non cognosceret.
- 83 Dominus alterum condominium delinquentem punire potest, quando timor est scandali.
- 84 Dominus licet condominium suum delinquentem non possit punire, tamen potest sumere informationes de delicto, & illud denunciare superiori.
- 85 Superior poterit exercere iurisdictionem in bonis utriusque feudatarij diuisis propter delictum unius.
- 86 Diuisionis iurisdictionis potest fieri per uiam locationis.
- 87 Diuisionis fructuum non arguit diuisionem iurisdictionis.
- 88 Iurisdictiones diuiduntur per diuisionem territorij.
- 89 Iurisdictionis substantia licet non diuidatur, diuiditur tamen territorium.
- 90 Territorium unius castri, an possit diuidi.
- 91 Subditi interest ut eorum territorium non minuatur. ibidem & infra, num. 107.
- 92 Duo capita in spiritualibus non possunt esse in una ciuitate, sed secus in profanis.
- 93 Diuisionis tollit discordias dominorum, quæ sunt noxiæ subditis.
- 94 Iurisdictionis diuisionis per diuisionem territorij procedit in iurisdictionibus nullam dignitatem habentibus.
- 95 Ducatus, Marchionatus, & Comitatus de consuetudine possunt diuidi.
- 96 Consuetudo mutare potest ius positium.
- 97 Consuetudo diuidendi feuda regalia probanda est ab eo, qui eam allegat.
- 98 Consuetudo non extenditur ad casus similes.
- 99 Feuda regalia diuidi possunt de uoluntate superioris.
- 100 Imperator iura feudorum potest suo arbitrio tollere.
- 101 Feuda regalia possunt diuidi imminente periculo scandali.
- 102 Feuda legalia, an possint diuidi, quando pluribus ab initio fuerunt concessa.
- 103 Diuisionis datur in pluribus Castri concessis in feudum comitatus.
- 104 Feudum comitatus unius iurisdictionis, an diuidatur. ibidem.
- 105 Feudum, Ducatus, & Comitatus diuiditur, in quo non seruatur primogenitura.
- 106 Diuisionis feudorum regalium potest fieri, quo ad fructus.
- 107 Vassalli diuiduntur.
- 108 Castro concesso ueniunt uassalli.
- 109 Vassalli non possunt per diuisionem territorij sine ipsorum consensu diuidi.

- Subditorum interest, ut eorum universitas non separetur, nec eorum uilla dividantur. ibidem, & sup. nu. 90.**
- 108 **Diuisio iurisdictionis facta per uiam exercitij alternis annis non est bona, quando partes dominorum notabiliter sunt inaequales.**
- 109 **Diuisio iurisdictionis facta per officialem communi consensu deputatum ceteris est laudabilior.**
- 110 **Domini si erunt discordes in electione communis officialis recurrendum erit ad superiorem.**
- 111 **Officialis ut nomine plurium exercent iurisdictionem, poterit forte extrahi.**
- 112 **Diuisio feoderum potest fieri ad instantiam unius, licet alij domini contradicant.**
- 113 **Pactum de non diuidendo in perpetuum feuda, non ualet.**
- 114 **Regalia exercens, an habeat regalem dignitatem.**
- 115 **Comitatus concessus simpliciter in feudum, an differat a comitatu concessio in feudum comitatus.**
- 116 **Onus probandi incumbit illi, qui dicit castra fuisse concessa in feudum comitatus.**

ARGUMENTVM.

Dicenti se Comitem cum comitatu, uel dicenti se esse Comitem Palatinum, & habere facultatem legitimandi, incumbit onus probandi; & an, et quando pluribus Comitibus eiusdem comitatus competat iurisdictione in solidum, et quo pacto iurisdictiones diuidantur.

C A P. XXXVI.

COMITATUS non solum est dignitas, uerum etiam est dignitas principalis, ac inter regias enumeratur, ut scriptum reliquit Bal. in c. 1. sub nu. 3. uers. item nota, col. 2. de feudo Marchiae, ubi ait, quod istae tres dignitates sunt regales, id est Ducatus, Marchia, & Comitatus, & idem confirmat Aluarot. in c. 1. nu. 2. uers. non intelligas, tit. quis dicatur Dux, & Socin. in conf. 68. uers. nu. 3. uers. secundo praemittendum est, vol. 1.

Comitum uero duplex est genus: alij. n. sunt ueri Comites, put sunt illi, qui de aliquo comitatu a Principe sunt inuestiti; alij uero dicuntur comites abusu, quales sunt illi, qui non habent comitatum, sed tamen nomen comitis habent, ut sunt Comites Palatini, qui ex priuilegio facultatem habent legitimandi illegitime natos, ut tradit Bald. in c. 1. nu. 2. tit. quis dicatur Dux, ubi ait illum propriè dici Comitem, qui est inuestitus de comitatu: ille uero, qui non habet comitatum, non dicitur proprie Comes, sed abusu, sicut sunt Comites sacri palatii, qui creant tabelliones, dant tutores, & alia faciunt, quae in eorum priuilegijs continentur, quod idem similiter ibi notauit Afflic. in 2. notab. col. 2. & Felyn. in c. Rodolphus, in uerbo comitatus, nu. 19. extra de rescrip. & Iason in l. id quod, nu. 23. uers. secundo facit, colum. fin. ff. de leg. 1. & Iacobin. in uerbo, Comes, de feudis, & Gemi. in q. 47. n. 4. in reg. de annali posses. & Cotta in uerbo, Co-

mes, lib. memor. & Soc. in d. conf. 68. nu. 2. uol. 1.

Ex quo Doctores inferunt ad notabilem practicum, quod si quis a Papa uel Imperatore habuerit potestatem legitimandi quoscuque, exceptis filijs Comitum, poterit legitimare filios Comitum, qui sunt sine comitatu, qui non sunt proprie, sed abusu uel Comites, & uerba priuilegij debent intelligi in significato uero, non autem abusu, & Iason, & Cotta, & Iacobin. in dictis locis adnotauerunt, & iterum Iason in l. in suis, nu. 23. uer. utilitas praedictorum, col. 5. ff. de libe. & posthumis, ubi dicit, quod filij Comitum habentis comitatum uiuente patre sunt Comites abusu, & ideo uiuente patre Comite poterunt eorum filij legitimari.

Verum licet praedicti Comites Palatini censentur esse abusu Comites, ex eo tamen, quod habent uoluntariam iurisdictionem, & sunt in dignitate, debent praferri omnibus alijs non habentibus comitatum cum territorio, ut refert Cassan. in c. 50. in 5. par. de catal. glo. mundi.

Inferendo itaque ad rem nostram, haec est iuris indubitata conclusio, quod dicenti se, uel alium esse Comitem, uel de genere Comitum, incumbit onus probandi, cum sit ista qualitas accidentaliter praeter naturam, quae probanda est ab eo, qui se uel alium dicit esse talem, l. 1. ff. de probat. & l. non ignorat. C. de his qui accus. non possunt, & in terminis Afflic. in consti. quaestio. in primo notab. li. 1. de poena contum. Rub. 97.

Nec istud solum procedit in uero Comite habente comitatum, sed etiam habet locum in Comite Palatino, cum in utroque sit eadem ratio, & de primo notat Florianus in d. l. 1. nu. 1. ff. de prob. ubi tradit, quod si quis, uel se, uel alium dicit esse de domo Comitum, uel de aliqua agnatione, debet hoc probare, quia tales qualitates non praesumuntur, & idem notat egregie Barb. in conf. 57. excusis, nume. 23. sub uers. ad hoc respondeo, col. 12. volum. 2. ubi ait quod si asserenti se esse illustrem, uel de genere Ducum, uel Comitum, aut Marchionum, incumbit onus probandi, & Afflic. in d. consti. quaestio. in primo notab. lib. 1. de poena contum. rubr. 97. De secundo uero notauit Curt. senior in conf. 17. uiso puncto, num. 9. uers. sed circa quintam considerationem, col. 3. in fine, ubi inquit, quod asserenti se esse de illis Comitibus Palatinis, qui habent facultatem legitimandi, incumbit probatio, quod quidem comprobauit exactè Decius in consilio 288. quaeritur, sub nume. 8. uers. postremo ad priuilegium, colum. penult. & Paris. in consilio secundo, legitimatio, numero octauo, uers. & ideo, qui dicit se habere, colum. prima, & in consilio 12. transactio, numero 132. uers. qui igitur dicit se facultatem, colum. 13. volumine 2. & Roland. in consilio 89. uisa legitimatio, numero 24. uers. & ideo ille, qui asserit, uolum. 1. & Socin. in consil. 246. eleganter, sub nu. 1. uol. 2. quod est repetitum, ac insertum in conf. 18. inter consilia Curtij senioris.

Quae conclusio procedit etiam si Notarius in legiti-

legitimationis instrumento affirmasset se uidisse priuilegium Comitum, quia non per hoc esset probata ipsius auctoritas, nisi priuilegium ostendatur, ut copiose notat Paris. in d. conf. 2. nu. 8. & in d. conf. 12. nu. 132. uol. 2. & Roland. in d. conf. 89. num. 24. uol. 1.

Sed quauis credatur dicenti se habere priuilegium legitimandi, nisi priuilegium ostendat, hoc tamen fallit in legato de latere, cui dicenti se tale potestatem habere creditur, etiam si literas commissionis non ostendat, maxime si tales actus publice fecit non semel, sed pluries, ut tradit Bald. in l. ex. plo, in fine, C. de probat. & Marf. in ling. 273. notif. simu, col. 3. in fi. & dixi in c. 32. de legato, sup. eo.

Sed an legato Cardinali credendum sit, si dixerit se habere auctoritatem creandi Comites & Palatinos: consuluit Decius, quod non, esse que necessarium, ut ipsius auctoritas ostendatur, ut patet in d. conf. 288. sub nu. 8. col. pen. quem sequitur Paris. in d. conf. 2. nu. 8. & in d. conf. 12. nu. 132. vol. 2. & Rol. in d. conf. 89. nu. 24. uol. 1.

Rursus cum dictum sit, ueros Comites esse illos, qui habent comitatum cum territorio, aduertendum est, quod Comiti dicenti se habere territorium, incumbit onus probandi, ut scripsit Bal. in l. 1. §. in initio, nu. 8. uers. ex quo nota, ff. de off. praef. ubi ait, quod allegans territorium, debet probare, quoniam in facto consistit.

Similiter sciendum est, quod aliquando comitatus, uel aliud quoduis feudum competit soli primogenito, aliquando competit aequaliter omnibus filijs iure successionis, uel ex pacto inuestiturae, quod attinet ad primum casum, illud certum est, quod onus probandi incumbit ei, qui se dicit primogenitum, ut dixi in c. 1. sup. eo.

Imo non solum debet probare se primogenitum, sed etiam debet probare, quod in feudis, quae praetendit, non possunt succedere nisi primogenitus, cum regula sit in contrarium, ut omnes filij aequaliter admittantur ad feudorum successionem, tam de iure communi, quam de iure feudorum, & qui allegat specialitatem ab hac regula, debet eam probare, ut egregie tradit Afflic. in c. 1. §. praeterea ducatus, nu. 23. uers. quinto quaero, de prohib. feudi alienat. per Federic. ubi ait, quod si omnes filij ex praesumptione iuris tam Romani, quam feudorum, & Regni succedunt aequaliter in feudis, siue sint feuda magna, siue parua, & quamuis contra hanc iuris praesumptionem admittatur probatio in contrarium, id est quod solus primogenitus succedat, & non alij filij, tamen hoc onus probandi incumbit primogenito, maxime, quando alij filij essent in possessione, uel dubitaretur de possessione omnium, & inferius subiungit, posse probari, quod in feudis uiuatur iure Francorum, & quod ius primogenitum praefert per inuestituram, item per testes dicentes, quod feudum est huius naturae, ut in eo uiuatur iure Francorum, quoniam ipsi fuerunt praesentes, quando Princeps concessit feudum Sempronio, & dixit, quod uolebat, ut in d. feudo vi-

ueretur iure Francorum. Item per sententias latas in contradictorio iudicio, item per quasi possessionem uiuendi iure Francorum obseruatam a tali casata tanto tempore, cuius initij memoria non extet in contrarium, item per tricennale praescriptionem, qua probatur, quod talis primogenitus per triginta annos, uel duo, aut tres primogeniti spatio triginta annorum tamquam primogeniti feudum singuli tenuerunt uiuentibus & non contradicentibus alijs fratribus, & quibus dederunt uitam, & militiam, id est congruentem modum se alendi, quae probatio satis efficax esse censetur, modo allegetur titulus, uidelicet, quod fuit facta inuestitura antiqua, quod in tali feudo uiuatur iure Francorum: licet enim titulus non probetur, tamen si allegetur praesumitur ex possessione triginta annorum, ut ibi latius per eum, quae omnia nota uis ibi quoque Andr. de Ifern. uers. sed quomodo probatur, col. 2.

Qua probatione facta omnis iurisdictione, & omnis dignitas transit in primogenitum, nec secundogenitus censetur aliquid iuris habere, etiam si diu aliquos actus iurisdictionales fecisset, ueluti si longo tempore officiales in castro posuisset, quia non propter hoc diceretur habere in castro iurisdictionem, sed sibi incumberet onus probandi illos actus fecisse iure suo, & amplius ipsum primogenitum sciuisse, quod secundogenitus uoluerit illos actus fecisse iure sibi competente, non autem iure familiaritatis, & ex gratia beneuolentiae fraternae, ut eleganter consuluit Castrenf. in conf. 179. in causa, col. 4. uers. ite non obstat quod postea pater, uol. 1.

Circa secundum casum, quando feudum competit omnibus filijs aequaliter, contingit dubitare de quibusdam quaestionibus, quas sepius in factis contingit uideri excitari. In primo enim quaesitum fuit, an unus ex pluribus Dominis Castri possit solus derogare statutis communibus, id est factis communiter ab omnibus: secundo, an unus possit facere statuta, uel proclamata, & omnimoda iurisdictionem exercere sine consensu aliorum comitum dominorum in casu ab omnibus simul non prouiso. Postremo si domini fuerint in discordia, eo quia unus aliquid praecipit, & alter dominus contrarium mandat, an subditi teneant duobus praecipis contrarijs obedire.

Circa primam quaestionem Bald. tenuit, ut statuta facta a pluribus dominis non possit unus in uitis alijs cassare, ut patet in l. cetera, §. si duobus, nu. 2. ff. de le. 1. ubi ait, quod si duo Domini Castri fecerint constitutionem, qua prohibuerint, ut in Castro non possit extrahi frumentum, non poterit vnus dominus frumentum in Castro committere extrahere contra prohibitionem, reclamante altero domino, quoniam in re communi, potior est causa prohibentis. c. in re communi, de reg. iu. in 6. & Baldum ibi sequitur Flor. in prin. & Castrenf. sub nu. 2. uers. & facit in argu. col. 2. & Cuma. ibi in §. sed & si quis, sub nu. 1. uers. sed & si statutum, col. 2.

Quae quidem conclusio mirifice comprobatur ex eo, quod reuocatio statutorum est res, quae pertinet ad omnes

dominos, qui statuta fecerunt, ergo quod factum est simul a pluribus, non potest unus solus destrue

23 re; primo, quia quod tangit omnes, debet ab omnibus approbari. capit. quod omnes, de regul. iur. in 6.

24 Deinde, quia mutare consilium non licet in aliterius detrimentum, c. mutare, de regul. iur. in 6. & in terminis Bar. in consi. 72. ex facto proponitur, sub nu. 3. uer. sed diuisio illa, col. 3. & Bal. in l. sicut, num. 2. C. de act. & obligat.

25 Accedat quod ea, quae stabilita sunt consensu plurium, non debent postea contraria unius uoluntate dissolui, tñ quia quod semel placuit, amplius displicere non potest. §. si uero semel, Auth. de exhib. reis, & c. quod semel, de reg. iur. in 6.

26 Tum etiam, quia debet eadem solemnitas in destruendo adhiberi, quae in faciendo interuenit. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. §. si. Institut. quib. modis oblig. soluit.

Præterea aut uolumus, quod pluribus dominis eiusdem castri competat iurisdicção in solidum, ut uniuersis, non aut ut singulis secundum unam opinionem, & tunc clarum est, quod unus non potest derogare statutis communibus, cum iurisdicção non sit penes unum, sed penes omnes: aut uolumus quod iurisdicção competat in solidum singulis secundum alteram opinionem, de quibus infra dicitur, & tunc cum unus assenserit, ut statuta fiant de communi consensu omnium, non licet ei uariare,

27 sed debet ei patere uia, quam elegit, l. si mulier. §. si. ff. quod metus causa, & optime Crau. in consi. 318. in causa illustris, sub nu. 4. uer. quinto respondeo, col. 3.

28 Sic etiam videmus, quod licet plures iudices ordinarij habeant iurisdicção in solidum, & singuli possint iudicare: tamen si ceperint simul de causa cognoscere, debent omnes simul iudicare, & non unus, quoniam a uia, quam elegerunt, resilire non licet, uti notat Alber. in l. si uni, nu. 1. ff. de re iud. ibi Cuman. in l. Pomponius, uer. ex hoc habetis, col. 1. & Imo. sub nu. 6. uer. item procedit, & Iason in d. l. si uni, col. 2. & rursus Imola in c. prudentiam, nu. 14. uer. & per prædicta patet, col. 3. extra de off. iud. deleg.

Et tenendo hanc partem, quam communiter Doctores sequuntur, ampliabis, ut alter Dominus incurrat in penam contrahendo communibus statutis, quando contrahenti poena foret imposita, ut ait Castren. in d. l. cætera, §. si duobus, sub nu. 2. ff. de leg. 1.

29 Contrarium uero in hac tota conclusione tenuit ibi Alex. in §. item quæri, nu. 2. col. 1. ubi ait, quod statutum factum a Dominis in iurisdicção ne æqualibus non ligat ipsos Dominos statuētes, quia sibi ipsis imperare non possunt, nec unus contra alium potest uti dicto statuto quo ad poenam,

30 quia par in parem non habet imperium. l. nam magistratus, ff. recep. arbit. & notant Bart. Alber. & alij in l. si. ff. de rerum diuisione, & Decius in d. c. prudentiam, num. 54. uer. & idem in simili casu,

31 extra de off. iud. deleg.

Pro concordia distinguendum est, quod aut statuta fuerunt a Domino superiore una cum castro tradita ipsis inferioribus Dominis, & tunc certum est, quod non potest illud statutum tolli, aut uolari ab inferioribus Dominis sine pena irroganda ab ipso superiore, secundum primam opinionem, quæ in hoc casu probat Alex. in d. §. item quæri; Aut statutum non fuit conditum, uel traditum a superiore, sed fuit conditum ab ipsis Dominis in inferioribus Castri de rebus ipsos solos Dominos tangentibus, ut puta de non extrahendis armamentis, uel munitionibus destinatis pro custodia Castri, uel de modo succedendi inter ipsos Dominos, & tunc cum sit factum ab omnibus debet ab omnibus in uim legis, ac pacti inuolabiliter obseruari, nec potest unus solus in præiudicium aliorum a dicto statuto recedere, ut dictum est, & late consuluit Bart. in d. consi. 72. col. 1. & 2.

32 Aut statutum fuit conditum per bono publico subditorum, & tunc quo ad ipsos Dominos statuētes clarum est, quod ipsi de necessitate non ligantur dicto statuto, cum sibi ipsis imperare non possint, l. pen. ff. de recep. arbit.

33 Sed quo ad subditos dicendum est, quod unus Dominus non potest sine consensu aliorum dominorum derogare statutis, quæ communi consensu facta sunt. arg. l. sicuti tribus. ff. recep. arbit.

34 Ex quo infertur, quod stante statuto, ut non possit mulier contrahere sine certa solemnitate, uel non possit forensis succedere in hæreditatem defuncti subditi, non poterit unus Dominus habilitare mulieres, uel forenses contra formam statuti communiter facti, nisi consensus aliorum accedat, cum de ipsorum præiudicio tractetur, per rationes superioris allegatas.

35 In secunda quæstione, qua quæritur, an in casibus a pluribus Dominis simul non expeditis possit unus Dominus solus iurisdicção exercere, alijs non requisitis: duæ sunt contrariæ opiniones, una fuit Bartoli dicentis posse quemlibet exercere iurisdicção, ut patet ex his, quæ scripsit in l. Pomponius, alias incipit, si uni ex pluribus, nume. 8. q. 5. ff. de re iudica. ubi ait, quod plures hæredes unius Comitis habentis iurisdicção, poterunt singuli inter subditos iudicare, quia iurisdicção ipsis competit ut singulis, & non ut uniuersis, & ibi Bartolum sequitur Cuman. sub nu. 2. uer. Bartolus tamen, col. 1. & iterum Bartol. in consi. 189. primo quæritur, nume. 7. uer. sic. secundo oportet uidere, col. 1. & egregie Abb. in capit. prudentiam, nume. 11. uer. sic. exemplum in pluribus hæredibus, extra de off. iud. deleg. & ibi Ioan. de Imola, nume. 15. uer. sic. item aduerte, col. 4. & Alexan. in d. l. si uni, nume. 14. uer. extra glossam, ff. de re iud. & ibi Angel. in dicta l. Pomponius, num. 4. uer. subdit autem, columna secunda, & Felin. in dicto capit. prudentiam, numero secundo, col. 1. & ibi Decius, numero 46. uer. & conclusio, col. 4.

36 Cuius

Cuius sententiæ duo sunt principalia fundamenta. Quorum primum est, quod isti plures Domini sunt Iudices ordinarii loci. sed clarum est, quod pluribus ordinariis competit iurisdicção in solidum. l. 1. ff. de off. consul. & notat Bartol. in d. l. si uni, in principio, & ibi alii Doctores. ff. de re iud. & pulchrè Felyn. in d. cap. prudentiam, in prin. & Abb. in cap. fin. num. 9. uer. nam quia ordinarij, extra de sentent. & re iud. Ergo isti filij iurisdicção in solidum dicuntur habere.

37 Alterum est, quod iurisdicção est indiuisibilis, ut notat Bald. in capitulo finali, numero nono, uersiculo, quæro circa Iudices, col. secunda, extra de sentent. & re iud. & in cap. 1. §. præterea ducatus, num. 3. col. 2. de prohib. feudi aliena. per Feder. & collegium Bononiense inter consilia Curtii senioris, in consi. 50. præsens consultatio, num. 15. uer. & quod iurisdicção, col. 7. & Afflict. in cap. 1. num. 23. uer. item est indiuisibile, col. 4. quid sit inuestit.

38 Sed ea, quæ sunt indiuidua, transeunt ad hæredes in solidum. l. 2. §. ex his. ff. de uerbo. obligatio. Ergo & istis hæredibus iurisdicção in solidum competere censetur, quam quidem opinionem multi intelligunt esse ueram, quando agitur de causis ciuilibus, in quibus non tractatur de commo, uel incommo ipsoꝝ dominorum, sed secus in causis criminalibus, uel etiam ciuilibus, in quibus de interesse omnium dominorum tractandum esset, uel respectu poenarum, aut confiscationis, uel respectu alterius commoditatis, nã tunc unus ex pluribus dominis non posset solus iudicare, uel componere, uel quid aliud facere sine consensu aliorum, ut scripsit Bartol. in d. l. si uni, num. 9. in quæst. 6. col. fin. ff. de re iud. ubi tradit, quod unus ex pluribus hæredibus Comitis, ad quos omnes spectat comodum mulctarum, & poenarum, non potest solus iudicare de maleficijs, nisi constet alios condominos nolle, uel non posse iudicare, quod idem sequitur Bald. in cap. fin. nume. 12. uer. dicit Bartolus, col. 3. extra de sentent. & re iud. ubi refert, quod filij, & hæredes unius Comitis, qui cognoscunt non tam iure iurisdicção, quam iure domini unius Castri, non possunt seorsum cognoscere, nec seorsum pronuntiare, quia complexam, non separatam habent iurisdicção, & commodum, uel incommo est commune: potest tamen unus alteri uices suas committere, quia sunt ordinarij, & hanc partem sequitur Abb. in d. cap. prudentiam, num. 12. extra de officio iud. deleg. & Imola in l. tunc autem, sub nu. 11. ff. de re iud. & Decius in d. cap. prudentiam, num. 48. col. 4.

39 Et quamuis alij uoluerint non obstante consideratione commo communis posse quemlibet exercere iurisdicção in solidum, & locum esse præuentioni, modo mulctæ, & alia commoda, communitentur cum alijs pro portionibus hæreditarijs, inter quos est Imola in d. cap. prudentiam, num. 15. col. 4. & Cuman. in d. l. Pomponius,

40 vel potest dici, quod licet tunc unicuique hæredes compe-

41 sub num. 1. uer. tamen quod dicitur, col. 1. & ibi Angel. num. 4. & ibi Alex. in d. l. si uni, numero 15. col. pen.

Attamen Iason dicit Bartoli sententiam esse fequendam tamquam tutiorem, licet affirmet hanc esse quæstionem pro amico, in d. l. tunc autem, nu. 4. col. pen. ff. de re iud.

Contrarium uero, ut scilicet ex pluribus dominis non possit unus exercere iurisdicção sine alijs, adducitur, quod cum ad istos hæredes deuoluta sit iurisdicção iure successionis paternæ, non potest ipsis ut singulis competere, sed ut corpori hereditario, & ideo cum omnes fungantur iure unius defuncti, non possunt ut singuli, sed ut successores prædictam iurisdicção coniunctim exercere, & hanc partem tenuit Guliel. de Cuna quem sequitur Bald. in l. 1. num. 7. uer. septimo quæro, col. 2. ff. de off. consul. & ibi Alber. nu. 5. uer. item pone, tres sunt, col. penult. ubi refert Raynerium idem tenentem, & hoc idem egregiè sequutus est Paulus de Castro in d. l. Pomponius, num. 6. uer. quid autem si deceſſerit, col. pen. ff. de re iud. & Anton. de Butr. in d. cap. prudentiam, sub nu. 15. uer. secundo casu minus principali, col. 4. extra de off. iud. deleg. & Domin. in cap. fin. col. fin. uer. tertio casu principali, de arbitr. in 6. & Socin. in consi. 272. non prosequendo, num. 5. uer. sed si fuisset feudum, vol. 2. & Iacobin. de S. Georg. in uerbo, Marchio in Italia, in quæstione, quæ incipit, dubitatur etiam Magnus, de feudis, ubi dicit in secreto iuris hanc opinionem esse ueriores, licet subiungat se uidisse iudicari pro opinione Bartoli, & hanc eandem opinionem similiter Iason dixit esse satis rationabilem, & æquam in d. l. tunc autem, sub numero 2. uer. extra glossam, col. 1. ff. de re iud. & Boer. in decis. 5. in prin. & in trac. de custodia carc. nu. 65. uer. quid dicendum.

Nec obstant allegata in contrarium, & in primis, quod isti sunt ordinarij, & consequenter debent habere iurisdicção in solidum, quæ competit in solidum, pluribus ordinarijs. Quia respondetur hoc esse uerum, quando ab initio quilibet ordinarius habuit iurisdicção distinctam, ac in solidum: sed isti hæredes licet sint ordinarij, non tamen ab initio habuerunt iurisdicção distinctam, sed ex eo quod successerunt patri, eam simul habuerunt, ergo simul exercere debent, ut tradit Alber. in dicta l. prima, numero 5. col. penult. ff. de off. consul.

Rursus non obstat, quod iurisdicção sit indiuisibilis, & ob id in hæredes transit in solidum. Quia respondetur, quod quamuis iurisdicção sit penes singulos in solidum, tamen exercitium iurisdicção est penes omnes, propter quod non potest unus cognoscere, sed omnes debent ponere unum officialem, qui nomine omnium iurisdicção exerceat, ut ait Castren. in d. l. Pomponius, num. 6. ff. de re iud.

42 Vel potest dici, quod licet tunc unicuique hæredes compe-

43

44

45

46

47

48

49

50

51

41 **Competat iurisdictio in solidum, tamen eis competit complexiue, non autem separatiue, ut tradit Bald. in d. c. fin. num. 12. col. 3. extra de senten. & re iud. & Iacobin. in d. uerbo, sed dubitatur, columna 2.**

45 **Quam sententiam si malueris amplecti, ut potest satis æquam, & probabilem, limitabis, ut non procedat in feudo nouo acquisito a duobus fratribus, qui cum iurisdictio ab initio habeant & a domino directo, censentur illam habere in solidum, tum quia sunt ordinarij constituti, qui regulariter habent iurisdictio in solidum, ut uidimus, tum etiam quia iurisdictio in dubio censetur tradita in solidum, ut inquit Bartol. in d. l. si uni, in princip. ff. de re iud. & ibi Iason, num. 7.**

46 **Et hoc idem aperte sentit Ant. de Butr. in d. c. prudentiam, sub num. 15. uers. si uero dat iurisdictio, colum. 4. extra de off. deleg. ubi ait, quod quando iurisdictio datur pluribus respectu territorij, tunc quilibet habet solidam iurisdictio, & exercitium, nisi aliud dictum sit, siue unum tribunal, siue diuersa dentur, & hoc idem sequitur Gemin. in d. c. fin. colum. fin. uers. si uero datur iurisdictio, de arbitr. in 6. & collegium Bononiense inter consilia Curtii senioris in d. conf. 50. num. 15. colum. 7. & Imola in d. cap. prudentiam, num. 15. uers. item aduerte, colum. 4. in prin. & Curt. sen. in conf. 49. num. 52. uers. secundo elicitur alia conclusio, colum. 31.**

47 **Ex quo notabiliter infertur, quod si mortuis dictis fratribus, superstitibus fuerit, & puta tres filii ex uno, & quattuor, uel plures filii ex altero, primi tres ex persona patris habebunt uniti, non autem singuli iurisdictio in solidum, & alij quattuor similiter patrem suum repræsentantes eandem iurisdictio in uniti, non autem separati in solidum habebunt per rationes allegatas, sic etiam uidemus in iure patronatus idem euenire, nam plures filii unius patroni, quoad rectoris præsentationem pro una uoce reputantur, ut patet in clem. plures, de iure patronat. & notat glos. in c. 1. in uerbo, diuidi, extra eo.**

48 **Secundò limitabis, ut prædicta sententia procedat in feudis hæreditariis, in quibus cum iurisdictio capiatur ex persona defuncti, omnes hæredes uice unius personæ habentur, & in his terminis omnes allegati Doctores loquuntur: at secus in feudis & ex pacto, & prouidentia competentibus: nam cum uocati in inuestitura capiant iurisdictio nem a superiore, censentur ab illo constituti ordinarij, & consequenter in solidum, quoniam ut dixi, iurisdictio in dubio censetur tradita in solidum, quod est admodum notabile, cum possit quotidie in practica euenire, quod quidem est uerum, & quoniam Princeps iurisdictio concessit per uerba distributua, ut tradit collegium Bononiense inter consilia Curtii senioris, in conf. 50. præfens consultatio, sub num. 13. uers. quæ uerba, scilicet columna 6.**

49 **Sed si illam concessisset per uerba collectiua,**

50 **tunc iurisdictio competeret omnibus non ut singulis, sed ut uniuersis, ut tradit Socin. in d. confilio 272. sub num. 3. uers. quibus præmissis, colum. 2. uolum. 2. ubi ait, quod iurisdictio concessa toti familie, & domui de Rangonibus, intelligitur concessa ipsis ut uniuersis, & non ut singulis, cum illud nomen collectiuum familiæ, ad uniuersos referatur, & ideo tali casu non attenditur quid singuli uelint, sed quid maiori & parti placuerit, de qua re an, & quando maior pars sufficiat, uide Decium in d. c. prudentiam, num. 37. uers. & subiicit Abbas. col. 3. extra de offi. iud. deleg.**

51 **Tertiò limitabis, quando vnus aliis condominis & non conquerentibus iurisdictio in solus exercet, tunc enim illius acta ualent, licet enim iurisdictio in exercitium sit commune, ex eo tamen quod singuli habent iurisdictio in solidum, potest eam vnus exercere efficaciter, quando alij debito tempore non contradicunt, ut ait Additio nator ad Decium in conf. 249.**

52 **Et iste solus habebit omnia lucra, quæ dantur causa laboris, ut inquit Felyn. in d. c. prudentiam, num. 5. extra de off. deleg.**

53 **In tertia questione, qua queritur, an dominis contraria præcipientibus subditi teneantur obedire. concludendum est, quod aut ipsi ut uniuersi habent in solidum iurisdictio, & tunc singulorum præcepta non ualent: aut singuli habent iurisdictio in solidum, & tunc cum nullus possit duobus dominis contraria præcipientibus obedire, ut diuina attestatur ueritas, dicendum est, subditos non esse contumaces, si illis non obtemperauerint, tum quia impossibilium nulla est obligatio, cap. nemo potest, de reg. iur. in 6.**

54 **Tum etiam, quia iurisdictio omnium uidetur esse impedita per contrarium concursum: quoniam ubicumque concurrunt due uirtutes paris potentie, tantum iuris habet una ad resistendum, quantum altera ad obtinendum, ut ait Florian. in l. Sabinus, num. 3. titu. commu. diuidu.**

55 **In tali autem casu possunt subditi cogere dominos ad inuicem concordandum & in iurisdictio in administratione, uel si habent superiorem, coram ipso instare, ut cogat dominos inferiores inire concordiam, uel alternis annis administrare, ut notauit glos. in c. licet, in uerbo, conuenit, in fine. 16. q. 3. ubi tradit, quod si in confinio duorum & episcopatum sita erit Ecclesia parochialis, censetur inter duos Episcopos esse communis, & in ea iurisdictio in solidum singuli habebunt, qui si in Ecclesiæ dispositione discordabunt, ad officium Iudicis pertinebit, eos cogere, ut ineant concordiam, uel decernere, ut alternis annis disponant, per textum in l. quoties. ff. de usufr. & in clem. plures, de iure patronat. & hoc in terminis nostris notauit Marti. de Laude in quæst. 526. de principe. ubi ait, quod quando est discordia inter duos dominos, qui successerunt Duci, uel Comiti in exercitio iurisdictio, quia vnus vno modo, & alter alio modo uult uti, tunc poterunt compelli a subditis**

56 **illis mediante Imperatore, uel alio eorum superiore, ut inuicem concordentur, uel ut alternis utriusque honoribus, quod idem confirmauit Abb. in c. fin. num. 5. uers. in alijs autem, colum. 2. extra de senten. & re iud. & Alex. in conf. 7. in consultatione, num. 13. uers. confirmo prædicta, & in conf. 25. attentis, num. 3. uers. ex quo infert, uolum. 5. & Decius in conf. 249. in casu de quo queritur, colum. 1. & Boer. num. 61. uers. sed ipsis filiis discordantibus, de custod. clau. & in decis. 5. & Roma. in sing. 759. sunt sub regina, & Felyn. in d. cap. prudentiam, sub nu. 5. uers. sed quod erit remedium, colum. 2. extra de offi. iud. deleg. & Socin. in d. conf. 272. sub num. 5. uers. & proditum est remedium, vol. 2. & Curt. senior in conf. 25. tria, num. 5. uers. & quando plures sint domini, col. fin. & Ruin. in conf. 29. plura, col. pen. uers. & per hoc subditi. vol. 5.**

57 **Nec solum possunt ad instantiam subditorum cogi domini ad concordiam, sed etiam vnus ex dominis potest condominos cogere ad diuisionem iurisdictio, quando ex ipsorum discordia timor scandali immineret, etiam si prouocans ad diuisionem esset minor, ut notat Alex. in d. confil. 7. sub num. 13. usque ad finem, uol. 5. & Socin. in conf. 68. uis inuestituris, col. fin. num. 5. vol. 1.**

58 **Plures autem sunt modi, quibus domini inuicem discrepantes possunt ad concordiam facillimè reduci, inter alios autem primus est ille, quem supra exposuimus, & quando scilicet inuicem conueniunt, ut alternis annis iurisdictio in exercere, id est, ut vnus vno anno, & alter alio administret, per textum in clem. plures, de iure patron. & in l. quoties. ff. de usufr. & notant omnes Doctores superius allegati.**

59 **Qui modus tunc ualdè congruit, & potissimè laudabilis est, quando agitur de unius castri, uel unius ciuitatis diuisione, in qua quoniam monstrosus est, ut duo tribunaia, & uelut in corpore humano duo capita, constituantur, ut traditum est in c. quoniam in plerisque, in uerbo, prohibemus, extra de off. ordin.**

60 **Ideo pro bono publico optimum remedium est, ut quilibet alternis annis iurisdictio in solus exercere, ut diximus, & notat Alex. in d. conf. 25. num. 17. cum seq. uers. nec obstant etiam, uolum. 5. & Socin. in d. conf. 68. num. 29. uers. secundo principaliter, uolum. 1. & Crau. in conf. 318. col. 4. in fine.**

61 **Adeo que uile, & opportunum est huiusmodi remedium, ut procedat non solum in feudis diuisibilibus, sed etiam in eis, quæ sunt indiuisua, quæ sunt feuda Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quæ quamuis de iure & communi feudorum nequeant diuidi, ut cauctur in c. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feu. alien. per Federic.**

62 **Attamen hoc intelligitur esse uerum de uera, ac propria diuisione feudi, ac iurisdictio, quæ nullam recipit diuisionem: sed secus, quoad exercitium, & administrationem iurisdictio, quæ bene recipit diuisionem eo modo, quo diximus,**

63 **ut quis alternis annis administrationem exerceat, ut inquit Alex. in d. conf. 2. sub num. 9. uers. & hæc ueniunt corroboranda, colum. 3. uolum. 5. & Socin. in d. conf. 68. num. 29. uers. secundo principaliter, uolum. 1. & in conf. 278. colum. 2. uers. secundo etiam dico, uolum. 2. & Curt. senior in confilio 68. Dominus Ioannes, sub num. 13. uers. quinto accedat, colum. 9. & Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum, sub num. 90. uers. cæterum quamuis, colum. pen. extra de constit. & Iason in d. c. stipulationes, uers. diuiduntur, sub num. 31. uers. limita istam conclusionem, col. 19. ff. de uerb. oblig.**

64 **Secundus modus est, quando superior mādatur, uel ipsi domini sponte conueniunt, ut vnus & officialis de communi consensu electus iurisdictio in nomine omnium exercere, ut tradit Castren. sic esse faciendum, in l. Pomponius, num. 6. uers. debent ergo, colum. 3. ff. de re iud. & Boer. in decis. 5. num. 2. uersiculo, & si concordare non possunt, colum. 1.**

65 **Qui quidem officialis administrabit nomine omnium pro rata iurisdictio in unicuique competentis, & lucra, & confiscationes, & alios fructus iurisdictio in applicabit non æqualiter, sed pro dominica portione, ita ut qui plus habet iurisdictio in, plus habeat confiscationis, ut tradit Bald. in l. feruus communis, in princ. ff. de stipul. feruo. & Iacobin. de Sancto Georgio de Homaigis, in 2. parte, de roidis siue operis, sub num. 10. uers. sed pone sunt plures, colum. 4. & Boer. in d. decis. 5. num. 6. colum. 2.**

66 **Tertius modus est, ut totum castrum adiudicetur & uni, & æquivalentia, uel debita compensatio retribuatur alteri in tot bonis allodialibus, uel in pecunia, quam adiudicationem posse fieri attestatur egregia glos. in l. si familia, in uerbo, pro parte, uers. item quid si uni assignetur. C. famil. ercisc. ubi dicit per diuisionem Iudicis posse uni totum allodium assignari, & alteri feudum, & hoc idem notauit Bald. ibi, num. 6. uers. ex qua glos. col. fi. & in cap. omnes, num. 3. in uerbo, ad vnum, si de feudo fuerit controuersa inter domin. & agnatos, & in l. 1. num. 8. in quæst. 9. ff. de rerum diuis. & Aluarot. in d. cap. 1. §. præterea ducatus, num. 7. uers. & fiat ista diuisio, colum. 7. de prohib. alien. feud. per Feder. & Alex. in conf. 30. uis, num. 4. uers. quinimmo dicit, uolum. 6. & Salycet. in d. l. si familia, sub num. 6. uers. quæro cum glossa, col. 2. & Curt. senior in d. conf. 68. uers. hanc sententiam firmavit, colum. 3. & Soci. in d. conf. 68. num. 30. uers. tertio respondetur, uol. 1.**

67 **Quæ res adeò uera est, ut procedat siue feudum sit diuisibile, siue sit indiuisibile, ut est Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, nam nihilominus poterit in diuisione assignari integraliter uni, & totum allodium alteri, ut inquit Bald. in cap. 1. §. præterea Ducatus, num. 7. uers. pone duo fratres Marchiones, colum. pen. de prohib. feudi alien. per Feder. & ibi Aluarot. colum. pen. & Curt. in d. conf. 68. sub num. 14. colum. 10. & Iason in d. l. stipula-**

66 **Stipulationes** non diuiduntur, sub num. 31. vers. secundo limita, colum. 19. ff. de verb. obligat. & Socin. in d. conf. 68. num. 30. vers. tertio respondetur, volum. 1. & in d. conf. 276. sub num. 2. vers. tertio, nam licet, vol. 2.

Et hoc quidem intelligitur esse verum, quando assignatio feudi facta fuit sine fraude: ceterum si partes assignassent totum feudum illi, qui filios haberet, & totum allodium illi, de quo nulla spes foret, quod habiturus esset filios, vel propter aetatem, vel propter aliud impedimentum, tunc diuisio censeretur facta in fraudem superioris, ad quem feudum pro parte ob lineam finitam esset deuoluendum, ut tradit Iacobin. in verbo, Marchio in Italia, num. 7. vers. quid autem si duo Marchiones, de feud. & Aluarot. in d. §. praeterea Ducatus, sub num. 8. vers. & hoc intelligas, colum. pen. & ibi ante ipsos, Andr. de Ifern. vers. & sic est intelligendum, col. 1. in fine, & Ruin. in conf. 10. questio, col. pen. vers. immo melius, & commodius, vol. 1.

67 **Quartus** modus est, quando agitur de pluribus oppidis, nam potest in diuisione vnum oppidum assignari vni, & aliud oppidum alteri, & ubi esset disparitas oppidorum, vel Castrorum, debet Iudex aestimatione facta, illum, cui assignatum fuit Castrum maioris valoris, condemnare, ut alterum dominum pari precio compenset. l. ad off. C. commun. diuid. & ita notat Alex. in d. conf. 25. num. 18. vers. sed in casu nostro, volum. 5. & Socin. in d. conf. 68. num. 31. vers. quarto respondetur, vol. 1. & Curt. senior in d. conf. 68. sub num. 14. colum. 10. in fine, & Ruin. in conf. 29. plura, num. 17. vers. secundo isto casu, vol. 5.

68 **Nec** per talem Castrorum diuisionem censetur diuisa iurisdictio, quia cum sit quid incorporale, non potest quoad substantiam diuidi, sed censetur diuisa iurisdictio administratio in singulis oppidis, & concludit Bartol. in l. inter tutores, num. 6. vers. & praedicta multum diligenter, colum. fin. in fine. ff. de admin. tut. & Abb. in c. prudentiam, sub num. 12. vers. & alibi, colum. 4. extra de off. deleg. & ibi Ant. de Butr. vers. secundo casu minus princip. colum. pen. & Ioan. de Imola, nu. 6. vers. quid autem si tales, colum. 4. & late collegium Bononiense inter consilia Curtii senioris, in d. conf. 50. num. 15. col. 7.

69 **Ex** quo inferitur, quod si vnus ex illis dominis delinquat in territorio alteri assignato, non poterit ab altero puniri: quia cum iurisdictio non sit diuisa, sed communiter penes singulos remaneat, par in parem non habet Imperium, ut Bartolus, & Abb. & Imola, & Butr. in dictis locis adnotauerunt, & Anchar. in capitu. postulafti, sub num. 32. vers. & aduertendum, extra de foro competen. & Bald. in cap. 1. §. praeterea ducatus, num. 5. vers. cuiusdam militi, de prohib. feu. alien. per Feder. & iterum Bartol. in l. fin. ff. de rerum diuisione, & Castrenf. in l. est receptum, num. 3. vers. sed pone. ff. de iurisd. omn. iud. & Alex. in d. l. caetera. §. 1. ff. de leg. 1. & Felyn. in d. cap. prudentiam, num. 4. vers.

nota tamen, extra de off. deleg. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & ibi Decius, num. 51. vers. ex praedictis inferitur, & Lucas de Penna in l. nihil. num. 9. vers. sed pone duo sunt. C. de palat. sacrarum largit. lib. 12. & Felyn. in d. c. quae in Ecclesiarum, sub num. 90. vers. ceterum quamuis, colum. pen. de constit.

70 **Contrarium** tenuit Rota in decis. 3. alias 246. nota quod si sunt barones duo habentes, de foro compet. in antiq. ubi ait, quod per delictum amittitur priuilegium, & ideo condominus poterit illum punire non ut parem, sed ut priuatum, quia reatus excludit omnem honorem, l. C. ubi senat. uel clarif. & hanc eandem sententiam sequitur Angel. in d. l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iud. ubi tradit, quod maior, & aequalis se possunt subiectione iurisdictioe paris, & minoris, sicut faciunt Papa, & Imperator, cum suam causam in arbitros compromittunt, aut causam delegant ad instantiam litigantis, & subiungit, oportere, ut ista submissio in maiori sit expressa, sed in pari putat sufficere tacitam. ex quo inferitur, quod si sunt duo domini eiusdem Castrum pari fuerint imperio, & vnus delinquit, aut contrahit in Castro, eo ipso tacite intelligitur se submittere iurisdictioe, & Imperio condomini sui.

71 **Tenendo** primam opinionem, quae secundum Castrensem est verior, & secundum Felynum est communis, respondebis ad Rotam, verum esse, & per delictum perditur priuilegium, quando agitur coram Iudice competenti, alias secus, ut tradit Alber. in l. fin. in fine, ff. de rerum diuis.

72 **Ad** Angelum vero responderetur, quod illa tacita submissio non sufficit in pari, qui contrahendo, vel delinquendo non efficitur subditus in loco, ut notat Felynus in dicto capit. prudentiam, num. 5. columna 2.

73 **Declarabis** tamen, ut prima opinio procedat, quando quis delinquit in Castro communi, ac indiuiso: tunc enim, cum vterque sit aequalis in iurisdictioe, ac administratione, non potest ab alio aequali domino puniri, & ita quicquid Rota, & Angel. dixerint, loquitur in uno Castro indiuiso Bartol. in d. l. fin. in fine. ff. de rerum diuis. & ibi Bal. in prin. & Alber. num. 5. vers. vltimo facit, col. fin. & Fulgos. num. 6. vers. vltimo facit ad questionem, & iterum Bartol. in l. Lucio, alias cum constet. §. inter duos, in prin. ff. de aqua quotid. & estiuu, & Lucas de Penna in d. l. nihil. num. 9. & Castrenf. in d. l. est receptum, num. 3. ff. de iurisd. omn. iud. & Alex. in l. caetera. §. 1. ff. de leg. 1. & Roman. in l. haeres per feruum, in fine. ff. de acquir. haeredit. & ibi Bald. & Castrenf. nu. 3.

74 **Quae** quidem declaratio ampliatur, ut procedat etiam in Castro diuiso, vel in pluribus Castris diuisis quoad administrationem, non autem quoad iurisdictioem in illis feudis, quorum iurisdictio diuidi non potest, ut est Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, & ita in pluribus Castris eo modo diuisis loquitur Bartol. affirmans delinquentem non

75 **non** posse puniri in d. l. inter tutores, num. 6. ff. de admin. tutor. & Bald. in cap. 1. §. praeterea Ducatus, num. 5. vers. cuiusdam militi, de prohib. feu. alien. per Feder. & Abb. in cap. prudentiam, sub num. 12. vers. & alibi, de off. deleg. & ibi Ioan. de Imola, nu. 6. vers. quid autem si tales, col. 4. & Felyn. nu. 4. vers. nota tamen, col. 2. & Decius, nu. 51. vers. ex praedictis inferitur, col. 5. & Iacobin. de S. Georgio sub verbo, Marchio in Italia, sub illis verbis, dubitatur etiam, num. 3. sed restat videre, de feudis, & Felyn. in d. cap. quae in Ecclesiarum, sub nu. 91. col. pen. extra de constit.

76 **Verum** animaduertere oportet, quod Bartolus in primo casu, in quo loquitur de Castro indiuiso, considerauit paritatem non solum dignitatis, sed etiam administrationis, ut patet in d. l. fin. col. fin. ff. de rerum diuis. & eandem paritatem administrationis ibi quoque ponderauit Alber. num. 5. colum. fin. & Lucas de Penna, in d. l. nihil, num. 9. & Bald. in cap. 1. in fine, qualiter debeat iurare vassal. domino fidelitat. vbi tradit, quod maior administratione potest alterum condominum punire, & sequitur Iacobin. in loco iam citato, numero quarto.

77 **Quae** quidem administrationis paritas si habenda est in consideratione, falsa erit opinio Bartoli in secundo casu, in quo agitur de diuisione duorum Castrorum, quibus diuisis licet domini sint pares dignitate propter iurisdictioem indiuisam vnicuique competentem, ex eo tamen, quod non sunt pares in administratione Castrum vnicuique assignati, videtur dicendum, quod delinquens, aut contrahens in loco deputato alterius administrationi, poterit ab ordinario Rectore puniri. Vnde cogita, quoniam nulli Doctores ad hanc Bartoli traditionem animaduertunt, nisi saluando Bartolum dixeris, quod licet sit diuisus vsus iurisdictioe, tamen vnus per alium videtur iurisdictioem exercere, id est partem sibi assignatam per se, & partem aliis assignatam, per alios, & hoc modo semper erit paritas iurisdictioe, & exercitij, ut considerat idem Bartol. in l. cum constet. §. 1. ff. de aqua quotid. & estiuu.

78 **Porro** si vis communem sententiam in vtroque casu amplecti, imitabis eam, ut non procedat in feudis, quorum territorio inest iurisdictio, nam diuiso territorio censetur quoque iurisdictio diuisa, & delinquens in territorio alterius per diuisionem assignato, poterit ab eius domino puniri, ut eleganter tradit Bald. in d. cap. 1. §. praeterea Ducatus, sub num. 5. vers. & loquendo in feudo Marchiae, colum. 2. de prohib. feudi alien. per Feder. vbi ait, quod aut loquimur in feudo indiuiduo, ut est Ducatus, Marchia, & Comitatus, & tunc verum est, quod eius iurisdictio non potest diuidi: aut loquimur in feudo diuisibili, cuius territorio inhaeret iurisdictio, & tunc ibi cadit diuisio iuris iurisdictioe, cuius opinionis fuit etiam Bart. in l. a bor. §. fin. ff. comm. diuid. vbi loquendo in vnico Castro tradit, quod aut iurisdictio cohaeret

79 **personae**, & non venit in iudicio diuisorio, quia in corporalia non diuiduntur: aut iurisdictio cohaeret Castro, vel territorio, & tunc sicut Castrum, & territorium potest diuidi, ita eodem modo diuiditur iurisdictio, quod idem notauit Alex. in dicto conf. 25. num. 4. volum. 5. & Socin. in d. conf. 68. num. 45. vol. 1.

80 **Et** quamuis collegium Bononiense tenuerit, ut neque diuiso territorio censetur diuisa iurisdictio, sed solum exercitium, ut patet in consil. 50. num. 15. vers. & quod iurisdictio, colum. 7. inter consilia Curt. senioris.

81 **Attamen** praecedens opinio est communior, & tutior, quam tenuit etiam Curt. senior in consilio 68. vers. & sic diuidendo territorium, col. 3.

82 **Ex** quo inferitur, quod delinquens in territorio diuiso quoad iurisdictioem, & administrationem, poterit ab eo cui fuit assignatum territorium, puniri secundum Bal. superius relatum, quem sequitur Alex. in d. consil. 7. num. 9. vers. & per hoc subiungit etiam Bald. colum. 3. uolum. 5. & Castrenf. in d. l. est receptum, numero 3. vers. non sic quando habent territoria, ff. de iurisd. omn. iud. & Decius in d. c. prudentiam, num. 59. vers. secundo praedicta conclusio, extra de off. deleg. & Iacobin. de Sancto Georgio in dictis verb. dubitatur etiam, num. 3. sub verbo, Marchio in Italia, de feudis, & Aluarot. in d. c. 1. §. praeterea ducatus, sub numero 7. vers. & ex praedictis inferitur, colum. antepen. & Curt. senior in d. consilio 68. sub numero 11. vers. sed loquendo in alio feudo, col. 8.

83 **Secundo** praedicta sententia limitatur, ut non procedat, quando illi domini non recognoscerent superiorem, nam tunc vnus delinquens poterit ab alio condomino puniri, quod mihi satis absolum videtur. sed hanc limitationi posuit Bal. in c. 1. in fine, qualiter debeat iurare vassal. domino fidelitat. & Iacobin. in d. verbis, dubitatur etiam, num. 4. colum. fin. & Alber. in d. l. fin. numero 5. vers. idem non habebat tunc superiorem. ff. de rerum diuis.

84 **Imo** subiunxit Iacobinus, quod idem iuris esset, etiam si recognoscerent superiorem, sed tamen aditus ad illum esset difficilis, uel esset talis, qui non posset resistere.

85 **Tertio** limitatur, quando periculum foret in mora, ut quia esset periculum tumultus, & scandali, nam tunc dominus alterum condominum punire potest, ut tradit Bald. in d. c. 1. in fine, & Decius in d. c. prudentiam, numero 55. vers. & praedictam conclusionem, extra de off. iud. deleg. & Ruin. in d. conf. 29. nu. 18. vers. tertio alia ratione, uol. 5.

86 **Quarto** limitatur quoque ad denuntiationem: licet enim dominus non possit alterum dominum delinquentem punire, potest tamen fumere informationes de dicto, & illud denuntiare superiori, ut tradit Anchar. in c. inquisitores, in fine, de haeret. in 6.

Postremo sciendum est, quod in quibus casibus usus

84 **U**sus iurisdictionis inter plures dominos diuiditur; talis diuisio non preiudicat superiori, sed solum habet locum, quoad ipsos diuidentes, ut scripsit Barto. in d. l. inter tutores, in fine. ff. de administr. tutor. ubi per hoc infert, quod propter delictum vnus ex illis, poterit superior et exercere iurisdictionem in bonis utriusque, quod idem sequitur Gemin. in d. cap. fin. colum. fin. de arbitr. in 6. & Felyn. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, sub num. 90. vers. cæterum quamuis, colum. pen. extra de constit. & imola in d. cap. prudentiam, num. 16. vers. quid autem si talis, colum. 4. extra de off. deleg. & ibi Ant. de Butr. in secundo casu minus principali, de qua re videbis Bal. in d. cap. 1. §. præterea Ducatus, sub num. 5. colum. pen. de prohib. feu. alien. per Feder. & iacobin. in uerbo, Marchio in Italia, in illis uerbis, dubitatur etiam, nu. 3. de feudis, & Aluarot. in d. §. præterea Ducatus, sub nu. 7. vers. & ex prædictis infert, col. antepen.

85 Quintus modus est, quando Iudex et mandat, vel ipsi domini sponte conueniant, ut feudum locetur vni ex dominis, uel tertiæ personæ, quæ pensiones pro rata confortibus diuidere debeat. l. cõmuni diuidendo. §. de usufructu. ff. communi diuid. et Aluarot. in d. §. præterea, num. 7. vers. & fiet ista diuisio, colum. 7. & Curt. senior in d. conf. 68. num. 14. vers. & ideo ista diuisio, colum. 10. & Curt. in q. 30. num. 123. vers. sed circa præmissa cadit, in quarta parte, de feud.

Nec iste modus respicit diuisionem iurisdictionis, aut eius exercitii, sed solum respicit fructus iurisdictionis, quorum fructuum et sola diuisio non diuidit iurisdictionem in sui essentia, ut scripsit Bald. in cap. vno delegatorum, num. 9. vers. item diuidendo tempora, columna fina. extra de off. deleg.

86 Sextus modus diuidendi iurisdictiones fit per diuisionem Castri, uel territorij, ut tradit Aluaro. in d. §. præterea Ducatus, num. 7. vers. & fiet ista diuisio, colum. 7. ubi ait, quod et iurisdictiones diuiduntur per diuisionem territorij, & regionis, cautionibus tamen interpositis de se non impediendo ad inuicem, quod idem latius explicauit Bald. in d. cap. vno delegatorum, num. 6. vers. quæro cõ iurisdictione, colum. fin. extra de off. deleg. ubi nota uit, quod iurisdictione potest diuidi mediante territorio, in quo possunt assignari termini distinctiui circumscribentes, & diuidentes, sicut est, quando feudatarij diuiderent inter se quoddam Castrum, quod haberet iurisdictionem, quod utique diuidere possunt, quam conclusionem idem Bald. confirmauit in d. cap. 1. §. præterea Ducatus, sub num. 3. vers. in contrarium videtur, de prohib. feu. alien. per Feder. ubi tradit, quod si fuerint duo fratres habentes vnum Castrum cum iurisdictione, poterunt illud diuidere, ita ut vnus habeat et ultra talem locum, alter citra: unde licet ipsa iurisdictionis substantia non possit diuidi, cum sit incorporalis, diuiditur tamen territorium, cui iurisdictione inest, & idem tenuit Bartol. in d. l. arbor. §. fin. ff. commun.

diuid. & Alex. in d. conf. 7. num. 10. vers. accidit, & in d. conf. 25. num. 4. volum. 5. & Curt. iun. in d. q. 30. num. 123. vers. sed circa præmissa cadit, in 4. par. de feud. & Curt. senior in d. conf. 68. nu. 14. vers. quarto diuidantur, colum. 10. & infra dicitur in septimo modo.

87 Restringe tamen hunc modum, ut procedat solum, quando agitur de pluribus feudis, nam tunc ea possunt diuidi usque ad talem, ac talem locum per diuisionem territorij, sed secus quando agitur de vno Castro et tantum, aut de vna tantum ciuitate, quoniam tunc ipsa, uel eius territorium non potest scindi, tum quia monstruosum est, ut in vno corpore duo capita constituentur, ut iam diximus; tum etiam quia hoc tenderet in præiudicium publicum illius loci, cuius interest, ut territorium non minuatur, & ita hanc materiam declarat Abbas in d. cap. prudentiam, num. 13. vers. aduerteta men, extra de off. deleg. & seq. Alex. in d. conf. 25. num. 17. vers. præterea in casu, volum. 5. & rursus Abb. in conf. 82. quamquam, colum. fin. & Felyn. in d. cap. prudentiam, colum. 2. vers. tribus tamen casibus, extra de off. deleg. & Ruin. in conf. 29. plura, num. 17. vers. secundo isto casu, & col. pen. vers. præterea loquitur, vol. 5.

88 Contrarium, ut scilicet possit vnicum Castrum diuidi, tenuit Bartol. in d. l. arbor. §. fin. ff. commun. diuid. & Bal. in d. §. præterea Ducatus, sub num. 3. & in d. cap. vno delegatorum, num. 6. colum. fina. extra de off. deleg. & in l. si plures, num. 4. vers. sed numquid Castrum, colum. 2. C. de condit. infert. & Alex. in d. conf. 7. num. 10. volum. 5. & Socin. in d. conf. 68. num. 45. vers. quarto quia sicut in feudo, vol. 1. & Decius in d. c. prudentiam, nu. 67. vers. secunda conclusio, col. 5.

Nec obstat, quod duo capita non debeant esse in una ciuitate, quia responderetur, illud esse uerum et in spiritualibus quæ diuisionem non patiuntur, sed secus in profanis, quæ non sunt prohibita diuidi, ut tradit Aluaro. in d. §. præterea Ducatus, colum. 3. in fine, uers. in beneficiis autem, & Decius in d. cap. prudentiam, num. 67. uers. & quia rationes, col. 5.

89 Nec quicquam ualet supradicta ratio publicæ utilitatis, quia tollitur alia publica utilitate, quæ in eo uersatur, quod per diuisionem tolluntur discordiæ dominorum, quæ plerunque sunt noxiæ subditis, ut ait Decius in d. c. prudentiam, nu. 68. colum. 6. & Socin. in d. conf. 68. num. 36. uers. sed stante indiuisione, vol. 1.

90 Quid dicemus? possumus dicere hanc postremam opinionem esse de iure ueriores, sed primam Abbatis esse æquiores, prout ipse Abb. attestatur in d. conf. 82. col. fin.

91 Adhuc restringe, ut iste modus diuidendi iurisdictionem per diuisionem territorij procedat uel in iurisdictionibus allodialibus, uel in iurisdictionibus feuda libus nullam dignitatem habentibus, secus si dignitatem regulariter haberent, ut est Ducatus, Marchia, & Comitatus, quoniam huiusmodi

di iurisdictiones diuisionem non patiuntur, sed re seruantur primogenito, d. cap. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feu. alien. per Feder. & ita tradit Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 90. uers. hanc declarationem, col. antep. extra de constit. & Abb. in d. c. prudentiam, num. 13. & Specul. in §. quoniam super homagiis, num. 56. uers. 34. queritur, titu. de feudis, & Bald. in d. cap. uno delegatorum, num. 6. extra de off. deleg. & Felyn. in d. c. prudentiam, num. 3. col. 2. & Curt. iun. in d. q. 30. nu. 124. uers. secunda principalis regula, in 4. par. de feud. & Bald. in l. si plures, num. 7. uers. fallit etiam. C. de condit. infert. & Decius in conf. 389. uisa longa, col. 2.

92 Quod quidem est uerum de iure communi feudorum, sed hoc fallit de consuetudine, qua potest introduci, ut feuda et regalem dignitatem habentia diuidantur, ut tradit Ioan. Andr. ad Specul. in §. 1. in magna addit. propè finem, col. antepen. uers. non omittam ad intellectum prædictorum, titu. de feud. ubi ait, quod communiter in Italia, & certis partibus Alemaniarum, & ceterarum prouinciarum Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & oēs aliæ dignitates præter regnum diuiduntur, nec ius primogenituræ seruat in illis, sed equalibus portionibus diuiduntur, sicut allodia, quæ consuetudo defenditur, quia dicitur introducta Imperatoribus scientibus, & hoc idem confirmauit Bald. in d. cap. 1. §. præterea ducatus, num. 3. uers. & nota quod ubi esset, col. 2. ubi ait, posse talia feuda diuidi, quando adesset consuetudo diuidendi, quia nullum est ius merè positium, quod consuetudine mutari non possit, & idem attestatur ibi Aluaro. uers. & intellige prædicta, col. 3. in prin. & Andr. de Ifern. in prin. & Oldrad. in conf. 237. perlestit, uer. uerum a iure primogenituræ, col. j. & egregie Curt. senior in d. conf. 68. num. 13. uers. quarto principali fundamento, col. 9. ubi plures diuisiones refert, & latè Socin. in d. conf. 68. sub num. 25. uers. his tamen non obstantibus, vol. 1. & Alex. in d. conf. 6. uisa, nu. 2. uers. tamè est aduertendum, & melius in d. conf. 25. sub num. 7. uers. fortificatur etiam prædicta, vol. 5. & in conf. 30. in princip. vol. 6. & Cur. iun. in d. q. 19. sub num. 121. uers. secundo limitatur, & uersiculo, octauo potest colligi, in 4. par. de feud. & Grat. in conf. 4. dubitatur, num. 29. vol. 1. & Clar. in q. 44. §. feudum, & lason in d. l. stipulationes non diuiduntur, sub nu. 31. uers. tertio regulariter limita, col. 19. ff. de verb. obligat. & Ruin. in conf. 29. num. 19. uers. & ad confirmationem, uol. 5. & iterum Socin. in conf. 278. col. 2. uers. sed præmissis non obstantibus, col. 2. & Gail in obser. 153. et si feuda, lib. 2. prac. obseruat.

93 Hæc autem consuetudo probanda est ab eo, qui et eam allegat, nec sufficeret generaliter probare consuetudinem, sed specialiter probanda est in casu, de quo agitur, quia regulariter consuetudo et non extenditur ad casus similes, ut notat Crau. in conf. 96. dominus, nu. 4. uers. circa secun-

dum, col. 2. & latè Fely. in c. auditis, nu. 10. cõ seq. uers. est igitur regula, extra de præscript. & in terminis, Alex. in d. conf. 6. num. 2. vol. 5. & pulchrè Curt. iun. in d. q. 30. sub num. 122. uers. secundo limitatur, in 4. par. de feud. ubi ponit quod sit probandum in hac consuetudine, & Decius in d. cõf. 389. uers. non obstat quod textus, col. pen. & Ripa in conf. 25. sub nu. 17. uers. unde si emptor, libro 2. de rescript.

94 Rursus fallit, quado de voluntate superioris diuisio fieret: tunc enim feuda regalia licet et possent diuidi, ut refert Bald. in d. c. vno delegatorum, sub nu. 6. col. fin. extra de off. deleg. ubi ait, quod Princeps potest diuidere regales dignitates, licet Barones eas diuidere nequeant, quod idem confirmat Ifern. in d. §. præterea ducatus, in principio, ubi scripsit Comitatum, & Marchionatum non posse diuidi sine consensu Principis, uel sine priuilegio, aut consuetudine, idemque approbavit ibi Aluarot. col. 3. affirmans Imperatorem posse facere, ut feuda maiora diuidantur, quia iura feudorum et positiua arbitrio suo tollere potest, nec puto in isto Principis consensu esse necessarium consensum agnatorum, licet de hac re dubitauerit Cur. iun. in d. q. 30. sub nu. 122. uers. quinto principaliter fallit, in 4. par. de feud. & quod ex priuilegio, uel consensu Principis possint feuda titulata diuidi, tenuit indistinctè Curt. senior in d. conf. 68. num. 10. uers. tertio principali, & solido fundamento, col. 8. & Ruin. in d. conf. 29. in fin. vol. 5.

95 Item fallit, quando fieret per adiudicationem totius feudi, uel quado fieret per diuisionem exercitij, & usus iurisdictionis, ut dixi in primo, & secundo, & tertio modo.

96 Iterum fallit, quando esset dubium, ne partes uenirent ad arma, quia tunc feuda dignitatem et regalem habentia licet possent diuidi, ut consuluuit Soc. in d. cõf. 68. nu. 36. uers. sed stante indiuisione, vol. 1. & Alex. in d. conf. 7. nu. 11. uers. sexto probatur, vol. 5. & Curt. iun. in d. q. 30. sub nu. 122. uers. septimo principaliter fallit, & Curt. senior in d. cõf. 68. uers. ultimo confirmantur, col. pen.

97 Adhuc fallit, quando feudum dignitatis ab initio pluribus et fuisset concessum, nam tunc cõsetur esse natura diuisibile, cum unicuique sit concessum pro uirili, secus quando ab initio fuit penes unum, & postea peruenit ad plures hæredes eius, qui loco vnus habentur, ut ait Socin. in d. conf. 68. sub num. 31. uers. quinto responderetur, uol. 1. & Grat. in conf. 4. num. 36. uers. secundo demonstratur, uol. 1. uidebis tamen in contrarium Afflic. in c. 1. §. præterea Ducatus, num. 3. uers. secunda lectura, de prohib. feu. alien. ubi dixit etiam Comitatum, uel Ducatum esse indiuisibilem, quando ab initio fuit datus duobus.

98 Denudò fallit, quando plura loca, uel plura Castra separatam iurisdictionem habentia in feudum Comitatus, uel Marchionatus, aut Ducatus et concessa fuissent, nam tunc in illis admitteretur diuisio, licet secus sit, ubi feudum Comitatus, uel Ducatus vnus

103 **I**n iurisdictione concederetur, ut notavit Soc. in d. cōf. 68. sub nu. 3. 1. ver. quarto rñdetur, vol. j. & i. d. cōf. 278. sub nu. 2. ver. quarto pcedit, vol. 2.

104 **I**tem fallit, quando t̄ in prædictis feudis Ducatus, Marchiæ, & Comitatus non servaretur primo genitura: nam tunc cum ex successione pertinerent ad omnes filios, possent etiam inter seipos diuidi, vt egregiè consuluit Socin. in d. conf. 278. versic. quinto quia cum tale, col. 2. vol. 2. & Curt. senior in d. conf. 68. in 2. dubitatione, nu. 8. vers. sed præmissis non obstantibus. col. 6.

105 **P**ostremò fallit quoad fructus t̄ & commoditates prouenientes ex Castris, & locis temporalibus pertinentibus ad ipsas dignitates, nam tunc illæ diuidi possunt, cum sit diuersa ratio in illis secundum Albericum, quæ sequitur Curt. iun. in d. q. 30. sub num. 122. vers. decimo pro limitatione, in 4. par. de feud. & Curt. iunior in d. conf. 68. nu. 9. vers. secundo principaliter confirmo, col. 7.

106 **S**eptimus modus diuidendi feudat̄ fit per diuisionem vasallorum, secundum Bald. in l. liberti, nu. 44. vers. quæro an vasalli, C. de oper. libertor. vbi inquit, quod vasalli possunt diuidi numero inter dominos, & idem repetiuit in l. si plures, num. 5. vers. item, & ius vasallorum. C. de condit. infert. & in d. c. v. o. delegatorum, sub nam. 8. vers. item diuidendo, colum. fin. extra de off. deleg. vbi allegat textum in l. possessionem, C. comm. vtriusque iud. & Curt. senior in d. conf. 68. sub num. 13. vers. & dixit Bald. colum. 9.

Quod profecto intelligitur esse verum duobus concurrentibus, quorum primum est, vt vasalli diuidantur vna cum territorio, vt dixi in præcedenti modo, & notat Bald. in d. l. si plures, num. 5. vers. item, & ius. C. de cond. infert. concessio enim t̄ Castro, vel parte Castris, veniunt vasalli in consequentiam territorij, cuius glebis sunt affixi, quoniam eos vniuersitas territorij terret, & circumscribit, ut tradit Bald. in conf. 97. proponitur, num. 2. col. 1. in fine, uolum. 3.

Alterum est, quod uasallorum consensus accedat, alioquin ipsi contradicentibus, t̄ non possunt per diuisionem territorij diuidi, quando scilicet agitur de vnus Castris diuisione, cum non intersit subditorum, ut vniuersitas eorum separetur, & eorū uillæ diuidantur, ut inquit Crau. in conf. 318. vers. tertio principaliter posito, colum. 4. & sup. numero 90.

Cuius opinionem satis equam arbitror, sed contraria sententia de stricto iure uerior est, per ea quæ dixi in prima restrictione sexti modi.

Ex omnibus autem prædictis modis diuidendi iurisdictiones laudabilior, & honestior est primus, ut inquit Crau. in dicto consilio 318. sub numero 4. vers. quarto respondeo, colum. 3. ubi refert, quod diuisio t̄ iurisdictionis facta per uiam exercitij, ita ut alternis annis quilibet administraret, super alios modos diuidendi commendatur tamquam utilior, honestior, nobilibus dignior, & minus habens odij, ac inuidiæ, ubi de uuo Ca-

stro tantum agitur, cuius sententiæ ego libentissimè accedo, quando partes dominorum essent æquales, sed ubi notabilis inæqualitas portionum adesset, tunc ille modus diuidendi multas absurditates contineret, ut considerat Boer. in decisione quinta, numero 12. uersiculo, sed inconuenientia multa.

Quapropter ego puto utilius, & honestius esse diuidere exercitium administrationis per officialem t̄ communi consensu deputatum, ut supra fuit dictum in secundo modo, & si domini non erunt concordēs in electione præferendus is erit, quem maior pars elegerit. §. sed si ex testamento, Inst. de fatisd. tutor.

Sin autem omnino discordes fuerint, tunc recurrendum t̄ erit ad eorum superiorem, qui cogat eos in unum consentire. l. si ususfructus, §. sed si inter duos. ff. de usufr. & §. si autem ipsi tutores, Inst. de fatisd. tutor.

Vel ipsi poterunt inuicem conueniri, ut datis utrinque suspectis, & confidentibus ex omnibus nominatis forte extrahatur ille, qui nomine communi debeat iurisdictionem exercere: cum enim principaliter tractetur de præiudicio ipsorum dominorum, potest tolerari, ut iudicio fortis electio committatur. l. fin. C. comm. de legat. & Aretin. in §. sed si ex testamento, numero 4. columna 2. Inst. de fatisd. tutor. & faciunt quæ dixi in capitulo 27. de connexis, numero 62. uersiculo, quinto infertur, lib. 1.

Nec est omittendum, quod ad prædictas diuisiones potest unus cogere alios condominos t̄ etiam inuitos: licet enim aliqui putauerint feuda non posse diuidi, nisi omnes simul consentirent, cuius opinionis fuit Abb. in conf. 82. quamquam, colum. penult. uersiculo, ego tamen notanter, uolum. 1. quem sequitur Felyn. in dicto capitulo, prudentiam, sub numero 5. uersiculo, & quod licet alias in diuisione, colum. secunda, extra de off. deleg. & in capitulo, quæ in Ecclesiarum, numero 91. uersiculo, secundo limitatur, colum. penultima, extra de constit. & Marfil. in sing. 9.

Communis tamen opinio est in contrarium, quam tenuit Alex. in dicto cons. 2. columna finali, uersiculo, restat ad allegata in contrarium, uolumine 5. & latè Cur. senior in consilio 68. Dominus Ioannes, numero 3. uersiculo, sed præmissis non obstantibus, colum. 2. & Socin. in consilio 278. in quæstione, colum. 2. uersiculo, circa secundam quæstionem, uolumine 2. & Ruin. in consilio 29. plura, numero 16. uersiculo, sed his non obstantibus, uolumine 5. & Decius in dicto capitulo, prudentiam, numero 69. uersiculo, ultimo notandum est, de off. deleg. & Iason in dicta l. stipulationes non diuiduntur, sub numero 31. uersiculo, sed aduertite, colum. 20. ff. de uerbo. oblig. & Curt. iun. in quæstione quarta, numero sexto, in prima par. de feud. & in d. q. 30. num. 124. uers. secunda principalis.

Quæ

Quæ sententia ampliatur, vt procedat etiam in feudis dignitatum, in quibus de consuetudine nõ seruatur primogenitura, quæ cum sint diuidua in multis casibus superius expressis, possunt etiam diuidi ad instantiam vnus, licet alii contradixerint, ut consuluit Cur. iunior in dicto consilio 60. colum. antepen. uersiculo, & sic stat conclusio mar morea, & Socin. in dicto consilio 278. numero 4. uolumine 2. & optimè Ruin. in dicto consilio 29. numero 16. uol. 5.

Rursus ampliatur etiam si condomini fecissent pactum de non diuidendo in perpetuum t̄ feuda, & iurisdictiones, quando pactum non ualeret, & diuisio fieri posset, vt consuluit Curt. senior in d. conf. 68. nu. 15. uers. solum restat respondere, col. pen. & Socin. in d. conf. 278. col. fin. uol. 2.

115 **A**n autem exercens, uel habens t̄ regalia, dicatur habere regalem dignitatem, dixit Curt. senior quod non, ut patet in dicto consilio 68. uersiculo, nec est bona consequentia, colum. quinta, ubi tradit, quod non omnis collatio facta ab Imperatore, uel Rege, tribuit dignitatem regalem, sed ea sola per quam confertur feudum, quod habet regalem dignitatem annexam, ut est Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, ibique reprehendit Bartolum dicentem, quod Castra, in quibus exercentur regalia absque collatione regalis dignitatis, perinde habentur, ac si esset regalis dignitas infeudata, si tamen omnia regalia exerceret, forsitan aliud esset dicendum.

116 **Q**uæ uero sit differentia inter Comitatum t̄ concessum simpliciter in feudum, & Comitatum concessum in feudum Comitatus, uide Socin. in dicto cons. 68. sub num. 15. uers. nec obstat quod prædicti nobiles, uolum. 1. ubi ait stare simul, nec repugnare, quod Comitatus sit concessus simpliciter in feudum, & tamen non sit concessus in feudum Comitatus, ueluti quando concederetur, quod tale feudum posset diuidi, nec transiret ad primogenitum, nam tunc non haberet propriam naturam Comitatus, quæ est ut non diuidatur, nec transmittatur ad filios: ex quo paulo post subdit, quod 117 t̄ quando de hac re dubitatur, tunc onus probandi incumbit illi, qui dicit bona, uel Castra fuisse concessa in feudum Comitatus, ad fugiendam diuisionem, cum sit hoc fundamentum intentionis suæ.

ADDITIONES.

- a Vnius. Hoc idem tradit Socin. in conf. 68. numero 22. uers. ultimo prædicta, uol. 1. & Boer. de custod. clauium, num. 65.
- b Exercitium. Dixit Alex. in l. si uni, numero 15. ff. de re iud. quod istud est uerum in iure constituendo, sed secus in iure indiuiduo iam constituto, & sequitur Iason in l. tunc autem, num. 3. ff. de re iud.
- c Maiori. Maior pars in hac materia consideratur respectu ratæ ipsius feudi, non autem respectu numeri personarum, ut consuluit Alex. in consilio 25. sub numero 1. uersiculo, nec obstat textus, uolumine quinto, &

an, & quando habens maiorem partem in diuisione præferatur, tradit Bald. in l. fancimus, num. 8. uersiculo, si habemus, C. de donat. uide eundem in l. iubemus, num. 15. uersiculo, quam ille Iudex. C. de sacros. eccles. & glos. in l. fin. in uerbo fortunam, C. commun. de leg. & in quo præferatur habens maiorem partem feudi, tradit Boer. de custod. clauium, num. 66. uers. si uero fratres.

d Confiscationis. Si confiscatio, uel alia pœna ueniret imponenda propter offensionem factam uni ex dominis, tunc illa pœna non diuiditur inter dominos, sed tota applicatur offensionem in iuriam, ut tradit Bald. in cap. 1. num. 15. uers. formatur etiam, colum. 7. de ca. qui curiam uendit. & Iacobin. de Sancto Georg. in uerbo, de Castro Rubei, sub num. 12. uers. pone Principes. de feud.

e Substantiam. Hoc dicit Bald. in c. j. s. præterea Ducatus, de prohib. feu. alien. per Feder. de quo uide Socin. in conf. 68. nu. 49. uers. nec obstat tertia, col. fin. uol. j.

f Papa. Adde Roman. in conf. 521. nu. 7. col. 2. & Castrenf. in l. est receptum, nu. 4. ff. de iurisd. om. iud.

g Scandali. Multi sunt casus introducti ad uitandum scandalum contra regulas iuris communis, quorum triginta tres enumerat Felyn. in c. nihil, in prin. extra de prescript. alios casus uide in c. 29. nu. 85. lib. 1.

h Primogenito. Vide Iacobin. de Sancto Georg. in uerbo Dux, in illis uerbis, quod si, num. 3. uers. sed an istis regalibus, de feudis. hoc autem ius primogenituræ non est de natura Comitatus, uel Ducatus, sed est de consuetudine, uel de iure speciali Francorum, secundum Afflict. in c. j. s. præterea Ducatus, num. 22. & nu. 23. uers. quinto quæro, quis dicatur Dux.

i Maior. Hoc est uerum sequendo opinionem illorum, qui dixerunt iurisdictionem competere pluribus dominis, ut uniuersis. sed si uis tenere alteram opinionem, qua dicitur, iurisdictionem competere pluribus ut singulis, tunc non attenditur, quod maior pars fecerit, ut ait Aretin. in §. sed si ex testamento, num. 1. Inst. de fatisd. tutor.

1 Vnius. Contrarium tenuit Alex. in cōf. 6. uol. 5. sed Cur. senior dixit illius opinionem esse reiciendam in conf. 68. uers. his stantibus, col. 4.

m Transmittatur. De sui natura reuertitur ad dominum licet de consuetudine sit contrarium usurpatum, ut ait Soc. in conf. 68. nu. 18. uol. 1. Alii dicunt prædictas dignitates ad heredes non transmitti, quando dantur in officium, secus si dentur in feudum, & ita intelligunt textum in c. 1. de feudo Marchiæ, & ibi hoc notat Ifern. uer. possent et̄ reduci, col. j. & in c. j. nu. 2. quis dicatur Dux, & ibi Afflict. sub nu. 6. uers. nec obstat. col. 2.

SUMMARIUM.

- 1 Baro quis dicatur.
- 2 Baro est Capitaneus.
- 3 Capitanei Regni qui sint.
- 4 Valuassores maiores, qui sint.
- 5 Valuassini, & minimi valuassores qui sint.
- 6 Capitanei appellatio est latissima, ibidem.
- 7 Baro est minor Comitatus.
- 8 Feuda titulata, & feuda non titulata, que sint.
- 9 Barones, an sint maiores Comitibus, ibidem.
- 10 Barones, & magni Castellani, idem sunt.
- 11 Barones sunt filij Regis alijs feudatarijs castrores, ibidem.
- 12 Magnatum appellatione continentur Barones.

T Prin-

Verum utcumque sit, quando etiam Barones in omni loco Comitibus inferiores essent, sunt nihilominus reponendi inter dignitates civiles: ex eo enim, quod habent iurisdictionem, censentur in dignitate constituti, ut ait Bald. in capitulo primo. §. ceteri, numero 2. in fine, titulo, quis dicitur Lux, ubi tradit, quod si omnis, qui praestit cognitioni uillae, uel Castris, dicitur habere dignitatem, & sequitur ibi Aluarot. sub num. 3. vers. intel ligas tamen, colum. 3. & Socin. in cons. 68. uis, num. 5. uol. 1.

Ex quo inferendum est ad rem nostram, quod dicenti, uel se, uel alium esse Baronem, uel de genere, ac stirpe baronum, incumbit onus probandi: cum enim huiusmodi dignitates non proueniant nisi ex privilegio, uel successione, debet ab eo probari, qui privilegium, uel successionem allegat, ut de privilegio habetur in cap. cum personae, de privilegio, in 6. & dixi in cap. 29. in prin. sup. eo. & de successione traditur in l. 1. & ibi Florian. ff. de probat. & Barbat. in cons. 57. excussis, sub num. 22. uers. ad hoc respondeo, colum. 12. uol. 2. & in terminis Baronis, Afflict. in constit. quaestiones, in primo notabili, lib. 1. rubr. 97. de poena contum.

Quae conclusio uerissima est, etiam si Baro fuisset in possessione Baroniae, petissetque sibi renouari inuestituram, & dominus renueret eum inuestire, quia negaret ipsum esse Baronem, nam tunc ipsi Baroni incumberet onus probandi esse Baronem, ut tradit Paul. de Castro in l. 1. num. 5. uers. sed pone dicit. ff. familiae erciscun.

Cum enim Baronia sit de illis rebus, quae non potest de iure communi possideri sine praesensu superioris, merito inferitur, quod possessio non releuat ab onere probandi consensum illius, cuius requiritur. c. contra morem, distin. 100. & notat glos. in c. 1. in uerbo, titulum, uers. interdum ius commune facit pro probatore, de praescript. in 6. & latius dixi in c. 61. de reo, num. 27. uers. hinc est quod cum feudum, lib. 1.

Qua propter licet alias dici soleat, quod ex possessione probatur dominium, quando incidenter dominium deducitur in iudicium, ut ait Bartol. in l. apud Trebatium. §. 1. num. 3. ff. de aq. plu. arcend. & Bald. in l. 2. num. 11. uers. in glossa. C. de probat. & Florian. in litem Mela. §. si in eo homine, num. 3. uers. nota deinde. ff. ad l. Aquil. & Alex. in cons. 10. uiso processu, nu. 4. uers. quinimo tunc ex tali, uol. 4.

Attamen hoc debet intelligi, uel nisi titulus expressus exigatur iuxta ea, quae dixi in cap. 20. supra, uel quando dominium incidenter deducitur pro aliquo obtinendo penitus diuerso, ac secus ubi ageretur ad consequendum aliquid, quod ipsum dominium includeret, ut eleganter scripsit Castrensis in d. l. 1. sub num. 4. uers. sed dic, colum. fin. ff. famil. erciscun. ubi infert, quod si ex constitutione Regis omnes Barones debent habere certas pensiones, de camera Regis, si unus existens in possessione Baroniae, petit pensionem, non de-

bebit probare se Baronem, sed ex possessione Baroniae praesumetur dominus, quia non agit de ipsa Baronie, sed de alia re, at secus si peteret renouationem inuestiturae: nam quamuis foret in possessione, debet nihilominus probare se dominum, quia licet principaliter agatur de renouatione Baroniae, tamen hoc includit dominium ipsius, & perinde est, ac si de ipsa Baronie ageretur, & hoc quidem obtinet, quando is qui est in possessione, fatetur se Baronem, & dominus hoc negat. at uersa uice si dominus diceret eum, qui est in possessione, suum esse Baronem, & Baro hoc negaret, eo quia praetenderet proprietatem Baroniae, tunc ipsi domino incumberet onus probandi possessorem esse suum Baronem, ut tradit Bald. in l. 2. num. 7. uers. sed nunquid dominus feudi, C. quomodo, & quando iudex, & Roland. in cons. 89. & si apud legum, num. 27. uers. ad notata, uol. 2. & plenius dixi in c. 7. de affirmatione, nu. 85. lib. 1.

Ex eo enim, quod dominus dicit aliquem esse suum Baronem ex parte sua praesupponit iurisdictionem, & ex parte Baronis subiectionem, unde afferenti se habere iurisdictionem, & aliquem sibi esse subiectum incabit onus probandi. l. ei qui. ff. de prob. & l. de iure incolarum. ff. ad municipal. & tradit Ange. in cons. 217. in causa accusationis, uers. uenio ad primum, colum. 2. & Alber. in d. l. de iure incolarum, num. 4. uers. nota etiam, quod quis potest, colum. 1. & Riminald. iun. in consilio 581. instat, num. 22. uers. quibus tamen, uol. 5.

Ad cuius rei confirmationem adducitur elegans distinctio Iacobini de Sancto Georgio, in tract. de homagiis, num. 24. uers. iuxta praedicta quare, colum. 6. ubi dicit, quod si dominus est in possessione sua uasallagii, uel homagii, tunc aduersario dicenti se non esse subiectum, incumbit onus probandi. l. circa. ff. de probat.

At si aduersarius sine dolo est in quasi possessione libertatis, tunc dominus debet probare homagium, uel subiectionem. homagium autem dicitur esse sacramentum fidelitatis, quod domino pro aliquo feudo praestatur, ut notat glos. in c. fin. extra de reg. iur. & Bald. in cons. 291. ad euidenciam, nu. 3. uers. & rursus si quaeratur, uol. 2.

Homagii uero duplex est genus: aliud enim dicitur homagium ligium, aliud non ligium. Primo casu dicitur homagium ligium, quod ratione feudi praestatur Imperatori, uel Regi, uel Papae, nullius alterius personae fidelitate referuata.

At homagium non ligium est illud, quod praestatur aliis dominis referuata tamen fidelitate Papae, uel Regis, uel Imperatoris. Alii dicunt ligium illud esse, in quo nullus excipitur quantum ad uerba iurantis fidelitatem: sed quantum ad mentem illi censentur excepti, qui supremam, & generalem habent iurisdictionem, ut puta Imperator, Papa, uel Rex, contra quos non tenetur quis dominum suum iuare, quia ex quolibet homagio uel iuramento intelligitur semper excepta superioris auctoritas, capi-

capitulo, ueniens, extra de iureiuran.

Non ligium autem illud dicitur, quando iuramento aliquis expresse excipitur, ut puta facio tibi homagium, excepta fidelitate, qua tali domino meo teneor, uel saluo, quod possim, quem uoluerim dominum ligium mihi constituere, uel saluo, quia nolo te contra talem iuare, quae omnia retulit Specu. in §. quoniam, numero quarto, de feudis, ubi tradit, prius dictum esse uerius, sed uultum a communi usu loquendi fuisse approbatum: sub iungitque, quod homo ligius dicitur quasi ligatus domino suo, uel ligius quasi legalitatem continens, & quod Itali uocant uasallagium, Galli homagium appellant, & hoc sequitur Bald. in consil. 291. ad euidenciam, numero nono, uersiculo, alij dicunt, quod est duplex, columna tertia, volumine secundo, & Iacobin. de Sancto Georgio, tracta. de homag. in princip. & Iason in uisib. feud. num. 106. uers. septima diuisio, col. 32.

Sunt qui compendiose dicunt, illud esse feudum ligium, in quo tria concurrunt: Primum, quod uasallus iuret fidelitatem, nullius alterius fidelitate referuata, ut iam diximus; Deinde quod expresse dicatur in inuestitura, quod feudum sit ligium, ut notat Bald. in capitulo, inter dilectos, numero decimo, uersiculo, item Icias, columna tertia, extra de fide instrum. & Iason in praesud. feud. nu. 108. uers. circa istam materiam.

Tertio, quod uasallus principaliter personam suam, & consequenter etiam bona non feudalia subiiciat iurisdictioni domini, cui praestatur homagium ligium, ut tradit Specu. in dicto §. quoniam, nume. 33. uers. decimo septimo quaeritur, de feud. & Iacobin. in tracta. de homag. sub num. 6. uersiculo, quartus effectus est, columna secunda, & Iason in uisib. feudorum, nume. 111. uersiculo, item attende, columna trigesima quarta, & praedicta tria requisita considerauit Curt. iun. in quaestione octaua, numero 22. uers. quinto sub hac quinta, in prima par. de feud. & Clar. in quaestio. 11. §. feudum.

Adde quartam, ut feudum ligium concedatur, & suscipiatur ab eo, qui non recognoscit superiorem, ut notat Baldus, qui scripsit hoc esse proprie feudum ligium, in praesud. feud. in septima diuisione feudorum, numero quinquagesimo secundo, columna penult. & Iason in uisib. feud. numero 106. uersiculo, septima diuisio, columna 31. & Aluarot. in proemio feud. numero 32. in tertiadecima diuisione.

Sed ego dubito de secundo requisito, quia forma iuramenti, & conditio dñi, cui praestatur homagium, uidentur sufficere ad faciendum ligium, ut dicunt omnes. Immo nonnulli modum iuramentum solum considerantes arbitrati sunt, illum esse se ligium hominem, qui stans genibus flexis tenet manus suas inter manus domini, homagiumque sibi facit, ac per stipulationem promittit fidelitatem, & dominus in signum mutuae fidelitatis illum osculatur, ut tradit Spe. qui in plerisque locis ait hoc mo-

do stipulationem concipi, in d. §. quo nra, sub nu. 8 uers. in plerisque autem, de feud.

Et quamuis Speculator hunc modum reprobauerit ibidem, numero 4. & Bald. in d. consilio 291. num. 9. uers. multi tamen putant, vol. 2. & Iason in uisib. feud. num. 106. uers. septima diuisio, colum. 33.

Attamen haec forma praestationis homagii, qua iunguntur manus inter manus domini, est aliqua ratione fundata, quia manus significat potestatem. l. manumissiones. ff. de iustit. & iure.

Item porrectio manus dexterę significat soliditatem, & firmitatem, ut scripsit Iacob. de Sancto Georgio, in tracta. de homag. num. 5. uers. ista tamen forma, colum. 2. & idem sensu Bald. in d. consilio 281. colum. pen. uers. & est simile quod dicimus, volum. 2. & haec fuit opinio Hostiensis, quam sequitur Ioan. Andr. in cap. recolentes, nu. 3. in uerbo, hominis, extra de statu monachor. & ibi Ant. de Butr. num. 5. colum. 1. & Ifern. in cap. 1. §. inuestitura, uers. homagium uero, col. 2. de noua forma fidelit. & Afflict. in c. 1. num. 8. col. 3. tit. qualiter uasallus iurare debeant fideliter.

Et in terminis, quod feudum sit ligium, etiam si non exprimat in inuestitura, tenuit Baldus sibi contrarius in d. consilio 291. numero sexto, uersiculo, apparet igitur, volumine secundo, ubi tradit, posse dari talem doctrinam, ut omne feudum, etiam si non exprimat ligium, sit tamen ligium, quando fidelitas iuratur Principi supremo, quia ex natura praedominantis Principis est, ut non excipiatur ullus homo, praesertim, quando Princeps concedit regalia, uel dignitates regales, ut est Ducatus, Comitatus, & alie similes, & idem tenuit in l. 1. §. in primis, numero 15. uers. Porro ista feuda, colum. fin. C. de caducis tollend. ubi tradit, quod feuda maiorum dignitatum uocantur ligia, quia quanto maiores, tanto debent esse legaliores.

Rursus quod attinet ad tertium requisitum, uideretur contrarium tenuisse Bald. in dicto consilio 291. numero 15. uersiculo, sequitur quartum, col. penult. ubi ait, quod iuramentum uasalli ligii, non afficit bona, nec facit ea seruituti obnoxia, sed remanent libera, prout erant.

Sed pro solutione respondendum est, bona remanere libera quoad dispositionem, & administrationem, sed secus, quoad iurisdictionem: nam licet uasallus non ligius possit conueniri coram domino nisi ratione feudi, & non ratione bonorum allodialium, secus tamen est in uasallo ligio, qui non solum respectu feudi, sed et ratione personae, & ratione bonorum non feudalium intelligitur suppositus iurisdictioni dñi, cuius est ligius, ut egregie declarat Spec. in d. §. quoniam, nu. 33. uers. decimo septimo quaeritur, de feud. ubi tradit, quod eo ipso, quod aliquis est homo meus ligius, intelligitur omnia bona eius, quae non habet ab alio in feudum, esse mihi supposita ratione iurisdictionis, licet illa in feudum a me non habeat. c. n. personam suam, quae est plus, mi-

hi principaliter subiecerit, uidetur per consequens omnia sua bona mihi subiecisse: si autem sit vasallus non ligius, non habeo iurisdictionem in eum, nisi in quantum feudum se extendit, cuius diuersitatis ea est ratio, quia homo ligius principaliter se astringit gratia personae suae, licet aliqua res, quae vocatur feudum ligium, gratia remunerationis in terueniat, unde obligando personam principaliter, per consequens omnia bona subijcit, non ratione feudi, quamuis hoc facere posset principaliter, sed ratione iurisdictionis. Homo autem meus non ligius non obligat, uel astringit personam suam nisi ratione feudi, & sicutantum ratione feudi est mihi subiectus, in quantum feudum se extendit, quod idem refert Iason in v. s. b. feud. nu. 111. vers. item attende, col. 34.

Similiter quod attinet ad quartum requisitum, ego quoque de veritate ipsius dubito: nam ut supra diximus, vasallus vnus potest fieri ligius alterius, cum possit ei iurare fidelitatem, referuando sibi facultatem faciendi se ligium alterius, secundum opinionem quorundam. Item reges etiam recognoscentes superiorem possunt habere vasallos ligios, ut est Neapoli, & in territorio Siciliae: ergo non uidetur necessarium, ut concedens & recipiens non recognoscat superiorem.

Inter ceteros autem effectus, quos homagium ligium operatur, hoc est precipuum, quod quis non potest esse etiam ligius duorum dominorum etiam pro diuersis feudis, sed bene potest esse ligius vnus, & vasallus non ligius alterius, ut tradit glos. in clem. pastoralis, in verbo, homoque ligius, de sentent. & re iud. & Specu. in d. §. quoniam, numero 23. vers. decimo quater, de feud. & Iacobin. de homag. numero 6. vers. & aduerte, column. 3. & Afflic. in decis. 307. regia, numero 3. & Guid. Papae in decis. 310. homagium, & Clar. in d. quast. 111. & Bald. in praesudij feudorum, in septima diuisione feudorum, numero 52. colum. penul. & Aluarot. in tertia decima diuisione, numero 32. in proemio feudorum, & Iason in v. s. b. feudorum, numero 108. vers. subdit etiam Bald. colum. 33. & Aretin. in consilio 150. respondendo, colum. 1. & Afflic. in capitulo 1. num. 11. vers. ligium vero dicitur, qualiter vasalli iurare debeant.

Quod quidem est verum ex principali proposito ipsius vasalli ligij, qui cum obligauerit personam suam in solidum vni, non potest eandem in solidum obligare alteri: sed secus, quando hoc contingit ex successione, nam tunc etiam pro diuersis feudis potest quis esse ligius duorum, ut tradit Bald. in d. conf. 291. nu. 8. vers. item est manifesta differentia, vol. 2. & Iason in v. s. b. feud. num. 110. vers. item quod licet quis, colum. 33. in fine. Rursus praedicta conclusio procedit de iure, sed secus de consuetudine, qua potest introduci, ut ex etiam principali proposito possit quis se facere ligium duorum pro diuersis feudis, ut tradit Guid. Papae in d. dec. 310. & quatenus ista consuetudo sit valida, debet intelligi, ut quis efficiatur ligius etiam secundi sal-

uo iure primi, secundum opinionem Hostiensis, qui voluit, ut quis possit esse ligius plurium, ita tamen, ut ligius sit secundi, & tertij, salvo semper iure primi quoad secundum, & secundi quoad tertium, quam opinionem probat Ioannes Andr. in capitulo, recolentes, in verbo, hominia, numero tertio, extra de statu monachor. & in addit. ad Specula. in quaestione decima, in §. quoniam, & Roman. in consilio 47. visis, numero sexto, versiculo, breuiter tamen, columna finali, & Anton. de Butr. in d. cap. recolentes, num. 5. versiculo, quid est homagium, colum. 1.

Quae opinio licet videatur repugnare propriae naturae ligij, ut diximus, & eam nuncupatim reprobat Iason in v. s. b. feudorum, numero centesimo nono, vers. cum tamen in praedictis, col. . .

Attamen si talis se haberet consuetudo, esset omnino seruanda tamquam rationalis, & aequa.

Illud autem sciendum est, quod quando quis est ligius duorum dominorum inuicem pugnantium, debet etiam adiuuare personaliter antiquiorem dominum, & alteri seruire pecunialiter, uel per substitutum, iuxta vires ipsius feudi, & si non potest constare, vter fuerit prior, & antiquior dominus, eo quia vasallus sit successor illorum, qui longo iam tempore fecerunt homagium, tunc poterit gratificari cui maluerit, et adiuuando eum personaliter, & alterum per substitutum, ut concludit Specu. in dicto §. quoniam, numero 26. quaestione 12. cum sequen. de feudis, & Bald. in dicto consilio 291. numero octauo, columna secunda, volumine secundo, & Roman. in dicto consilio 47. visis, numero tertio, versiculo, secundo ad idem inducitur, columna secunda, & Iason in v. s. b. feud. numero 109. columna 33. & vide Afflic. in capitulo primo, numero duodecimo, versiculo, sed quero ecce, columna quarta, titulo, qualiter vasallus debeat iurare fidel. de qua re pariter omnino uide Roman. in l. si quis in graue. §. si cum omnes, ff. ad Senatuscon. Syllan.

Et quamuis Speculator loquatur in vasallo non ligio, qui diuersa feuda habet a duobus dominis inuicem pugnantibus: tamen idem iuris est etiam in vasallo ligio duorum, nam & ipse tenetur antiquiorem dominum personaliter adiuuare, & alteri seruire per substitutum, ut scripsit Bal. in allegato conf. licet subiungat secus esse in eo, qui est ligius vnus, & vasallus alterius: nam si domini inuicem pugnauerint, debet adiuuare etiam taxat dominum ligium, & feudo illius renuntiare, cuius non est ligius, quia conditio homagij ligij ea est, ut ita seruiat domino, ut nullo modo seruiat aduersario, sibi que vasallus debet imputare, qui se astrinxit ad istam perplexitatem per iuramentum ligium, pro quo faciunt ea, quae tradit Iacobin. in tract. de homag. sub numero 6. versiculo, quintus effectus est, colum. 2. vbi ait, quod ille, qui fecit homagium etiam ligium alicui domino, non potest in casu belli moti dicere domino suo priori, Domine

vos iniuste bellatis, & contenditis cum alio domino meo, & ideo non debeo iuuare vos contra eum, quia poterit ille dominus replicare, amice, qui non est mecum, contra me est: secus est in vasallo non ligio, cui licitum est dicere domino suo, quod non tenetur eum iuuare, quia bellum est iniustum, iuxta textum in c. . . in prin. & in fine, hic finitur lex, & idem notauit Bald. in d. conf. 291. sub nume. 7. vers. item forte differt, col. 2. vol. 2.

Postremo sciendum est, quod homagium potest fieri etiam alia ratione, quam respectu feudi, nam per pactum et stipulationem potest quis homo meus fieri, & obligari ad prestandum mihi seruitia, ut plene probat Specu. in d. §. quoniam, nu. 6. vers. primo autem circa, de feud.

A qua sententia licet sit alienus Bald. in l. si. nu. 2. vers. quero uideo. C. de transf. attamen reprobat Bald. Speculatorem sequitur Iacobin. de Sancto Georg. in tract. de homag. num. 7. vers. aliqua vero, col. 2. & Zabarel. in clem. pastoralis. §. rur sus, num. 4. q. 2. de sentent. & re iud. & Guid. Pap. in deci. 314. Taliabilis, cum sequen. & Aluarot. in proemio feud. sub num. 42. in q. 7. vers. nam habemus homagium, col. 14.

Ad cuius confirmationem facit, quod scriptum reliquit Afflic. in c. 1. num. 10. vers. homagium vero, col. 3. titu. qualiter vasall. iurare deb. fidelit. vbi ait, quod homagium et cadit in eum, qui est obligatus ad seruitia personalia, ut sunt adscriptitij, subiungens, quod hodie in regno Siciliae nullus potest se obligare ad seruitia personalia sine assensu Regis, quia Rex est dominus personarum.

Nec per tale homagium amittit et quis libertatem, sed remanet liber, & dominus tenetur eum contra alios in persona, & rebus tueri, ut tradit Spec. in d. §. quoniam, nu. 8. vers. & licet quis hominem, de feud. & Bald. in d. conf. 291. nu. 15. vers. sequitur quartum, vol. 2. & Guid. Pap. in d. decis. 314.

Negari tamen non potest, quin homo ligius et strictissimo vinculo sit alligatus, ut idem Bal. attestatur in d. conf. 292. sub num. 11. vers. retentis igitur dictis, colum. pen. vbi ait, quod siue dicatur fidelitas esse seruitus, siue dicatur esse quoddam seruire, quia vasallus non minuitur capite, tamen ligius et strictiori vinculo ligatus est.

An autem domini terrarum possint cogere etiam sub diros suos, ut ueniant ad faciendam custodiam in castro nocturnam, uel diurnam, uide Iacobinum, qui tenet, quod non, nisi necessitas urgeret imminentis belli, ut hoc scripsit in tit. de homag. in pri. par. nu. 43. vers. an autem domini, col. fin.

ADDITIONES.

a Baro. Dicitur a Barya Graece, quod est Latine grauis, & fortis, eo quia grauis, & fortis debet esse Baro, ut ait Luc. de Pen. in l. fin. in fine. C. de mancipiis, lib. 11. & Afflic. in c. 1. nu. 5. de his qui feud. dare possunt, & Cur. iun. in q. 8. in 2. par. de feud. f. 157. & de Barone uide Alciatum in c. 16. lib. 5. parerg. & Calefar. de equestri dignit. nu. 112. & Alciat. in c. 32. de singul. certam.

b Valuaffores. Sunt dicti a ualuis, eo quia sint facti digni intrare ualuas, siue portas Principis, quia portae dignitatum non patent infamibus, ut notat Aluarot. in c. 1. col. 3. tit. quis dicatur Dux.

c Minores. Isti minimi, & minores Valuaffores sunt Plebei, ut tradit Bald. in cap. 1. §. ceteris, tit. quis dicatur Dux.

d Lombardiae. Adde quod idem refert Martin. de Laude in q. 7. de dignit. & in q. 178. de Princip.

e Possessione. Adde quod dominium praesumitur ex possessione de praesenti, non autem de praeterito, ut ait Bald. in l. quidam col. 2. ff. de condit. instit. & ibi Angel. num. 4. & Florian. in l. item Mela. §. si in eo homine, sub num. 3. vers. & intelligo praedicta, ff. ad l. Aquil. & dicitur in cap. seq.

f Ligius. Nunquid homo meus ligius possit se constitue re hominem non ligium alterius me inuito. dic quod sic, modo se non constituat hominem inimici mei, ut ait Specu. in §. quoniam, nu. 24. q. 11. de feud.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum antiquum sapit nobilitatem.
- 2 Feuda sine vasallis non habent nobilitatem.
- 3 Feudum nouum dicenti incumbit onus probandi.
- 4 Feudum antiquum dicens, probare debet.
- 5 Feudum praesumitur antiquum, quando adsumt indicia super ueteri.
- 6 Onus probandi incumbit tam ei, qui dicit feudum antiquum, quam qui dicit nouum.
- 7 Qualitas probanda est ab eo, qui se fundat in ea.
- 8 Actori incumbit onus probandi feudum esse antiquum, quando reus est in possessione feudi noui.
- 9 Possidens partem feudi tamquam antiqui, transfert onus probandi in aduersarium dicentem, partem non possessam esse feudum nouum.
- 10 Possessio defuncti, qui possidet feudum tamquam antiquum transfert onus probandi in aduersarium dicentem, feudum esse nouum.
- 11 Possessio defuncti simpliciter probata non transfert onus probandi in aduersarium.
- 12 Arbitrio Iudicis est positum inuestigare, utri iuramentum sit deferendum, an actori, an reo.
- 13 Feudum antiquum alleganti incumbit onus probandi, quando praesumptio est pro nouo, & e conuerso.
- 14 Possessio non releuat ab onere probandi, quando praesumptio est contra possidentem.
- 15 In causis feudalis non habet locum regula, quae dicit, actore non probante reum esse absoluendum.
- 16 Iuramentum non est illi deferendum, qui non potest esse certus de veritate rei.
- 17 Iuramentum in defectum probationis non est deferendum ex abrupto sed cum causa cognitione. Index in deferendo iuramento in defectum probationis debet habere aequitatem praeculis, ibidem.
- 18 Agnati possunt iurare salua conscientia feudum esse antiquum, quando illud audierunt dici ab antiquis suis.
- 19 Iuramentum decisorium potest sumi non solum de his, quae certo scimus, sed etiam de his, quae audiuimus.
- 20 Veritas est de his, quae quis scit, & de his, quae indubitanter nouit.
- 21 Iuramentum est deferendum agnatis super antiquitate feudi.
- 22 Duo possidentes feudum pro dimidia, unusquisque in sua possessione potior est altero.
- 23 Feudum pro parte paternum, an praesumatur totum paternum.
- 24 Possessio prodest possidenti, quando possessor est bonae fidei, & ca pax rei possessae.

- 25 Antiquitas, uel nouitas feudi non presumitur ex possessione, quam cepit dominus post mortem agnati.
- 26 Agnati debent miti in possessionem feudi post mortem uasalli, & non dominus.
- 27 Feudi antiquitas, uel nouitas probanda est ab eo, qui in ea se fundat, quando nullus possidet.
- 28 Feudum quando presumatur antiquum.
- 29 Vasallus non est obligatus nominare nomen primi concessoris, quando propter antiquitatem illud ignorat.
- 30 Vasallus quando debeat allegare nomen primi concessoris.
- 31 Feudum antiquum dicitur, quod supra atauum habuit originem.
- 32 Feudum paternum quod dicatur.
- 33 Inuestitura melius est, ut fiant iure antiqui feudi.
- 34 Inuestitura facta iure paterni feudi non extenditur nisi usque ad quartum gradum.
- 35 Feudum antiquum, & feudum paternum largo modo pro eo feudo accipiuntur, quod fuit acquisitum a communi parente agnationis.
- 36 Possessio preterita maiorum non probat feudum antiquum, nisi concurrat presens possessio sine uolentia.
- 37 Dominium incidenter probatur ex possessione de presenti, non autem de preterito.
- 38 Vasallus feudum antiquum alienans cum consensu domini, si ex precio emerit aliam rem, nunquid res empta erit feudum nouum, uel antiquum.
- 39 Feudum antiquum probatur per famam in antiquis.
- 40 Antiqua facta probantur per indicia, & famam. In patronatus antiquissimus probatur per famam, ibidem.
- 41 Opinio generalis habetur pro ueritate.
- 42 Ecclesia non habet instrumenta de ciuitatibus suis, sed habet generalem opinionem, que illi sufficit pro probatione.
- 43 Tituli inuicissima credulitas probatur per famam.
- 44 Filius potest uendicare rem patris a se possessam; licet titulum ostendere non ualeat.
- 45 Dominium probatur per famam, quando ipsius initium ignoratur.
- 46 Feudum antiquum non probatur per famam, nisi alia adminicula concurrant.
- 47 Qualitas feudi facilius probatur, quam substantia.
- 48 Feudum per famam non probatur antiquum, nisi testes assignent rationem dicti sui conuenientem.
- 49 Capitulum de fama publica specialiter est faciendum.
- 50 Inuestiturę sequentes censentur factę secundum formam antiquę inuestiturę.
- 51 Inuestitura ultima presumitur facta per errorem, quando in renouatione inuestiturę feudum illud de nouo concessum.
- 52 Inuestitura ultima presumitur facta per errorem, quando prima aduersatur.
- 53 Feudum non desinit esse antiquum, quando in renouatione inuestiturę fuit illud de nouo concessum.
- 54 Feudi antiquitas probatur ex uerbis narratiuis Principis.
- 55 Narrationi Principis facta ex motu proprio statur, & non facta ad instantiam partis.
- 56 Feudum nouum dicitur, quod habet initium in persona primi inuestiti.
- 57 Feudum dicitur nouum, quando noua qualitas fuit adiuncta. Feudum est nouum quo ad unam lineam, & antiquum quo ad alteram.
- 58 Feudum de antiquo fit nouum, quando ob feloniam uasalli extinguitur, & postea in ipso renouatur.
- 59 Feudum de antiquo fit nouum habito respectu ad nouum dominum.
- 60 Feudum nouum concessum iure antiqui feudi, an sit nouum, uel antiquum.
- 61 Feudum nouum dicitur, de quo non constat nisi unica noua inuestitura.
- 62 Feudum nouum extinctis descendentiis primi acquirentis reuertitur ad dominum.

- Frater in feudo nouo non succedit fratri, ibidem.
- 63 Agnati & collaterales succedunt in feudo antiquo.
- 64 Feudum nouum non acquiritur sine inuestitura.
- 65 Inuestitura noua non requiritur in feudo antiquo, nec noua solutio de feudo.
- 66 Inuestiturę renouatio est necessaria in feudo antiquo.
- 67 Hæres in feudis non potest agere interdicto recuperandę possessionis, nisi corporalia possideat.
- 68 Inuestitura feudi noui non potest probari nisi per paves curie, id est alios conuassallos.
- 69 Feudum nouum non potest concedi a minore uiginti quinque annis.
- 70 Feudum antiquum nobilitat possessorem.
- 71 Nobilitas ictu oculi non nascitur.
- 72 Nobile, & antiquum, idem sunt.
- 73 Feudum nouum etiam minoris iurisdictionis concessum a Principe supremo, nobilitat possessorem.
- 74 Feudum potest esse nobile, licet sit nouum.

ARGUMENTVM.

De feudo antiquo, et nouo, & utri incumbat onus probandi, an afferenti nouum, an dicenti antiquum.

C A P. XXXVIII.

Dubitari sepiissime contingit, utri incumbat onus probandi, an afferenti feudum esse nouum, an dicenti antiquum. que quidem questio licet remittenda foret ad eum locum, in quo de iure rerum tractabitur: attamen cum dignitas personę augeatur antiquitate feudi, quia feudum antiquum sapit nobilitatem, non autem nouum, ut tradit Bald. in præludijs feudor. nu. 5. uers. alia diuisio feudorū, aliud nobile, col. pe. & Decius in conf. 53. placet mihi, nu. 2. col. 2.

Ideo non fuit incoueniens inter dignitates personarum de hac materia tractare, sub qua solum comprehendimus feuda uasallos habentia: nam illa, que sine uasallis sunt, nullam continent nobilitatem, ut tradit Afflict. in c. 1. §. fin. nu. 88. uers. & scias secundum, de Capitan. qui curiam uendid.

Quamuis nec illud sit omittendum, quod non omnia feuda uasallos habentia nobilitant suum possessorem, prout de hac materia latissime poteris uidere Tiraq. in cap. 7. de nobilit.

In hac itaque questione reperiuntur esse quinque Doctorum opiniones: sunt enim, qui dixerunt, onus probandi ei incumbere, qui dicit feudum esse nouum, quia presumitur antiquum, inter quos est Baldus in cap. 1. nu. 1. ti. si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat. uasal. ubi colligitur, allegantem feudi nouitatem debere probare, quia ex quo constat aliquid esse feudum, benignius est presumere, quod fuerit antiquum potius, quam

quam nouum, quod idem approbat ibi Aluarot. nu. 1. affirmans, quod ubi non constat de origine feudi propter antiquitatem temporis, an sit antiquum, uel nouum, debemus respectu agnatorum succedere uolentium potius in dubio presumere esse antiquum, quam nouum ratione antiquitatis, cum ab antiquo uasallus possiderit, in quam sententiam allegatur quoque ibi Afflict. num. 6. uers. secundo nota, colum. 2. & Alex. in consil. 15. uers. uis narratis, num. 7. colum. 3. uol. 5. & Iason in consil. 114. ad obiecta, num. 7. uers. quod autem in proposito nostro, colum. 3. uol. 1. & Decius in consil. 252. agitur, sub nu. 6. uers. secundo respondetur, colum. penul. & in consil. 269. consultus, num. 3. uers. & in dubio presumitur, colum. 3. & in consil. 445. in casu, num. 5. uers. & etiam in dubio, col. 2. & Zasius in epitome feudorum, par. v. decima, nu. 28. uers. secundum conclusio, & Thomas Mari. in tit. de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, nu. 30. uers. quæro antequam, & Alba in conf. 78. quantus, num. 17. colum. pen. & Roland. in consil. 3. nu. 3. uers. sed feudum Marchionatus, uolum. 1. & Ioseph. Cumia. in commentarijs ad constitutiones Neapolit. in c. si aliquem, in uerbo antiquis, num. 98. & Iacob. Menoch. qui prædictos adducit, & sequitur in præsumpt. 93. num. 1. lib. 3. & Bal. in c. 1. §. cum autem, num. 6. uers. quæro utrum magis, colum. 2. de controuers. inuestit. & ibi Afflict. nu. 17. uers. tertio nota, colum. 4. & Aluarot. in ca. 1. §. item placet, uers. probatio incumbit, de inuesti. in maritum facta, & in c. 1. §. si uero, sub nu. 3. uers. uerum intelligas ea, colum. 3. de gradibus succedendi in feud. & Iason in prælud. feud. num. 96. uers. ultimo in ista materia, colum. 29. & Curt. iun. in q. 8. sub nu. 16. uers. sed sic est, in prima par. de feud. & Castren. in consil. 283. de utroque quæsito, in fi. uol. 2. & Alciat. in præsumpt. 28. reg. 3. de præsumpt. & Decius in conf. 88. num. 3. uol. 1. & Roland. in consil. 32. uis, nu. 4. & in conf. 55. siue feudum, num. 11. uol. 3. & in conf. 48. numero 20. uolum. 4.

Quæ quidem opinio mirum in modum probari uidetur ex textu in c. 1. §. item placet, de inuesti. in marit. fac. & in ca. 1. in fine de succes. fratrum, uel de gradib. succedent.

Aliorum fuit opinio, ut onus probandi incumbat ei, qui feudum antiquum dicit, quia nouum presumitur, prout alijs ita fuit pronunciatum, ut dicitur in d. c. 1. in fine, de succes. fratrum, & hanc partem tenuit Iason sibi contrarius in conf. 24. in causa feudi, num. 17. uers. item in dubio feudum, colum. 5. uol. 3. & Afflict. in rubr. de succes. nobilit. num. 60. uers. sed iuxta hoc quæro, lib. 3. in consil. regni, & Alex. in conf. 26. nu. 7. uol. 5.

Pro quorum opinione multum facit traditio Baldi, quem sequuntur Doct. in c. 1. §. his uero, nu. 3. uers. nota mirabilem, de succes. frat. uel de gradib. succedent. ubi tradit, quod ita demum feudum presumitur antiquum, quando ad sunt indicia super ueteri, quasi uelit inferre, quod si non ex-

tarent indicia, nouum feudum presumeretur. & quamuis hanc argumenti collectionem non probet Thomas de Marin. in tit. de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, nu. 32. uers. allegata pro contraria, & post eum Menoch. in d. præsumpt. 93. nu. 5. lib. 3.

Attamen illa collectio satis confirmari uideatur ex textu, cui non efficaciter uidi responsum, in c. 1. §. cum autem, tit. si de inuestitura feudi contro uers. fuerit, ubi dicitur, quod si quis dixerit ad se feudum ex successione pertinere, asserens illud esse paternum, obtinebit si per indicia in textu expressa probauerit feudi antiquitatem, & hoc etiam efficacius probatur in c. 1. §. si tamen uasallus, de contentione inter me, & dominum de portione feudi fratris mei defuncti, ubi habetur, quod si uasallus poterit probare feudum fuisse paternum, siue possideat, siue non, obtinebit, aliequi nisi probet paternum fuisse, uel non possideat, dis obtinebit.

Alij dixerunt, feudum non presumi, neque nouum, neque antiquum, sed onus probandi ei incumbere, qui dicit feudum, uel esse antiquum, uel esse nouum, ut ait Castren. in conf. 44. circa presentem, colum. 2. uers. si uero non constaret, uol. 2. & Tiraquel. qui multos allegat in §. 2. glos. unica, num. 93. uers. sed hec possent, de retract. consangu. par. 1. & Crau. in ult. par. nu. 6. uers. quid dicendum, de antiq. tempor.

Pro qua sententia facit illa communis traditio, qua dicimus, quod qui se fundat in aliqua qualitate, semper eam probare debet, l. cum actum, & ibi glo. in fi. ff. de negot. gestis, & notat Bald. in l. 1. num. 2. c. de condi. ind. bi. & plene Marfil. in rubr. de probat. nu. 439. uers. item ultra prædicta.

Quarto placuit alijs, ut dicamus, quod aut qui dicit feudum esse nouum, est in possessione, & tunc actori dicenti esse antiquum, incumbit onus probandi: aut e conuerso is, qui dicit antiquum possidet, & tunc onus probandi transfertur in eum, qui nouum feudum allegat, c. 1. in fi. de content. inter me & domin. de portione feudi fratris mei, & tradit Iser. in c. 1. colum. fi. uers. secundum dictum principale, de succes. fratrum, uel de gradib. succed. & Alex. in conf. 10. ponderatis, num. 2. uers. præter ea illud quod dicitur, uolu. 3. & Curt. iun. in q. 8. num. 17. uers. illud tamen quod dixi, in 1. par. de feud. fol. 67. & Curt. senior, in conf. 49. nu. 8. uers. transeamus ad secundum, nu. 57. uers. & in primis non obstat, colum. 35. & Crot. in l. re coniu. coli. col. fin. ff. de leg. 2. & Craue. in ult. par. num. 6. de antiquit. tempor. & Iason in usib. feudorum, num. 97. uers. limita tu prædicta, colum. 29. & Alciat. in d. præsumpt. 28. sub nu. 3. reg. 3. & Thomas Marin. tit. de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, numero 33. uers. hanc conclusionem, de feudis.

Nec istud solum procedit, quando quis totum feudum possidet, sed etiam habet locum, si dimidiam feudi, uel aliquam eius partem per se uel per alium

alium possidet, uel aliquid aliud in cambium feudi habuerit, ut dicitur in capit. 1. §. cum autem, si de inuestitura feudi controuers. fuerit, & in d. cap. 1. in princip. de content. inter me, & dominum de portione feudi.

9 Ex eo enim, quod quis possidet ꝛ partem feudi tanquam antiqui, uel noui, insurgit præsumptio quod alia pars non possessa sit & ipsa quoque antiqua, uel noua: quæ præsumptio licet non sit multum uiolenta, operatur tamen, ut detur (si iudici uideatur) iuramentum possidenti, ad transferendū onus probandi in aduersarium, ut scripsit Ifern. in c. 1. §. cum autem, nume. 2. uersic. si uero probaret, colum. 2. de controuers. inuestit. & infra dicitur in secundo casu, nu. 21.

10 Rursus si uasallus erit ꝛ in possessione feudi tanquam antiqui, non solum feudum censebitur esse antiquum propter ipsius possessionem, sed etiam propter possessionē defuncti, uel propter possessionem maiorum suorum, nisi alius medio tempore possidere ceperit, ut notat Bald. in d. c. 1. in princip. si de feudo fuerit controuers. inter dom. & agna. uasall. & Thomas Marin. in d. titu. de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, nu. 34.

11 Quo in loco illud omnino aduertendum est, opus esse, ut probetur ꝛ defunctum possedisse feudum tanquam antiquum, alioqui si fuisset simpliciter probata possessio, non sufficeret, ut ait Ifern. in c. 1. col. 1. si de feudo defuncti fuerit controuers. inter domin. & agnat. & ibi Afflict. nu. 1. uersic. quæ runt hic Doct. col. 2.

Verum licet hanc sententiam multi sequantur, & probabilis sit, ea tamen non implet efficaciter aures meas, nec indistinctè est uera, quando quidè uidemus, quod possessio asserentis feudum esse antiquum, nihil possessori prodest, quando præsumptio foret pro nouo feudo in fauorem nõ possidentis, ut infra mox dicam, nu. 14. rursus si possessio sufficeret, deberet semper auctore non probante possessor uincere causam, & tamen contrarium obseruatur, quia non obstante possessione questio per iuramentum determinatur, quod à Iudice datur modo auctori, modo reo possidenti, pro ut æquitati Iudicis cõuenire uideatur, in cuius arbitrio positum ꝛ est inuestigare, utri potius iuramentum sit deferendum, an possessori, an ei, qui non possidet, ut dicitur in cap. 1. in fine, de success. fratrum, uel de gradib. succeden. & in cap. 1. §. sacramentū, de consuet. recti feudi, & Afflict. in c. 1. num. 9. uersic. septima, & ultima regula, col. 2. de gradib. succeden. in feud.

12 Quapropter mihi magis arridet opinio eorum, qui distinxerunt, dicentes, quod aut præsumptio ꝛ est pro nouitate feudi, & tunc alleganti antiquitatem incumbit onus probandi: aut præsumptio est pro antiquo, & tunc probat, qui nouum feudū allegat, ut ait glos. in d. cap. 1. in uerbo, pronunciatum, de success. fratrum, uel de gradib. succeden. & ibi Afflict. sub num. 8. uersic. sexta regula est, col. 2. & in cap. 1. num. 6. uersic. secundo nota, colum. 2. si

de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat. & ibi Bal. in §. his uero, num. 3. uersic. nota mirabilem textum, colum. fi. & ibi optime Aluarot. in §. si uero dominus, sub nume. 3. uersic. oppono cum glossa secunda, colum. pen. & Alba in cons. 61. puto esse, num. 3. sub uersic. secundo quia ille, colum. 2. & faciunt ea, quæ dixi in cap. 8. & in cap. 5. 1. nu. 10. lib. 1.

14 Nec distinguitur inter possidentem, et non possidentem: nam quamuis etiam vnus possideret, et præsumptio esset in fauorem alterius, debet ꝛ possessor probare, uel antiquitatem, uel nouitatē feudi ad excludendam auctoris intentionem in præsumptione fundatam, ut tradit Aluarot. in d. cap. 1. §. si uero dominus, sub num. 3. uersic. oppono cum dicta glos. col. 2. in fi.

Ceterum maior difficultas insurgit, quādo neutri parti præsumptio opitulatur, nam tunc queritur quid iuris? In quo articulo distingue tres casus: Primus est, quando vnus possidet, alter non, & tunc amplectenda est quarta opinio, qua dicitur, quod in fauorem possidentis pronuntiandum est, & licet aliās dici soleat, quod in causis feudali bus non habet locum ꝛ regula, quæ dicit, quod auctore non probante reus absoluetur, ut tradit Afflict. in c. 1. §. si enim, num. 13. in ultimo notabit. quid sit inuestit.

Attamen hoc procedit ea ratione, quia Iudex à possessore potest exigere sacramentum defensionis, sed non per hoc sequitur, quin possit illum et simpliciter absolvere, si uoluerit, ut cautum est in c. 1. §. sacramentum, de consuet. recti feudi. ubi dicitur, sacramentum non si imper esse dandum possidenti, sed quandoque possidenti, quandoque petenti, quandoque neutri dari, & cum alicui eorum datur, ita demum datur, si aliquid pro eo sit, quod Iudicem moueat. At ubi nihil est, quod faciat pro aliquo eorum præter possessionem solam, tunc secundum quod iudici melius uisum fuerit, aut possidenti dabitur iuramentum, aut auctore nihil probante reus absoluetur etiam si nihil ipse præstiterit.

16 In hoc tamen loco non omitto unum, quod est notatu dignissimū, uidelicet, quod quando questio per iuramentum est diffinienda, tunc iudex nõ quam ꝛ illi sacramentum deferre debet, qui non potest esse certus de ueritate rei, ut consuluit Castren. in cons. 283. de utroque, colum. 1. volum. 2. ubi ait, quod agnatus non potest dicere feudum habuisse originem a communi parente, quando agitur de antiquitate centum annorum, quoniam de hoc non potest esse certus propter longitudinē temporum: & sicut de hoc non potest testificari ad beneficium aliorum, ita nec etiam potest testificari ad commodum proprium, pro quo facit quod notauit Bald. in c. 1. §. si. in fi. tit. de success. fratrum, uel de gradib. succeden. ubi ait, quod ad iuramenti delationem in defectum ꝛ probationis non est procedendum ex abrupto, sed cum causæ cognitione, & in tali delatione Iudex debet habere æquitate

tatem præ oculis, quoniam ista dilatio magis innititur æquitati, quam rigori.

Sed in contrarium est elegans glos. in cap. 1. in prin. titu. si de feudo defuncti content. sit inter domin. & agnat. ubi ait, quod tale ꝛ iuramentum potest deferri agnatis, qui quidem non possunt cogi iurare, ne anceps periurium subeant propter incertitudinem rei, sed tantum volentes admittuntur, quam glossam sequuntur ibi Bald. & Aluarotus subdentes, istud non esse anceps periurium, ex quo lex hoc præsumit, secundum ipsos: sed ego addo, quod imo salua conscientia possunt prædictū iuramentum subire, modo ab antiquis suis audierint dici illud feudum esse antiquum, nam in iuramento decisorio ꝛ possumus nos sacramentum suscipere de ueritate dicenda non solum de his, quæ certo scimus, sed etiam de his quæ indubitanter ab aliis audiuimus, maxime de antiquis, quia ueritas est ꝛ non solum de his, quæ quis uidit, sed etiam de his, quæ indubitanter nouit, ut plenius dixi in cap. 49. num. 20. uersic. quæ conclusio, lib. 1. & ita in terminis tradit Castren. sibi contrarius, cons. 279. uisa, colum. fi. uersic. & si dicatur, uolu. 2. ubi ait iuramentum esse deferendum ꝛ agnatis super antiquitate feudi: quia licet ex se non possint esse certi, nec de origine feudi, nec de stirpe agnationis, possunt tamen hæc omnia scire per relationem maiorum suorum, quæ multum ualet in antiquis, quæ aliter probari nequeunt.

Secundus casus est, quando uterque possidet, ut puta quia vnus habet dimidiam feudi, alter alteram dimidiam, & tali casu si nihil hinc inde concurrat, nisi simplex possessio utriusque partis, tunc unusquisque in sua ꝛ possessione erit potior altero: sed si præter possessionem vnus probaret partem feudi a se possessi esse feudum antiquum, uel nouum, & illam partem, quam aduersarius suus possidet, esse portionem illius feudi, quod ipse possidet, tunc insurgeret præsumptio, quod altera pars illius, qui nihil probauit, esset ipsa quoque uel noua, uel antiqua, ne eadem res diuerso iure censeatur, ut tradit Afflict. in rubr. de success. nobil. num. 60. uersic. sed iuxta hoc quæro, lib. 3. de constit. & Menoch. in d. præsumpt. 93. num. 12. uersic. secunda est coniectura, lib. 3. de præsumpt. & Curt. senior in d. consil. 49. num. 57. uersic. secundo respondemus, col. 35.

Sed tu dic, quod ista probatio est leuis coniectura, nec sufficit sola ad priuandum aduersarium portione feudi a se possessi, nisi iuramento auctoris integraretur, qui ultra prædictam probationem debet iurare illam partem, quam aduersarius suus possidet, esse feudum antiquū, sicut est feudum antiquum illa pars, quæ ab ipso iurante possidetur, ut tradit Ifern. in d. cap. 1. §. cum autem, sub nume. 2. uersic. & nota ad emendam prædictorum, col. 2. de controuers. inuestit. ubi ait, quod si probatur portione meam, quam possideo, esse feudum ꝛ paternum, non sequitur quod totum feudū fuerit paternum, quia potuit dari patri meo pro par-

te, & pro parte alteri, cui non successit pater meus, & ideo cum non sit ista præsumptio multum uiolenta, non sufficit sine iuramento, quod latius ibidem declarauit Afflict. in princ. & ibi Aluarot. nu. 5. uersic. quæro cum glos. col. 3.

24 Accedat prædictis, quod ita demum possessio facit præsumi feudum ꝛ nouum, uel antiquum, prout magis expedit possessori, quando quis bona fide possidet, & quando possessor est capax feudi, alias secus, ut scripsit Curt. senior in d. cons. 49. nu. 57. uersic. & in primis non obstat, colum. 35. ubi per hoc concludit, quod talis possessio nihil operetur in fauorem feminae, quæ in feudum succedere non potest.

Illud autem sciendum est, quod quando questio nouitatis, uel antiquitatis uersatur inter dominum, & agnatum uasalli defuncti, si dominus prior adipiscatur ꝛ possessionem feudi, illa possessio nihil operatur in fauorem domini, sed est restituenda agnato, & postea in petitorio disputandum erit de nouitate, uel antiquitate feudi, ut probatur in cap. 1. in prin. titu. si de feudo defuncti content. fuerit inter dominum & agnat. ubi Bal. in princip. dicit, quod magis fauetur ꝛ agnatis, quam domino, quia æquum est, ut successores agnati conferentur in illa possessione, in qua fuit defunctus tempore mortis suæ, & cum sit quædā naturalis continuatio inter defunctum, & agnatos, non potest eam dominus interrumpere, quæ sequuntur ibi Aluarot. nu. 1. uersic. nota quod ubi uasallus, col. 2. & Afflict. col. 2.

27 Tertius casus est, quando ꝛ nullus possidet, & tunc sequenda est tertia opinio eorum, qui dixerunt, antiquitatem, uel nouitatem ab eo fore probandam, qui in ea se fundat, propter regulam generalem, qua dicimus, quod quilibet est obligatus illud probare, quod est principale suæ intentionis fundamentum, ut dixi in cap. 5. 1. nume. 29. uersic. cui rei ualdè, lib. 1.

28 Feudum autem antiquum ꝛ præsumitur illud esse, de cuius origine non apparet aliud nisi quod longo tempore fuit quid possessum tanquam feudale, ut ait Bald. in c. 1. nu. 1. si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat.

Vnde licet non appareat, cui ab initio concessum feudum fuerit, si tamen constat, quod ab antiquo fuit ab antecessorib. possessum, sufficit ad præsumendam feudi antiquitatem, ut consuluit Alex. in dicto cons. 10. num. 1. volum. 3. & Decius in d. consil. 445. num. 4. & rursus Alexā. in cons. 15. uisus, num. 7. vol. 5. & Bald. in cons. 35. 1. in bonis feudilibus, num. 6. uersic. tertia maneries, vol. 1. quod est repetitum in cons. 315. ad euidenciam, nume. 4. uersic. tertia maneries, colum. fi. volu. 3. & Crauet. in ult. par. num. 8. uersic. tertio quæro, de antiq. temp. & Aluarot. in cap. 1. nume. 1. uersic. nota ex isto textu, colum. 2. si de feudo fuerit controuers. & Menoch. in dicta præsumpt. 93. nume. 13. lib. 3. de præsumpt.

29 Nec in tali casu erit uasallus obligatus ꝛ nominare

30 nare nomē primi concessoris, si propter antiquitatem illud ignorat, licet regulariter debeat quis illud allegare, ut tradit Bald. in ca. 1. §. cum autem, num. 7. uers. extra quæritur, de controuers. inuestit. ubi ait illum, qui præterit feudum antiquū, debere allegare nomen concessoris, si potest scribi, sed si propter antiquitatem ignoratur, non cogitur ad impossibile, & satis est probare tempus tam antiquum, ut de primo concessore nulla sit memoria, & ita debet intelligi textus, qui dicit primum dominum, qui inuestiuit, esse nominandum, in ca. 1. §. si. & ibi Afflict. de notis feudorum.

31 Propriè vero loquendo feudum antiquum dicitur illud, quod supra atauum habuit originem, ut docet Bald. in capit. 1. §. hoc quoque, in fine, de success. feudi, ubi ponens differentiam inter feudū paternum, & feudum antiquum, scripsit, paternū propriè dici usque ad quartum gradus supra, in quo continentur quinque personæ, quæ habent proprium nomen genitoris, id est Pater, Auus, Proauus, Abauus, Atauus: ab inde uero supra propriè loquendo non appellatur paternum, sed antiquum. ex quo infert uilius esse, ut inuestituræ

32 feudorum fiant iure antiqui feudi, uel iure paterni, & antiqui feudi simul, ad hoc ut in infinitum possint extendi: nam si concessio fieret dumtaxat iure paterni feudi, talis concessio non extendetur nisi usque ad quartum gradum, quam Bal. traditionem sequitur Aluarot. ibi, num. 3. uers. nota quod ex hoc textu, colum. 3. & in proemio feudorum, num. 25. uers. sexta est diuisio, colum. 10. & Afflict. in d. §. hoc quoque, nume. 3. uers. & sic habitis, colum. 2. & Socin. in conf. 68. uis. nume. 29. volum. 1. & Curt. iun. in quæstione 8. num. 7. uers. feudum uero, in 1. par. de feud. & Alex. in cōsil. 26. ponderatis, nume. 7. uers. & per prædicta patet, uol. 5. & Iason in usib. feud. num. 85. uers. adde etiam prædictis, colum. 26. & Decius in cōsil. 208. ad clariorem, uers. sed tamen prædictis non obstantibus, colum. 3. & Crau. in ultima parte in prin. de antiquit. tempor. & Ioan. Thomas de Marin. tit. 2. ex pacto & prouidentia antiquo, num. 2. uers. feudum ergo ex pacto, col. 2.

33 Confunduntur tamen hæc duo uocabula, & largo modo paternum accipitur pro antiquo, & ob id feudum antiquum, uel paternum dicitur, quod fuit acquisitum ab aliquo ascendente, qui fuit patris communis agnationis, ut ait Aluarot. in proemio feudor. num. 25. uers. sexta diuisio, colum. 11. & in cap. 1. §. his uero, colum. 11. uers. & nota hic melius, de success. fratrum, uel de gradib. agnat. & ibi Ifern. sub nume. 8. col. 1. in fine, & Aluarot. num. 2. uers. nota istum textum, colum. 2. & optime Iason in usib. feudorum, num. 83. uers. tertia diuisio, colum. 25. & Curt. iun. in q. 8. nume. 7. 1. par. de feud. & Clar. in §. feudum, q. 8. in prin. & Iason in conf. 180. circa, num. 15. uers. secundo moueor, uol. 2. & in conf. 69. circa primum, nu. 2. uol. 3.

34 Neq̄ ad huiusmodi præsumptiuam probationem inducendam sufficit præterita possessio ma-

iorum, nisi etiam concurrat præsens possessio sine uolentia, & clandestina seruitute, ut tradit Bal. in d. conf. 35. 1. nu. 6. uol. 1.

37 Sic etiam in bonis allodialibus dicimus dominium incidenter in iudicium deductum probari ex possessione de præsentibus, non autem de præteritis, ut tradit Bal. in l. quidam, colum. 2. ff. de condi. instit. & ibi Angel. num. 4. & Florian. in l. item uela, §. si in eo homine, sub nume. 3. uers. & intellige prædicta, ff. ad l. Aquil.

38 Sed pone quod uasallus habens feudum antiquum, alienauerit illud cum consensu domini, & ex pretio emerit aliud feudum, uel bona allodialia, uel permutauit cum alio feudum, nunquid hoc, quod est emptum, uel permutatum, erit feudum nouum, uel antiquum? & uide Afflict. in ca. 1. §. cū autem, in quarto notab. num. 32. uers. quid si Rex, col. pen. de controuers. inuestituræ.

39 Probatur etiam feudum antiquum per famam in antiquis excedentibus meam centum annorum, ut consuluit Alex. in conf. 15. in prin. vol. 5. & Decius in conf. 269. consuluit, uers. si autem probaretur, colum. 3. in prin. & Socin. in conf. 86. in causa, num. 2. vol. 1. & Crau. in ult. par. num. 9. uers. similiter bona esse feudalia, de antiquit. tempo. & Menoch. in dicta præsumpt. 93. num. 14. uers. quarta est coniectura lib. 3. & Aiciat. in præsumpt. 3. num. 3. uers. fallit secunda reg. & iterum Crau. in conf. 276. subtilius, sub numero 2. uers. septimo res, col. 2.

40 Ad cuius rei confirmationem facit illud, quod scienter notauit Bald. in l. cum super. C. de rei uendit. ubi tradit, quod antiqua facta probantur per indicia, & famam, subdens hoc modo posse probari antiquissimū ius patronatus, & antiquissimam rerum possessionem, quod idem latius affirmat in l. conuenticulam, nu. 8. uers. ex his etiam infero, C. de episc. & cler. ubi notat in factis multum antiquis opinionem generalem præ haberi pro ueritate, nec esse necessariam aliam probationem, dum talis opinio sit uniformis apud omnes, nec de ea sit contradictio apud peritos, subiungens, quod licet ecclesia non habeat instrumenta de ciuitatibus, cum tamen habeat generalem opinionem præscriptam apud omnes, hoc illi sufficit pro plena

41 & probatione: alias sequeretur, quod nisi talis probatio sufficeret, non possemus probare Cæsarem fuisse Imperatorem, ut dixi in cap. 49. num. 18. uers. & ista generalis, lib. 1. hoc idem sequitur Barb. in conf. 41. dico quod magnifici, col. 2. uers. accedat, quod pulchrè refert, vol. 1. & Alba in conf. 64. quia articulus, nu. 2. col. 7.

42 Quibus suffragatur illud, quod scripsit Bald. in l. indicia, nu. 5. uers. quarto quæro, C. de rei uendit. ubi ait per publicam famam posse probari iustissimam credulitatem tituli, qui sicut sufficit ad præscribendum, ita etiam operatur, ut filius possit uendicare rem patris a se possessam, licet titulum ostendere non ualeat, ad quam materiam ualde confert illud, quod tradit Angel. in l. at qui natura, §. cum

me absente, nume. 2. ff. de neg. gest. ubi ait, dominium probari per famam quando ipsius initium ignoratur, ueluti quando quis uult probare tale domum fuisse Datis Poetæ, uel alterius nobilis uirum centum annis defuncti, nam per publicam uocem, & famam poterit illud comodissime probari, subiungens se de facto ita obtinuisse in ciuitate Paduæ, & quod fama plenè probet in antiquis est generalis conclusio, quam notat Ioan. Andr. in cap. licet ex quadam, num. 3. extra de testib. & ibi Anton. de Burr. in primo notab. & Ioan. de Imola num. 1. & Abb. uers. nota ibi, propter breuem, colum. 1. & Felyn. in prin. & Aegid. Bellem. nume. 2. & Bald. in d. l. conuenticulam, nu. 8. C. de episc. & cler. & in d. l. cum super, & in d. l. indicia, nume. 5. C. de rei uendit. & Alexan. in l. cum aliquis, sub num. 5. uers. dicit enim, colum. 2. C. de iure delib. & ibi plene Iason, colum. fin. & plenius Decius in cap. 1. num. 43. uers. septimus casus, extra de appellat. & egregie Barbat. in conf. 182. Ioue principium, num. 17. uers. & certo certius est, uol. 3. & Crauet. in cap. uiso in hac prima, fol. 115. in prima par. de antiq. tempor. & Gabriel. in conclus. 1. nu. 77. uers. secundo facit, lib. 5. de præscript. & Alba. in conf. 6. num. 6. uers. quarto igitur, & in d. conf. 64. num. 21. & Mascard. conclus. 753. nume. 7. lib. 2. de probat.

46 In contrarium tamen, ut scilicet feudum antiquum non probetur a simplici fama, nisi alia adimicula, uel alia coniectura concurrant, allegatur Bald. qui hoc aperte affirmat, in d. conf. 35. sub num. 2. uers. item adest fama, uol. 1. & hanc opinionem, ut scilicet præter famam sint alia coniectura necessaria, tenuit Corn. in conf. 304. rem arduam, colum. 4. uers. his tamen non obstantibus, uolum. 3. & in conf. 130. eleganter, colum. 2. in fi. uolum. 4. & ante ipsum Ioan. Andr. in d. cap. licet ex quadam, nume. 3. extra de testib. & ibi Abb. colum. 1. in fine, & Bellem. num. 2. & Fely. in prin. & iterum Abb. in capit. ueniens, il primo, num. 8. uers. quæro nunquid, colum. 3. extra de testib. & Hieronym. Gabr. in conf. 196. ius patronatus, nu. 8. uol. 2.

Aduersus quam sententiam licet ex professo cōsuluerit Barb. in d. conf. 18. nu. 17. uol. 3.

Attamen idem postea mutata uoluntate hanc ultimam opinionem amplexus est, in conf. 57. uis. processu, num. 16. uers. & sic licet fama, colum. 8. uolum. 4. a qua sententia nec ipse Crau. dissentit, si bene ponderetur, in dicto cap. uiso in hac parte, nu. 3. in pri. par. de antiq. tempo.

Potest dici, quod aut agitur de probando feudo, & tunc sustineri poterit eorum opinio, qui dixerunt in antiquis alias coniecturas præter famam esse quoque necessarias: aut agitur de probanda qualitate feudi, id est an sit nouum, uel antiquum, & tunc cum facilius prebetur qualitas, quam substantia, sola fama in antiquis probabit, aut saltem inducet præsumptionem efficacem ad transferendum onus probandi in aduersarium, & hanc distin-

tionem sentit Crauet. in dicta ult. par. num. 9. de antiq. tempor.

Sed utcumque sit, aduertendum est, quod etiam si uelles Alexand. opinionem amplecti, qui dixit famam in antiquis probare feudum, ea tamen intelligitur procedere duobus concurrentibus, quorum primum est, ut testes assignent rationem dicti sui concludentem, etiam non interrogati, alioquin si dicerent simpliciter, publicam fuisse famam quod talis res erat feudalis, nequaquam probarent, ut ait Afflict. ita fuisse iudicatum in decis. 277. an testes, & sequitur Bossius, qui hoc modo declarat supradictam Alexan. traditionem, in titu. de Principe, sub nu. 253. uers. scias autem, & Burfat. in cōsil. 10. numero undecimo, & in conf. 46. numero 34. uol. 1.

Secundo requiritur, ut speciale, & principale capitulum fiat de fama publica, iuxta ea, quæ dixi in dicto cap. 49. num. 14. lib. 1. Nec sufficeret illud capitulum generale, quod post omnes articulos solet subijci, uidelicet, quod de prædictis est publica uox, & fama, quoniam iste generalis articulus in probatione fame non sufficit, ut notat Signoro. in conf. 70. in quæstione uertenti, num. 19. uers. uenio ad secundum, columna septima, & Gabr. in conclus. 1. nume. 81. uers. secundo declara, de præsumpt.

Rursus antiquitas feudi probatur per antiquam inuestituram, si qui dem alii sequentes inuestituræ censentur factæ secundum formam antiquæ inuestituræ, ut concludit Castrenf. in dicto conf. 44. colum. 2. uers. in dubio autem, uolum. 2. & Crauet. in d. ult. par. num. 8. uers. similiter probatur, de antiq. temp.

Imo si uelima inuestitura primæ aduersatur, præsumitur per errorem facta, nec Doctores quicquam præiudicat, quia pacta, & conditiones primæ solum debent attendi, ut notat Alexan. in conf. 91. col. 1. uol. 5. & Decius in conf. 193. num. 4. uers. & stante ista conclusione, col. 2. & Iacob. de feud. in uerbo, qui quidem inuestiti, num. 70. uers. item addite, & Clar. in §. feudum, q. 20. & Tiraquel. in §. 32. num. 39. uers. & optime faciunt, de retractu consang. & Menoch. in præsumptio. 92. numero 2. lib. 3.

Nec prædictum feudum desineret esse antiquum, quamuis in renouatione inuestituræ fuisset dictum, quod illud de nouo concedebatur, quando prius fuisset concessum, ut ait Alex. in conf. 24. nume. 13. uol. 3. & Amaleus in quæstione 10. de quæst. laudem. maxime quando tale feudum fuisset antiquum ex pacto, & prouidentia, ut ait Ioan. Thomas de Marin. in tit. 2. de feud. ex pacto & prouidentia antiquo, numero 35. uers. quæro quid si de feudo, & Clar. in §. feudum, quæstione octaua, uers. quæro nunc.

51 Postremo hæc eadem feudi qualitas probatur etiam ex uerbis narratiuis, siue enunciatiuis Principis, modo in eis Princeps suam intentionem fundet, nec refert, an narret rem a se gestam, uel a præde-

prædeceffore suo, eo quia dicat talia bona fuisse data in feudum, vcl a se, vel a maioribus suis, nam tali enuntiationi stabitur, donec contrarium probetur, ut consuluu Alexand. in consil. 15. visis narratis, num. 2. uol. 5. & Craue. in vlt. par. nume. 10. uersi. similiter qualitas, de antiq. tempo. & Menoch. in d. præsumpt. 93. in fine, lib. 3. & Crauet. in consil. 277. subtilius, nume. 1. & Ruin. in consil. 108. uisa, nu. 20. vol. 2. & uide quæ infra dicentur, uersi. septimo nouum.

54 Quamuis quod attinet ad narrationem rei ab alio gestæ soleat distingui inter narrationem & factam ex motu proprio, & factam ad instantiam partis, ut primo casu narrationi stetur, & secundo secus, ut consuluu Ale. in consil. 112. uisa copia. uol. 7.

55 At versa uice nouum & feudum illud dicitur esse, quod primo acquiritur, habetque initium in persona primi inuestiti, textus est in c. 1. §. nouam. tit. qui testes sint necess. & scribit hoc Ifern. in c. 1. sub num. 8. columna 1. in fine, de success. fratrum, uel de gradib. succeden. & ibi Aluarot. nume. 2. & in proemio, num. 25. uersi. sexta est diuifio, colum. 20. & Iason in vlt. feud. num. 83. uersi. tertia diuifio, colum. 25. & Decius in consil. 53. placet, nume. 2. colum. 1. & in consil. 390. quoniam, num. 4. col. 4. & Alex. in consil. 150. in causa, num. 14. uersi. rursus, uol. 6. & Iason in consil. 180. circa, num. 15. uersi. secundo moueor, vol. 2. & in consil. 64. circa primum, num. 2. uol. 3. & Clar. in quaestione 8. par. 1. de feud. & late Amadeus in q. 10. de quaestione laudem. & Oldrad. in consil. 178. factum tale est, nobilis, uersi. solum superest, col. 1.

56 Secundo feudum dicitur & nouum, quando noua qualitas ei fuit adiuncta super substantialibus, ut tradit Iason in consil. 24. nu. 19. uol. 3. & Grat. in consil. 4. num. 1. uersi. ultimo probatur, volu. 1. Crau. in d. vlt. par. num. 23. uersi. secundo limitatur, de antiquit. tempor. & Menoch. in consil. 160. laudati, num. 13. uersi. tertio confirmatur, volu. 2. & late, & pulchre Amadeus in d. quaest. 10. & Cacher. in decis. 23. nu. 22. & uide quæ dixi in c. 28. de dignit. episcopali, sup. eo.

57 Tertio feudum dicitur nouum, quo ad vnam lineam, & antiquum & quo ad alteram, ut scripsit Bald. in d. c. 1. num. 1. si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat. uasal. & ibi Aluarot. in prin. num. 1. & Iason in vlt. feudor. nu. 96. uersi. ultimo in ista materia, col. 29.

58 Quarto feudum de antiquo efficitur & nouum, quando ob feloniam uasalli commissam feudum ipso iure extinguitur, & postea in ipso renouatur commemoratione antiquarum inuestiturarum, ut notat Crauet. in vlt. par. num. 2. cum seq. uersi. quinto quæro, de antiq. tempor. & late Menoch. in consil. 160. laudati, num. 10. uol. 2. & de hac materia uide Ioan. Thomam de Marin. tit. 2. de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, in conclus. 4. nu. 45. uersi. quæro quid si uasallus comitat, & Clar. in §. feudum, q. 8. in fi.

59 Quinto feudum de antiquo & efficitur nouum

habito respectu ad nouum dominum, qui a primo domino causam non habet, ut notat Oldrad. in d. consil. 178. uersi. uidetur etiam nouum, colum. 1. & Curt. iunior in consil. 49. nume. 70. colum. 44. & Amadeus in dicta quaestione 10. in fi. uersi. alio, & tertio modo, et Crauet. in ult. par. de antiq. temp. numero 27.

60 Sexto feudum nouum dicitur non solum illud, quod simpliciter de nouo conceditur, sed illud et quod de nouo conceditur iure tamen & antiqui feudi, nam ista postrema uerba non immutant rei ueritatem, ut consuluu Oldrad. in dicto consil. 178. et Bal. in proemio feudi, num. 42. in tertia diuifio ne feudorum, et Alex. in d. consil. 10. num. 4. vol. 3. et Iason in consil. 152. num. 2. uol. 2. ubi dicit hanc opinionem esse magis communiter approbatam, et in consil. 180. uolum. 10. et Curt. iun. in consil. 1. sub num. 13. uersi. quia possem in primis respondere, colum. 5. et Bolognin. in consil. 1. num. 15. uersi. et primo non obstat, et Amadeus in dicta quaest. 10. in fi. et Iason in uisib. feudorum, nume. 88. uersi. quid autem è contra, col. 26.

Hæc est difficilis, et practicabilis quaestio, quæ varijs in locis examinatur, tu de illa uide, quæ sentit contra Oldrad. Curt. iun. in quaest. 8. nu. 8. par. 1. de feud. et Crauet. in par. vlt. num. 16. q. 4. de antiq. tempor. et Bald. in cap. 1. num. 1. uersi. extra nota, de alien. paterni feudi, et Aluarot. in cap. 1. §. is uero, colum. 3. uersi. quæro ab extra, de gradib. succed. in feud. & in c. 1. num. 3. uersi. quæro quid si detur, de uasallo decrep. etat. & plenissime Cur. senior in consil. 49. num. 36. & collegium Bononien. se in consil. sequenti, & uerissime Gabr. in conclus. 1. in princ. de feudis, ubi dicit hanc esse magis communem opinionem, & Pract. Papiens. in glos. nec superstitibus, in fine, de forma libel. quo agitur ad renouat. feudi, & Natta in consil. 467. & 468. uolu. 2. & Tiraquel. in §. 32. num. 3. uersi. at non adeo, de retract. consanguin. & Alciat. in præsumpt. 28. num. 4. uersi. quod intellige, reg. 3. & Clar. in §. feudum, q. 8. & Iason sibi contrarius, in consil. 1. num. 9. uolu. 3. ubi dicit temerarium esse ab hac opinione recedere, & effusè Roland. in consil. 60. num. 14. uolum. 1. & Crauet. in consil. 965. num. 21. & Menoch. in dicto consil. 160. num. 25. uersi. & hoc illud est, uol. 2. & Crot. in l. re coniuncti, in uigesima sexta, & ultima quaestione, colum. antepen. ff. de leg. 3. & Ioan. Thomam de Marin. in tit. 2. de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, nu. 43. uersi. quæro an feudum nouum.

61 Septimo nouum & feudum dicitur illud, de quo non constat, nisi unica noua inuestitura, non obstante, quod Princeps in ea faciat mentionem de antiquis inuestituris: nam si antiquæ non producantur, feudum erit nouum, ut ait Grat. in consil. 4. colum. 3. uersi. ad contraria respondeo, uol. 1. ubi uide, & cogita, nam multa possent in contrarium adduci, & uide quæ supra dixi de uerbis Principis enunciatiuis, uersiculo, postremo hæc eadem feudi qualitas.

62 Differt autem feudum antiquum a nouo pluribus modis, & in primis hæc differentia adducitur, quia in feudum nouum non succedunt nisi descendentes primi acquirentis, qui si non habuerit descendentes, feudum reuertitur ad dominum, etiam si primus acquirens haberet fratrem, quia in feudo nouo frater non succedit fratri, nisi hoc expresse dicatur in inuestitura, ut dicitur in c. 1. de beneficio frat. & in c. 1. §. in fine, de success. feud. & in c. 1. §. si duo fratres, de feudo Marchiæ, de qua materia uide omnino Fran. Thomam de Marin. in tit. 12. de feudo fraterno.

63 At secus in feudo antiquo, in quod succedunt non solum descendentes, uerum etiam & agnati, & collaterales, si modo descendant a primo acquirente, ut egregie cautum est in c. 1. de natura success. feudi, & hanc differentiam notauit Aluarot. in proemio feudor. in sexta diuif. & in c. j. §. his uero, de gradib. succed.

64 Sed ista differentia non est substantialis, nam in feudo antiquo ille, qui uocatur collateralis quo ad illum, cui immediatè succedit, est de descendentes illius, qui primus feudum acquisiuit, qui descendentes ita succedunt in nouum feudum, sicut in antiquum, & ista notat Iason in uisib. feudor. nu. 83. uersi. tertia diuifio, colum. 25. & Curt. iun. in d. quaestione 8. sub nume. 7. uersi. primus est effectus, par. pri. de feudis, & Ioan. Thomas de Marin. titu. 2. de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, nu. 17. uersi. item feudum antiquum.

65 Secunda differentia est, quia feudum nouum & sine inuestitura acquiri non potest, nec in filiū transmittitur, nisi pater fuerit inuestitus, non obstante quod tempore mortis feudum possedisset, ut traditur in c. 1. quib. mod. feud. constit. pos.

66 At secus in feudo antiquo, quod acquiritur ex successione sine inuestitura, cum ex prima inuestitura iam sit acquisitum posteris, propter quod & non requiritur noua inuestitura, nec noua solutio de feudo, nec noua traditio, quia prima sufficit ut patet in cap. 1. in illis uerbis, per inuestituram patris, & aui, de feudo Marchiæ. oportet tamen petere nouationem inuestituræ & infra annum, quia petere inuestituram est quidam cæsus deuotionis, & recognitionis, qui debet præstari domino, & si non præstatur, res cadit in commissum, quia census reuerentialis, & professio censualis est omissa, ut eximie tradit Bald. in d. l. 1. in quaestione 4. col. 1. ff. de diuisione rerum, & Iason in uisib. feudo. nu. 84. uersi. aliam quoque adde, colum. 26. & Curt. iun. in d. quaestione 8. sub num. 7. uersi. secundus est effectus, in prima par. de feud. & Ioan. Thomas de Marin. in tit. 2. de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, numero 21. uersi. item feudum antiquum.

67 Sed quamuis in feudo antiquo non requiratur noua traditio in hæredem, in quem censetur continuata possessio patris, sciendum tamen est, quod ista ficta possessio non operatur, ut hæres possit agere interdicto recuperandæ possessionis, quia

oportet ut qui uult tali interdicto in feudis agere, corporalem, & actualem apprehenderit possessionem, poterit tamen agere remedio adipiscendæ per interdictum quorum bonorum, ut tradit Bald. in athen. defuncto, nu. 6. uersi. tertia quaestio est, C. ad Senat. consult. Tertul. & Ioan. Thom. de Marin. in dicto tit. 2. nume. 23. cuius remedij formam libelli ponit Afflict. in c. 1. num. 9. in quarto notab. col. 2. si de feudo defuncti fuerit controuers. inter domin. & agnat.

68 Tertia differentia est, quia in probanda inuestitura & feudi noui non admittuntur, nisi pares Curiæ, id est alij conuassalli: at in feudo antiquo admittuntur etiam testes extranei, ut probatur in cap. 1. in fine, qui testes sint necess. ad nouam inuestitur. proband. & notat Bald. in consil. 352. in materia feudorum, num. 1. uersi. nunc uenio ad quaesitum, uolum. 1. ubi ait quod feudum nouum probatur aut per breue testatum, id est per instrumentum, aut per pares Curiæ, quando curia habet pares: at feudum antiquum probatur per omnes bonos testes, etiam si non fuerint pares, & hoc idem notauit etiam Iason in uisib. feudorum, num. 84. uersi. tu ergo adde, colum. 26. & Curt. iun. in dicta quaestione 8. sub num. 7. uersi. tertius est effectus in prima par. de feud.

Hanc tamen differentiã non probat Ioan. Blancus affirmans utriusque feudi inuestituram posse per extraneos testes probari, ut hoc scripsit in epito. feudorum, in cap. 1. num. 11. uersi. differunt etiam, colum. 3. de qua re uide Ioan. Thomam de Marin. in dicto tit. 2. num. 24. uersi. similiter feudum antiquum. & in tit. 3. de feudo ex pacto, & prouidentia nouo, num. 1. uersi. tertio huiusmodi, & infra dicitur in sequenti cap. nu. 17.

69 Quarta differentia est, quia minor & uiginti quinque annis non potest quem inuestire de nouo feudo, sed solum de antiquo, ut refert Ioan. Blancus in dicto capit. 1. nume. 11. in epito. feudor. & Ioan. Thomas de Marin. in dicto tit. 2. num. 21. uersi. item hoc feud. in d. tit. 3. nu. 15. uersi. ultimo talis, & aperte probatur in capit. 1. titu. per quos fiat inuestit.

70 Quinta differentia est, quia feudum & antiquum nobilitat suum possessorem, quod secus est in feudo nouo, quod nobilitatem non affert possidenti, ut supra dixi, quia nobilitas non nascitur in actu

71 & oculi, ut tradit Bald. in proemio feudor. nu. 55. uersi. alia diuifio feudor. colum. pen. Cuius Baldi auctoritate freti sunt, qui dixerunt, concessio-

72 nem feudi factam iure nobilis feudi, idè operari, quod operatur concessio facta iure antiqui feudi, quia nobile, & antiquum idem sunt, ut consuluu Decius in consil. 53. placet, num. 2. uersi. quarto facit, colum. 2.

73 Quod quidem intelliges esse uerum in feudo minoris iurisdictionis concessio ab inferiore a Principe: sed si foret concessum a Papa, uel ob Imperatore, & aut a Rege, uel esset feudum, quod haberet regiam dignitatem annexam, ut est Ducatus, Marchio-

Marchionatus, & Comitatus, tunc non obstante, quod esset feudum nouum, nihilominus suum possessorem nobilitaret, ut consilium Grat. in consil. 4. in u. 12. uersic. nec potest dici, ubi ait concessio nem factam iure feudi nobilis non tantum importare, quantum importat concessio facta iure feudi antiqui, quia feudum potest esse nobile, licet sit nouum.

ADDITIONES.

- a Vltima. Sed adde, quod etiam requiritur, ut uasallus steterit in possessione suae partis ad minus per annum, ut ait Aluarot. in c. 1. §. cum autem, nu. 2. col. 3. de controuers. inuestit.
- b Probatur, Registra Principis probant etiam feudi antiquitatem, si in eis descriptum reperiatur, ut ait Crau. in consil. 277.
- c Primo. Vide sup. eo. in cap. 12. nu. 43.
- d Ficta. Adde, quod licet constitutum, uel clausula precarij habeatur loco uerae traditionis, & possessionis, hoc tamen fallit in feudis in quibus ficta traditio nihil operatur, ut ait Afflict. in c. 1. nu. 14. uersic. sed an precarium, q. id sit inuestit. sed omnino uide Afflict. in ca. 1. §. si facta, num. 19. si de feudo fuerit controuers. inter do. min. & agnat.

SYMMARIUM.

- 1 Feudatarij sunt inuestitura, uel successione.
- 2 Inuestiturae tres sunt species.
- 3 Inuestitura abusua quae sit.
- 4 Inuestitura propria quae sit.
- 5 Inuestitura praesumptiua quae dicatur.
- 6 Uasallus iurans suos maiores habuisse inuestituram, praesumitur inuestitus.
- 7 Uasallus probans se tenuisse feudum domino praesente, & non contradicente, praesumitur inuestitus.
- 8 Inuestitura in feudis, quae sit necessaria.
- 9 Inuestitura probanda est ab eo, qui se dicit inuestitum.
- 10 Pacta insolita possunt poni in inuestitura.
- 11 Feminarum successio est contra naturam feudi.
- 12 Dicenti pacta esse insolita incumbit onus probandi. Allegans nouitatem inductam simplici formae probare debet, ibidem.
- 13 Feudum praesumitur concessum secundum naturam feudi.
- 14 Onus probandi incumbit domino dicenti feudatarium possidere feudum nomine guardie.
- 15 Feudum praesumitur concessum, ut rectum.
- 16 Pignoris concessionem alleganti incumbit probatio.
- 17 Inuestitura feudi noui, quomodo probetur.
- 18 Inuestitura feudi antiqui, quomodo probetur.
- 19 Testes extranei an admittantur in probanda inuestitura feudi noui, quando pares absunt, uel nolunt uenire.
- 20 Pares absentes, quando citandi sint pro testimonio ferendo.
- 21 Testes extranei, an ad probandum feudum nouum admittantur mortuis paribus.
- 22 Pares ad ferendum testimonium uocandi sunt, licet tempore testificatus non sint pares.
- 23 Duo uel tres pares ad probandum feudum nouum sufficiunt.
- 24 Pares ad ferendum testimonium uocandi sunt, quando dominus habet pares, id est uasallos.
- 25 Inuestitura probatur a testibus extraneis in curia Mediolanensi.
- 26 Pares non sunt necessarij, quando uasallus per annum sicut in

- possessione domino consentiente.
- 27 Inuestiturae amissio probatur a testibus extraneis.
- 28 Inuestitura feudi ecclesiastici probatur a testibus extraneis.
- 29 Pares non sunt necessarij, quando dominus confitetur se se esse inuestituram.
- 30 Inuestitura probatur a testibus extraneis, quando dominus non potest cogere pares ad testificandum.
- 31 Pares ratione suspicionis possunt uitari.
- 32 Inuestitura sine paribus in pluribus locis probatur.
- 33 Inuestitura in regno Siciliae fit sine paribus, & sufficit subscriptio secretarij, & protonotarij.
- 34 Inuestitura feudi probatur per priuilegium. Inuestitura per uiam contractus est cautior, quam per uiam priuilegij, ibidem.
- 35 Inuestitura probatur per imbreniaturam.
- 36 Inuestitura feudi noui quando per pares, & quando per testes extraneos probetur.
- 37 Uasallus existens in possessione feudi per annum domino patente habet electionem iurandi, uel referendi.
- 38 Testes extranei probant inuestituram factam ab ecclesia de feudo nouo.
- 39 Agnatio, uel consanguinitas probanda est ab eo, qui se agnatum, uel consanguineum dicit.
- 40 Uasallus de feudis non potest testari.
- 41 Remedium diui Adriani habet locum in feudis, quando inuestitura est persona, quae debet ab inestato succedere.
- 42 Inuestitura facta ad usum Regni, quae dicatur.
- 43 Filia heres patris, an mittenda sit in possessionem bonorum feudaliu, donec discutatur de natura feudi.
- 44 Venditio rei, uel publiciana, an competat uasallo ad recuperandum feudum. Uasallus ingratus quomodo, discutitur, ibidem in additionib.

ARGUMENTVM.

De inuestitura, & alleganti feudum acquisitum uel inuestitura uel successione, incumbit onus probandi.

CAP. XXXIX.

FEUDATARIJ sunt & aut inuestitura, & aut successione, quoniam feudum his duobus modis acquiritur, ut habetur in ca. 1. in fine, tit. de feudi cognit. & in c. 1. in prin. tit. de consuet. recti feudi.

Circa inuestituram sciendum est, quod illius tres sunt species: alia enim & abusua, alia propria; & alia praesumptiua uocatur. Abusua dicitur, quando Princeps inuestit aliquem de feudo per traditionem baculi, uel ensis, uel hastae, uel quid aliud corporeum porrigitur a domino inuestiente, ut dicitur in capit. 1. in princip. titulo, quid sit inuestit.

Quae quidem abusua inuestitura nihil aliud est quam ficta & traditio rei corporalis donatae, per quam neque dominium, neque possessio transferuntur in inuestitum, sed solum intelligitur illi concessa potestas apprehendendi auctoritate propria possessionem rei donatae, quando in absentia rei fit

fit inuestitura, secus si in ipsa, uel in conspectu rei quis aliquo signo corporeo inuestiretur, nam tunc dominium & possessio transferretur a domino translata, in inuestitura, ut notat Iser. in dicto capitulo primo, numero secundo, colum. prima, quid sit inuestit. & ibi Bald. & Afflict. numero tertio, in secundo notabili, & Iacobin. in uerbo inuestiuit talem, nu. 2. de feud. & Cur. iun. de feud. laicorum, in q. 4. nu. 25. uersic. circa primum modum, in 2. par. de feud. fol. 165. & Clar. i. §. feudum, q. 26.

At propria inuestitura dicitur realis, & corporalis possessio feudi, nam tunc uasallus proprie dicitur inuestiri, quando intrat possessionem rei in feudum concessae, per quam inuestituram plenè transferretur in uasallum dominium, & possessio feudi, ut omnes Doctores in supradictis locis adnotauerunt.

Inuestitura uero praesumptiua dicitur illa, quae oritur ex possessione triginta annorum, quam quis praesente, & tacente aduersario tanquam uasallus habuit, & ut uasallus praestitit debita seruitia domino: nam si allegauerit, & secundu aliquos iurauerit suos maiores & habuisse inuestituram, sufficit, & praesumetur inuestitus, non solum contra tertium, ut ait Afflict. in capitulo primo §. si quis per triginta, in 3. notab. numero 9. & in quarto notab. in prin. & Bald. in consilio 116. Columbinus, nu. 2. uersic. respondeo ad primum, vol. 1. & Crau. in ult. par. num. 13. uersic. tertio respondeo. de antiq. temp. & Clar. in §. feudum, numero 19. & Mascard. in conclus. 9. l. b. 2. de praeb.

Verum etiam contra ipsum dominum de iure communi feudorum, non autem contra regium fiscum, ut idem Afflictus tradit in d. §. si quis per triginta, in sexto notab. in prin. & uide quae dixi in capitulo 20. num. 28. & cap. 35. num. 12. sup. eo. & uide Afflict. in cap. 1. §. fin. in fine, de notis feud.

Imò breuius etiam tempus contra dominum sufficit, ut traditur in capitulo primo. §. inde enim dicitur, de consuet. recti feudi. ubi habetur, quod si aliquis probauerit aliquid nomine feudi aliquo tempore, id est per spatium unius anni, secundum glossam ibi positam, tenuisse domino praesente, & non contradicente, & seruitium eius quasi a uasallo recipiente, obtinebit uictoriam, licet non probet inuestituram, modo iuret se fuisse inuestitum, quia talis possessio habetur pro inuestitura, & hoc est illud, quod in eodem textu in princip. dicitur, quod feudum acquiritur inuestitura, uel ex eo, quod pro inuestitura habetur.

Nunquid autem in feudis sit & necessaria utraque inuestitura, id est tam abusua, quam propria, tu uide Iacobinum de Sancto Georgio in uerbo, inuestiuit, num. 11. uersiculo, nunc quaero, de feudis, & Cur. iun. in secunda parte, de feud. laicorum, num. 37. uersic. tertio principaliter quaero, folio 173.

In nostro autem proposito haec est generalis regula, quod feudatario dicenti se inuestitum, incumbit onus & probandi inuestituram, ut consilium Bald. in consilio 352. materia feudorum, columna

2. uersic. sed certè in questione non sra, uolumine 1. & manifestè probatur in capitulo primo, §. si autem non fuerit, si de inuestit. feudi contro. fuerit, & in capitulo primo, in princ. & in fine, quid sit inuestit. & in capitulo primo, in princ. de consuet. recti feudi, & in capitulo primo, an remoueri debeant testes, qui pares esse desierunt.

Rursus aduertendum est, quod in inuestituris adijci possunt pacta insolita, contra communem & feudi naturam, quae nihilominus ad unguem seruanda sunt, prout ex parte domini exemplum est, quando feudum sub ea conditione datur, ut uasallus in festiuis diebus associet uxorem suam ad ecclesiam, uel cantet, uel saltet, uel quid aliud simile faciat: ex parte uero uasalli exemplum est, quando uasallus dicit sibi fuisse promissum feudum sub hoc pacto, ut foeminae succedant, quod est contra & naturam feudi, uel quod possit illud uendere iure quaesito domino, prout patet in capitulo primo, §. praeterea, tit. quid sit inuestit.

Si ergo, uel ex parte domini, uel ex parte uasalli petita fuerit inuestitura fieri sub pactis insolitis sibi promissam, onus probandi incumbit ei, qui pacta & insolita sibi promissa allegat.

Tum quia allegans nouitatem inductam simplici formae, probare debet, ut inquit Ant. de Bur. in capitulo, cum dilectus, num. 27. extra de elect.

Tum etiam quia semper & feudum praesumitur esse concessum secundum naturam feudi, nisi eius alteratio probetur, ut dicitur in capitulo primo, §. praeterea, & ibi Bald. numero primo, uersiculo, nota quod semper, & ibi Iser. in prin. & num. 3. colum. 1. & Aluarot. numero secundo, uersic. nota semper, colum. 2. nu. 3. uersic. nota aequalitatem, columna 3. & Afflict. in princ. & numero 13. in quinto notab. colum. 4. & Iacobinus de S. Georg. in uerbo, qui quidem inuestit, numero 65. uersic. nunc quaero utrum quando dominus, de feud. & Clar. in §. feudum, questione 20. in prin.

Sic etiam in simili dicimus, quod domino dicitur feudatarium possidere feudum nomine guardiae, incumbit onus probandi, quia in dubio feudum praesumitur concessum ut & rectum, secundum solitum morem, ut probatur in c. 1. §. item si uasallus, si de inuestit. contro. fuerit. ubi habetur, quod si uasallus possederit Castrum nomine recti feudi, & è contra dominus per guardiam dixerit, se ei dedisse, onus probandi incumbit domino, sicut etiam idem iuris est, si uasallus dixerit, se Castrum possidere nomine recti feudi, & dominus, uel alius dixerit, illud fuisse concessum pro pignore, nam alleganti & pignoris concessionem incumbit probatio, cum rectum feudum praesumatur, ut in eadem rubrica dicitur in §. similiter si aliquis, & notat Zasius, par. 11. nu. 29. & par. 12. nu. 2. de feud.

Et hoc quod de feudo guardiae dictum fuit, limitabis secundum ea, quae tradit Aluarot. in c. 1. §. si uero, numero 9. uersic. oppono ab extra, col. 2. de feudo guardiae, & Castaldig. de qua re uide Menoch. in praesumpt. 96. lib. 3.

17 Probatur autem inuestitura feudi ¶ noui per pares Curia, idest per conuassallos, vel per breue testatum, idest per instrumentum a paribus sub scriptum, sed inuestitura de feudo ¶ antiquo probatur etiam per testes extraneos, omni exceptione maiores masculos, non autem foeminas, ut habetur in c. 1. per totum tit. qui testes sint necess. ad proband. nouam inuest. & in c. 1. in princ. quid sit inuestit. & Mascard. in conclus. 942. & dixi in cap. precedenti, num. 68.

18 Nec poterunt in probanda feudi noui inuestitura testes extranei admitti sub eo ¶ prætectu, quod pares absentes erant, cum debuissent citari, & expectari, ut dicitur in c. 1. §. nec dicatur, titu. de consuet. recti fendi.

19 Tum quia praesentia, & consilium ipsorum posset trahere dominum in aliam sententiam, ostendēdo sibi forte periculum, quod ex inuestitura posset imminere, l. sicut, ff. recep. arbitr.

20 Tum etiam, quia ipsorum interest discolum patrem non habere, & si requisiti nolunt interesse, in subsidium inuestitura fiet cum testibus extraneis, ut notat Bald. in c. 1. nu. 7. uerfi. quæro si isti sunt absentes, tit. quid sit inuestit. ubi subiungit, quod si dominus non habet nisi vnum parem, tunc ille debet interesse una cum alio teste extraneo, quem sequitur ibi Aluar. numero octauo, uerfi. quæro quid si isti pares, col. pen. ubi circa parium citatio nem subdit, quod ita demum sunt citandi, quando sunt ¶ in loco parum distante, at secus si fuissent in loco multum longinquo, & remoto, adeo ut non possent adesse sine magna difficultate.

21 Rursus praedicta ampliatur, ut procedant etiam si pares, qui tempore inuestiturae fuerunt praesentes, essent postea mortui, quia non per hoc testes extranei forent admittendi, cum sit imputandum vasallo, quare eos non fecit examinari ad perpetuam rei memoriam, ut tradit Bald. in c. 1. numero 5. uerfi. si uero non interuenit, col. fi. qui testes sint necess. ad proband. inuest. nouam.

22 Contrarium tenuit ibi Aluarot. num. 6. uerfi. quæro quid si non interuenit, col. 7. & Curt. iun. in 2. par. de feud. laicorum, nu. 22. uerfi. sexto limita, de feud. fol. 167.

23 Nec refert, quod pares, qui inuestiturae fuerunt praesentes deserint postea esse pares ¶ uel per feudi renunciationem in manibus domini, uel alio modo, quia nihilominus poterunt examinari, cum satis sit tempore contractus eos fuisse pares, uel habitos fuisse pro paribus, & fideliter iurauerint, ut scripsit in eodem loco Aluarot. numero octauo, uerficulo, quæro quid si isti, colum. fina. & Curt. iun. in allegato loco, numero 23. uerfi. septimo limita, & de hac re pulcherrimus est textus in capitulo primo, titulo, an remoueri debeant testes qui pares esse deserint, & in tali casu duo, uel tres pares ¶ sufficiunt, iuxta communem traditionem, qua dicitur, quod in ore duorum, uel trium stat omne verbum, & de hoc est textus in cap. 1. §. si quis, tit. si de inuestit. inter dominum, & uasal-

lis oriat. & Aluarot. in cap. 1. sub numero quarto, uerfi. unde concludo, col. 6. qui testes sint necess. ad pub. nouam inuestituram.

24 Quæ quidem conclusio sine difficultate procedit, quando dominus habet pares, idest uasallos, cæterum ¶ si pares non habuerit, tunc per quoslibet testes idoneos, aut per publicum instrumentum poterit inuestitura probari, aut inopia probationis emergente res decideret per iuramentum, ut dicitur in c. 1. §. si autem inuestitura, tit. quid sit inuestit. & in c. 1. §. quod autem dictum est, titu. de consuet. recti feudi & notat Bal. in dicto cons. 352. uolum. 1.

25 Hæc autem conclusio limitatur pluribus modis, & in primis dicitur, eam non habere locum in curia ¶ Mediolanensi, in qua fit inuestitura cum testibus extraneis, ut constat in cap. 1. §. consules tamen, tit. qui testes sint necessarii ad nouam inuestit. proban.

26 Secundo limita, quando uasallus per totum annum fuisset in possessione domino sciēte, & non ¶ contradicente, quia nisi dominus probauerit inuestituram non fuisse factam causa expedietur absque paribus ipso uasallo iurante se, uel patrem suum fuisse inuestitum, ut habetur in c. 1. §. si tit. si de inuesti. inter dominum, & uasal. lis oriat. & in c. 1. tit. de content. inter domin. & uasal.

27 Tertio limita, nisi instrumentum inuestiturae a paribus confirmatum postea fuisset casu fortuito deperditum, nam ¶ casus, & amissio posset probari per testes extraneos, ut notat Bald. in c. 1. nu. 5. uerfi. nunc sequitur secundum membrum, col. 3. tit. qui testes sint necess. ad proband. inuestit. & ibi Aluarot. nu. 6. uerfi. quæro ab extra, col. 7.

28 Quarto limita in clericis facientibus inuestituram de rebus Ecclesiae, nam ¶ tunc ea potest probari tam per pares, quam per testes extraneos, ut cautum est in c. 1. §. hæc omnia, titu. si de inuestit. inter domin. & uasal. lis oriat. Sin autem facerent inuestituram de rebus patrimonij, tunc pares essent necessarii non aliter, ac si de feudis laicorum ageretur, ut tradit Aluarot. in d. c. 1. sub nu. 4. uerfi. unde concludo sic, colum. 6. tit. qui testes sint necess. ad proband. nouam inuestit.

29 Quinto limita, quando dominus constitetur se fecisse solemnem inuestituram, tunc enim ¶ sine paribus statur suæ confessioni in praedictum ipsius, ut tradit Aluarot. in d. c. 1. col. 6. sub nu. 6. uerfi. quæro quid si non apparet, tit. qui testes sint necess. ad proband. nouam inuesti. ubi ait, quod si dominus, quando non apparet de solemnitate, constitetur inuestituram intercessisse, tunc aut constitetur inuestituram, & solemnitate, & stabitur suæ confessioni l. 1. C. de confes.

30 Aut dominus constitetur ueritatem actus, sed negat solemnitate, & tunc si a principio negat, debet dominus audiri, quia non debet pro facto reputari, quod illegitime factum est, aut primo negauit, sed postea delato sibi iuramento constitetur ueritatem, sed negat solemnitate, & tunc sua negatio

negatio sibi nihil operatur, quia propter primum mendacium super ueritate praesumuntur omnia solemniter acta, auth. contra qui propria, C. de non numerata pecun. de qua re uide Curtium senior. in secunda par. de feud. laicorum, nu. 25. uer. decimo limita, C. de feud. fol. 169.

30 Sexto limita, quando dominus ¶ non potest cogere pares ad iurandum, quia tali casu uasallus posset inuestituram probare per testes extraneos, & si non haberet extraneos testes, nec pares possunt cogi a domino testificari, tunc recurri potest ad superiorem, qui statuet, quod sibi equum videbitur, ut dicitur in cap. primo, §. quod si iurare, & ibi glos. in uerbo, collat. tit. quid sit inuestit.

31 Septimo limita, quando magna foret amicitia inter dominum, & pares, tunc ¶ eorum testimonium posset uari ratione suspicionis orientis ex nimis aucta familiaritate, ut tradit Aluarot. in dicto capitulo primo, §. si enim domino, numero sexto, uerfi. oppono ab extra, columna penultima, titulo, quid sit inuestit. de quib. uide Mascard. in d. conclus. 942. lib. 2. de probat.

32 Ista tamen magna amicitia esset ab eo probanda, qui eam allegat, ut infra suo loco dicitur.

32 Sciendum est autem in pluribus locis hanc parium ¶ solemnitate in probanda inuestitura non esse necessariam, ut tradit Afflict. in capitulo primo, numero trigesimo sexto, uerficulo, tu dic. titulo, qui testes sint necess. ad proband. inuestit. nouam. ubi ait, quod dominus Rex facit inuestituram in Regno Siciliae de ¶ magnis feudis sine paribus, & solum facit priuilegium subscriptum a suo secretario, & a protonotario sigillatum suo sigillo, cui creditur non solum contra Regem, sed etiam in fauorem Regis, quando habet subscriptionem quaestoris, uel duorum consiliariorum, & hoc idem confirmauit in capitulo primo, §. quæ siquidem, in fine, titulo, quid sit inuestit. ubi dicit, inuestituram ¶ feudi probari per priuilegium Regis sine subscriptione parium, in quo priuilegio solum est manus, & sigillum ipsius Regis, & aliorum consiliariorum, subiungens tamen cautius esse, si quis haberet inuestituram per uiam contractus celebrati cum iudice, & notario, & testibus, secundum constitutionem Regni, qua cauetur, ut si contractus excedat libram auri, debent in ipso instrumento se subscribere ad minus tres testes, qui sint literati si possunt haberi, & omni exceptione maiores, & refert Serenissimum Ladislaum, immortalis memoriae Regem, hoc modo suas inuestituras fecisse. ego quoque uidi plures, ac varias inuestituras a diuersis Principibus, & uarijs Imperatoribus factas, quarum aliae confectae erant per publica instrumenta, in forma, qua fiunt alij contractus, aliae factae fuerant in forma priuilegij sine paribus una cum sigillo, & sola concedentis, & secretarij subscriptione: quo circa semper in his, & alijs similibus debent curiarum consuetudines seruari, qui bus adde, quæ scripsit Bald. in capitulo primo, numero quarto, uerficulo, sed nunquid, columna se-

cunda, de controuers. inuestit. ubi tradit inuestituram ¶ probari per imbreuiaturam, & etiam per testatum, idest per instrumentum sigillatum sigillo domini, & si plures sint Comites, uel domini, sufficit, ut sigillet ille, qui tenet sigillum, cuius traditio nem sequitur Aluarot. in capitulo primo, numero quinto, uerfi. utrum autem isto casu, colum. 6. qui testes sint necess. ad proband. nou. inuestit.

35 Sanè pro cognitione huius materiae non est negligenda illa compendiosa distinctio, quam glossa, & Doctores adducunt, siquidem distinguunt inter inuestituram factam a laico, & a clerico.

36 Primo casu dicunt, quod aut est facta de feudo nouo, & tunc aut dominus habet ¶ pares, aut non: si habet pares, & ipsos uolunt testificari, probatur inuestitura per ipsos, aut per breue testatum scriptum a paribus: si uero nolunt testificari, debent compelli a domino, qui si noluerit eos compellere, in poenam domini potest probari, per extraneos testes, uel potest recurri ad superiorem, ut compellat pares: cæterum si dominus non habet pares tunc indistinctè extranei testes sunt admittendi: si autem neque pares, neque testes extranei sunt, neque etiam breue testatum, tunc inspicitur, uter possideat. si enim possidet dominus, datur ipsi electio aut iurandi, aut referendi: at si uasallus fuit in possessione ¶ per annum domino sciēte, & patiente, tunc erit electio uasalli, ut supra dixi, numero septimo, quæ omnia sine difficultate obtinent, quando agitur de probatione nouae inuestiturae, At quando de inuestitura antiqua, tunc indistinctè, & pares, & testes extranei admittuntur.

37 Secundo casu principali, quando inuestitura est facta a clerico, refert scire, an facta sit de rebus patrimonij, an de rebus ecclesiae: si de rebus patrimonij, dicendum est prout diximus de feudo laici: si de rebus ¶ ecclesiae, tunc admittuntur tam pares, quam testes extranei, & ita ex mente glossae pulcherrimè distinguit Afflictus, in capitulo primo, §. quæ siquidem, numero decimotertio, columna fin. uerficulo, tu dic magis breuiter, titulo, quid sit inuestit. & breuius hanc rem tractauit Aluarot. in capitulo primo, sub numero 4. uerfi. unde concludo sic, col. 6. tit. qui testes sint necess. ad proband. nou. inuestit.

38 Spestant autem supradicta omnia ad feuda acquisita ex inuestitura.

39 Quod uero attinet ad acquisita ex successione, sciendum est, onus probandi incumbere illi, qui in successione se fundat: in tali enim casu semper ¶ agnatio, uel consanguinitas ab eo probanda est, qui se agnatum, uel consanguineum dicit, ut iam diximus in capitulo 12. cui incumbat onus probandi fraternitatem, sup. eodem, & in terminis feudorum hoc probat Ifern. in capitulo 1. uerfi. oportet, quod probent, nu. 1. tit. si de feudo defuncti controuers. fuerit inter dominum & agnat. & ibi Afflictus, sub numero 10. uerfi. tamen ego dico, col. 2. & Castren. in consil. 279. uerfi. uisa, columna, 2. uerfi. & etiam ex quo agunt, volumine secundo, & collegium

gium Bononien. in consilio quinquagesimo, numero vigesimo octavo, versic. nec etiam obstat, columna decimatercia, inter consil. Curtij senior. & Roland. in consilio tertio, numero quadragesimo primo, versiculo, his tamen non obstantibus, uolumine primo, & Alba in consilio sexagesimo primo, puto, numero primo, & Paris. in consilio vigesimotertio, numero 188. versiculo, si autem has qualitates, & numero 233. versic. rursus considerandum, uol. 1.

Quod si loquimur de successione, intelligimus de successione ab intestato, non autem de successione testamentaria, quoniam in feudis regulariter nulla dispositio testatoris valet, ut cautum est in capitulo primo, in principio, de successione feudi.

Et quamuis aliàs dici soleat, quod remedium l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollen. habet locum in feudis: tamen intelligitur illud esse uerum, quãdo in testamento fuit instituta illa persona, quæ debebat ab intestato succedere: at si fuisset institutus is, qui ab intestato minime uocatur, non esset dicto remedio locus, ut plenè disputat Afflic. in decisio. 119. & ibi Versil. & idem Afflic. in capitulo primo, numero decimotertio, versiculo, nam edictum, colum. si. tit. si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat.

42 Quomodo uerò intelligatur inuestitura facta ad usum Regni, uide Decium in consilio 389. uisa longa, sub numero sexto, versiculo, & hoc confirmatur, col. 2.

An autem filia hæres patris debeat mitti reclamantibus agnatis in possessionem bonorum feudaliū, donec discutatur de natura feudi, non est nostræ materiæ, tu tamen uide Decium in consilio 467. & Alciat. in consilio quadragesimo quarto, tomo secundo, lib. quarto, ubi limitat quatuor modis, & Roland. in consilio quadragesimo octauo, uolumine quarto, & Cachran. in decisio. uigesima sexta, & Afflic. in dicta decisio. 119. & ibi Versil. & Paris. in consilio vigesimotertio, numero 90. uolumine 1.

44 An autem utilis rei uindicatio, & aut publiciana competat uasallo ad recuperandum feudum, uide Nattam in consil. 456. quantum, uol. 2. & Clar. in §. feudum, q. 89.

ADDITIONES.

a Abusua. Est etiam disuestitura duplex, idest abusua, & propria: nam uerbo disuestitur, & si interuenit chirographum, cogetur uasallus ingratus, uel illud incidere, uel aliud chirographum contrarium facere, & si fuit inuestitus per anulum deannulabitur, & si per traditionem deicietur, nam disuestitura est similis deprædationi, quæ fit per actum retro similem, ut ait Bald. in capitulo. 1. §. nulla, nume. 8. columna fina. per quos fiat inuestitura.

b Iurauerit. Alij dicunt in hoc casu. non esse necessarium iuramentum, ut ait glos. in cap. 1. in uerbo, aliquo tempore, de consuet. recti feudi.

c Seruanda. Tradit Aluarot. in cap. 1. §. præterea, num. 1. uersic. præmitte, & num. 4. uersic. nota quod in feudis, quid sit inuestit. & ibi uide Afflic. numero septimo, in 3. notab. ubi dicit pacta insolita non carere suspicionem fraudis.

d Fœminæ. In quib. feudis possint succedere, uide Paris. in consil. 23. nu. 30. uol. 1.

e Insolitis. Quæ sint pacta insolita, uide Ifern. Aluarot. & Afflic. in c. 1. §. præterea, quid sit inuestit. & latè Iacobin. in uerbo, qui quidem inuestiti, de feud.

f Regulariter. Rectè dictum est regulariter, fallit tamē in multis casib. de quib. uide Clar. in §. feudum, q. 40.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasallus debet esse fidelis domino suo.
- 2 Fidelitas est iuramentum, quod a uasallo præstatur domino.
- 3 Fidelitatem tres personæ iurant, id est uasallus, domesticus, & subditus.
- 4 Vasallus iurat se esse fidelem, & secretum.
- 5 Subditus, & domesticus iurant, quod uitam, & honorem domini custodient.
- 6 Fidelitatis iuramentum, quot contineat.
- 7 Dominus uasallo suo, quando dicatur esse male fides.
- 8 Fidelitatis iuramentum intelligitur præstari secundum solitum morem.
- 9 Fidelitatis iuramentum potest præstari per procuratorem.
- 10 Vasallus reuelans secreta domini appellatur proditor, & feudo priuatur.
- 11 Secreta Principis reuelans, qua pœna puniatur.
- 12 Secretum quod sit.
- 13 Secreta quilibet debet custodire.
- 14 Tacere quilibet debet, quod dictum est ab amico in secreto.
- 15 Vasallus feudo priuatur, quando reuelat secreta domini animo damnificandi eum.
- 16 Delictum non præsumitur.
- 17 Dolus probandus est ab eo, qui dolum allegat.
- 18 Uasallo incumbit onus probandi se non habuisse animum damnificandi dominum, quando reuelauit eius secretum.
- 19 Vasallus quomodo probabit, se non habuisse animum damnificandi dominum.
- 20 Pœna reuelantis secreta domini, quæ sit.
- 21 Vasallus non potest contrahere amicitiam cum inimicis domini.
- 22 Amicus inimici mei, est meus inimicus.
- 23 Libertus damnatur, si cum inimicis patroni aduersus eum conspirauerit.
- 24 Mater quæ erat amica inimicorū filij, potest a filio exheredari.
- 25 Inimicitia probatur eo ipso, quod quis contrahit parentelam cum inimico meo.
- 26 Iudex amicus inimici mei, potest ut suspectus recusari.
- 27 Vicarius potest iurari suspectus propter iudicem suspectum.
- 28 Vasallus non potest facere amicitiam cum inimicis domini in præiudicium ipsius, alias secus.
- 29 Onus probandi incumbit domino dicenti uasallum fecisse amicitiam cum inimicis suis ad damnum suum.
- 30 Vasallus unus domini duntaxat non potest facere amicitiam cum inimicis domini.
- 31 Vasallus plurimum dominorum respectu diuersorum feudorum potest facere ligam cum tertia persona in præiudicium alterius ex dominis.
- 32 Rector duarum ecclesiarum duplicem personam representat.
- 33 Onus probandi incumbit ei, qui dicit uasallum fuisse perfidum.
- 34 Vasallus sine causa non priuatur feudo.
- 35 Ingratitudo probatur ab eo, qui eam allegat.
- 36 Feudum in dubio rectum præsumitur. Concessio an præsumatur realis, uel personalis.

ARGUMENTVM.

De iuramento fidelitatis, & utri incumbat onus probandi, an domino dicenti uasallum fuisse ingratum, & secretum reuelasse, uel amicitiam contraxisse cum inimicis domini in ipsius damnum, an uasallo dicenti contrarium.

C A P. XL.

VASALLVS debet esse fidelis domino suo, quia feudum de quo est inuestitus, a fidelitate nuncupatur, ut expressè est in capitulo primo, §. fina. in fine, titulo, per quos fiat inuestit. ubi habetur, quod nulla inuestitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat, cum feudum a fidelitate, uel a fide dicatur, nisi eo pacto feudum sit ei acquisitum, ut sine iuramento fidelitatis habeatur, quod pactum cum sit insolitum & a natura feudi alienum, debet ab eo probari, qui illud allegat, ut in præcedenti capitulo dixi, in princip. quæ quidem fidelitas nihil aliud est, quam iurandum, quod a uasallo præstatur domino, ut scriptum est in cap. 1. in fine, titulo, quid præcedere debeat, an inuestit. an fidelit.

Hanc autem fidelitatem tres personæ iurant, idest uasallus, domesticus, & subditus, siue sit subditus a ratione domicilij, siue ratione bonorum: sed in hoc est differentia, nam uasallus iurat se fore fidelem, nec ulli in detrimentum domini reuelaturum id, quod sibi sub nomine fidelitatis dominus commiserit: At familiaris, & subditus nominatim iurant, quod uitam domini, membrum, mentem, & eius rectum honorem custodient, ut cautum est in capitulo primo, titulo, qualiter iurare debeat uasal. & ibi Ifern. & alij, & Martin. Laudens. in quæstione 534. de Principib. & Iacobin. de Sancto Georg. de Homag. numero trigesimo secundo, versiculo, octauo homo, & Roland. in consilio 53. quid legitimè, volum. secundo, & uide Afflic. in capitulo primo, §. fin. numero vigesimotertio, versiculo, & aduerte, de noua forma fidelit.

Qui autem domino suo fidelitatem iurat, secundum Philiberti Episcopi traditionem, ista sex in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Dictum est autem incolume, ne sit in damnum domino suo de corpore suo: Tutum, ne sit ei in damnum de secreto suo, uel de monitionibus per quas tutus

esse potest: Honestum, ne sit ei in damnum de sua iustitia, uel de alijs causis, quæ ad honestatem eius pertinere uidentur: Utile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus: Facile, uel Possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neue id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. sed quia non sufficit abstinere a malo, nisi fiat id, quod bonum est, restat ut in eisdem sex documentis consilium, & auxilium domino suo fidelis præstet, si beneficijs dignus uideri uult, & saluus esse de fidelitate, quam iurauit: sicut uerba uice dominus qui quæque fidei suo in his omnibus uicem reddere debet, quod si non fecerit, merito censetur maleficus, ut patet in capitulo, de forma, 22. quæstione quinta, & in capitulo primo, titulo, de forma fidelit.

Et quamuis aliàs forma noua super iuramento fidelitatis inuenta sit, quæ hodie ferè in omni curia uidetur obtineri, ut patet in tit. de noua forma fidelitatis.

Attamen, ut ibi Baldus in principio adnotauit, est noua forma quo ad dictatum, sed non quo ad intrinsecum sensum, & uirtutem uerborum: quod quidem fidelitatis iuramentum semper intelligitur præstari secundum solitum morem, & si contra antiquam consuetudinem fuerit interpositum, præsumetur impressum, ut scripsit Baldus in capitulo primo, numero primo, titulo, qualiter debeat iurare uasallus. de qua re uide ibi Afflic. numero decimosexto, in secundo notab. colum. 5.

Nec solum præstatur personaliter a uasallo, sed etiam potest præstari a syndico, a tutore, & a procuratore priuati speciale mandatum habente, ut inquit Baldus, in capitulo primo, §. nulla, numero secundo, titulo, per quos fiat inuestit. & Clarus, in quæstione 49. in fine, §. feudum.

Patet igitur ex prædicta forma iuramenti, quod uasallus non potest reuelare secreta domini, cum sit hoc in iuramento fidelitatis comprehensum: propter quod non solum dicitur periurus, sed etiam posset appellari proditor, ut notat Afflic. in c. si Capitanei, num. 3. quib. mod. feud. amit. in 2. rubr. ubi ait, cum appellari proditorem, qui secretum reuelat, & hanc esse iustam causam priuandi uasallum feudo, quia in iuramento fidelitatis uenit, ut uasallus non reuelat secreta domini, sic etiã de iure communi grauer animaduerti solet aduersus eos, qui secreta reuelant hostibus, ut patet in l. omne delictum, §. explorator, ff. de remilit. ubi habetur eos exploratores, qui secreta nuntiauerunt hostibus, esse proditores, & capite puniendos, ad idem facit textus in l. si quis aliquid, §. transfugas, ff. de poen. ubi dicitur, transfugas, & consiliorum Principis renunciatores, aut uiuos exurendos, aut furca suspendendos, & uide infra, nu. 20.

Secretum autem dicitur illud, quod dolum minus

minus in secreto dicit, & uult esse secretum, secundum Bal. in d. c. si Capitanei, nu. 1. ubi tradit, illud dici secretum, quod dominus nolebat sciri, iuxta illud, nescit seruus, quid faciat dominus suus, & hoc probatur in capitulo primo, versiculo, & si aliquid mihi, titulo, de noua forma fidelit. ubi habetur, quod si dominus mihi aliquid in secreto dixerit, illud sine sua licentia non est reuelandum, facit, quod notauit Iser. in dicto capitulo, si Capitanei, numero tertio, versiculo, & qualiter, columna prima, ubi ait quod quemlibet debere secreto id custodire, quod in secreto sibi dicitur: nec refert, an ipse expresse promiserit tacere, an non, quia nisi expresse protestor, quod nolo illud accipere sub secreto, satis obligor ad tacendum eo ipso, quod amicus meus mihi dicit, hoc tibi dico in secreto.

Sicut enim obligatur ad custodiam depositi, qui patitur sub nomine depositi rem penes se deponi, & tacet, l. prima, ff. depositi, de quo tamen uide quae dixi in capitulo vigesimo nono, numero decimonono, cum sequen. libro primo: Ita etiam qui patitur amicum penes se deponere secretum, tenetur ad custodiam secreti, nisi expresse reclamet, & hoc idem sequitur ibi Affli. columna secunda.

Hoc autem quod dictum est, vasallum amittere feudum propter reuelationem secreti, intelligitur esse verum, quando vasallus secreta reuelauit in animo damnificandi dominum: at secus, ubi bona mente, ac simpliciter secreta domini manifestauerit. cum enim voluntas, & propositum distinguant maleficium, locus poenae non est, & ut probatur in dicto capitulo primo, titulo, quib. mod. feud. amittit. rubr. secunda, ubi glos. per illum egregium textum affirmauit, duo esse necessaria, id est quod vasallus manifestauerit, & quod scierit hoc in prauidicium domini fecerit: alioqui si domini secreta manifestasset, non animo damnificandi, non priuaretur feudo, etiam si ex tali reuelatione dominus damnum senserit, cuius rei exemplum ponit ibi Afflictus in eo vasallo, cui dominus secreto dixerat, quod uolebat ire ad exercitum, vasallus autem uolens ex abundantia cordis laudare dominum de magnanimitate, & prudentia dixerit quod dominus uolebat ire ad exercitum: quam rem hostis audiens fecit prouisionem, propter quam impediuit, ne dominus posset ad exercitum peruenire. licet enim ex tali reuelatione secreti dominus patiatur damnum, tamen vasallus non est feudo priuandus, cum non habuerit animum nocendi domino.

Ceterum quoniam saepe oritur contentio inter dominum dicentem, vasallum reuelasse secretum animo nocendi, & vasallum negantem, quae ritur, utri incumbat onus probandi, an domino affirmanti secretum fuisse reuelatum malo animo, an vasallo dicenti fuisse reuelatum bona in-

16 tentione. & uidetur onus probandi spectare ad dominum; primo quia ubi agimus de praesumendo delicto, semper in dubio capienda est interpretatio, quae delictum excludat. l. merito, ff. pro socio.

Deinde, quoniam dominus affirmat, & vasallus negat, ergo affirmanti, & non neganti probatio incumbit, ut dixi in capitulo sexto, libro primo.

17 Postremo, quoniam non tenetur de secreti reuelatione, nisi dolose illud manifestauerit, ergo dominus probare debet, quia qui dicit se dolo aliquid factum, dolum probat. l. quoties. §. qui dolo, ff. de probat.

In contrarium est veritas, nam vasallus manifestando secretum dicitur dedisse operam rei illicitae, cum iuramento contrauerit, & ob id sibi incumbit onus probandi, quia dominus habet fundatam intentionem ex praesumptione, quae est, quod in rebus illicitis malus animus praesumitur, sicut idem dicimus aduersus illum, qui dicit homicidium se fecisse non animo occidendi, vel factum fecisse animo laedendi, siquidem omne maleficium praesumitur male actum, capitulo primo, & ibi glos. extra de praesumpt. & ita in terminis concludit Iser. in dicto capitulo primo, numero secundo, versiculo, uel dic, quod probat, columna prima, & columna secunda, in fine, titulo, quib. mod. feud. amittat. rubr. secunda, & ibi Aluarot. numero 6. vers. quare ab extra, columna penultima, & Afflictus, numero decimotertio, versiculo, ulterius quare, columna tertia, & Curtius iunior, in quarta par. de feud. in trigesima septima causa priua. feudi, & Zasius de feud. in decima parte, numero quadragesimosexto, versiculo, hoc tamen loco.

19 Probabit autem vasallus se non habuisse animum damnificandi dominum ex praesumptionibus, & coniecturis, & ex qualitate personae suae: inspiciendum est autem an amet, an odio habeat dominum suum, item an alius eum damnificauerit, an non, ut concludunt praedicti Doctores in allegatis locis, ibique apud Afflictum uidebis, qua poena debeant puniri, siue vasalli, siue consiliarij, siue aliae personae priuatae, quae secreta domini, uel Principis, uel alterius amici reuelant, & uide supra, nu. 11.

Amplius sciendum est ex praedicta forma iuramenti contineri quoque, ut non possit vasallus contrahere amicitiam cum inimicis domini: quia cum debeat diligere, & colere dominum suum, & ipsi esse fidelis, non dicitur amorem, & fidelitatem is exhibere, qui factiones domino contrarias fouet, & sequitur, quia amicus inimi-

22 miei mei dicitur esse meus inimicus, & haec est una ex causis, quibus vasallus feudo priuari potest, ut expresse cautum est in cap. 1. tit. quot testes sint necesse. ad prob. feud. ingrat. ubi inter cetera dicitur, quod vasallus feudo priuabitur, si cum inimicis domini suas amicitias copulauerit, quod idem quoque contingit in liberto, qui poena metalli damnatur, si cum inimicis patroni aduersus eum conspirauerit, ubi habetur in l. prima, §. cum patronus, ff. de offic. prof. et. ubi, ubi glos. dictum textum adducit in argumentum, quod feudum potest auferri vasallo, qui fecit amicitias cum inimicis domini, pro qua re facit textus in l. liberi, in fine, C. de inoffic. testamen. ubi habetur, quod mater potest exhaereditari a filio, quando cum inimicis filij suas amicitias copulauit, per quem textum dixit ibi Bald. in quarto notabili, quod inimicitia probatur eo ipso, quod quis contrahit parentelam, vel facit confederationem cum inimico meo, nam coniuncti, & confederati praesumuntur eiusdem intentionis esse, & ob hanc rationem dici solet, quod iudex amicus inimici mei potest tanquam suspectus recusari, nec ab eo citatus tenetur coram eo comparere, ut tradit Felyn. in capitulo, insinuante, in princip. extra de offic. delega. ubi tradit, quod vicarius potest iurari suspectus propter iudicem suspectum quando a iudice eligitur, & cassatur, secus si seorsum habitaret, nec ab eo eligeretur.

23 Quae quidem conclusio intelligitur esse vera, quando vasallus faceret amicitiam cum inimicis domini in prauidicium ipsius, autis secus, nam ex simplici amicitia contracta ad alium effectum, non posset feudo priuari, ut ait glos. in capitulo primo, §. porro, in verbo, assalierit, titulo, quae fuit prima causa benef. amittent. & ibi Iser. numero quinto, & Aluarot. numero secundo, versiculo, quare cum glossa, columna secunda, & Curtius iun. in quarta parte, in decima quinta causa feudi amittendi, de feud. & Clar. in §. feudum, questione 54. & Aluarot. in capitulo primo, sub numero quarto, versiculo, secunda conclusio, quib. mod. feud. amittat. & Afflictus. in decisione 307. in fine.

Et quotiescunque oriretur contentio inter dominum dicentem fuisse contractam amicitiam in ipsius prauidicium, & vasallum negantem, onus probandi incumberet ipsi domino: quia cum amicitiam contrahere non sit res illicita, nec de genere malorum, non est imputandum vasallo, qui rei licitae dedit operam, & ob id dominus probare debebit illam amicitiam fuisse illicitam in ipsius detrimentum, ut concludit Iser. in dicto capitulo primo, in fine, quibus mod. feud. amittat. rubr. secunda, & ibi Aluarot. sub numero sexto, versiculo, secus quando copulat, columna fina. in princip. & Iser. in dicto §. porro, numero 9. versiculo, sed an dominus, columna secunda, & Afflictus. in dicto capitulo, si Capitanei, numero vigesimo octauo, columna penult. quib. mod. feud. amittat. rubr. 2.

Et quamuis contrarium tenuerit Zasius affirmans onus probandi iniungendum esse vasallo, ut scripsit in epito. feudor. in 10. par. numero 43. versiculo, ceterum ad materiam, & Cuman. de

quo nullus facit mentionem in consilio 161. A. miles, sub uerfic. ad decimum uero, & ultimum, columna pen.

Attamen non est recedendum a prima opinione, quae communiter est approbata, & Zasij, & Cumanii opinio haberet locum, quando aliqua praesumptiones essent contra vasallum, ut tradit Frans. Somsbech. in par. 12. nu. 44. de feud.

Haec autem conclusio, qua diximus vasallum contrahentem amicitiam cum inimicis domini in ipsius detrimentum, feudo esse priuandum, declaratur, ut procedat in vasallo unius duntaxat domini. At secus in eo, qui duorum dominorum est vasallus ob diuersa feuda, nam tunc ipse poterit facere confederationem cum tertia persona etiam in prauidicium alterius ex duobus dominis, ut mirabiliter tradit Euerardus in loco 79. circa finem, uerfic. hic etiam potest attentari, de modo arguen. a loco de tanquam, ubi egregie dicit, quod vasallus plurium dominorum respectu diuersarum patriarum potest facere ligam cum tertia persona, etiam in prauidicium alterius ex dominis, & inferendo ad Comitatum Flandriae, subiungit, quod licet ipse sit respectu Comitatus Fladriae, & Artesij vasallus Regis Franciae, respectu uero Ducatus Barbantiae, & Comitatus Hollandiae sit vasallus Imperatoris, tamen poterit facere confederationem cum Anglis inimicis Francorum absque metu felonie incurrendae ad perditionem feudi, moueturque ea ratione, quia cum duplicem personam referat, non censetur hanc ligam facere tanquam vasallus Regis Francorum respectu Comitatus Flandriae, sed censetur eam facere tanquam alia persona, id est tanquam Dux Brabantiae, & tanquam vasallus Imperatoris, respectu cuius nihil habet commune cum Rege Franciae, ob quam rem concludit, quod iura prohibentia vasallum inire feodus in prauidicium domini, debet intelligi de illo vasallo, qui solum habet unam qualitatem, sed secus est in eo, qui plures feudorum qualitates habet, alioqui sequeretur, quod pluralitas feudorum plus incommodi, quam commodi afferret, si occasione unius feudi ita quis esset subiectus uni domino, ut pro conseruatione aliorum feudorum longae maioris importanter, non posset confederationem facere cum alia persona, quae res sicut non censetur cogitata in concessione feudi, ita etiam in confederatione non est habenda, arg. ca. ueniens, extra de iurciu.

Necte moueat, quod contrarium consuluerit Cuman. quem non uidit Euerardus, in cons. 161. A. miles.

Quoniam rationes Euerardi uidentur esse efficaciores, cuius traditionem dixit Franciscus Somsbech, esse bene notandam, licet in ea uix audeam fingere pedem, ut patet in par. 12. nu. 45. uerfic. fallit haec conclusio, de feud.

Nec est inconueniens, ut unus vasallus respectu plurium feudorum representet plures personas, quoniam hoc idem euenit in eo, qui est rector

V 4 duarum

32 duarum ꝑ ecclesiarum, si quidem propter diuersa iura in ipsum concurrentia representat duplicem personam, & potest obligari modo sub nomine unius, modo sub nomine alterius, nec ex contractibus initis sub nomine unius, obligatur respectu alterius Ecclesie, sicut idem uidemus in Episcopo, qui aliquando Canonici, aliquando Episcopi personam gerit, ut habetur in capit. a collatione, de appellat. in sexto, & egregie notat Anchar. in consilio 114. pro impetratione, numero secundo, columna 1.

Quæ rationes olim mihi plurimum honoris fecerunt, cum eas in facti contingentia allegassem ad fauorem cuiusdam Principis, qui cum esset vasallus Regis Hispaniarum pro certis feudis, & vasallus Imperatoris pro quibusdam alijs, uolebat a me scire, an tamquam vasallus Imperatoris possit, si occasio id postularet, inire feudus cum quodam Principe, qui Regis Hispaniarum non erat amicus.

Vltimo sciendum est, quod omnibus in causis, quibus propter vasalli perfidiam, ac infidelitatem feudum amittitur, semper onus probandi ꝑ incumbit ei, qui dicit vasallum fuisse perfidum, tum quia vasallus non potest feudo priuari nisi causa cognita, & culpa probata, ut cautum est in capitulo primo, de feudo sine culpa non amittit. Tum etiam, quia in dubio quis præsumitur gratus & fidelis, nisi ingratitude probetur ab eo, qui ꝑ eam allegat, ut manifestè patet in cap. 1. titu. quot testes sint necess. ad prob. feud. ingratit. ubi habetur vasallum non posse feudo spoliari, nisi ipsius infidelitas, vel ingratitude quinque testibus summæ atque integræ opinionis manifestè fuerit probata: cum enim fidelitas, & gratitudo sint qualitates naturales, præsumuntur homini inesse, nisi contrarium probetur, ut dixi in cap. 53. in prin. lib. 1.

Vtrum verò vasallus teneatur præstare seruitium personale, vel reale, domino suo, uide Cacher. in decisio. 27. nu. octauo, sub uersic. nam stã te opinione, ubi tradit, quod ꝑ in dubio feudum rectum, & proprium præsumitur, & consequenter seruitium personale etiam militare censetur promissum, quæ præsumptio transfert onus probandi in contrarium: sed an, & quando concessio præsumatur realis ꝑ vel personalis, uide Menoch. in præsumpt. 103. lib. 3.

ADDITIONES.

- a Subditus. Contrarium tenuit Lucas de Pen. in l. de uotum, numero 3. uersiculo, an autem ipsum iuramentum. C. de metat. & epidimeticis, lib. 12. & an subditus ratione bonorum duntaxat, si non habitat, debeat iuramentum fidelitatis præstare, sunt uariæ opiniones, uide Paris. in cons. 25. nu. 43. uol. 1.
- b Procuratore. Fallit in homagio, quod a procuratore non potest præstari, ut ait Afflicti. in capitulo primo, numero octauo, columna tertia, qualiter vasal. debeat iurare fidelitatem.
- c Amicus. Quod conuersans cum inimico meo censea-

tur meus inimicus, intelligitur esse uerum in filio, uel alio intrinseco, qui ab hoc debet abstinere mei contumplatione, secus in extraneo, qui propter me non debet abstinere ab amico meo, ut tradit Castrensis. in l. liberi, C. de inoff. testam.

S Y M M A R I U M.

- 1 Doctoratus est dignitas.
- 2 Doctori incumbit onus probandi se esse Doctorem.
- 3 Literatura probanda est ab eo, qui in ea se fundat.
- 4 Prudentia, & literatura est quoddam contingens.
- 5 Doctor de presenti non præsumitur retro fuisse Doctor.
- 6 Affirmanti se Doctorem probatio incumbit.
- 7 Admissus ut Doctor, transfert onus probandi in aduersarium ne gantem ipsum esse Doctorem.
- 8 Probatio doctoratus requirit examen.
- 9 Factus Doctor, uel Sacerdos, uel tabellio a Principe, si naturaliter non est aptus, non consequitur legatum factum sibi, quando erit Sacerdos, aut Doctor, aut tabellio.
- 10 Doctoratus a Papa, uel ab Imperatore præcedit eum, qui fuit doctoratus a Principe inferiore, uel a collegio.
- 11 Doctoratus a Papa, uel Imperatore cum rigore examinis præcedit alios ab inferiore doctoratos.
- 12 Prærogatiua, quando conceditur dignitati, non considerat exercitium.
- 13 Papa Sacerdotem, & Imperator Doctorem uno uerbo faciunt.
- 14 Doctor factus a Principe de insufficientia non arguitur.
- 15 Doctoratus quando probetur per scripturam.
- 16 Doctoratus quando probetur per testes.
- 17 Doctoratus probatio facilis est, quando non tractatur de præiudicio alieno.
- 18 Doctoratus quasi possessio, an proffit.
- 19 Doctorandus debet esse ætatis decem, & septem annorum.
- 20 Doctorandus an debeat esse ætatis uiginti quinque annorum.
- 21 Franciscus, & Cernotus fuerunt filij Accursij.
- 22 Minor uiginti quinque annis ad honores non potest admitti.
- 23 Doctor habet iurisdictionem in scholares.
- 24 Minor uiginti quinque annis non potest esse Iudex.
- 25 Nerue filius anno sue ætatis decimo septimo publicè de iure respondit.
- 26 Baldus annum decimum quintum agens repetitionem fecit super legem, centum Capua.
- 27 Angelus anno uigesimo incepit aduocare, & uigesimo quarto factus Doctor, incepit legere.
- 28 Fulgosius decimo quinto anno priuatam repetitionem fecit.
- 29 Fulgosius anno uigesimo fuit licentiatus, & anno uigesimo tertio factus fuit Doctor.
- 30 Fulgosius, & auctor ceperunt cum salario publico legere ante quam essent Doctores.
- 31 Non reperitur a iure determinatum, cuius ætatis debeat esse ille, qui uult doctorari.
- 32 Malitia supplet ætatem.
- 33 Ingenium supplet tempus in bene studente.
- 34 Scholaris per quinque annos debet studere in iure ciuili.
- 35 Scholaris debet in iure canonico ad minus per septennium studuisse.
- 36 Scholaribus dispensatur super residentia per septennium in audiendo iure ciuili.
- 37 In doctorando scholare non est inspiciendum quamdiu studuerit, sed quantum profecerit. Dignitas doctoratus non est danda senescenti, sed bene merenti, ibidem.
- 38 Merita scholaris æstimantur ex eruditione discipulis.
- 39 Philippus Decius anno sui studij quarto doctoratus fuit.
- 40 Scholaris magis arrogans, quam doctus præsumitur, qui cum parum

- parum studuerit, uult tamen esse magister.
- 41 Medicus nouus est homicida parentum.
- 42 Doctor nouellus est confusor litium.
- 43 Aduocatus imperitus appellatur non legum Doctor, sed legum dolor.
- 44 Scientia augetur annis.
- 45 Iacobus de Arena, anno sue ætatis quadragesimo doctoratus fuit.
- 46 Doctorari quis non debet, nec nimis propere, nec nimis tarde.
- 47 Senex institutus, erit Aduocatus in alio seculo.
- 48 Doctorandus debet studuisse in locis a iure approbatis.
- 49 Studia publica, quibus ciuitatibus competant.
- 50 Clerici absentes causa studiorum, non possunt studere in uillis, & in Castellis.
- 51 Studia generalia non possunt esse in Castris, nec in minimis ciuitatibus.
- 52 Bononia, Patauium, & Perugia de iure habent studia publica.
- 53 Bononia, & Padua habent studium publicum tanto tempore, ut eius inijt memoria non extet in contrarium.
- 54 Bononia habet studium publicum ex priuilegio Lotharij Imperatoris.
- 55 Doctori licentia data legendi ubique locorum, restringitur ad loca idonea.
- 56 Bononia est Regia ciuitas.
- 57 Perugia, & Padua, sunt inclite ciuitates.
- 58 Sena habet studium publicum.
- 59 Regium Lepidi habet priuilegium studij.
- 60 Mutina habet iura studij publici, in quo legerunt Guido de Suzzaria, Albertus Galeotus, & Speculator.
- 61 In uillis potest quis studere ob excellentiam alicuius Doctoris.
- 62 Facultas doctorandi nulli competi, nisi ex priuilegio, uel præscriptione immemoriali.
- 63 Tempore guerra, uel pestis potest quis in uillis, uel in Castris studere.
- 64 Doctorandus ante omnia debet esse bonis moribus ornatus.
- 65 Doctores possunt licitè reprobari ob defectum morum, & scientiarum.
- 66 Eloquentia sine sapientia multum nocet Reipublicæ.
- 67 Sapientia non intrat in animam maleuolam.
- 68 Doctor debet esse honestus, uerax, & iustus.
- 69 Iuris periti debent laudabilem uitam bonis moribus demonstrare.
- 70 Scientia legum docet reprimere cupiditates.
- 71 Virtutum, & uitorum commercium non datur.
- 72 Doctorandus debet habere interpretandi subtilitatem.
- 73 Interpretationi Doctoris in dubio standum est.
- 74 Interpretatio legum ea est necessaria, quæ fit a Principe.
- 75 Interpretatio legum debet esse clara, & benigna.
- 76 Paulus legislator propter obscuritatem appellatur maledictus.
- 77 Papinianus propter subtilitatem laudatur.
- 78 Subtilitas laudabilis debet esse in Doctore, & Iudice.
- 79 Subtilitas illaudabilis fugienda est.
- 80 Nasus, odores, & fetores discernit, et ob id significat discretionem.
- 81 Nasi magnitudo, uel tortuositas significat immoderatam discretionis subtilitatem.
- 82 Fauitas intelligitur per nasum grandem, & tortum. Scholares sunt fatui, dum uolunt nouitates inuenire. ibidem.
- 83 Paruus nasus significat modicam discretionem.
- 84 Interpretatio fatua, & calida reprobatur.
- 85 Voluntates hominum pereunt propter nimias subtilitates.
- 86 Nimia subtilitas ad perniciem sepe conducit.
- 87 Doctorandus debet habere docendi facundiam.
- 88 Theophilus, & Dorotheus fuerunt facundissimi Doctores.
- 89 Marcus Cato, Scaeuola, & Sulpitius fuerunt eloquentissimi Iuriconsulti.
- 90 Rethorice tria sunt genera.

- 91 Doctoris proprium est regere consilij urbes, & fundare legibus ciuitatem.
- 92 Rethorica ad Iuriconsultum pertinet.
- 93 Utilitas uersatur in tuto, ac honesto.
- 94 Laus uera in legis obseruantia consistit.
- 95 Aduocati eloquentia suffulti gloriam uocis habent.
- 96 Aduocatus eloquens eligendus est.
- 97 Iuuenes prius debent addiscere Grammaticam, Logicam, & Rethoricam, & postea Leges.
- 98 Doctor nullus erit bonus, qui non sit bonus orator.
- 99 Eloquentia in omnibus disciplinis est necessaria.
- 100 Doctorandus debet examinari.
- 101 Examinandus non est, qui notoriè est eruditus.
- 102 Clericus, quando possit promoueri sine examine.
- 103 Non examinantur qui de curia promouentur.
- 104 Doctorari quis non potest, nisi interuenerint saltem septem Doctores.
- 105 Perugia habet priuilegium a Papa, ut in doctorando quatuor Doctores sufficiant.
- 106 Doctores scholarem presentantes non computantur in numero septem, qui examini debent interuenire.
- 107 Doctores uicini debent acceri, quando numerus in ciuitate non est adimpletus.
- 108 Doctores cum iuramento deponere debent examinatum esse sufficientem.
- 109 Doctores presentantes debent iurare presentatum esse sufficientem.
- 110 Doctores in approbationibus examinatorum debent deponere uota sua cum iuramento.
- 111 Doctores presentantes, & Doctores examinantes debent iurare de sufficientia doctorandi.
- 112 Procuratores iurant de calumnia.
- 113 Scholares ter examinantur.
- 114 Examinatus priuatim, debet publicè examinari.
- 115 Doctor factus a Doctoribus subornatis non est Doctor.
- 116 Doctorari salua conscientia potest, qui parum est doctus, si tamen spes sit, ut possit proficere.
- 117 Scientia eminens, & mediocris, quæ sit.
- 118 Doctorandus debet esse legitime natus.
- 119 Spurius non potest fieri Doctor.
- 120 Notarius spurius non potest exercere officium notariatus ad bancum Iudicis.
- 121 Iudeus non potest esse Doctor.
- 122 Spurius, & illegitimi hodie sunt Doctores.
- 123 Doctorandus non debet esse mercator.
- 124 Vespasianus fuit mercator.
- 125 Pertinax Imperator mercaturam exercuit.
- 126 Thales Milesius, Hippocrates Mathematicus, Solon, Plato, & Messalias fuerunt mercatores.
- 127 Mercatura, an præiudicet nobilitati.
- 128 Doctorandus debet iurare, quod in doctoratu non excedet in pensis summam a lege taxatam.
- 129 Insignia doctoralia sunt quinque.
- 130 Cathedra in Gallia est unum de insignibus Doctoris.
- 131 Liber est principale insigne doctorum.
- 132 Insignia doctoralia sunt tria.
- 133 Osculum nihil facit ad matrimonium.
- 134 Insignia doctoralia quor sunt.
- 135 Primum insigne est liber clausus, mox apertus; secundum annulus, tertium biretum, quartum osculum.
- 136 Verba, quæ debeant dici in traditione libri.
- 137 Habitus Philosophiæ dicitur biretum.
- 138 Doctor dicitur esse bis reclus.
- 139 Autor composuit librum de insignibus doctoribus.
- 140 Doctores quomodo crearentur apud antiquos.
- 141 Promotio iuriconsultorum incepit tempore Lotharij Augusti.
- 142 Dionysius Areopagita fuit insulatus Athenis.

- 143 Philosophi habitus precipuos habebant distinctos ab alijs.
- 144 Magi Philosophi vestem candidam induebant, & arundine pro baculo utebantur.
- 145 Philosophi peculiari veste induebantur.
- 146 Marcus Aurelius, annum duodecimum agens, habitum Philosophi sumpsit.
- 147 Doctor, an sit obligatus semper deferre insignia doctoratus.
- 148 Doctor debet coram Iudice sedere.
- 149 Doctor a preside debet pater appellari, aut frater.
- 150 Doctor non est citandus, ut compareat personaliter, nec potest personaliter detineri.
- 151 Doctor est immunis a factionibus.
- 152 Doctor vehiculis uti potest.
- 153 Doctor habet iurisdictionem in scholares.
- 154 Doctori creditur de peritia sui discipuli.
- 155 Doctor sit illustris, qui uiginti annos publice legerit.
- 156 Non potest condemnari in expensis, qui habet opinionem unius boni Doctoris pro se.
- 157 Doctor non potest uocari in ius sine uenia.
- 158 Doctor potest arma deferre.

ARGUMENTVM.

De Doctore, & alleganti doctoratum incumbit onus probandi. Item quot, & quarequirantur in eo, qui doctoratus dignitatem consequi desiderat.

C A P. X L I.

ROS QUENDO ciuilium dignitatum materiam nunc de Doctore loquemur, qui secundum aliquos inter vrbanas dignitates enumeratur, ut ait Bald. in l. 1. num. 9. uers. quero circa hoc. C. de nouo codi. facien. & Guid. Pap. in decis. 388. quo uero, num. 5. uersic. preterea Doctores legum, & Decius in c. clerici, extra de iud. & in cons. 161. pro domino, num. 2. uers. tertio considerandum, col. 2.

Quo circa sciendum est, quod cum doctoratus sit qualitas, quæ per actum extrinsecum acquiratur, debet ab eo probari, qui eam allegat, tñ quia onus probandi regulariter incumbit ei, qui se fundat in aliqua qualitate, ut tradit Socin. in consilio 274. num. 1. uol. 2. & Marfil. in l. si quis ne quæstio, num. 130. ff. de quæst.

Tum etiam, quia literatura, & scientiæ cum naturaliter non insint hominibus, nõ præsumuntur nisi probentur, ut tradit glos. in c. si forte, in uerbo, scientiæ, de elec. in 6. & dixi in cap. 36. de multiplici specie negat. nu. 31. & in cap. 53. num. 41. lib. 1. pro quo facit, quod egregiè notat Bald. in l. ex persona, colum. 1. in fine. C. de probat. ubi ait, quod esse prudentem, uel esse literatum, est quoddam contingens, quod non potest concurrere cum ueritate primi status hominis, quia nemo nascitur prudens, nemo oritur literatus, cum isti sint habitus acquisiti, non innati, propter quod ex statu: præsentis non potest præsumi in præteritum: ex quo infert, quod si Papa mandat alicui prouideri

de beneficio, si constiterit tempore data ipsam esse se Doctorem legum, uel literatam personam, licet tempore presentationis literarum appareat, ipsum esse Doctorem, uel literatum, tamen non præsumitur ipsum retro fuisse talem, nisi probetur, & hoc est uerissimum, quando agitur de aliquo promouendo, ut Doctore, idest quado quis uult aliquid consequi tamquam Doctore: tunc enim affirmanti se esse Doctorem, incumbit onus probandi, quia qui uult admitti, ut talis, debet se talè probare. l. non ignorat. C. de his, qui accusa. non possunt.

At secus, quando tractatur de remouendo eo, qui iam fuit, ut Doctor admissus, non tam tali casus debet probare, qui negat ipsum esse Doctorem, ut dixi in d. cap. 36. num. 32. & latius in d. c. 53. num. 41. lib. j.

Nec in facienda doctoratus probatione sufficit simpliciter probare, talem esse Doctorem, sed opus est erit probare, illum fuisse factum Doctore per uiam examinis, ut notatum reliquit Iason in l. si quis maior, num. 32. uers. bene facit regula. C. de transact. ubi refert Angelum dicentem, quod si Papa solo uerbo fecerit sacerdotem, uel Imperator solo uerbo creauerit Doctorem, uel tabellionem, & ille sacerdos, uel Doctor, aut Notarius naturaliter non sit aptus, non consequetur legatum sibi factum, quando erit sacerdos, aut Doctor, aut tabellio, quia non sufficit ciuilitate factum, quod naturaliter fieri debebat. Sic etiã uidemus, quod licet doctoratus a Papa, uel Imperatore debeat præcedere illum, qui prius fuit ab Imperatore siue Principe, siue collegio doctoratus, ut notat Roman. in l. si uero. §. de uiro, nu. 82. in fallentia 49. ff. sol. matrim. & Martin. Lauden. in q. 16. de dignit. & Felyn. in c. per tuas, nu. 3. uersic. per istum textum, col. 2. extra de maior. & obedient. & Decius in l. cum quid, sub nu. 11. uers. retenta conclusionem, ff. si cert. petatur, & Tiraq. in cap. 6. num. 7. uers. fateor tamen, de nobilit. & Decius in c. clerici, nu. 19. uers. retenta conclusionem, extra de iud. & Purpur. in d. l. cum quid, nu. 63. uers. limitatur prior, & Socin. in regula 129. in uerbo doctoratus, & Boer. de auctor. magni consil. nu. 92. uersic. item doctoratus, & Menoch. in cons. 51. cum reru, nu. 29. uers. quarto accedit, uol. 1. & latè Cassan. in x. par. confid. 31. de gloria mundi.

Attamen hoc intelligitur procedere, quando Papa, uel Imperator illum doctorauerunt cum rigore examinis, quod raro fit, secus si per saltum fuisset doctoratus, ut tradit Iason in d. l. si quis maior, nu. 33. uers. & aduerte. C. de trans.

Quam quidem sententiam Decius affirmauit esse ueram potius ex quadam æquitate, quam de rigore iuris, quia tota uis in ipsa dignitate consistit, quæ ab Imperatore etiam sine examine tribuitur, cum solo uerbo possit Doctorem facere, & cū talis prærogatiua dignitati concedatur, in tali casu exercitium non consideratur, ut hoc notauit in dicto capitulo, clerici, numero 20. uersiculo, sed aduer-

aduertendum est, extra de iudicijs.

A quo non est alienus Angelus in l. 2. C. de crimine sacrileg. ubi tradit, quod Papa sacerdotem, & Imperator Doctorem uno uerbo faciunt, nec de inhabilitate assumpti per Principem disputandum est, quia semper intelligitur cum eo super omni macula dispensatum, nisi Princeps fuisset ignorans, nec contra talem potest opponi de insufficientia, ut subdit Cur. in l. pactum quod bona fide, nu. 8. colum. fin. C. de pact.

Inter hos autem solo uerbo doctoratos a superiore Principe, & doctoratos ab inferiore per uiam examinis, hæc est differentia, quod primo casu doctoratus probatur per scripturam, ut tradit Curt. iun. in l. pactum, quod bona fide, C. de pact. & facit Bald. in l. j. num. 2. uers. item nota quod si aliquis. C. de mandat. Princip.

At secundo casu probatur doctoratus non solum per scripturam priuilegij, uerum etiam per testes, qui publico examini interfuerunt, ut concludit Bald. in l. si solemnibus, in prin. C. de fide instrum. & ibi Castrenf. num. 5. colum. fin. & Curt. iun. in d. l. pactum quod bona fide, in fine, C. de pact. & ibi Decius, num. 2. uers. tertio, colum. j. & Salycet. in d. l. si solemnibus, num. 2. & Iason in cõ filio 149. circa primum, nu. 6. uers. item non peruenit, uolum. 4. & Alex. in consil. 107. uideretur, num. 2. uolum. 7. & Boer. in decis. 171. præsuppono, nume. 23. uers. ideo tenetur pars. & Anan. in rubr. extra de magistris, num. 7. uers. nunquid autem doctoratus, colum. 2. & Mascard. in uerbo, doctoratum, conclus. 527. lib. j. de probat.

Si tamen de nullius præiudicio tractaretur, facilius esset doctoratus probatio, nam posset fieri extraiudicialiter etiam nemine citato ad simplicem Iudicis informationem, ut dixi in cap. 51. nu. 40. ex quo infertur, lib. j.

An autem sufficiat probare quasi possessionem doctoratus saltem per decennium. dic quod sic, quando non agitur de præiudicio alterius, ut dixit Castrenf. in d. l. si solemnibus, in fine, C. de fide instrum. & uide quæ dixi in c. 21. sup. eo.

In hoc autem loco non omitam illud subnectere, me semel a quodam Principe, qui potestatem Doctores creandi habebat, fuisse de duobus interrogatum. Primo, quot, & quarequirantur in eo, qui ad dignitatem doctoratus promouendus est: secundo, quæ sint huius dignitatis propria, ac determinata insignia. circa primum respõdi, duodecim requisita esse, quæ in doctorando scholare interuenire debent. Primum autem omnium est ætas completa saltem decem, & septem annorum: nam sicut illa ætate minor pro alijs non potest postulare, ita nec etiam debet posse doctorari, ut habetur in §. fin. Instit. quib. ex caus. manum. non licet.

In hac tamen re tres sunt Doctorum opiniones, quarum prima est, quod ille, qui compleuit (ut dixi) ætatem decem, & septem annorum, possit doctorari, quam sententiam tenuit Bartol. in l.

j. §. initium. ff. de postulan. & Bald. in l. j. §. interdum. ff. de legit. tutorib. & Zabarel. in clem. cum sit, nu. 14. uers. secundo quero, colum. 3. in prin. de magistr. & Ang. in d. l. j. §. pueritiam, num. 4. uers. sequitur in textu. ff. de postul. & Anchar. in d. clem. cum sit, num. 3. & Fulgos. in d. l. j. sub num. 2. uers. in textu ibi, de iure respondisse. ff. de postulan. & Aretin. in d. §. fin. in ultimo notab. Instit. quib. ex causis manum. non licet, & Anan. in rubr. extra de magistr. nume. 31. uers. primo ætas, colum. finali, & Paul. Lenand. in questione 6. par. 1. de priuileg. Doctor.

Alter opinio est aliorum dicentium, quod in doctorando ætas uiginti quinque annorum requiritur, cui controuersia causam dedit Accursius glossator, qui duos habuit filios, Franciscum maiorem, & Ceruotum minorem: cumque uouisset ambos doctorari, obiectum fuit Ceruoto, quod non poterat esse Doctor, quia erat minor uiginti quinque annis: & mouebantur hac ratione, quia certum est, quod doctoratus est honor, & ad honores non potest admitti minor uiginti quinque annis, ut habetur in l. ad rem publicam. ff. de numerib. & honorib.

Accedat, quod Doctor habet iurisdictionem in scholares, ut dicitur in auth. habita, C. ne fil. pro patre.

Sed Iudex non potest esse minor annis uiginti quinque, nisi ex dispensatione Principis, ut ait glos. in l. cum pretor. §. fin. in uerbo, & impubes. ff. de re iud. & plenè notat Abb. in cap. cum uicesimum, extra de off. iud. deleg.

Ergo minor absolute non poterit esse Doctor, & hanc partem contra filium Accursij tenuit in specie Faber in §. fina. in fine, Instit. quib. ex caus. manum. non licet, & Alber. in d. l. j. §. initium, nume. 2. ff. de postul.

Sed usus hanc opinionem non approbavit, & contra ipsam facit optimus textus in d. l. j. §. pueritiam. ff. de postulan. ubi secundum interpretationem glossæ habetur, quod filius Neruæ anno suæ ætatis decimo septimo publice de iure respondit, cuius textus occasione dixit ibi Angelus, quod Bartolus eadem ætate illud idem fecit: Baldus uero annum decimum quintum agens repetitionem fecit super l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco.

Et rursus Angelus de se ipso loquens attestatur, quod ipse existens scholaris anno suæ ætatis uigesimo, incepit aduocare, & anno uigesimo quarto factus Doctor incepit legere: Fulgosius autem ibidem subiunxit, quod ipse decimo quinto anno priuatam repetitionem fecit in l. manifeste turpitudinis. ff. de iure iur. & anno decimo nono lectiones fecit pro Doctore suo, & anno uigesimo fuit licentiatu in iure ciuili, & eodem anno incepit legere sine salario, & anno uigesimo tertio factus fuit Doctor in utroque iure, licet etiam coepisset legere salariatus an tequam esset Doctor, quod & mihi quoque ex benignitate Dei contigit,

30 git, quia nondum factus Doctor anno meæ ætatis vigesimotertio legi Ferrariæ cum publico salario, cum prius anno vigesimosecundo sine salario Mutinæ legissem, & sic uidetur ad fauorem Ceruoto esse magis communem opinionem, de quo Ceruoto specialem mentionem facit Bald. in l. 1. §. interdum. ff. de legit. tutorib.

31 Tertia opinio, quæ mihi plurimum arridet, fuit Zabarelle in proœmio Clementinarum, in uerbo, Ioannes, num. 4. uers. item requiritur certa ætas, colum. 2. ubi dicit, quod non reperitur iure determinatum, cuius ætatis debeat esse ille, qui uult doctorari: nam modo habeat alia requisita, potest semper fieri Doctor. nihil enim refert, an quis senex sit per ætatem, an secundum mores: & sicut uideamus, quod malitia quandoque supplet ætatē. l. 3. C. si minor se maior. dixerit.

32 Ita etiam è contrario aliquando ingenium supplet tempus in bene studente, ut tradit glo. in cap. monachus, in uerbo deuotio, distin. 77. & glos. in capit. tam ex litteris, in uerbo, instructus, extra de integ. reslit. & hanc eandē opinionem tenuit et Felyn. in cap. cum uigesimum, in fine, extra de off. delega. ubi tradit, omnem ætatem in doctorando sufficere, modo adsit sufficientia.

33 Secundum requisitum est, ut scholaris saltem per quinque annos studuerit in iure ciuili, quia nec repente, nec temerè profiliendum est ad munus docendi, sed multo tempore discere quis debet ea, quæ postmodum doceat, cum miserū sit, eum fieri magistrum, qui nondum dedit esse discipulus, cap. 1. in fine, distin. 48. & c. miserum, distin. 61. & c. sic uiue, 16. quæst. 1. & ita tradit Zabarel. in d. clem. cum sit, num. 14. colum. 3. in principi. de magistr. & ibi Anchar. num. 3. columna secunda, in fine.

34 Immo subiunxit Ioan. de Anania, quod non solum in iure ciuili oportet, scholarem studuisse per quinque annos, sed debet etiam in iure canonico ad minus per septennium studuisse, & allegat glo. in cap. cum ex eo, in uerbo, septennium, de elect. in 6. & hoc ipse tradit in rubr. extra de magistr. colum. fin.

35 Ad cuius rei confirmationem pertinet illud, quod scripsit Fulgosius in const. 1. forum, num. 17. uers. & nota quod tempus, colum. 5. ubi ait, quod licet olim tempus audientia iuris esset quinquenniū, quia tamen nulli, aut paucissimi hoc breui tempore perficiuntur, aut propter attenuata modernorum ingenia, aut propter multiplicata commentaria, aut quia delicatiora facti sunt presentium seculorum homines, ideo concessa est et ab Episcopis dispensatio scholaribus super residentia in beneficiis per septennium in iuris ciuilibus audientia.

36 Sed aduertendum est, quod istud non est de necessitate, ut ait Alber. in consti. 1. forum. §. quibus sese imbuerit, numero 4. uers. sic. sed hoc non dicitur, colum. 2.

37 In promouendo enim scholare non est ponderandum, quamdiu quisque studuerit, sed quantum

in studiis profecerit: & ideo sicut talis dignitas non est danda senescenti, sed bene merenti, ut ait Zabarella supracitatus, ita nec etiam merita estimantur ex diuturnitate studētis, sed ex eruditione ad discētis, & hoc uideamus fuisse seruatum in Philippo Decio, qui anno sui studij quarto insignia doctoratus suscepit, quemadmodum Franciscus Boeza in eius uita attestatur. Illud tamen uerum est, quod in hac re non minus cautē, quam parē procedere deberent illi, qui potestatem doctorandi habent, tum quia non inconsultē, sed cum multa deliberatione peruenire quis debet ad hanc dignitatem, ut habetur in l. magistrōs. C. de profess. & med. lib. 10.

38 Tum etiā, quia magis arrogans, quam doctus presumitur is, qui cum parum studuerit, uult tamen esse magister, cap. 1. §. in arrogantiam, dist. 48. & notat Imola in capitulo, officij, in fine, extra de elect.

39 Hac de causa non sine multa ratione dixit Angelus, quod sicut nunquam confidere debemus de medico nouo, qui est homicida parentum, ita nec etiam confidendum est de Aduocato nouello, quia est confusor litium: & subiungit illos, qui aliena negotia tractant, esse in culpa, si Aduocatum iuuenem elegerint, nam succumbētes in causa propter imperitiam Aduocati imputandum est ipsis, qui in mala electione peccauerunt, quia Aduocatus imperitus non debet appellari legem Doctor, sed legum dolor, & hoc ipse memoriae prodidit in dicta l. 1. §. pueritiam, in fine, ff. de postul.

40 Raro enim fit, ut breui studio longa scientia acquiratur, quæ non solum ingenio constat, sed etiam augetur annis, & notabile exemplum Iacobi de Arena uiri omnium consultissimi habemus, qui non prius, quam anno suæ ætatis quadagesimo doctoratus insignia suscipere uoluit, ut retulit Fulgos. in d. l. j. ff. de postulan.

41 Hæc autem ego non dico, quia is sim, qui putem esse necessarium, ut homines ad senectutem perueniant prius, quam Doctores efficiantur: sed bene dico neminem ad hanc dignitatem, nec tamen nimis properē, nec nimis tardē debere peruenire. nā quemadmodum nimia festinatio est arrogans, & periculosa, ut dixi: ita etiam nimia tarditas ignauiam, & demissum animum gignit, & dum sero quis fructus sui studij expectat, uerendum est, ne prius deficiat, quam Doctor esse incipiat.

42 Proinde Ioannes Faber hanc nimiam studentium tarditatem reprehendens dixit, quod si uideris aliquem Institutarium senem, poteris ei dicere, Amice, tu eris Aduocatus in alio seculo, prout patet in rubr. proœmij Instit. in uerbo, cupidæ legum iuuentuti. col. fin.

43 Tertium requisitum est, quod promouendus studuerit in locis a iure, uel a consuetudine approbatis, ut dicitur in consti. 1. forum. §. hæc autem tria. ubi habetur, quod priuilegium aperiendi studia publica solum competit Romanæ ciuitati,

ti, & Constantinopolitana, & Berythensi, propter quod ibi concludit Angelus, quod scholares studentes, & Doctores legentes in locis, ubi non sunt priuilegia studij, non habent priuilegia studentium. Pro qua re facit egregius textus in c. tuæ, extra de clerici. non residen. ubi dicitur, quod licet clericis absentes causa studiorum habeant priuilegium consequendi suas præbendas, eas tamen non poterit consequi, si studuerint in uillis, & in Castellis, in quibus nullum est competens studiorum exercitium, facit etiam, quod notat Bal. in proœmio Decretalium, in uerbo, Rex pacificus, num. 40. uers. quæro insuper, colum. pen. ubi ait, quod studia generalia non possunt esse in Castris, nec in minimis ciuitatibus, ut est Siniglia, & ciuitas Lunæ, subiungens tamen istud non habere locum in monte Pefulano propter inditam eius nobilitatem.

50 Inter cæteras uero ciuitates, in quibus ex priuilegio, uel ex consuetudine longissima possunt Doctores iura legere, commemorantur Bononia, Patruium, & Perusia, prout de primis duabus tradit Iacobus de Arena in d. §. hæc autem tria, num. 13. uers. regis urbibus, colum. 4. ubi ait, discenda esse iura in eis ciuitatibus, quibus hoc ex priuilegiis est concessum, uel habent ex antiqua consuetudine: nam licet ciuitas careat priuilegio, si tamen studium publicum habuit tanto tempore, cuius initij memoria hominis non extet in contrarium, ut est Bononia, & Padua, tunc licite poterunt ibi iura doceri, quia talis consuetudo habet uim priuilegij, quam rem confirmauit ibi quoque Bartolus in fine affirmans, quod habere studium, uel licentiam docendi, procedit ex priuilegio tantum, uel ex consuetudine longissima, sicut Padua, ubi est studium generale ex consuetudine, & eadem priuilegia sunt ibi, quæ sunt Bononiæ, ubi est studium ex consuetudine, & ex priuilegio Lotharij Imperatoris, secundum opinionem quorundam: & amplius addit, quod licentia, quæ ab Episcopo, uel ab Archidiacono conceditur Doctori legendi ubique locorum, debet restringi ad loca idonea, & non extendi ad illa loca, quæ priuilegium studij non habent: & de Perusia idem sensit ibidem quoque Bald. in princip. dicens, quod de auctoritate studij Bononiensis non est disputandum, cum ipsa sit regia ciuitas, & penè infinitos genuerit Cardinales, qui sunt lumina mundi: Perusia uero, & Padua ipsæ quoque multis floruerunt temporibus in studiis litterarum, & in illis possunt iura, & omnes scientiæ doceri, quia sunt inclitæ ciuitates: & de studio Senensi idem concludit Anchar. in d. c. tuæ, colum. fin. extra de cleric. non residen. & Zabarel. in clem. dudum. §. ab olim, num. 16. uers. de cimo quinto quæro, de sepultur. & de studio Regij est textus in c. bonæ memoriæ, il secundo, & ibi Bald. sub num. 2. uers. ibi, Regij, extra de elect. ubi tradit quod ciuitas Regij habet prærogatiuam, siue priuilegia studij.

51 Idem quoque dicendum est de studio Mutinæ, quod antiquitus tantæ celebritatis erat, ut illi-

striores illorum temporum Iurisconsulti in eo publice iura professi sint, inter quos enumerantur Guido de Suzaria Regiensis, qui fuit Mutinæ legum professor, item & Albertus Galeotus Parmensis, antiquissimus, & eminentissimus Doctor, qui in principio suæ summæ dicit, se in studio Mutinæ constitutum Margiritan suam composuisse: de eodem studio pariter mentionem fecit Speculator affirmans se in studio Mutinensi iura canonica legisse, ut patet in §. generaliter, sub nu. 3. de tutore, & de Guidone de Suzaria refert idē Speculator in §. sequitur, numero 4. uers. de meo, de Aduocato.

60 Duo tamen casus sunt, quibus possunt scholares in uillis, uel in aliis locis particularibus studere, nec illis hoc erit imputandum. Primus est, quando hoc faciunt propter excellentiam talicuius famosi Doctoris, qui non uult, uel non potest alibi legere, ut ait Ioan. Andr. in d. cap. tuæ, num. 5. colum. 1. ubi tradit, quod si clericus se conferat ad Castrum, ut audiat ibi aliquem summum Doctorem, prout uerbi gratia dicit, fuisse Iacobum Balduinum, tunc gaudebit priuilegio consequendi præbendas suas, quod datur eis, qui in studiis generalibus commorantur, quam opinionem sequitur Zabarel. in d. clem. cum sit, num. 14. de magistr. & ibi Anchar. & latius in d. cap. tuæ, colum. fin. & ibi Ioan. de Imola, colum. 2. & Abb. num. 4. uers. & potest dubitari, col. 2.

61 Et hoc modo poterit sustineri opinio Ricardi Malumbra, qui uoluit, ut in quolibet loco iura possint publicè legi: nam licet ipse fuerit a Bartolo, & ab aliis communiter reprobatus, poterit tamen defendi, ut scilicet eius opinio habeat locum ratione eminentis scientiæ, quæ foret in Doctoribus, qui in locis priuatis iura legerent. Non habent hæc tamen loca priuata priuilegium doctorandi scholares: talis enim facultas nemini competit, nisi ex priuilegio Papæ, uel Cæsaris, uel ex præscriptione immemoriali, ut ait Abb. in d. cap. tuæ, col. 2. in prin. & Bald. in d. §. hæc autem tria, in prin. & ibi Fulgos. col. 6.

62 Secundus casus est, quando ex necessitate aliquis in locis priuatis studisset, ueluti tempore guerræ, uel pestis: tunc enim posset hoc licitè fieri, prout Ioan. Andr. & Anchar. & Imola adnotauerunt, in dicto capitulo, tuæ, extra de cleric. non residen.

63 Quartum requisitum est, ut promouendus ante omnia sit bonis moribus ornatus, ut dicitur in l. magistrōs. C. de profess. li. 10. ubi habetur, quod Doctores excellere oportet moribus primum, de inde facundia: propter quod ibi Bartol. adnotauit, quod ob defectum morum, & scientiarum possunt Doctores licitè reprobari, facit etiam textus in proœmio forum. §. fin. ubi dictum est, oportere prius animas, & postea linguas fieri eruditas: super quem locum Baldus dixit, quod licet sapientia sine eloquentia parum profit, tamen eloquentia sine sapientia multum nocet Reipublicæ, &

66 & ibi Fulgofius adiunxit, oportere hominē prius moribus bonis, & uirtutibus insigniri, uitiis expurgatis, & postea scientiis per artem, & doctrinā querendis erudiri, quia in maleuolam animā non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subditi peccatis, quod idem similiter notauit Boetius de scholastica disciplina, cap. fin. in prin. ubi ait, ne cesse esse, ut Doctor in uniuersa morum honestate polleat præclarius, ut sit utriusque in sermone uerax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, & in cōmisso si delis, constans in vultu, pius in affatu, uirtutibus insignitus, bonitateque laudabilis existat. Pro qua re adducitur egregius textus in l. i. C. de profess. qui in urbe, lib. 12. ubi dicitur, quod iuris periti debent laudabilem uitam probis moribus demonstrare, sic etiam iure merito Beatus Paulus exclamauit dicens, turpe esse, qui alios docet, semetipsum non docere, qui prædicat non furandum, furari, qui dicit non mechandum, mechari. Præterea addatur, quod legalis scientia inter multa alia, quæ laudabilia sunt, potissimum docet reprimere cupiditates, furis abstinere, adulteria fugere, ac homicidia detestari: quam scientiam nullo pacto intelligere poterit is, qui uitijs seruit, qui indomita libidini indulget, & qui ab alienis rebus neque mentem, neque oculos, neque manus auertit. nam sicut illud certissimum est, quod in uno, atque eodem pectore nullum potest esse uirtutum, atque uitiorum commercium, ita nec etiam poterit nostra mens studio uirtutis uacare, nisi omnibus uitijs libera sit: nam si (ut Quintilianus ait) corporum nimia cura, & sollicitior rei familiaris diligentia, & uenandi uoluptas, & data spectaculis dies multum studiis auferunt, quid putamus facturas cupiditatem, auaritiam, inuidiam, quarum impotentissime cogitationes somnos etiam ipsos perturbant, nihil est enim tam occupatum, tam multiforme, tot, ac tam uariis affectibus concisum, atque laceratum, quam mala mens, quæ cum uitijs sit undique agitata, impossibile est, ut studio uirtutum incumbere ualeat. Immo illud affirmare audeo, quod in examinandis moribus promouendi eo maior cura adhibenda est, quo damnosius erit Reipublicæ, si dignitas talis in malum uirum collata fuerit: nam si uerum est, quod ubi maius periculum est, ibi cautius est agendum, certè non possumus in ciuitate maius periculum considerare, quam uidere facultatem interpretandi leges esse attributam ei, qui scientiam legum (ex quibus iustitia constat) facit sociam scelerum, aduersariā innocentiae, & ueritatis inimicam.

72 Quintum requisitum est, ut promouendus habeat interpretandi subtilitatem, ut dicitur in d. l. j. C. de profess. qui in urbe, lib. 12. & notauit Zabarel. & Anchar. in d. clem. cum sit, de magistr. & Anan. in rubr. extra eo. col. fin.

Ex hoc autem quinto requisito duo notanda sunt. Primum, quod Doctores habent auctoritatem leges interpretandi: secundum, quod in interpretando debent esse subtiles.

73 Circa primum, sciendum est, quod facultas interpretandi leges, quæ iure doctoratus competit, tantè est efficaciar, ut ei stetur, & omnino seruanda sit, nisi aperte de errore conuincatur, ut ait Abb. in capitulo primo, numero 6. uersiculo, nota ibi, arbitrio, extra de decim.

74 Unde licet aliàs dici soleat, quod nemo cogitur stare opinioni Doctoris, cuius interpretatio non est necessaria, sed probabilis: cum solum ea dicatur necessaria interpretatio, quæ sit a Principe, a consuetudine, & a Iudice, ut ait Bartol. in l. 1. col. fin. C. de legib. & glos. pulchra in cap. 1. in uerbo, interpretatus, extra de postul. prælat.

Attamen uerius esse uidetur, ut interpretationi Doctoris standum sit, donec contrarium probeatur, ut ait Abbas in loco citato, & Lucas de Penna in d. l. 1. num. 1. colum. 4. uers. sexto est professoria. C. de profess. qui in urbe, lib. 12. & Petr. Leonard. in §. 22. in 2. par. de priuileg. Doctor.

75 Interpretatio autem debet esse benigna, & clara, tum quia in dubijs benigniora semper præferenda sunt. l. capienda. ff. de reg. iur.

76 Tum etiam, quia in oratione prima uirtus solet esse claritas, & ualde absurdum est, ut interpretes a obscuritate loquatur, ut eius interpretatio nouo interprete indigeat, & propterea mirum in modum reprehensus fuit Paulus, unus ex legislatoribus nostris, quia semper obscure loquitur, pro ut cognoscitur ex Fulgof. qui eum maledictum appellat in l. qui repudiantis, in fine, ff. de inoff. testam.

77 Circa uerò subtilitatem, quæ debet in interpretando iure Doctores habere, exemplo nobis potest esse Papinianus Iuriconsultus, qui hoc nomine uehementer commendatus fuit a Iustiano in l. cum acutissimi, C. de fideicom. & in §. in tertio autem anno, in proœmio fororum.

78 Huius autè subtilitatis duplex est species, una bona, & laudabilis, qua Doctores, & Iudices in exquirenda ueritate debent uti, de qua loquitur textus in l. 1. §. in alijs autem, C. de sentent. quæ pro eo. ubi dicitur, quod Iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem debent requirere ueritatem, de qua habetur in cap. de Petro, distin. 47.

79 Altera uerò est illaudabilis, & immoderata, quæ omnino fugienda est, de qua loquitur textus in c. hanc etenim. §. sed sunt nonnulli, distin. 49. ubi habetur, nonnullos esse, qui dum se existimari sapientes uolunt, in quibusdam inquisitionibus plus, quam necesse est, nimiam subtilitatem exercentes sapissimè falluntur, & propterea ibi Beatus Gregorius dixit, quod tales dicuntur esse similes eis, qui nasum grandem, & tortum habent: nam sicut nasus, per quem odores, fetoresque discernuntur, significat discretionem, ita etiam magnitudo, uel tortuositas nasi significat immoderatam discretionis subtilitatem, quæ dum plus, quam decet, exercuerit, actiones nostras confundit. Proinde ibi Archidiaconus notauit, quod per nasum grandem,

82 dem, ac tortum intelligitur fatuitas, & nimia subtilitas, prout euenit aliquando in scholaribus, qui sunt fatui, dum uolunt nouitates, & subtilitates inuenire. Præpositus uero subiunxit, quod per paruam nasum modica, uel nullat intelligitur discretio, per magnum, uel tortum intelligitur immoderata discretio, cum quis uult plus sapere, quam oporteat sapere, & ita ex nimia subtilitate decipitur, & errat. Hanc immoderatam subtilitatem reprobaui Iustinian. in Aucl. constit. quæ ex adscript. & lib. in prin. ubi ait nonnullos esse, qui in legibus nihil obscuritatis habentes mouent quæstiones ex studio, & ad suam intentionem introducunt obscuritatem, quorum interpretationes ipse appellat fatuas, & callidas, & esse necesse, ut talibus artibus omnino occurratur, quoniam ut alibi dicitur, propter nimias subtilitates cadunt hominum uoluntates, & iudicia testantium defraudantur, ut habetur in l. si quis heredem, in fine. C. de instit. & substit. & in l. ueteris, in fine, C. de con. trahen. stipulat.

83 Pro qua conclusione multum etiam ad stipulatur textus in l. duodecim, in prin. C. de legit. hered. ubi habetur, quod nimia subtilitas est illa, quæ iniquam iuris differentiam inducit, & alibi scriptum est, quod ex nimia subtilitate sæpe ad perniciem peruenitur, ut traditur in l. sancimus. C. ad Trebell. ubi Albericus distinguendo moderatam subtilitatem ab immoderata dicit, quod multi decipiuntur ex nimia subtilitate, quæ a iudicibus, nunquam admittenda est, quia non semper congruit de apicibus iuris disputare. l. sicut. §. si debitori. ff. quib. mod. pign. uel hypoth. solua. & l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. de qua re multa tradit Lucas de Penna in d. l. 1. num. 21. C. de profess. qui in urbe, lib. 12.

84 Sexto requiritur, ut habeat docendi faciendiam, d. l. medicos, C. de profess. & med. lib. 10. & d. l. 1. C. de profess. qui in urbe, lib. 12. & Zabarel. & Anchar. in d. clem. cum sit, de magistr. & Anan. in d. rubr. extra eo.

85 Hoc enim eloquentiæ nomine mirum in modum comendantur Iuriconsulti, ut patet in proœmio Digestorum, ubi Theophilus, & Dorotheus facundissimi Doctores appellantur. Idem constat etiam in l. petitionem. C. de aduoc. diuers. iud. ubi in principio Doctores appellantur disertissimi uiri, sic etiam tales fuerunt Marcus & Caro, Scæuola, & Seruius Sulpitius, qui tam in dicendo eloquentissimi, quam in iure peritissimi fuerunt, & mercede si causarum, quæ ad oratorem pertinent, tria sunt genera, demonstratiuum, quod in laude, & in uituperatione certæ personæ uersatur; deliberatiuum, quod in consultatione est positum; iudiciale, quod in controuersia rei, & actoris consistit, nihil magis Iuriconsulti est proprium, quam de his tribus dicere, & omisso iudicali, de quo non est dubium, quin ad Doctorem pertineat, ego quod attinet ad genus deliberatiuum dico, quod nullus in consilijs siue publicis, siue priuatis magis

91 accommodatus erit, quam Doctor, cuius est proprium regere consilijs urbes, fundare legibus ciuitatem, & maturo iudicio emendare abusus, in quo genere causæ sicut nullus efficacior ad suadendum, uel ad dissuadendum erit, quam orator, ita nemo est, qui non uideat, artem Rhetoricam ad Iuriscōsultum potissimum pertinere.

92 Deinde cum generis deliberatiui finis sit utilitas, quæ uersatur in tuto, ac honesto, melius cæteris hoc discernere poterit Iurisperitus, cum nulla sit rectitudo, & nulla honestas, quæ a iustitia separata sit. Rursus, quod attinet ad genus demonstratiuum, quod laudandi, & uituperandi officio continetur, hoc magis, quam ceteri, sciet facere Iuriconsultus, si cum peritia legum coniunctam habebit eloquentiam: nam quæ admodum uera laus in legis obseruantia consistit, ita etiam rectius hoc intelligit Iuriconsultus, ad cuius officium legis interpretationem pertinere sciunt omnes.

93 Præterea cuius magis, quam Doctoris, est fraudes, flagitiaque nocentium subiicere odio Iudicis, supplicioque constringere sceleratos? aut quis melius sciet quam Doctor, innocentiam tueri, & oppressos subleuare?

94 Quæ res sicut uersatur in genere demonstratiuo laudando bonos, & uituperando malos, ita et proprie spectat ad Iuriscōsultum, qui eo commodius officium suum implebit, quo doctior, & eloquentior erit, ut traditur in l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iudiciorum, ubi habetur illos aduocatos laborantium spem, uitam, ac posteros commodissime defendere, qui confidunt gloriose uocis munimine, propter quem textum dixit ibi Angelus, quod Aduocati eloquentia suffulti gloria uocis dicuntur habere, per quam spem, uitam, ac posteros defendunt, & ibi Salycetus subiunxit, quilibet litigator magno studio debet sibi eligere Aduocatum gloriosam uocem habentem, hac ratione, quia uox gloriosa auditur a uide, & facilliter imprimit, quod intendit, & aures demulcet auditium, sic etiam Ioan. Faber in proœmio Institutio num dicit, quod prius iuuenes debent addiscere Grammaticam, Logicam, & Rhetoricam, & postea leges.

95 Dicant nostræ ætatis Doctores quicquid uolunt, ego auctoritate legum, & exemplo multorum audeo affirmare, ne nimen futurum esse bonum Doctorum, qui non sit bonus orator, & qua ratione antiqui Rhetores contendunt, oratorem perfectum non posse esse, qui iuris ciuili scientiam non habeat: ita etiam nullus erit perfectus Iurisconsultus, qui arte dicendi non sit ornatus, quæ quantum sit in omnibus disciplinis necessaria, longo stylo tradit Lucas de Penna, in d. l. 1. num. 13. C. de studiis liberalib. urbis Rome, lib. 11.

100 Septimum requisitum est, ut qui uult doctorari, debeat examinari. l. netnini. C. de aduoc. diuers. iudiciorum, & d. l. medicos. C. de professorib. lib. 10. & Zabarel. & Anchar. in d. clem. cum sit, de magistr. & Anan. in rubr. extra eo. columna finali, &

& Abb. in capitulo, proposuisti, columna quarta, in princ. extra de prob.

101 Sciendum tamen est, tale examen non esse faciendum de illo, qui notoriè esset eruditus, vt ait Abbas in cap. constitutis, il secundo, num. 4. vers. item nota, extra de appell. vbi tradit, quod scholarius notoriè peritus transire debet sine examinatione, aut saltem cum modica, si pro forma examinandus esset, quod idem notat Iason in l. 1. nume. 26. versiculo, item ad materiam adde, ff. de liber. & posthum.

Pro qua conclusione facit textus in c. nullus, distin. 24. vbi habetur, quod clericus potest promoueri sine examine, quando populari testimonio est approbatus. per quem textum glos. ibi notauit, quod non sunt examinandi, sed tantum ignoti, & ibi addit Præpositus, quod in curia Romana non examinantur, qui de curia assumuntur, quando de his plena habetur notitia: si vero non plena, sed aliqualis notitia habetur, tunc bene debet fieri examinatio, sed facilius, & leuior fit, quàm de penitus ignotis, idem etiam notat Zabarel. in clem. Romani. §. nos itaque, nu. 8. in decimo octauo notabili, de iure iur. vbi dicit, quod cum Baccalariis notis in scientia, & in moribus facilius pertransiri debet in priuata examinatione, quod idem rursus notauit in d. clem. cum sit, colum. 3. & ibi Anchar. colum. fin. & Anan. in dicta rub. extra eo. in fine.

102 Octauum requisitum est, vt in prædicto examine interueniant saltem septem Doctores, vt probatur in l. si quis. C. de profess. & medicis, lib. 10. vbi Bartolus ait, quod septem Doctores requiruntur in approbatione unius Doctoris, quam rem si militer confirmauit in d. l. medicos, vbi tradit, quod Doctores, qui debent interuenire examini alicuius doctorandi, debent de iure communi esse septem, quam rem pariter in locis supracitatis adnotauerunt Anchar. Zabarel. & Anania, & Abb. in d. c. proposuisti, num. 8. extra de probat.

Fallit tamen ista conclusio, quando ex iure speciali Papæ, vel Imperatoris aliud esset ordinatum, vt ait Bartol. in d. l. medicos. C. de profess. & med. lib. 10. vbi tradit, istud requisitum de septem Doctoribus non seruari Peruis, quoniam illa ciuitas priuilegium habet a Papa, vt quatuor Doctores sufficiant, & ego quoque decreta Cæsarea vidi, quibus cauebatur, vt sufficeret in examinatione promouendi tres Doctores tantum adhibuisse.

In numero tamen istorum trium, vel quatuor, vel septem Doctorum interuenientium examini computari non possunt illi Doctores, qui scholarem præsentant ad examen, vt ait Abb. in d. c. proposuisti, nu. 9. colum. 4. sub vers. & sepe etiam dubitauit, extra de probat. vbi ait, quod licet de iure posset sustineri neccitate maximè instante, vt præsentantes scholarem computentur in numero examinantium ad complendum numerum requisitum, tamen in practica seruatur, vt Doctores præsentantes non dent voces, & quod non debeant ta-

les computari in dicto numero, tradit ibidem quoque Barbat. in addit. & ibi Decius, numero 38. columna 2.

Et si numerus septem Doctorum, vel quatuor, vel trium, qui debent interuenire examini, non erit perfectus in ciuitate, vbi faciendum est examen, debent accersiri vicini Doctores, qui numerum adimpleant, & ibi tradit Abb. num. 8. versicu. quid si in loco studii, colum. 3. & ibi Decius, nu. 37. colum. 5.

Nonum requisitum est, vt Doctores interuenientes examine suo iuramento deponant examinatum esse sufficientem, & peritia iuris instructum. l. nemini. C. de aduo. diuers. iudicior. & Zabarel. & Anchar. in d. clem. cum sit, in fine, de magistr. & Anan. in d. rub. extra eo. in fine, & Bartol. in prima constit. fororum, sub nume. 8. in fine, & in d. l. magistros. C. de profess. & medicis, lib. 10. & Abb. in dicto capitulo, proposuisti, col. 4. in prin. extra de probat.

Sed pro maiori claritate ego quaero, an istud iuramentum debeat præstari a Doctoribus præsentantibus scholarem, an a Doctoribus examinantibus eum, & Abbas in loco proximè citato tenuit, vt tale iuramentum præstandum sit a Doctoribus præsentantibus, dicens, quod promouendus ad gradum doctoratus debet prius præstari, qui Doctores præsentantes debent iurare de sufficientia præsentati, secundo præsentatus debet a Doctoribus examinari, & approbari. Tertio debet interuenire auctoritas superioris, pro qua opinione allegat Bartolum idem tenentem in l. magistros. C. de profess. & med. lib. 10. & sequitur Petrus Lenaud. in q. 9. de priuileg. Docto. par. 1.

Sed in contrarium facit Salycet. in l. nemini, num. 2. C. de aduo. diuers. iud. vbi ait, quod Doctores in approbationibus examinatorum debent deponere vota sua cum iuramento, qui si malignè, ac dolosè se gesserint, reprobando eum, qui debebat approbari, poterit superior, qui habet doctorandi potestatem ex sua conscientia supplere, cuius opinionis videntur quoque fuisse Zabarel. & Anchar. in d. clem. cum sit, de magistr. & Anan. in d. rub. extra eo. in fine.

Mihi verò magis placet, vt vtraque opinio coniungatur, vt scilicet tam Doctores præsentantes, quàm Doctores examinantes iuramentum suum præstent, illi scilicet in præsentando, isti vero in approbando: licet enim verum sit, quod Doctores, præsentantes non habent vocem, non est tamen inconueniens, vt iurent se præsentare idoneum, nam quemadmodum Aduocati, procuratores, & alii legitimi administratores in præsentandis positionibus in iudicio, & in petendis dilationibus iurant de calumnia, vt ait Papiens. in glos. per sacramentum, nume. 5. de forma libel. in actione reali, & Maran. in 6. par. de ord. iud. in uerbo, iuramentum, fol. 126.

Ita etiam ego maximè laudare, vt illi, qui scholarem præsentant ad totam dignitatem petendam iurarent,

iurarent, se præsentare idoneum, cuius rei scientiã ipsi debent habere, cum ad eos spectet prius ipsu priuatum examinare, vt ait Bar. in l. j. C. de athlet. lib. 2. vbi dicit, quod scholares tert examinantur. Primo a suo Doctore præsentante. Secundo in priuato examine. Tertio in publico, quod rem similiter notauit Archidiaconus in c. de quibusdã, nu. 5. ver. & nota quod non sufficit, dist. 37. vbi ait, quod non sufficit illis, qui promouentur, vna examinatio, nisi triplici corona victoriæ coronentur. Primo. n. coronari vñ in priuata examinatione. Secundo in publica. Tertio in licentia, quæ eis datur legendi, & in libri datione: nam licet quis se habeat bene in priuata examinatione, per hoc non sequitur, quod sit peritus, quia illud potuit esse casu, & fortuna, & amplius subiungit, quod factus Doctor a Doctoribus subornatis non habebit immunitatẽ tanquam Doctor.

Non omittã tñ, quod licet quis in publico examine repertus fuerit parũ doctus, si tñ spes sit, vt possit proficere, poterit salua conscientia doctorari, vt ait Innoc. in c. cum in cunctis, col. j. extra de elect. vbi tradit, illos promoueri posse, qui sunt parũ scientes, si spes sit, quod proficere possint, at spe difficiẽte nullo modo promoueri debet, ibique declarat, quæ sit scientiã eminentis, & quæ sit mediocris, quod idem citato Innocẽtio sequit Alex. ad Bar. in d. l. magist. C. de profess. & med. lib. x. & Fely. in rub. de magistr. in prin. & Petr. Lenaud. in d. q. 8. par. j. de priuileg. Doct. vbi limitat in eo, quod non excedit etatẽ viginti quinque annorũ, in quo spes amplius non erit, vt proficere possit, quod limitatio non multũ mihi arridet.

Decimum requisitum est, vt promouendus sit legitime natus, quia illegitimus, vel spurius non potest doctorari: cũ. n. doctoratus sit dignitas, ad eũ non potest admitti nec infamis, nec spurius, vt ait Anan. in c. quanto, extra de magistr. vbi in spuris dicit hoc esse verum, nisi in subsidiũ admittantur, & ante ipsum hoc notauit Zabarel. in procemio clem. nu. 4. vers. secũdo quaero, col. 3. & Fely. in d. c. quãto, nu. 2. ver. secũda cõclusio, extra de magistr.

Quæ sententia cõfirmatur, nam si Notarius spurius non potest exercere officium notariatus ad bancum Iudicis, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, quia ipse est infamis infamia facti, vt ait Alex. in cons. 80. examinato, num. 2. uol. 2. & Marfil. in sing. 273. notissimum est, in fine.

Multo minus poterit creari Doctor, cũ doctoratus sit dignitas, ad quam nec infames, nec Iudæi possunt admitti, vt tradit Bar. in l. omnes. C. de decur. lib. x. vbi ait, quod nulla dignitas cadit in Hebræos, & se dixisse attestat duobus Iudæis, qui erant sufficientes scholares in medicina, quod nullatenus poterant doctorari, quia doctoratus est dignitas, quod idem cõfirmat in l. si. C. de Iudæis, & in prima cõsti. Cod. nu. 11. ver. & ideo dico, col. 4. & ibi Castrens. nu. 7. vers. & ideo infames, col. 2. & latè Anan. in rub. extra de Iudæis, nu. 5. ver. nũquid aut, col. 2. & Fely. in c. j. fi. extra eo. & ibi Soc. nu. 12. ver. itẽ nec p̄t, col. 2. & Petr. Lenaud. in q. 17. par. 1. de priuileg. Doct.

Sed ut quæ sit, de cõsuetudine tñ obseruat, vt et

122 spurij, & illegitimè natij admittantur ad doctoratus apicem, vt ait Zabarel. in clem. cũ sit, col. 3. de magistr. & Petr. in d. q. 2. par. 1. de priuileg. Doct.

Et inter maiores nostros multi excellentissimi Iuriscõsulti enumerant, quos ferũt fuisse spurios, vel illegitime natos, vt est Io. Andreas, Bartolus, & Iason, de quibus alias diximus, vt tradit Ripa. in c. inter ceteras, in prin. extra de rescript.

Vndecimũ requisitũ est, vt promouendus non sit mercator, quia mercaturã exercẽs ad dignitatẽ aspirare non potest. l. ne quis. C. de dignit. lib. 12. & de Doctore hoc in specie notauit Zabarel. in procemio Clem. num. 4. vers. secundo quaero, col. 2.

Sunt tñ, qui affirmant, mercaturã non officere nobilitati, mouenturq; exemplo Vespasiani Imperatoris, qui non solum ante Imperium, sed etiam adepto Imperio dicitur pecuniæ auuiditate mercaturã exercuisse, vt Sucton. in eius uita attestatur, c. 16.

Idẽ quoq; de Pertinace Imperatore memoriam prõditũ est, vt ait Capitolinus in fine eius vite, vbi tradit ipsũ apud Vada Sabatia mercaturas exercuisse per hoies suos non aliter, quã priuatus solebat: Plutarchus et in vita Solonis meminit mercaturã in p̄tuo habitã, refert tñ Thaletẽ Milesiũ, Hippocratẽ Mathematicũ, Solonẽ, & Platonẽ fuisse mercatores, imò & Messaliã mercatorẽ ciuitatẽ instruisse.

Sed ut quæ sit, veritas est, quod mercatura nobilitati prõiudicat, nisi magna, & copiosa sit, vel nisi exerceat in illis locis, in quibus secũdũ morẽ regionis contẽptui non hẽt, vt apud Venetos, & Genuenses videmus obseruari, & p̄pca Doctores debent ab ea abstinere, aut saltẽ illã non p̄ semetip̄sos, sed p̄ alios exercere: tali. n. casu dici solet, quod mercatura nobilitati non derogat, vt notat Tiraq. in c. 33. d. nobi. in fi.

Duodecimũ, & vltimũ requisitũ est, vt promouendus iuret, quod solẽnitatẽ sui doctoratus non excedet in expẽsis sumã triũ milliũ turo. argẽteorũ, quod sumã p̄cuitãdis sup̄fluis expẽsis fuit taxata in d. cle. cũ sit, de magistr. vbi gl. dicit, quod ea sumã ascẽdit ad 50. libras Bononeorũ paruorũ. Sed Bonifacius de Vitalinis in eodẽ loco dixit, quod tria milia turo. argẽt. faciũt sex milia solidorũ monetã in Auinione currẽtis, quod ascẽdit ad sumã 300. librarũ, & subiungit hãc non esse paruã expẽsã, & cõiter seruari non timore priurij, sed amore peculij, ne minuãt primoniũ.

Nostri autẽ tẽporibus hæc taxa non seruat: in oĩbus. n. locis, in quibus studia generalia viget, sũt statuta particularia, quod p̄viderũt circa honoraria dãda collegio Doctorũ, a quo insignia doctoratus accipiunt: ceteræ verò expẽsæ, quod fiũt in vestibus, cõuiujs, ac bidellis, arbitrio doctorandi relinquũtur.

Hęc sunt, quæ necessario debent interuenire in eo, qui digne vult doctorari. Nunc secundo loco dicendum est, quæ sint propria doctoratus insignia: in qua re sciendum est varias esse consuetudines, nam secundum aliquos insignia doctorali a sunt quinque, idest cathedra, liber, biretũ, annulus, & osculũ, vt ait glo. in d. clem. cum sit, de magistr. Bonifacius tñ de Vitalinis in eodem loco tradit, quod cathedra in partibus Gallicis est vnũ de insigni-

signibus doctoris: sed in Italia (& quidē rectius) obseruatur, ut non sit insigne, quā licentia, quā datur doctorando per Ep̄m, vel aliū, ad quem pertinet, repetendi, disputandi, terminandi, ac interpretandi, nō pōt exerceri propriē, & cōgruē, nisi in scholis, & nisi in cathedra. Vnde ex concessione dictae licentię sequitur concessio cathedrę, & idē in Italia expressē datur facultas licentiato ascendendi cathedram doctoralem, & ibi legendi, ex quo fit, q̄ in Italia statim data licentia doctorandus ascendit cathedram, & ibi stans facit suā arregā, & petit sibi insignia doctoralia tradi, & Doctor, qui stat in loco inferiori, ascendit cathedrā, & illi dat insignia postulata. Idem ē de cathedra confirmavit Zabar. in cōmentario predictę clemētię, ubi ait, q̄ Paduę, & Bononię doctorandus sine aliqua solēnitate obseruāda per Doctorem, sub quo doctoratur, ascendit cathedram post licentiā habitam a cācellario de ascendendo, & addit hodieceptum esse, vt liber sit principale insigne, biretum secundum, annulus tertium, osculum quartum, & benedictio quintū, uel sextum ponendo cathedrā pro primo. Baldus autē in proemio Decretalium dicit, q̄ annulus, osculum, & benedictio non sunt insignia propriē appropriata, quia annulū multi portant, multi etiam benedicuntur, & multi osculātur, & ideo omiſsa benedictione, osculo, & annulo, dicit quod insignia sunt tria, id est cathedra, quę est inuestitura possessoria; liber, qui significat virtutem, & substantiam scientię; biretum siue infula, quę significat splendorem, & ponitur in capite, quia omnis perfectio debet esse in capite. Idē de osculo, & benedictione sensit etiā Zabarella in loco proximē citato dicens, quod ea reputantur potius ad bene esse, quā de insignibus, cui sententię accedit similiter in eodem loco Bonifacius, nu. 18. col. 2. ubi tradit, quod ipse nō putat, ut osculū sit de insignibus, quia est quaedam demonstratio, quę fit ad matrimonium spirituale iam contractum: nam sicut osculum nihil facit ad matrimonium, vel ad spōsalia, cum sit quoddam demonstratiuum & consequutiuum matrimonij, vel sponsaliorū iam cōtractorum, ita & osculū, quod datur Doctori nouello, est quid consequutiuum & demonstratiuū matrimonij spiritualis iam contracti inter scientiam, & ipsum Doctorem nouellum, quod fuit perfectū traditione libri, & bireti, quę sunt insignia verē propria doctoralia: eodem modo subiūgit esse de annulo, quē dicit dari ī partibus Italię, nō autē Galilię, quia est cōsequutiuius annulus, sicut & osculū. At Lucas de Penna dixit insignia doctoralia esse quatuor, in l. 1. num. 29. vers. & nota quatuor. C. de profess. qui in urbe, lib. 12. ubi ait, q̄ primum esse librū, secundū biretū, tertiuū annulū, ad designandum, quod est factus sponsus philosophię, quartum cathedram, quę sedes dicitur scientię, & sapientię, & est quadrifrons, secundum modum ab eo designatum. Alciatus autem in c. 10. lib. 8. parerg. dicit, q̄ primum insigne est liber q̄ clausus, mox apertus; se-

cundum est annulus, tertium est biretū, quartum osculum, & hæc quatuor de consuetudine in pluribus studiis pro insignibus doctoris accipiuntur. Ratio vero, quare liber pro insigne doctoratus habeatur, tribus modis ab eodē Alciato explicatur, quę apud eum legi poterit: alij dicunt, quod ideo liber pro insigne traditur Doctori, quia nemo sine libris docere potest, cum oīum habere memoriam sit potius diuinitatis, quā humanitatis, ut ait Bonifacius in d. clem. cum sit, num. 19. Verba verò, quę debēt dici in traditione libri, a multis variē formantur, possunt tamen nō in eleganter formari isto modo, videlicet. Accipe, & esto relator uerbi legis, habiturus (si fideliter, & utiliter impleueris officium tuum) partem cum eis, qui iustitiam Dei ministrauerūt. tali enim sermone utitur Episcopus, q̄ tradit librū lectori, ut apparet in c. lector, distin. 23. De bireto autem nonnulla tradit Alciat. in loco supracitato, sed plura notauit Lucas de Penna in l. murileguli, nu. 6. col. 2. C. de murileg. lib. 11. ubi ait, quod habitus philosophię propriē dicitur biretum, quod datur Doctori, quando dignitate magisterij decoratur, & dicitur biretum, quia si bis rectum, quia bis rectum decet esse Doctorem, scilicet in docendo, & operando, nam officiu cuiuscunque regentis non tam in danda, quā in obseruanda disciplina consistit, uel debet esse bis rectus inter actorem, & reum existēs medius absq; ulla personarum acceptione, unde ex ore talis iudicantis, & sedētis in throno procedit gladius bis acutus, ut dicitur in c. ex ore, extra de priuileg. De annulo verò, & de osculo præter ea, quę tradit Alciatus, multa alia congeſsit Petrus Lenauder in q. 3. par. 1. de priuileg. Doctor. ubi in patria sua dicit, pro insigne additam fuisse zonam auream, rursus de annulo videbis ea, quę dicam in c. subsequētī, & de osculo uide quoque Lucam de Penna in l. 1. C. de domest. & protectorib. lib. 12. De quibus oībus ego latē disserui in Dialogo, cui titulus est, Cōuiuuium Cremonę, quem in tres libros diuisum, dum scholaris essem, materna lingua composui Ferrarię, non ut illum publicarē, sed ut satisfacerem voluntati Ioan. Francisci Cremonę Iurisconsulti Ferrariensis, hoc a me summo opere postulantis, qui nunc in patrię suę gymnasio primam sedem matutinis horis habet, & scientia legum, & dicendi facundia tantum pollet, ut post multas legationes sūma cū laude p̄ actas fuerit a Serenif. Príncipe nro oratoris noīe decoratus. Quomodo autem apud ueteres q̄ crearetur Doctores, dicit Alciatus, haud quaquam satis esse cōpertum, cum Iulianus Imperator simpliciter constituerit iudicio curialium, atque decreto optimorum conspirante consensu magistrōs studiorum prouehendos esse: ego tñ memini me legisse Iurifconsultorum promotionem q̄ in usu esse cōpisse circa annos Imperij Lotharij Augusti Saxonis, qui mandauit publicē tractari in scholis Romanas leges, sed utcūq; sit, ego arbitror hæc doctorū pro-

promotionem antiquiore seculo fuisse institutā, licet modū promotionis, & formam ignoremus, & hoc persuaderi potest tum exemplo Beati Dionysij Areopagite, q̄ qui dicitur, quod habitus philosophię fuit insulatus, Athenis, de quo meminit etiam Lucas de Penna, in l. murileguli, col. 2. C. de murilegulis, lib. 11. Tum etiam, quia satis constat, antiquos Philosophos præcipuas insulas, vel præcipuos habitus habuisse, propter quos ipsi a ceteris personis distinguebantur, ut cognoscitur ex Laertio in prin. ubi referens habitum certorum Philosophorum, qui Magi appellabantur, dicit, quod vestem candidam inducunt, & arundine pro baculo utebantur. facit illud etiā, quod Herodes dicebat de quodam Philosopho imperito, qui subnotans eius fucatam Philosophiam, uideo (inquit) barbam, & pallium, Philosophum non uideo: quasi uellet inferre, tu quidem uestitus es habitu philosophię, sed doctrinam Philosophi non habes, ut ait Rodigin. in c. 12. lib. 5. lect. antiq. Ad idem pertinet, quod scripsit Galenus in libro de historia philosophica, ī principio, ubi ostēdens Philosophos peculiari veste q̄ fuisse indutos, dicit, se illa scripsisse, ut his commodi essent, qui sibi utile quidpiam ex philosophia sumere decreuerunt, quique non solum abolla, & pallio indutos Philosophos arbitrantur, sed et eadem, qua ceteri veste utentes, modo animum Philosopho dignū habere studeant, quod idem notauit Capitolinus in vita Marci Aurelij Philosophi, act̄ Imperatoris, in qua refert ipsum, cum duodecimum annum esset ingressus, habitum Philosophi sumpsisse, & deinceps tolerantiam, cum studeret in pallio, & humi cubaret, uix autem matre agente, ut strato pelibus lectulo accubaret. Ex quo inferitur, quod sicut antiqui Doctores habebant propria eorum professionis insignia, ac distinctas vestes, ita etiam credendum est, quod nullus ea temerario ausu sumpsisset, nisi legitime fuisset ab eis approbatus. An autem Doctor sit obligatus semper deferre insignia doctoratus, dic, quod non, ut ait Anan. in rub. extra de magistris, in fine. Priuilegia verò Doctoribus competentia quę plura enumerantur: illud enim primum omnium notatur, quod Doctor potest ingredi curiā Principis absque licentia, & coram Iudice debet sedere. l. si. C. de off. diuers. iud. Secundò, quando præsidet ad Doctorem scribunt, nō possunt eum fratrem in subscriptionibus appellare, sed pater appellandus est, alias pena arbitraria punirentur. l. 2. C. eo. & Zabarel. in d. cle. cum sit, num. 16. col. 3. de magistr. Tertio non potest Doctor conueniri, ut in iudicio compareat personaliter, nec potest personaliter detineri. l. medicos. C. de profess. & med. lib. x. & Zabarel. ut supra citatus. Quarto est immunis ab omnibus oneribus personalibus, & patrimonialibus, & ab onere hospi-

tandi. d. l. medicos, & ibi glo. & Natta in cons. 1. vol. 1. licet contrarium latē consuluerit Siluan. in cons. 88. amicus, vol. 2. Quintò vehiculis uti potest in ciuitate, in qua est Imperator. l. j. C. de hon. vehicul. libro 11. & Anan. in rub. extra de magistr. in fine. Sextò habet iurisdictionē ordinariam in scholares suos, auth. habita. C. ne filius pro patre. Septimò creditur testimonio ipsius de peritijs sui discipuli. l. nemini. C. de aduoc. diuer. iud. ubi Bald. addit, quod Doctor in causa scholaris sui nō debet reputari suspectus testis. Octauò si per viginti annos continuos publice legerit, efficitur Illustri, & Duci, ac Comiti æquiparatur. l. 1. C. de profess. qui in urbe, lib. 12. Nonò eius interpretationi statur, donec de errore conuincatur, ut supradixi, & qui habet opinionem vnus q̄ boni Doctoris pro se, non potest condemnari in expensis, ut tradit Zabarel. in d. cle. cum sit, num. 16. colum. 3. de magistr. & Aretin. in c. proposuisti, num. 13. vers. unde dicit notanter, extra de probat. & ibi Decius, num. 27. vers. & ad hoc facit, col. 5. Decimò non potest vocari in ius sine uenia, ut ait Bartol. in l. si libertus, la prima, ff. de in ius voc. & Petrus Lenaud. in d. §. 1. in secunda par. de priuileg. Doctor. Undecimò potest arma q̄ deferre, ut ait Bartol. in l. medicos. C. de profess. & med. lib. 10. ubi ait, quod familia Potestatis nō potest perſcrutari Doctorem de armis: & licet ibi subiungat, quod illa lex debet intelligi de Doctoribus legentibus, attamen eius opinio est falsa, quia cum lex sit generalis, debet generaliter intelligi, & contra ipsum iudicatum fuit, ut ait Guido Pap. in decis. 88. affirmans, quod Bartolus eam opinionem habuit, ut sibi legenti faueret, & suę dignitati blandiretur, & Bartolum similiter reprobauit Natta, in d. cons. j. in prin. vol. j. Sed cum Bartol. stetit Siluan. in d. consilio 88. numero 7. versiculo, non obstat quarto, volumine 2. uide tamen Tiraquel. tractantem, an possit nobilis arma deferre, in c. 20. num. 67. de nobilit. Multa alia priuilegia omitto, quę ponuntur a Lenauderio, & a Calephato, & a Christophoro Lanfranchino in sua disputatione, an præferendus sit Doctor, an miles.

ADDITIONES.

- a Possessionem. Nominans se Doctorem, Notarium, Comitē, uel Clericum, cum non sit, punitur, ut ait Boer. in decis. 171. nu. 9.
- b Priuilegio. Aduerte, quod priuilegium doctorandi per lapsum decenij perditur non utendo, quod quā ratione intelligatur, uide Iason. in l. falso, in prin. C. de diuers. rescript.
- c Diximus. Id est in c. 17. sup. eo.
- d Abolla. De qua Martialis cecinit, Cereā quem nudi tegit uxor abolla grabati.

- 1 Equites dicuntur habere dignitatem.
- 2 Equites Romani secundum gradum post dignitatem clarissima-
tus obtinebant.
- 3 Vxor potest donare marito causa honoris adipiscendi.
- 4 Onus probandi incumbit ei, qui se dicit Equitem.
Militiam debet is probare, qui negatur miles, ibidem.
- 5 Talis esse nullus praesumitur, nisi probetur.
- 6 Eques, ut fiat, quot sint necessaria.
- 7 Militem Doctores nostri pro Equite dicunt.
- 8 Equites in urbe post senatores primum locum habebant.
- 9 Seminarium senatorum equestris ordo erat.
- 10 Equitum insignia, hodie sunt aurea calcaria.
- 11 Latus clauus, quid sit.
- 12 Ius aureorum annulorum donare apud antiquos erat idem, quod
nos Equitem facere dicimus.
- 13 Annulorum initium a Prometheus cepit.
- 14 Prometheus, qua ratione fuit a Ioue ligatus in monte Cau-
caso.
- 15 Annulus, quare in manu sinistra, & in digito minimo gesta-
tur.
- 16 Annulli signandi causa olim fuerunt inuenti.
- 17 Ius ferendi anulum non licebat seruis, sed homini libero, cui
non licebat plus habere, quam unum.
- 18 Nerus in minimo digito manus sinistrae tenuissimus est, qui
vsque ad cor peruenit.
- 19 Annulus matrimonialis in quarto digito manus sinistrae inse-
ritur.
- 20 Annulorum usus a principio furtiuè, & latenter fuit intro-
ductus.
- 21 Annulli in sinistra manu gestati virilem fortitudinem prae-
ferunt.
- 22 Necessitas sub specie annuli figuratur.
- 23 Fortitudo a parte sinistra representatur.
- 24 Maior fortitudo leuè parti hominis adscribitur.
- 25 Equitum insigne est calcar, vel torques, vel crux.
- 26 Equites Hierosolymitani pro insignibus habent nigrum palli-
& crucem albam.
Equites Theutonici habent pallium album, & crucem nigram,
ibidem.
Equites Calatrauenses portabant amictum nigrum, & crucem
rubeam, ibidem.
- 27 Equites torquati, qui sint.
- 28 Ludouicus Vndecimus Rex Franciae instituit Equites Sancti Mi-
chaelis.
- 29 Equites Velleris aurei, qui sint.
- 30 Philippus Burgundiae Dux instituit Equites Velleris au-
rei.
- 31 Equites Annuntiationis, qui sint.
- 32 Equites Pij, qui dicantur.
- 33 Equites regulariter pro insignibus habent enses, & cal-
caria.
- 34 Mortuus, an possit Eques creari.

ARGUMENTVM.

De dignitate equestri, et dicenti se E-
quitem incumbit onus probandi.
De origine annuli, & eius usu, &
qua ratione in manu sinistra gesta-
tur.



L I, qui ordinis equestris sunt, quos La-
tini Equites, Galli verò, atq; Itali Cau-
lerios appellant, dicuntur & ipsi habe-
re dignitatem, de quibus habemus rubricam, &
textum in l. j. C. de equestri dignit. lib. 12. vbi cau-
tum est, vt Equites Romani secundum gradum
post clarissimus dignitatem obtineant, de qua
materia pariter fit mentio in l. 2. in fine, ff. de orig.
iur. vbi habetur, quod Sabinus Iuriconsultus fuit
receptus in equestri ordine iam grandis natu, &
ferè annorum quinquaginta, de eadem re loqui-
tur etiam textus in l. nuper. ff. de don. inter virum,
& uxor. vbi traditur, quod uxor potest donare
marito causa honoris adipiscendi, veluti si donet
lati clau petendi gratia, uel ut maritus equestris
ordinis fiat.

Ex quo fit, vt de Equitibus idè dicatur, quod
de cæteris dignitatibus dictum fuit, vt scilicet onus
probandi incumbat ei, qui se, vel alium dicit esse
Equitem, vt tradit Florian. in l. j. nu. j. ff. de proba.
vbi ait, quòd si quis agit contra aliquem tanquam
natum de domo militari, debet eum probare mili-
tem, quia talis qualitas non praesumitur, de qua
re textus est in l. si solemnibus, & ibi glo. in verbo,
si alij, C. de fide instrum. vbi habetur, quod mili-
tiam debet is probare, qui negatur miles, sicut et
probatio incumbit ei, qui cum fuisset miles, dicit
se militia perfunctum, & per consequens habere pri-
uilegia veteranorum, per cuius textus traditione
dixit ibi Albericus, quod quaedam sunt, quae procedunt
secundum ius cõe, vt aliquè esse bonum, & vitæ hone-
stæ, & tunc si quis reperitur in statu honestatis, p-
sumitur pro eo, donec contrarium probetur, vt dixi
in primo libro; & quaedam sunt, quae procedunt p-
uiam iuris specialis, & priuilegij, vt esse militem, vel
veteranum, aut exemptum a iurisdictione Episco-
pali, & tunc nullus praesumitur esse talis, nisi pro-
betur, pro quo faciunt, quae dixi in c. 26. cui incu-
bat onus probandi nobilit. num. 10. sup. eo. & de
milite notat Afflic. in constitutione, quaestiones,
in primo notabili, lib. j. rub. 97. de poena contum.

Vt vero quis efficiatur Eques, nonnulli dixerunt
sex fore necessaria. Primum est, vt non sit negotia-
tor: secundum, vt eius conditio examinetur. Ter-
tium, quod praestet iuramentum per genium Principis, &
Deum omnipotentem, quod mortem causa Reipublicae non
vitabit. Quartum, quod ense praecingatur. Quintum,
vt stigma, idest nota publica brachij eius inscriba-
tur. Sextum, vt in numero aliorum ponatur, quae
omnia enumerat glo. in l. pen. ff. ex quib. caus. maior.
in integr. & Christoph. Lanphranc. nu. 29. ver. cir-
ca primum, in q. an praefendus sit Doctor.

Verum aduertendum est, quod praedicta non loqui-
tur de dignitate equestri ordinis, de qua nos agi-
mus, sed solum loquuntur de militibus, qui secun-
dum disciplinam militiae Romanae debebant habere illa
sex requisita, quae superius enumerata sunt, quod milites
licet a Doctoribus nostris, per Equitibus accipiant,
tamen

tamen hoc perperam, & incongruenter factum est,
vt refert Budeus in l. fin. circa medium. ff. de sena-
torib. vbi tradit, inualuisse errorem, vt iuris periti
militem per Equite dicat, cum nusquam in iure legatur.
Vnde ergo Equites erant illi, quorum ordo ob-
tinebat secundum locum in urbe Romana, in qua
tres ordines erant constituti, Senatorius, Equestris,
& Plebeius. ordo autem equestris olim tantae extima-
tioni habitus fuit, vt Alexander Severus Impera-
tor nullum libertum dignitate equestri decorare
uoluerit, asserens seminarium Senatorum eque-
strem locum esse, quemadmodum Lampridius in
eius uita attestatur.

Insignia verò Equitum antiquitus erant annuli
aurei, hodie verò est calcar aureum, vt notat Bu-
deus in d. l. fin. circa medium. ff. de senatorib. vbi scri-
psit, quod iatus clauus (quod est genus tunicae purpu-
rae praetextae) pro senatoria dignitate ponitur, vt
ius annulorum aureorum pro equestri ordine, &
hodie calcar aureum, subiungens in inferiore lo-
co, quod ius annulorum donare apud antiquos, erat
idè ferme, quod nos Equitem facere dicimus, de qua re
textum habemus in l. sed si hac. §. sed & si ius annu-
lorum. ff. de in ius vocan. vbi dicitur, quod libertus, qui ius
annulorum accepit, det reuerentiam suo patrono exhi-
bere, licet aliud sit in eo, quod natalibus est restitutus.

Initium autem annulorum a Prometheus cepit
se ferunt, qui secundum Fulgentium, dicitur hominem
inanimatum ex luto formasse, auxilioque Mineruae in
caelum translatus surripuisse ignem, quo animam
suo homini reddere potuit, & pro hoc a Ioue fuit
se ligatum in monte Caucasus, vt infra mox dicam:
at secundum Hyginum, dicitur immolasse Ioui duos tau-
ros, & sub corio vniuersam carnem abscondisse,
& sub corio alterius vniuersa ossa, posteaque ne
fecisset Ioui potestatem accipiendi eam partem, quam
uellet, sed Iuppiter bonam fidem sequatur, creatusque
utrumque corium suam carnem habere, elegit forte
corium illud, sub quo fuerunt ossa abscondita. Qui
iratus eo, quia Prometheus decepisset, mortalibus
abstulit ignem, ne caro coque posset, sed Prometheus
in caelum ascendens adhibita facula ad rotam solis
ignem furatus est, quem currens, ferulamque iactans,
ne uapor exstingueretur, detulit in terras, monstra-
uitque hominibus, quomodo cum cinere obrutum serua-
re possent. Ob hanc rem Mercurius Iouis iussu re-
ligauit eum catena ferrea ad saxum in monte Scy-
thiae, qui Caucasus appellatur, vbi eum manere iussit
per spatium triginta millium annorum, adhibita Aquila,
quae assidue illius iecinora nocturno renascetia exederet.

Verum cum postea Iuppiter pulchritudine The-
tidis inductus connubium eius affectaret, & illo tem-
pore Prometheus impatiencia doloris uigilans nocturno
audiuisset Parcarum sortem de Thetidis futuro
filio, quem patre maiore futurum esse concinerant,
pollucetur Ioui, se magni rem momenti illi concita-
turum, si se uinculis liberasset. Itaque fide data Pro-
metheus monet Iouem, ne cum Thetide concube-
ret, Parcarum sortem patefacies, ne si fortior filius
nasceretur, ipsum Regno expelleret, quemadmo-

dum ipse Saturnum patrem deiecerat. Quamobrem
Iuppiter hoc ualde timens destitit Thetim uelle de-
cere uxorem, Prometheusque meritam pro beneficio
retulit gratiam, eumque uinculis liberauit, misso Her-
cule, ut Aquilam interficeret, quae cor eius exede-
bat: qua interfecta Prometheus post triginta an-
nos de monte Caucasus est solutus: sed ne uideretur
omni alligatura uacuum, pro iuramentum a Ioue fa-
ctum, iussit Iuppiter, ut ex utraque re, idest lapide, &
ferro digitum sibi uinciret, qua consuetudine ho-
mines postea usi, quo satisfacere Prometheus uide-
rentur, annulos lapide, & ferro conclusos habere
ceperunt, prout ait Hyginus, lib. 2. de Signor. cae-
lest. hist. in uerbo, sagitta, & in c. 54. in uerbo, The-
tis, & in c. 134. in uerbo, Prometheus, lib. de fabul.
& Fulgent. lib. j. Mythologicon, in uerbo, Prome-
theus, & Seruius illud Vergilianum enarrans, fur-
tumque Prometheus, & Caelius Rodigin. qui de praedi-
ctis non facit mentionem, in c. 19. lib. 6. lect. antiq.
Ratio autem, quare annulus sit in manu sinistra,
& non in dextera, nec non & in digito, qui minimo
proximus est, gestetur, multiplex adduci solet. Sunt
enim, qui putent annulos antiquitus fuisse non or-
natos, sed signandi causa comparatos, ut satis appa-
ret ex Plinio iunior, qui libro decimo epistolarum
scribens ad Traianum, signata est (inquit) annulo
meo, cuius est a posthagisma, quadriga. Vnde
nec plus habere, quam unum licebat, nec cuique, nisi li-
bero homini, ideo ius annulorum serui non habe-
bant. Imprimebat autem sculptura materiae annuli siue
ex ferro, siue ex auro foret, & gestabat, ut quisque, vel
let, quacumque manu quolibet digito. Postea crescente
luxuria coeperunt homines signaturas preciosis gem-
mis insculpere, & certatim haec omnia imitatio laceffi-
uit, ut gloriaretur de angumeto pretij, quo sculpe-
dos lapides paraffent. Hinc factum est, vt usus annu-
lorum exceptus dexterae, quae multum negotiorum gerit, in
laeuam religaretur, quae ociosior est, ne crebro motus,
& offensa manus dexterae preciosi lapides frangerent,
& fuit electus ipsius sinistrae digitus, minimo, proxi-
mus, quasi aptior ceteris, cui committerentur annuli pro-
ciositas, nam pollex nec in sinistra cessat, nec minus,
quae tota manus semper in officio est: Pollicis uero uici-
nus nudus, & sine tuitione alterius uidebat, me-
dium digitum, & minimum uitauerunt, ut ineptos, alterum
magnitudine, breuitate alterum, & electus est, qui ab
utroque clauditur, & minus officij gerit, & ideo
seruando annulo magis accommodatus.

Aliorum opinio est, qui dixerunt per Anatomico-
cos repertum esse in manu sinistra quendam ner-
uum tenuissimum, qui ab eo digito, qui minimo
proximus est, incipiens usque ad cor hominis perue-
nit, propterea dignum uisum fuit eum potissimum di-
gitum tali honore decorari, qui continens, & quasi
conexus cum principatu cordis esse uideret, & huic
opinionem adhaeret textus in c. foeminae, in fi. 33. q.
5. vbi habetur, quod annulus matrimonialis in qua-
rto digito manus sinistrae inseritur, ut eo pignore
corda iugalium simul coniungatur, cum dictum sit, quod
in eo digito uena quaedam sanguinis ad cor usque perue-
nit,

nit, quæ omnia recenset Macrobius lib. 7. Saturnal. fol. 284. secundum antiquam impressionem Al- di, secundum vero alias c. 13. libro 7. & Aul. Gel. cap. 10. lib. 10. noct. Act. & aliquid per Alciat. in cap. 10. lib. 8. Parer. iur.

20 Tertij dicunt, anulum in manu sinistra fuisse primis temporibus gestatum, quasi ad hoc, ut fur- tim, & latenter usus eius introduceretur: nam si de xteræ manui annulus impositus fuisset, statim ostentata fuisset illa gestatio, quæ sicca non erat, vt ex Plinio seniore tradit Rodigin. cap. 4. libro 10. lect. antiq.

Ego uero addo quartam rationem, & dico an- nulos in sinistra manu fuisse gestatos, ut homi- nes, & præcipuè Equites, quorum annuli insignia sunt, hoc modo admonerentur, quòd in necessita- tibus virilem fortitudinem præstare debeant. dixi autem in necessitatibus humanis, quia antiquitus 22 apud Aegyptios necessitas sub specie annuli fi- gurabatur, ut ait Macrobius, libro 1. Saturnal. folio 143. pag. 2. ubi ait, quòd Aegyptij necessitatem intelligi uoluerunt sub figura nodi, uel circuli,

quem duo serpentes in caduceo formabant. In qua necessitate dictum est, quòd homines viriliter, ac fortiter se gerere debent admoniti a parte sinistra, in qua annulos gestabant, hac ratione, 23 quia fortitudo a parte sinistra repræsentatur, tū respectu cordis, cui coniunctus est digitus annu- laris, vt supradictum est, tum etiam quia regulari- ter maior fortitudo a leuè parti hominis ascribitur, vt ait Solinus in cap. 5. in fine, in Polishift. ubi notat, quòd parti dextræ habilior ascribitur mo- tus, leuæ firmitas maior. Vnde altera gestacula- tionibus promptior est, altera oneri ferendo ac- commodatior.

Sed utcumque sit, annulus hodie non est Equi- tum insigne, sed uel calcar, uel torques, uel crux modo rubea, modo alba, secundum uarios ordi- nes Equitum, qui a diuersis Principibus instituti fuerunt. Vnde Equites Hierosolymitani pro insi- gnibus habent nigrum pallium, & crucem al- bam in pectore: uerfa uice Teuthonici Equites ha- bent pallium album, & crucem nigram: Calatra- uenfes autem portare solebant amictum nigrum, & crucem nigram, de quibus, & multis aliis tradit Volateran. in Antropolog. libro vndecimo, quem refert Calephat. numero uigesimoquarto, de di- gnit. equestr.

27 Cochleati uero, uel Torquati Equites sunt il- li, qui in Francia regio gestamine insigniti sunt, & pro insigne habent aureum collare cochleis inter se annexum cum imagine diui Michaelis depen- dente, qui ordo fuit institutus a Ludouico Vnde- cimo Galliarum Rege de anno 1469. ut retulit Claud. Paradin. in Symbol. heroic. & Budæus in l. fin. lib. de senatorib. & Cassan. in 9. par. confi- der. 10. de catal. glor. mundi.

Equites autem uelleris aurei habent pro insi- gnibus aureum torquem ignario, & filice contex- tum una cum uellere aureo in pectus decurrentis,

30 quòd nobilissimus ordo institutus fuit de anno 1429. a Philippo Burgundiorum Duce, de quo ordine loquitur Calephat. nu. 43. de dignit. equestr. & Pa- radin. in loco iam citato.

31 Illi uerò, qui Annuntiationis Equites nuncu- pantur, insigniti sunt aureo torque implexis qua- tuor literariis characteribus equè distanter inter- fertis, ad pensam imagine, & historia Annuntia- tionis ab Angelo Virgini matri facta, qui Equites instituti fuerunt ab Amadeo Quinto Comite Sa- baudia, ut ait Paradin.

Ad sunt multi alij Comites, de quibus facit me- tionem Calephatus, inter quos extollit Equites, qui Pij dicuntur, quos asserit fuisse institutos a Pio Quarto Pontifice de anno 1560. & omnibus aliis Equitibus siue Regum, siue Imperatorum fuisse prælatos, quorum insignia dicit esse imagi- nem Beati Ambrosij Episcopi ab una parte unius aurei pendentis, & ab altera insignia Pontificis pro tempore existentis cum clauibus desuper, & tiara pontificia.

Regulariter autem cæteri Equites pro insigni- bus habent enses, & calcaria: nam certum est, Equites ense, & calcaribus cingendus est, l. filius familias. ff. de milit. testam. & his duobus insigni- bus usus est Pontifex, quando Borsum Ducem Ferrariæ creauit Equitem Sancti Petri de anno 1471. prout refert Pigna, libro octauo histor. fo- lio 773.

34 An autem mortuus possit creari Eques, tenuit Abbas, quod sic, ea ratione motus, quia ista digni- tas respicit corpus, quod post mortem uidetur, sed contrarium tenuit Decius in c. ad hæc, nu. 23. cum seq. extra de priuilegiis.

ADDITIONES.

- a Iurisperiti. Idem affirmat Tiraqu. in cap. 8. numero 13. de nobilit.
- b Aposphragisma. σφραγισμα Græcè, nos autem Latine si- gnare dicimus, ergo gemma signatoria erat quadriga.
- c Caduceo. De caduceo, & caducei significatione, uide in cap. 33. de legato sup. eo.

SUMMARIUM.

- 1 Iudex habet dignitatem.
- 2 Iudici honor, & reuerentia exhibenda est.
- 3 Iudex non potest esse infamis.
- 4 Iudex assimilatur Aæ.
- 5 Nauem gubernans debet prius artem nauigandi discere.
- 6 Doctor non debet effici Iudex, nisi prius fuit bonus Aduoca- tus.
- 7 Omnis iurisdictio est Imperatoris, uel Papæ.
- 8 Imperator tribuit iurisditionem omnibus alijs, ibidem.
- 9 Principes inferiores nullam habent iurisditionem iure pro- prio, sed a Principe.
- 10 Papa cum omni Prælato in iurisditione, & potestate con- currit.
- 11 Appellare obligatus ad præsidem, si appellat ad Principem, uidetur ad præsidem appellare, ibidem.
- 12 Princeps est uniuscuiusque prouinciæ Præses.
- 13 Omnis iurisdictio est penes Imperatorem.

Princeps

- 1 Princeps incipiens cognoscere de causa, alijs iudicibus imponit silentium, ibidem.
- 2 Prouincia, & alij domini inferiores, quomodo plenam habeant iurisditionis administrationem.
- 3 Iurisdictio nulli personæ, nec ulli loco competit.
- 4 Vniuersitas est triplex, & quæ dicatur de iure communi habe- re iurisditionem.
- 5 Ciuitates usque ad certam quantitatem in leuioribus crimini- bus iurisditionem habent.
- 6 Ciuitates habent uoluntaria iurisditionem, ibidem.
- 7 Roma de iure communi habet merum, & mixtum imperium.
- 8 Ciuitates ex præscriptione habent merum, & mixtum impe- rium, ibidem.
- 9 Castra, & uillæ non habent iurisditionem, sed subsunt iuris- dictioni ciuitatis.
- 10 Castra non habent iurisditionem, nisi ex consuetudine, uel pri- uilegio.
- 11 Castra concessa non intelligitur concessa iurisdictio.
- 12 Iurisdictio extinguitur, ubi persona extincta est, cui iurisdi- ctio competeat.
- 13 Iurisdictio intelligitur translata, quando transfertur territorij, cui iurisdictio inest.
- 14 Iurisditionem habens non potest ab ea se abdicare, nisi resignet eam in manibus superioris.
- 15 Iurisdictio, an possit uendi.
- 16 Potestas, & magistratus estimationem non recipiunt.
- 17 Iurisdictio quando uendi possit, ibidem.
- 18 Feuda uendi non possunt sine licentia superioris.
- 19 Iurisditionis superioritas semper intelligitur reseruata Impe- ratori.
- 20 Iurisdictio, quæ competit Imperatori, est realis.
- 21 Iurisdictio competens Principibus inferioribus, an sit realis, uel personalis.
- 22 Consuetudo prouidens in aliquo loco de Iudice, facit, ut prima iurisdictio sit penes locum illum, non autem penes superiorē.
- 23 Iurisdictio quomodo insit territorio, & quomodo magistratui.
- 24 Iurisdictio est in territorio tanquam in re inanimata.
- 25 Iurisdictio quid sit.
- 26 Onus probandi incumbit illi, qui iurisditionem sibi, uel loco cõ- petere dicit.
- 27 Priuilegium, uel consuetudinem, uel præscriptionem allegans probare debet.
- 28 Iudex debet probare se esse Iudicem.
- 29 Ordinarij iurisdictio probatur per scripturam, ibidem.
- 30 Vicario Episcopi incumbit onus probandi, se esse Vicarium.
- 31 Iurisditiones sunt publici iuris.
- 32 Iudicare est munus publicum.
- 33 Nec munus publicum, nec priuatum præsumitur quis habere.
- 34 Legati, & præfides in ingressu prouinciæ litteras suæ legationis publicari faciunt.
- 35 Iudex in ingressu officij debet probare suam iurisditionem.
- 36 Iudex delegatus quo casu in citatione debeat inferere copiam sui rescripti, ibidem.
- 37 Cardinali dicenti se esse iudicem non creditur.
- 38 Legatus est Iudex ordinarius.
- 39 Iurisdictio ordinaria est fauorabilis, delegata uero odiosa.
- 40 Iudex habens ordinariam, & delegatam iurisditionem, præsu- mitur in dubio procedere tamquam ordinarius.
- 41 Sententia præsumitur prolata ab habente iurisditionem, si agi- tur de ordinaria, secus si de delegata.
- 42 Iurisdictio specialiter concessa per uerba taxatiua, intelli- gitur data cumulatiuè, & non priuatiuè ad iurisditionem ordi- nariam.
- 43 Iurisdictio notoria non est probanda.
- 44 Iurisdictio notoria, quæ dicatur.
- 45 Exceptio opposita contra Iudicis incompetentiam, quomodo debeat opponi.
- 46 Quasi possessio in extraordinarijs non sufficit.

- 47 Iurisdictio notoria, quando sit alleganda, & in quo loco pro- banda.
- 48 Quasi possessio iurisditionis non releuat iudicem ab onere pro- bandi, quando cum ipso contenditur.
- 49 Subditi non possunt facta superioris uentilare.
- 50 Iurisdictio delegata, an probetur per quasi possessionem.
- 51 Argumentum de quasi possessione procedit in ijs, qui aliquid fa- ciunt tanquam suo iure facientes.
- 52 Iurisditionis defectum opponens post litem contestatam debet probare.
- 53 Iurisditionis in competentiam opponens post latam sententiã, an & quando probare debeat suam exceptionem.
- 54 Contumaci opponenti defectum iurisditionis incumbit onus probandi.
- 55 Iudici an, & quando incumbat onus probandi maleficium esse factum in suo territorio, ibidem.
- 56 Citatus a Iudice incompetenti tenetur comparere ad allegan- dam declinatoriam, quando citatio comprehendit eum in ter- ritorio citantis.
- 57 Delegatio quomodo probetur.
- 58 Quasi possessio iurisditionis quomodo probetur.
- 59 Iustitia facta, uel executi in aliquo territorio a potestate alte- rius territorij, an sit actus possessorijs iurisditionis.
- 60 Processus factus contra contumaces, an inducat quasi possessio- nem iurisditionis.
- 61 Pro Iudice an, & quando præsumatur.
- 62 Iurisdictio pluribus iudicibus concessa, an competat singulis in solidum.
- 63 Subrogatio Iudicis, uel arbitri defuncti an, & quando fieri pos- sit, ibidem.
- 64 Aduocatus absens an, & quando debeat a Iudice expectari, ibidem.
- 65 Iudex absens, uel arbiter, an, & quando debeat a collegis expe- ctari, ibidem.
- 66 Iudex absens, an possit collegis committere animi sui motum.
- 67 Iudices præsentis non obstante absentia collegæ possunt causam expedire, quando partes consentiunt.
- 68 Iurisdictio quando possit prorogari ab illo, qui errat in iure, ibi- dem.
- 69 Sententia præsentium absente collega lata, an & quando ua- leat.
- 70 Ex pluribus iudicibus potest unus proferre sententiam, dummo- do loquatur in plurali, & nominentur omnes.
- 71 Sententia plurimorum, quando præualeat, ibidem.
- 72 Arbitrorum sententia diuersa in pari numero non ualeat, ibi- dem.
- 73 Iudex iurando sibi non liquere de causa, uitat penam imposi- tam sibi non expediendi causam.
- 74 Sententia maioris partis ualeat in pluribus iudicibus ordinarijs.
- 75 Consensus maioris partis, & dignioris, & senioris requiritur in actibus ecclesiasticis, non in profanis.
- 76 Præuentioni locus est, quando iurisdictio competit pluribus, ut singulis, nec potest alter se intromittere, nisi primus impediatur.
- 77 Iudici maioris summæ incumbit onus probandi iurisditionem ad se pertinere, quando agitur ad factum, de cuius interesse nescitur, uel mouetur petitio hereditatis, cuius quantitas igno- ratur.
- 78 Iudex habens iurisditionem uniuersalem, non se intromittit in factis particulatibus pertinentibus ad alterum ordinarium.
- 79 Legatus respectu rotius prouinciæ sibi commissæ concurrens cum Episcopis ordinarijs, & locus est præuentioni.
- 80 Plures tutores, an habeant administrationem in solidum.
- 81 Sententia inualida, eo quia lata fuit absente uno ex collegis, an possit ualidari per ratihabitionem absentis.
- 82 Iudex in causa criminali, an possit breuiare dilationem.
- 83 Accusatus non comparens intra octo dies a die banni, habetur pro confesso, & istud tempus non potest a Iudice abbreviari.
- 84 Iudex errans in termino non nocet accusato.

83 *Iudex, qui negligit facere iustitiam, magis punitur, quam qui male iudicauit.*
Vniuersitas puta mercatorum, an sibi iudicem possit constituere, ibidem in additionibus.
Laudum latum super rebus non comprehensis in compromisso, ualeat, quando partes de illis coram arbitro litigauerunt, ibidem in additionibus.
Forensis citatus de eo, quod commisit extra territorium citantis, non tenetur comparere, ibidem in additionibus.

ARGUMENTVM.

De Iudice, & cuius sit iurisdictio: Item an, & quando alleganti iurisdictionem siue ordinatam, siue delegatam, incumbat onus probandi.

C A P. XLIII.

IN fine ciuilium dignitatum loquar de Iudice, qui & ipse dicitur habere dignitatem ex eo, quod aliis præest, & habet iurisdictionem, licet non sit perpetua, sed temporalis, ut traditur in l. i. in prin. ff. de postulan. ubi expressum est, quod Prætor habet dignitatem, ac de corè, quem tueri debet, ac omnino seruare, quod idem quoque notatum est in l. obseruandum, in fine, ff. de off. Præs. ubi habetur, quod Præsides prouinciarum, ita ius reddere debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat, quod quidem non solum patet ex eo, quod Iudex dicitur esse in honore, reuerentiaque illi exhibenda est, l. 3. §. sed vim. ff. de eo, quod met. causa, & l. semper. ff. de iure immun.

Verum etiam ex hoc idem mirifice comprobatur, quia infames, qui a cæteris dignitatibus arcen-
 tur, ad hoc iudicandi munus admitti non possunt. l. Cassius. ff. de fenatorib. & l. cum prætor. §. non autem. ff. de iud. & l. i. ff. ad l. iul. de ui priuata.

Imò Iudex, & ratione probitatis, & iure magistratus in tanto honore habendus est, ut secundum Architam, assimilari debeat præ Aræ, quam sicuti puram, candentem, & religiosam uenerantur omnes, ita candenti sinceritate, atque animo minimè inquinato Iudicem præfulgentem subditi iure magistratus honorare, ac uenerari debent: de cuius præstantia licet alias uberiore stylo dicturus sim, tu tamen interim, quanta sit ipsius dignitas, uidebis apud Tiraquellum, in capitulo 28. de nobilit.

Quod quidem uerissimum est in illis iudicibus, qui scientiam iuris, & rerum experientiam habent: at illi tyrones, qui cum sint rerum inexper-tes, tamen ad sacra tribunalia accedere audent, & iudicandi munus affectant, sibi ignominiam, ac populis non leuem læsionem afferunt, quorum temeritatem Epistetus inspiciens dixit, quod sicut nauem gubernare uolens omnino prius artem nauigandi perdiscit, ita ualdè temerarium est, ut ciuitatem resturus, non prius regendi di-

sciplinam adipiscatur. Quo circa sapienter dixit Antonius Corsetus, quod Doctor non debet effici Iudex, nisi prius fuerit Aduocatus, & cum habuerit experientiam in officio aduocationis, & in ea cognitus fuerit pro sufficienter experto, tunc poterit assumi ad inferius tribunal, in quo si bene se gesserit, ad superiora tribunalia promouendus erit, prout hoc scriptum reliquit in q. 2. num. 10. in quarta par. de pot. regia.

Descendendo igitur ad rem nostram, priusquàm declarem, cui incumbat onus probandi iurisdictio- nem, non minus pulchrum, quam necessarium est, scire quomodo iudicibus iurisdictio insit, & quo iure competat. Qua propter illud generaliter sciendum est, omnem iurisdictionem esse Imperatoris, vel Papæ in territorio suo, nam ipse est Imperator, qui iurisdictionem tribuit magistratus creādo, vel confirmando, vel præstando auctoritatem creandi, vel confirmandi, ita ut nec etiam minima iurisdictio possit conferri, nisi auctoritate Principis mediata, vel immediata, ut egregiè tradit Bal. in cap. 1. num. 2. de allodijs, in usib. feud. & ante ipsum Innocent. in cap. cum ab ecclesiarum, sub num. 3. uers. dat etiam ordinariam, colum. 2. extra de off. ordin. & Angel. in rubr. ff. de iurisdict. omn. iud. & latè Abb. in consilio 6. in quaestione quæ uertitur, numero 2. uers. contrariam partem, uolum. 2. & dixi in capitu. 26. cui incumbat onus probandi nobilitat. num. 24. sup. eo. & Afflict. in cap. 1. §. ad hæc, colum. 1. de pace iuram. firm. & ibi Aluarot. num. 1. & Alex. in cons. 24. ponderatis, num. 1. uolum. 5. & Vantius, de nullit. procef. ex defec. iurisd. num. 10. uers. siue ergo is, & Rimin. iun. in cons. 581. instar, num. 18. uolum. 5.

Ex quo inferitur, quòd omnes alij inferiores, qui iurisdictionem exercent, eam habent a Principe, non autem iure proprio, quia omnis iurisdictio est Principis, & a Principe uenit, ut notat Bal. in cap. 1. num. 1. titu. quis dicatur Dux, ubi ait, omnes dignitates a Principe profluere tanquam a fonte, quia in eo sunt omnes dignitates: & sicut dicitur de Papa, qui tanquam pater patrum cum omni Prælatu in iurisdictione, & potestate cõcurrit, ita in Principe Romano sunt omnes thesauri dignitatum reconditi, nam quod plures est, utiq; tanti est: propter quod dicitur, quòd si debet appellari ad Præsidentem, & appellatur ad Principem, uidetur ad Præsidentem appellatum, nam & ipse Princeps est cuiuscumque prouinciarum præses est, & hoc idem confirmat Abb. in d. cons. 6. num. 2. uers. alij uero inferiores, uolum. 2. ubi notat, quòd omnis iurisdictio mundi residet penes Principem, & alij inferiores eam exercent non iure proprio, sed tanquam habentes a Principe, quod rursus cõprobatur ex his, quæ tradit Bald. in c. 1. nu. 11. uers. ex præmissis ergo apparet, col. 3. in fi. de allodijs, ubi tradit iurisdictionem esse apud Cæsarem tanquam apud fontem, a quo fluunt, & resuunt, sicut flumina ad mare, ita quæ ab eo per cõcessiones, & cõmissiones, & cõfirmationes fluunt, sed ad eum resuunt per appella-

pellationes, nullitates, & querelas, de quibus cum Princeps incipit cognoscere, omnibus aliis est impositum silentium, & si alteri delegat, ordinarius se intromittere non potest, & si delegatus fert sententiam nullam, non redit iurisdictio ad ordinarium, sed ad Papam, uel Imperatorem, ad quem pertinet prosequutio suæ commissionis, & sequitur Afflict. in c. 1. §. ad hæc, num. 7. in 3. notabili, de pace iuram. firmam. & ibi Aluarot. nu. 1. colu. 2.

Et licet videamus certas prouincias, uel aliquos dominos inferiores habere plenam iurisdictionis administrationem, ita ut nec iurisdictio per appellationem deuoluatur ad Imperatorem, cum omnis plenitudo iurisdictionis penes dictos dominos resideat, ut consuluit Cæpol. in cons. 17. uersa commissione, uers. sed teneo contrarium, colum. penul. & Curt. senior in cons. 73. super memorata, num. 28. uers. quinto principaliter, col. 27. & Laudens. q. 145. de Princip. & Curt. iun. in cons. 2. & Paris. in cons. 1. nu. 97. uolum. 1. & uide quæ dixi in cap. 18. de legitimatione, uers. sed quicquid sit, sup. eo.

Attamen hoc procedit ex speciali priuilegio Principis, aut ex præscriptione longissima, cuius initij memoria non extet in contrarium.

At de iure communi nulli loco, nec ulli personæ iurisdictio competit, quæ iurisdictio in Imperatoris excludat: unde licet quædam prouinciarum dicantur de iure communi habere iurisdictionem, & merum, & mixtum Imperium, hoc tamen intelligitur esse uerum post Principem, idest saluo iussu, & auctoritate superioris, ita concedentis, ut patet in l. 4. & in l. illicitas, §. qui uniuersas, ff. de officio præsidis.

Et hoc modo intelligenda sunt ea, quæ tradit Bartol. in consil. 189. primo quaeritur, in princ. ubi ait, triplicem esse habitationem, & prædiorum uniuersitatem, uel uiam largam, quæ facit prouinciam, quæ uniuersitas de iure communi habet iurisdictionem, cum mero & mixto Imperio, d. l. 4. & d. §. qui uniuersas.

Secunda uniuersitas est minus larga, quæ constituit ciuitatem, & hæc uniuersitas habet iurisdictionem tantum, usque ad certam quantitatem in leuioribus criminibus, sed merum & mixtum Imperium non habet, illi etiam competit facultas insinuandi donationes, ac testameta, & quicquid ad uoluntariam iurisdictionem pertinet, ut sunt manumissiones, emancipationes, & adoptiones, ut notat glos. in Auth. de defensor. ciuit. §. nulla, & facit textus ibi in §. audient. & in l. 1. C. eo.

Hoc tamen fallit in quibusdam ciuitatibus, quibus a iure communi specialiter est concessum, ut habeant merum & mixtum Imperium, ut est Roma, & aliarum ciuitates, quæ hoc habent ex consuetudine, uel priuilegio, quorum territorio iurisdictio dicitur coherere, & de Roma traditur in l. 1. §. cum urbem, ff. de offic. præfec. urb. & de consuetudine, & priuilegio notat glos. in §. nulla, in uerbo, iurisdictio, in fi. Auth. de defensorib. ciuitat. & Bartol. in l. 1. colum. si ff. de dam. infecto.

Pro cuius consuetudinis approbatione faciunt ea, quæ deplorauit Bal. in c. 1. num. 10. uers. quæro utrū apud fiscum, de allodijs, ubi scripsit, quod legem communem soluit fortitudo aliorum Principum & populorum, & consuetudo generalis, quæ numquam mundum dimittit sine auxilio, infremuit enim, idest deplorauit, populos miseria, & necessitas per se uiuendi arctauit: carentes enim Principe, uel propter absentiam, uel propter impotentiam Imperatoris, dicere possunt, Deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. cum igitur populi non habeant lumen, nec suffragium Imperatoris, oportet, ut ipsi sibi ipsis sint lumen, & regant nauem, nec lex Imperialis potest separare naturales prouidentias a proprio subiecto: qui enim non habet Ducem, necesse est, ut ipse sibi ipse sit Dux, & qui non hêt legem, necesse est, ut sibi ipse sit lex. dicit enim Apostolus, qui naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex.

Tertia uniuersitas secundum Bartolum est minima, ut Castrum, uilla, vicus, & similes, cui uniuersitati nulla competit iurisdictio, sed alterius ciuitatis iurisdictio subesse dicitur, l. qui ex uico, ff. ad municip. & l. 3. C. de naturalib. liber. l. nulli, §. quod si in uico, C. de episc. & cleric.

Et licet videamus quàm plures villas, & plurima castra habere iurisdictionem, hoc non procedit de iure communi, sed ex speciali concessione Principis, uel ex consuetudine, uel de facto, secundum Bartoli traditionem, quam repetiuit de uerbo ad uerbum in l. 1. num. 3. uersiculo, quæro unde hoc, col. fina. ff. de damno infecto, & Abb. in d. cons. 6. nu. 2.

Cum quibus Baldus concordat in l. si plures, num. 8. uers. sed nunquid vendita, colum. 2. C. de condit. insert. ubi ait, quòd Castrum constat ex proprietate fruendi, potestate, & commoditate omnimoda, cui iurisdictio inest ex consuetudine, uel priuilegio, & communi usu loquendi, & elegantius hoc idem declarauit in dicto cap. 1. num. 7. uers. porro si quaeramus, col. 2. de allodijs, ubi tradit caput iurisdictionis esse in territorio prouinciarum, quia in uno Castro per se, uel in una uilla proprie, & per se non est iurisdictio, & concessio tali Castro non intelligitur concessa iurisdictio, nisi concedens illi Castro tribuat iurisdictionem, & eam ei det, & sit talis, qui eam dare possit, ut Princeps, uel nisi talis iurisdictio sit ibi præscripta, & exerceatur ibidem ratione territorij, & non ratione personæ, quia tunc concessio Castro bene intelligeretur concessa iurisdictio. sed hoc uultum caput, an scilicet concessio Castro censeatur iurisdictio concessa, latius distinguendum est, quoniam iurisdictio aut competit territorio ratione personæ, aut uersa vice competit personæ ratione territorij. Primo casu dicendum est, quod translato territorio ab inferiore a Principe non dicitur translata iurisdictio, sed reseruata intelligitur personæ cui ius competit ex priuilegio, ex quo

20 quo succedit, quod extincta persona, et iurisdictione quoque extinguitur, ut ait Bartol. in l. inter eos, ff. de acq. rerum domin. & Bal. in c. r. num. 16. uerf. alia quaestio, de capit. qui curiam vend. & plenè Paris. in cons. 20. concessio. nu. 69. uerf. & dicta iurisdictione, vol. 1

Quae quidem conclusio procedit siue personae simpliciter sit concessa iurisdictione, siue sit concessa mixta ratione loci, & personae, quia nihilominus extincta persona extinguitur, & annullatur priuilegium, ut notat Bald. in d. l. beneficium, sub num. 17. uerf. & per hoc dicit, col. ff. de constit. Princ.

Secundo casu, quando iurisdictione competit personae ratione territorij, tunc verum dicit Bald. quia omnium indubitata conclusio est, ut translato territorio intelligatur et quoque translata iurisdictione: cum enim sit ista qualitas realis cohaerens territorio, transit in quoscunque, in quos territorium transit, ut notat idem Bartol. in d. l. inter eos, ff. de acq. rerum domin. & Bald. in d. l. beneficium, sub num. 17. colum. fin. & in dicto cap. 1. nu. 16. uerf. alia quaestio, de capit. qui curiam vendid. & eleganter Roman. in l. possideri, sub num. 9. uerf. secundo casu debes, colum. ff. de acq. possesf. & in cons. 444. ad dictum Castrum, num. 7. uerf. quarto quia iurisdictione, col. 3. & Iacob. de Arena in l. qui vsum fructum, nu. 1. ff. de verb. oblig. & Angel. in l. 1. §. qui mandatum, in fine, ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

22 Qua propter licet dici soleat, quod habens et iurisdictionem non potest ab ea se abdicare, nisi resignet eam in manibus superioris, a quo iurisdictionem habuit, secundum gloss. in l. pen. in verbo, abdicando, ff. de off. praesid. & glo. in l. 2. §. & cum placuisset, in verbo, abdicarent, ff. de orig. iur. & Bart. in cons. 189. primo quaeritur, sub num. 9. uerf. ad hoc sciendum est, col. pen.

Hoc tamen intelligitur esse verum in iurisdictione temporaliter concessa iure alicuius officij, vel quae competit personae ratione alicuius priuilegij, sed secus in ea, quae perpetuo competit ratione territorij, ut ait Roman. in d. cons. 444. num. 6. uerf. tertio quia, col. 3.

23 Eodem modo dicitur etiam de venditione iurisdictionis, quia quamuis dici soleat, quod iurisdictione non potest vendi, tum quia est Imperatoris, ut supradiximus, tum etiam quia iurisdictiones sunt publici iuris, & sicut patria potestas est inestimabilis, l. filiae, C. de collat. ita potestas et magistratus estimationem non recipiunt, ut concludit Bal. in dicto cap. 1. numero 3. uerf. nota hic, de allodijs.

Attamen hoc procedit in iurisdictione, quae est Imperatoris, sed secus in ea, quae est ipsius vendentis, quia tunc recipit estimationem, & vendi potest, ut consuluit Roman. in d. cons. 444. sub nu. 5. uerf. sed ille textus, col. 3. in prin.

24 Quae venditio si fiat in consortem, de plano procedit, sed si fiat in extraneum, ita demum respectu iurisdictionis, ualet, si competit loco, & locus vna

cum uniuersitate in extraneum transferatur, secus si sola iurisdictione uenderetur, ut egregie tradit Bartol. in d. cons. 289. nu. 8. uerf. tertio an iurisdictione possit diuidi, col. 2.

Et ubicunque talis iurisdictione erit feudalis, debet interuenire consensus directi domini, quia feuda vendi non possunt sine licentia superioris, ut cautum est in cap. 1. de prohibi. feud. alien. per Frid. & ibi Docto. & Clar. in §. feudum, nu. 31. & Afflic. in §. ad hoc qui, nu. 18. in 4. notab. de pace iuram. firm.

25 Magni tamen refert, an Castrum, vel territorium transferatur a supremo Principe, an ab inferiore: nam quando Princeps supremus transfert Castrum tunc licet in accipientem transeat iurisdictione cohaerens Castro, tamen intelligitur et reseruata ipsi Imperatori quaedam iurisdictionis superioritas, quae officibus Imperij adhaeret, nisi facta esset concessio Romane ecclesiae, quia tunc nulla superioritatis reseruatio remanet penes Imperium, si credimus Ioanni Andree ad Specul. in §. 1. in addit. pastoralis, de iurisd. omn. iud. quem sequitur Angel. in l. 1. §. qui mandatum, in ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & Alba in cons. 64. nu. 81

26 Sed quando alius inferior transfert Castrum, vel territorium, tunc translato Castro omnis iurisdictione cohaerens Castro transit in accipientem, nulla iurisdictione, uel superioritate respectu illius Castri reseruata ipsi transferenti, hac ratione, quoniam ipsius personae nulla competit iurisdictione nisi ratione Castri, unde translato Castro omnis qualitas, & omne ius reale cohaerens ipsi Castro transit in accipientem, ut dicunt omnes citati Doctores, & Roman. in d. cons. 444. num. 7. uerf. quarto quia, col. 3.

Verum quoniam ex praedictis patet iurisdictionem aliam esse personalem, quia simpliciter personae cohaeret, aliam esse realem, quia cohaeret territorio: nunc pro vberiori declaratione sciendum est, quod iurisdictione, quae competit et Imperatori, dicitur esse realis, quia solo, siue territorio cohaeret, ut retulit Afflic. in cap. 1. num. 18. in quarto notab. de allod. quem textum exponit sub §. ad hoc qui, de pace iuram. firm.

27 Illa uero, quae competit alijs dominis inferioribus, an sit realis, uel personalis, et inspiciendus est tenor priuilegij, de quo si dubium erit, interpretabimur iurisdictionem esse realem, cum de beneficio Principis agatur, ut docet Bart. in l. pater, in ff. de seruit. lega. ubi ait, quod si Imperator concesserit iurisdictionem in quodam Castro, & dubitatur, utrum concessio sit facta Comiti illius Castri, uel sit facta territorio, praesumendum est in dubio concessionem fuisse factam territorio, nisi ex uerbis concessionis aliud appareat, quam rem communi firmavit pariter in l. inter eos, in fine, ff. de acq. rerum domin. & Roman. in d. l. possideri, col. 3. in ff. de acq. poss. & Anchar. in cons. 327. discurrit materia, num. 3. uerf. quarto magni Doctores, colum. 2. & Roman. in l. maritum, num. 35. septima conclus.

conclus. ff. sol. matrim. & Bald. in l. cum seruus, §. si quis alicui, num. 3. uerf. si vero, ff. de legat. 1. & Barbat. in consil. 44. sapienter scripsit Psalmista, uerf. praeterea faciat ad praedicta, quod uoluit, col. 5. uol. 2. & Decius in l. in omnibus causis, num. 5. uerf. & regula ista, ff. de reg. iur. & in consil. 262. in causa magnifici, num. 5. uerf. octauo, & ultimo, colum. 4. & Iason in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, num. 8. uerf. sed si nullum horum apparet, ff. de legat. 1. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & ibi Aretin. uerf. sed quicquid ipse dicat, opinio sua, colum. 2. & Imola in d. l. maritum, uerf. aut sit concessio personae, colum. 2. & in ca. cum uenisset, sub num. 2. col. 4. in fine, uerf. nam quandoque conceditur beneficium, extra de instit. & Alba in cons. 64. quia articulus, numero 72. & Menoch. in praesumpt. 103. numero 29. uerf. decimus est casus, lib. 3.

In quo tamen iuris articulo uidentur est Bart. quandam distinctionem ponens in d. cons. 189. num. 2. uerf. in casu igitur nostro, colum. 1. ubi distinguit tres casus. Primus est, quando quis allegat se habere iurisdictionem, & Imperium exscripto, siue ex priuilegio, quod ostendit, & tali casu si uerba priuilegij sunt clara, quod Princeps concedit personae, loco, uel rebus, statim certo: si uero uerba sunt dubia, interpretandum est, ut uideatur esse concessum personis, cum per eorum fidem, & industriam hoc Princeps concesserit, & cum persona fuerit causa priuilegij, ergo personis est concessum. l. in omnibus, ff. de reg. iur. l. pater filiae, ff. de seruit. legata, & sic in dubio uidetur concessum personae.

28 Secundus est, quando quis allegat priuilegium, quod ostendit se probare per consuetudinem, & usum, & tunc siue allegat iurisdictionem, & Imperium concessum loco, potest per talem usum probari, quia iura realia hoc modo probantur inducta, siue allegat hoc concessum personae, etiam per talem usum probabitur fuisse concessum personis, quia iura personalia tali modo probantur: at si dubitatur, cui fuerit concessum, an personae, an loco, & tunc in dubio uidetur concessum personis.

29 Tertius est casus, quando quis allegat simplicem consuetudinem, & usum: tunc licet sit dubium, an merum Imperium possit praescribi, tamen posito, quod praescribatur, quod est certum secundum omnes per tempus, cuius non extat memoria, tunc de necessitate habemus dicere, quod iurisdictione, & Imperium cohaereat loco, quia iura realia, ut seruitus, & similia, bene possunt induci ex tempore, quae distinctio an tibi arrideat, diligenter examinabis.

30 quibus adde, quod si consuetudo et prouidet specialiter in aliquo loco de aliquo Iudice, prima iurisdictione censetur esse apud illum locum, & non apud superiorem, quia consuetudo tribuit iurisdictionem, ita ut iurisdictione illa non uideatur recognosci a superiore, sed ab ipsa consuetudine, ut tradit Afflic. in cap. 1. §. ad hoc qui, num. 8. de pace

iuram. firmam. ubi tradit Neapoli esse consuetudinem, ut mortuo Rege iurisdictione sit penes regentes ciuitatem, & huius traditionis auctor allegatur Archid. in cap. 1. cum episcopus, sub num. 2. in uerbo, per alium, col. 1. de off. ord. in 6. & egregie Bald. in d. c. 1. nu. 5. uerf. adde si consuetudo, col. 2. de allodijs.

31 Caterum cum supra uisum sit, iurisdictionem aliquando inesse territorio, aliquando personis, nunc uideamus, et quomodo territorio inest, & quo modo in magistratu, & in hac re uidebis Bald. in l. 1. §. in initio, nu. 33. uerf. sed hic quaeritur, ff. de offic. praef. urbi ait, quod iurisdictione inest territorio materialiter & passiuè, sed formaliter & actiue est in magistratu. item sicut merum Imperium est in furca per modum signi, item & suppositiue, sicut dominium, & seruitus est in praedio: uel dic iurisdictionem esse in territorio, quia inhaeret territorio, sed in persona iudicantis est exercitiue, & hoc modo dicitur officium, quae quidem iurisdictione in persona iudicantis est sub praedicamento agere, in persona uero subditi est sub praedicamento pati: iurisdictione in territorio est sub praedicamento, ubi uel situs, sed huius rei expositionem latius prosequendo dicendum est, iurisdictionem esse in territorio tanquam et in re inanimata, sicut seruitus in fundo seruiente, uel dominante, sed in magistratu est tanquam in subiecto animato, sine quo iurisdictione nihil agit, & sicut ecclesia dicitur curata habitu, & actu, ita iurisdictione quandoque est in habitu, quandoque in actu, nam in habitu est per potentiam, in actu per exercitium. est et autem iurisdictione prout est in sua substantia, quae habitus uocatur, plectendi, decernendi, & iudicandi potestas, iure publico propter bonum publicum principaliter, & secundario propter utilitatem priuatorum introducta, sed prout inest ipsi magistratui est regentis officium magistratus, quod in habitu, actuque consistit: semper enim debet praecedere iurisdictione officium iudicantis, quia prius nascitur, quam exerceatur ad actum. Porro quidditates iurisdictionis magis possunt intellectu percipi, & diffinitiuè intelligi, quam ad oculum demonstrari, excepto quod locus suppositus scribit eas circumscriptiue, c. ut animarum, in fine, de constit. in 6. & l. ff. de iurisd. omn. iud. & egregie praedicta notat Bald. in d. cap. 1. num. 2. uerf. modo quae

32 ro, col. 2. de allodijs, & ibi Afflic. qui dictum capitulum legit sub §. ad hoc, de pace iuram. firmam. num. 24. uerf. & primo sciendum est, col. 2.

33 Patet itaque ex praedictis, iurisdictionem de iure communi non inesse, nec territorio, nec personae, sed eam competere, uel ex priuilegio, uel ex consuetudine, & usu, exceptis tamen his, de quibus iam fuit dictum, & ob id affirmandum est, onus probandi et incumbere illi, qui iurisdictionem sibi, uel loco competere dicit, tum quia de iure communi fundata est intentio illius, qui dicit iurisdictionem esse Imperatoris, & non alterius, ut notat gloss. in clem. pastoralis, in uerbo, districtum, de sentent. & re iud.

34 re iud. & sequitur Alex. in d. conf. 24. nume. 1. uol. 5. tum etiam, quia cum neque locis, neque personis iurisdicatio competat, nisi ex priuilegio, vel consuetudine, is debet probare, qui tale priuilegium, vel talem consuetudinem, aut prescriptionem, allegat, capit. cum personae, de priuileg. in 6. & tradit Bart. in d. conf. 189. num. 2. & Abb. in d. conf. 6. nu. 2. vol. 2.

35 Et quod attinet ad Iudicem, de quo in praesentia loquimur, indubitata iuris conclusio est, quod ipsi incumbit onus probandi se esse Iudicem, cuius dignitatis occasione praetendit habere iurisdictionem, quia ista est qualitas praeter naturam, quae homini non praesumitur a se, nisi probetur, ut concludit Bald. in rubr. extra de off. iud. deleg. nu. 5. uers. item nota, quod praetendens, colum. 2. ubi ait, quod qui praetendit se esse Iudicem, debet facere fidem de iurisdictione, quod egregie confirmauit Ioan. And. in c. cum in iure, nume. 2. extra de off. deleg. ubi ait, quod licet quis praesumatur bonus, non tamen praesumitur Iudex, quia iudicatura non inest alicui ex natura, vel ex baptismo, & sequitur ibi Imola sub num. 39. uers. solutio dic, colum. pen. & idem notauit Innocent. in c. si. num. 3. extra de eo, qui furtiue ordin. recep. ubi tradit, quod si constat Iudicem non habere iurisdictionem super litigantes, semper oportet eum probare iurisdictionem suam, quousque sententia transeat in rem iudicatam, subiungens idem quoque iuris esse etiam si sententia in iudicatum transiisset, si modo pars, quae dicit eum non Iudicem, nunquam paruit iuri coram eo, cuius traditionem sequitur nuncupatim Archid. in cap. nobilissimus, nu. 5. in uerbo, ostendat, distin. 97. & Ioan. And. in d. c. cum in iure, num. 14. colum. 2. extra de off. deleg. & Bald. in l. licet, num. 10. uers. ex praedictis apparet, C. de procurat.

Ad idem pertinet, quod scripsit Bald. in l. prohibitum, sub num. 12. uers. tertio de mandato, C. de iure fisci, lib. 10. ubi ait, quod si Princeps motu proprio committit exercitium iurisdictionis in certo loco, ille cui committitur, est uerus ordinarius, & sua iurisdicatio in scriptis est probanda: sed si fiat de legatio causarum, tunc siue fiat de consensu partium, siue motu Principis, poterit probari testibus, sicut eodem modo probatur compromissum, facit quod idem Bald. notauit in l. 1. num. 1. C. de manda. Princip. ubi ait rescriptum super omnia custodiendum, ne amittatur, quia si non apparet de iurisdictione, nullum esset iudicium, idem comprobauit Iason in l. more, nu. 3. uers. item aduerte, ff. de iurisd. omni. iud. ubi tradit, quod ordinaria iurisdicatio nunquam intelligitur data, nisi inde fiat scriptura publica, & sic ordinaria non potest probari, nisi per publicum instrumentum.

36 Accedat, quod notauerunt Domini de Rota in decis. 1. de off. vicar. in no. ubi dixerunt, quod vicario & Episcopi incumbit onus probandi se esse uicarium, quando negatur ipsius iurisdicatio, & hoc idem de Iudice late notauit Vant. de nullit. procef-

sus ex defec. iurisd. num. 10. & Rimin. iun. in d. d. conf. 581. nu. 20. uolu. 5. & Anchar. in dicto capit. cum in iure, colum. fin. uer. conclude ergo, de off. delegat.

37 Quod quidem confirmatur ex eo, quod sicut iurisdictiones publici iuris sunt, l. 1. §. publicum ius. ff. de iust. & iure, & notat Bald. in ca. 1. num. 3. de allodijs.

38 Ita etiam iudicare, munus publicum est, l. quippe, ff. de iudicijs.

Ergo qui dicit, se tale munus habere, probare debet, quia nullus praesumitur habere officium publicum, nec priuatum, nisi probetur, ut tradit Bald. in l. 1. nu. 3. uers. oppono contra primum, C. de reb. alien. non alien. & notat Vantius in loco iam citato.

39 Propter quam rationem optima practica inoleuit, ut praesides, ac legati in ingressa prouinciae si bi decretae publicari faciant litteras suae legationis, ne quis deinceps possit ignorantiam allegare, ut tradit Specul. in §. interest, num. 15. uers. & propterea, de legato, & dixi in d. ca. 33. de legato, uers. legatis autem incumbit, sup. eo.

40 Nec distinguitur inter Iudicem ordinarium, & delegatum, nam uterque in principio sui officij debet facere fidem de fundamento suae iurisdictionis, ut tradit de utroque Bald. in d. l. prohibitum, sub num. 12. C. de iure fisci, lib. 10. & Vant. de nullit. sent. ex defec. iurisd. num. 10. uers. siue ergo is, & Rimin. iun. in d. conf. 581. num. 28. uolu. 5. & Paris. in c. quoniam contra, num. 166. uers. quare penultimo, extra de probat. & Angel. in consil. 198. testator quidam, col. 1.

41 Et de solo legato notat idem Bald. in l. 1. nu. 2. C. de mand. Princip. ubi ait, quod pro iurisdictione delegata nunquam praesumitur, nisi probetur, quod quidem latius explicauit glos. in c. cum in iure, in uerbo, iniungo, extra de off. delega. ubi refert, quod licet exhibeatur sententia delegati, ei tamen non creditur, nec praesumitur pro sententia nisi ostendatur commissio, nec creditur Iudici si se delegatum dicat, subiungitque cauendum esse, ut qui impetrat a Principe causam committi alicui, vel delegari, ita bene custodiat commissionem, sicut ipsam sententiam: lapsu enim temporis si conueniretur, & ostenderet sententiam sine commissione, nihil ei prodesset, nisi probaret commissionem, cuius glossae traditionem sequitur Anton. de Butr. in c. si. sub num. 9. uers. & per hoc dicit, col. fi. extra de eo, qui furtiue ordin. recep. & Ange. in d. conf. 197. col. 1.

Et hanc quidem sententiam confirmat ea, quae scripsit Abb. in c. praterea, colum. 2. uers. ego concordando, extra de dilat. ubi querendo, an in citatione ut inferenda copia delegationis, uel sit exhibendum originale, distinguit tres casus, & dicit, quod quando agitur de grauissimo praedicio non est credendum asserenti se esse delegatum, quatumcunque persona sit auctorizabilis, nisi prius constet plene de mandato, & ideo nec ordinarius debet

debet exequi sententiam suam, siue mandatum alteri praediale, nec pars respondere debet coram eo, nisi prius fiat plena fides de mandato, nec sufficit simplex copia: si uero agitur de graui praedicio, tunc ait opus esse, ut mittatur copia rescripti, quia non sufficeret, si quis in citatione diceret, se esse delegatum, ponitque exemplum illius, qui tamquam delegatus citauit in remotis partibus habitantem. non enim talis arctatur ad comparandum, ita ut ex simplici assertionem ipsius Iudicis cogatur subire onus itinerandi, negotia sua deserendi, & magnos sumptus faciendi, sed debet tunc mitti saltem copia rescripti, quae licet non sit authentica, tamen maior praesumptio oritur pro iurisdictione delegata, propter uerba ibi, expressa, & communem styllum rescriptorum, Tertio casu quando agitur de leui praedicio, ut quia citatus est in loco citantis, uel modicum distat, tunc non est necesse mittere copiam, quo ad effectum arctandi citatum ad comparandum, sed satis est asserere se esse delegatum, quia probabile dubium iurisdictionis oritur ex quo persona non est uilis, & ex tali dubio tenetur quis comparere, secus si simpliciter citat, nec asserit se delegatum, nec alias est ordinarius, quod ualde commendat Felyn. in c. quod super his, nu. 10. uers. secunda conclusio, cum seq. extra de fide instrum. & Anan. in capit. cum in iure, nume. 7. de off. deleg.

42 Quae quidem conclusio ampliatur, ut procedat etiam si persona esset nobilissima, ut puta Cardinalis, quia non per hoc crederetur ei dicenti se esse Iudicem, uel de legatum, uel ordinarium, nisi probaretur, ut tradit Archid. in c. nobilissimus, nume. 4. distin. 97. ubi ait, quod quamuis legatus sit recipiendus, & ei credatur, si est notus, non tamen sine literis audeat aliquid, ut legatus iudicare, quem sequitur ibi Praeposit. num. 5. colum. 1. & ibi Gem. num. 2. & optime Ioan. de Imola in cap. quod super his, nume. 3. col. fi. extra de fide instrum. & ibi latissime Felyn. nu. 10. uers. secunda conclusio, col. 3. & in c. cum in iure, num. 7. uers. ultimo ubi requiritur, extra de off. deleg. & plenius dixi in cap. 33. de legato, num. . . uers. legatis autem incumbit, sup. eo.

43 Et hoc quidem si procedit in legato, qui est Iudex ordinarius, ut habetur in c. 2. de off. deleg. in 6.

44 Multo magis procedit in Iudice delegato, cuius iurisdicatio non ita de facili debet praesumi, cum sit odiosa, ut notat glos. in cap. 1. in uerbo, processus, in fine, de rescript. in 6. ubi ait iurisdictionem ordinariam esse fauorabilem, at delegatam esse odiosam, quod etiam refert Alex. in l. 1. in principi. ff. de damno infecto, & Maran. in 4. par. de ordine iud. in quinta distin. iudiciorum, nu. 29. uers. sexto differunt, fol. 40. & Bald. in l. si. nu. 5. uers. quare primo, C. de iud. & ibi Saly. nu. 6. uers. quare an deleg. col. fi.

45 Hinc est, quod si Iudex habeat ordinariam, ac delegatam iurisdictionem, praesumitur sciente processisse, ut ordinarius, non autem ut delegatus,

nisi contrarium constet ex actis, quia firmiter reputantur ea, quae aguntur de iure communi, quae aguntur de iure speciali, l. eius militis. §. militaria missus, ff. de testam. militum. & ita scripsit Bal. in cap. si. num. 5. uers. quid si Iudices, colum. 2. extra de sentent. & re iud. & ibi Felyn. num. 4. uers. quarta declaratio, colum. 2. & Alex. in conf. 55. num. 5. uol. 5.

46 Hinc etiam fit, quod quando constat de sententia, praesumitur eum, qui illam tulit, habuisse iurisdictionem, si dicimus ipsum fuisse ordinarium: at si dicimus ipsum fuisse delegatum, non praesumitur iurisdicatio, nisi probetur, ut refert Imola in d. cap. cum in iure, sub num. 6. uers. hoc etiam nota bene, colum. 2. extra de off. deleg.

47 Hinc denuo uidemus, quod iurisdicatio alicui specialiter commissam etiam per uerba taxatiua, censetur illa data comulatiue, & non priuatiue ad iurisdictionem ordinariam, ut ait Decius in conf. 3. num. 3. uers. tota difficultas, & Felynus, qui hoc limitat octo modis, in cap. pastoralis, num. 2. extra de offic. ordin.

48 Illud autem quod de iurisdictione ordinaria diximus, limitabis, ut non procedat, quando illa esset notoria: tunc enim nequaquam probanda foret, quia notoria non indigent probatione, ut tradit Bald. in l. ea quidem, sub num. 14. uers. notorium uero facti, colum. 3. C. de accusat. ubi inquit, non oportere fidem facere de iurisdictione ordinaria, quia censetur notoria, sed secus in delegata, & sequitur Felyn. in d. cap. cum in iure, sub num. 10. colum. penul. extra de off. delega. & Bartol. in l. ex quacumque, in 2. lectura, num. 26. uers. sed nunquid delegatus, ff. si quis in ius uocat. non ierit, & hoc modo intelligitur Guid. Pap. in decis. 259. si in ciuitate, & Alex. in conf. 181. in causa. nume. 9. uolum. 6.

49 Notorium uero, quoad praesentem casum dicitur duobus modis, uel quando ab initio Iudex in ingressu prouinciae semel notificauit publice litteras suae commissionis, quia tunc in eadem curia non expedit de sua iurisdictione tanquam notoria fidem facere, ut tradit Vant. de nullit. sentent. ex defec. iurisd. nu. 20. uers. postquam uero potestas.

Vel quando quis pro Iudice fuit habitus, nominatus, & publice tractatus, nam tunc pro ordinario haberetur, nec opus esset de sua iurisdictione aliam fidem facere, quo ad validanda gesta ipsius, ut refert Archid. in d. cap. nobilissimus, sub num. 5. col. 2. distin. 97. ubi ait, quod auctoritas legati, qui est Iudex ordinarius, non debet probari, nec ipsius legatio ostendi, sed sufficit probare, quod tunc temporis habebatur pro legato, & hoc quidem latius explanauit Bald. in l. 1. in fine, num. 7. uers. tertio oppono, C. qui, & aduersus quos in integr. restit. non postul. ubi notauit, quod quando officium ordinarium est notorium, non est necessaria probatio: ex quo infert, quod si quis publice se gessit pro Praetore, uel uicario, licet non appareat de electione, tamen semper praesumitur pro ordinaria iurisdictione,

ditione, subiungens idem esse, si gessit pro Priore vel Consule mercatorum, & tanquam talis fuit reputatus publice. in his enim, quæ de sui natura non possunt esse nisi notoria, & toti populo notissima, non requiritur probatio, & idem sequitur Bartol. affirmans sufficere, quod quis publice actus faciat, & hoc tradit in l. 2. in 2. lect. num. 26. uers. sed non quid, ff. si quis in ius vocat. non ier. & in d. l. 1. sub num. 4. uers. circa primam partem, C. qui, & aduersus quos, & optime Bald. in l. si qua per calumniam, sub num. 7. uers. deinde quæro, colum. pen. C. de episcop. & cler. & Bart. in cons. 82. punctus quæstionis, nume. 1. & Rota in decis. 4. alias 499. nota ualent. de offic. ord. in antiq. & Gemin. & Præposit. in d. c. nobilissimus, & Anton. de But. in d. c. cum in iure, num. 14. uers. de ordin. col. 2. de offic. deleg. & ibi Ioan. de Imola sub nu. 9. uers. secundum uero dictum, col. 2.

50 Ob quam rationem inferitur, quod uolenti opponere contra Iudicem, uel acta Iudicis, uel alium habentem ordinariam administrationem, non sufficit dicere, tu non es Iudex, uel talis non erat Iudex uel consul, aut factor, sed debet adijcere, nec erat, uel fuit in quasi possessione talis iurisdictionis, uel factoriæ, uel consularis, quando quidem potest simul stare, ut quis non sit Iudex, & tamen acta ipsius ualeant, ob quasi possessionem iurisdictionis, in qua publice stetit, ut optime tradit Bartol. in d. consil. 82. num. 2. uers. & sic concluditur, colum. 1. & Felyn. in cap. exceptionem, nume. 37. uers. quædam tamen exceptiones, colum. 10. in fine, extra de except.

31 Quod procedit in his, quæ iure ordinario competunt, at si præter iurisdictionem ordinariam prætenderet Iudex, se posse aliquid facere ex speciali commissione sibi data, tunc quasi possessio in his extraordinarijs non sufficeret, nisi specialis commissio probaretur, ut notat Bald. in l. si qua per calumniam, sub num. 7. uers. deinde quæro, colum. penul. C. de episcop. & cler. & latè Felyn. in d. cap. cum in iure, nu. 11. uers. in spectantib. col. penul. de off. delegati.

Posset tamen Iudex esse talis præminentia, ac tantæ dignitatis, ut quasi possessio illi sufficeret etiam in actu extraordinario, quamuis specialem commissionem non monstraret, ut inquit Bald. ponens exemplum in Cardinali in l. exemplo, in fine, C. de probat. de quo dixi in c. 33. de legato uers. uerum Barbatias, sup. eo. & tradit Felyn. in d. cap. cum in iure, sub nu. 11. col. pen.

52 Aduerte tamen circa modum huiusmodi materiam practicandi, nam quando sumus in loco, in quo quis publice tanquam ordinarius iustitiam administrat, tunc non est opus probare illum iudicem fuisse habitum, & reputatum pro ordinario, quia cum sit hoc notorium in illa curia, talis probatio esset superflua, sed solum sufficit allegare hoc esse notorium in loco, quod ille iudex sic habitus, & reputatus fuit absque alia probatione, quia in notorijs Iudex supplet defectum probationis par-

tium, ut inquit Bald. in l. in fine, C. qui, & aduersus quos.

Cæterum si sumus in alio loco, & præcipue ualde remoto, tunc quia istud ibi non est notorium, oportebit probare quasi possessionem iurisdictionis ordinariæ, id est ipsum fuisse habitum, & reputatum pro iudice ordinario in tali loco, & ita tradit Imola in d. c. cum in iure, num. 10. uers. aduerte tamen, colum. 2. extra de off. delega. & Vant. de nullit. sentent. ex defectu iurisd. nume. 21. uers. in aliena uero, & hoc modo intelligendus est Mascardus, qui nimium confuse loquitur, in conclus. 945. lib. 2. de prob.

53 Rursus prædicta conclusio procedit, quando agitur de iurisdictione Iudicis inter partes, tunc enim quasi possessio probat iurisdictionem, ad validandum id, quod auctoritate iudiciali factum est, at secus, ubi quæstio foret cum ipso Iudice, tunc enim oporteret, ut ipse probaret suam iurisdictionem, nec ipsum quasi possessio releuaret, ut concludit Anton. de Butr. in c. innotuit, num. 8. uers. concludendo hanc materiam, ex. de eo, qui furtiue ordin. recep. de qua re dixi in cap. 20. possessio cuius status, num. 26. uers. quarta & ultima, & nu. 59. uers. tertia limitatio, cum seq. sup. eo. & in c. 21. numero 46. uers. cæterum illis non obstantibus, sup. eo.

54 Nisi fortè ordinarius esset in quasi possessione iurisdictionis, sciente & patiente superiore, tunc enim subditi nihil aduersus ipsum possent opponere, nec ab eo exquirere titulum suæ possessionis, quia non attinet ad subditum facta superioris uelare, ut inquit Bald. in l. Barbarius, in prima lectura, num. 20. uers. sed hic quæritur nunquid sua iurisdictione, col. 4. ff. de off. Prætor. & dixi in ca. 21. nu. 35. uers. quibus ad stipulatur, sup. eo.

55 Sed maius dubium est, an ista quasi possessio sufficiat in probanda iurisdictione delegata, & uidetur dicendum quod sic, quia in qua possessione quis reperitur, in ea tuendus est, donec aliud probetur.

56 Contrarium determinauit Bald. in l. 2. sub nu. 7. uers. modo dicit Iacobus, colum. 2. C. de sentent. ubi ait, quod aut delegati exercuerunt iurisdictionem, tanquam Iudices delegati in dubio ordinario & tunc præsumitur delegatio præcessisse, aut non constat de scientia, & tunc debet processus irritus iudicari. Nec ualet argumentum de quasi possessione, quoniam illud habet locum, quando constat de mandato, sed dubium est de qualitate mandatarij, secus si non constat de mandato. l. qui hominè, §. si nullo, ff. de solu. Imo. subiungit, argumentum de quasi possessione habere locum in his, qui aliquid faciunt tamquam suo iure facientes, non alio, nam si alieno, non lucrantur usum, quia non pro suo, & sequitur Fely. in c. cum in iure, sub nu. 10. uers. quomodo probetur, col. pen. extra de off. delegati. & Mascard. in conclus. 493. delegatio, in prin. lib. 1. de prob.

Secundo limitabis, ut iurisdictione non sit probanda, quando quis passus est litem contestari coram Iudice,

57 Iudice, nam si post litem contestationem uoluerit opponere defectum iurisdictionis, sibi opponenti incumbit onus probandi ipsum non esse Iudicem, ut egregie notat Innocen. in d. cap. innotuit, sub num. 2. uers. si enim paruisset, colum. 1. extra de eo, qui furtiue ordin. recep. quam Innocentij traditionem quamuis Areti. noluerit affirmare esse ueram in l. sed & si de sua, sub numero 4. uers. est tamen quædam singularis, colum. 4. ff. de acqu. hæredit.

Attamen omnino seruanda est, quia communiter est approbata, & eam sequitur in specie Bald. in l. gesta, num. 16. uers. quæro nunquid, colum. penul. C. de re iud. & Alexan. in l. licet, sub nume. 5. uers. bene facit quod notat, colum. 2. C. de procur. & Archid. in cap. nobilissimus, nume. 5. distin. 97. & Felyn. in d. c. cum in iure, num. 10. uers. quomodo probetur, colum. 4. de off. delega. & ibi Abbas, num. 37. uers. uenit nunc ad secundam, col. pen. & Ioan. de Imola in d. cap. cum in iure, num. 7. uers. si autem ille, colum. 2. de off. delega. & Roman. in l. in illa stipulatione, nu. 29. uers. secunda quod ubi cunque, col. 7. ff. de uerb. oblig.

59 Quæ limitatio procedit siue de ordinaria, siue de iurisdictione delegata tractetur: licet enim in iudice delegato contrarium tenuerit Vant. de nullit. sentent. ex defectu iurisd. num. 23. uers. idem esset, cum seq.

Communis tamen opinio est, ut etiam si lis fuerit contestata coram Iudice delegato, defectus iurisdictionis ab eo debeat probari, qui iurisdictionem negat, nam in delegato loquitur Innocen. in d. c. innotuit, & in eodem loquitur Alexan. in d. l. licet, sub num. 5. colum. 2. C. de procur. & Felyn. in d. ca. cum in iure, nu. 10. uers. quomodo probetur, colum. 4. de off. deleg. & in d. ca. quoniam contra, num. 53. colum. penul. de probat. & Imola in d. c. cum in iure, nu. 7. col. 2.

58 Et si hoc procedit in litem contestatione, multo magis procedit in sententia, quæ si lata fuerit præsentibus partibus, & non appellantis, operabitur, ut is, qui postea uoluerit opponere defectum iurisdictionis, debeat probare, ut concludit Innocen. communiter approbatus, in d. c. cum in iure, num. 4. uers. de mandato, extra de off. deleg. & in d. cap. innotuit, sub num. 2. uers. si enim paruisset, extra de eo, qui furtiue ordin. recep. & Casador. in decis. 1. de præsumpt. & Angel. in cons. 198. testator quidam, colum. 1. & Imola in d. cap. cum in iure, num. 7. uers. si autem ille qui allegat, colum. 2. de off. deleg. & ibi Anton. de Butr. sub num. 13. uers. si sententia est lata, colum. 2. & Vant. de nullit. sentent. ex defectu iurisd. num. 22. uers. uel si sententia fuisset.

Quod uerissimum esse constat tam in ordinaria, quam in delegata iurisdictione, quidquid Vantius dixerit, nam in delegata loquuntur omnes in d. ca. innotuit, & hoc expresse tenuit etiam Butrius in d. c. cum in iure, sub nu. 13. uers. si sententia est lata, col. 2. & ibi Ioan. de Imo. nu. 7. col. 2.

At si partes fuerint absentes, nec in ullo actu iudici paruerint, tunc differentia est inter sententiam ordinarij, & delegati, nam tali casu pro sententia ordinarij præsumitur, nec eius iurisdio est probanda, quia notoria est, ut supra fuit dictum, num. 52. uers. aduerte tamen. At sententia delegati nihil nocet absenti, nisi iurisdictionis commissio omnino probetur, ut tradit glos. in d. ca. cum in iure, in uerbo, iniungo, extra de off. deleg. & Butr. ibi sub num. 13. in fine, uers. & hoc uerum, quo ad præiudicium, colum. 2. & Innocen. in d. cap. cum in iure, sub num. 4. uers. sed si in instrumentum sententiæ, colum. 2. in fine, & in d. cap. innotuit, num. 2. uers. & idem est in Iudice, colum. 1. extra de eo, qui furtiue ordin. recep. & ibi Anton. de Butr. sub num. 9. uers. aut contra absentem, col. fin. & in d. c. cum in iure, nu. 13. col. 2. de off. deleg.

59 Quod mehercule procedit in eo absente, qui nunquam fuit citatus, aut non tenebatur comparere: at si quis fuisset absens propter contumaciam, tunc licet ipse semper possit opponere defectum iurisdictionis, tamen onus probandi ipsi incumberet, ut egregie tradit Ang. in l. 2. col. fin. uers. sequitur in glossa, ff. si quis in ius vocat. non ierit, ubi ait, qui non comparet, & est contumax, numquam intelligitur prorogare iurisdictionem Iudicis, sed se per censetur contradicere, cuius contradictionis virtus hoc operatur, ut post latam sententiam tam super iurisdictione, quam super causa principali possit dicere sententiam nullam propter defectum iurisdictionis, dummodo in se suscipiat onus probandi iurisdictionis defectum, & allegat Innocen. idem uolentem in d. c. innotuit, num. 3. uers. sed quid si partes, colum. 1. extra de eo, qui furtiue ordin. recep. & Archid. in d. c. nobilissimus, num. 5. distin. 97. & Alexan. in l. 2. nu. 13. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & pulchrè Imola in d. cap. cum in iure, sub num. 8. uers. & hanc secundam opinionem, col. 2. de off. deleg.

Et licet contrarium uideatur sentire Bald. in l. gesta, num. 16. colum. pen. C. de re iud. ubi ait, si est processum contra aliquem tanquam contumacem, iurisdio non præsumitur, & sequitur Rom. in l. in illa stipulatione, num. 29. uers. tertia, col. 7. ff. de uerb. oblig.

Attamen cum uterque se remittat ad Innocentium, debent intelligi eo modo, quo loquitur Innocentius, qui uoluit, in contumacem onus probandi transferri.

Cuius sententiæ fuit etiam Bald. in l. licet, num. 11. uers. sed hic quæro, colum. 3. C. de procur. ubi ait, quid si Iudex præcedens maleficiū factū in suo territorio, tulerit sententiam contra reum contumacem, & ipse ex contumacia appellauerit, & negauerit territorium esse Iudicis, onus probandi incumbit ipsi Reo, quia cum lata sit sententia, uideatur inducta quædam præsumptio, quæ transfert onus probandi in aduersarium, licet secus foret, si ista exceptio fuisset obiecta a principio, quia accusator, uel inquisitor deberet probare territorium & hoc

& hoc est uerum de illo contumace, qui deliquit, vel contraxit, vel deprehenditur in territorio Iudicis, dicentis se habere iurisdictionem: nam ex quo tenebatur comparere ad uidentum, & discutendum, an ille foret Iudex competens, si non comparuit, sibi præiudicauit, & præsumitur pro competentia, nisi contumax incompetentiam probauerit, ut tradit Angel. in l. si quis ex aliena, ff. de iud. ubi ait, quod uocatus ꝑ ad iudicem non suum, tenetur comparere ad allegandam suam declinatoriam. non enim debet contemnere maiestatem uocantis, sed comparere, ut videatur, an uocantis sit iurisdictione, quia prætoris est estimare in casu dubio, & ideo si citatus non compareret, intelligitur contempta maiestas prætoris, licet re uera uocans non esset iudex competens, & ualebit processus factus ratione dubij, subiungens hoc esse uerum, quando citatio apprehendit citatum in territorio citantis, alias non intelligitur contemnere, nec potest ratio ne contemptus puniri, nec processus sustentari, & allegat Innocent. idem tenentem in capitulo, Romana, columna 1. de appell. in 6. & ita sentit Rom. in l. in illa stipulatione, num. 29. vers. prima, ff. de verb. oblig.

Sed an, & quando Iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictione, uide latè per Imolam in l. quidam consulebant, numero 66. vers. circa secundum, col. 3. ff. de re iud.

61 Probatur autem delegatio ꝑ productionem originalis rescripti, uel per productionem exemplati, si modo fuerit registratum in actis parte præsentis, uel legitime citata, nam facit fidem etiam si originale fuisset perditum, ut ait glo. in d. capit. cum in iure, in uerbo, iniungo, de off. deleg. & ibi Anton. de Butr. sub num. 15. colum. 2. & Ioan. de Imola, num. 14. col. 4. & Vant. de nullit. sentent. ex defectu iurisdictione, nu. 29

Sed an delegatio possit probari per testes, magna est quaestio, de qua uidebis Anton. de Butr. in d. cap. cum in iure, num. 7. vers. si autem queritur, colum. 3. & ibi latius Imola, num. 15. vers. sed iuxta hoc potest dubitari, col. 4. & Mascard. in conclus. 491. delegatio, lib. 1. de probat.

62 Quibus autè modis quasi possessio ꝑ iurisdictionis probetur, uide Nattam in consil. 672. uertente iam diu, volu. 4. & Mascard. in conclus. 946. lib. 2. de probat. & Ruin. in consil. 2. nu. 4. vol. 4.

63 Quid autem si iustitia fiat ꝑ in aliquo territorio a potestate alterius territorij, an sit actus inductiuus dominij, & iurisdictionis in præiudicium aliorum, uide Signorol. in consil. 70. nu. 3. col. 2.

Quibus illud quoque adde, quod quasi possessio iurisdictionis non acquiritur ex processu facto contra penitus contumaces, ut tradit Bald. in cap. 1. § sacramentum, num. 17. uers. circa ergo feudum, de consuet. recti feudi. ubi ait, quod quasi possessio iurisdictionis non ꝑ acquiritur per processum factum contra contumacem, nisi sit facta aliqua executio, puta per capturam pignorum, uel descriptionem bonorum, uel alio actu, qui possit

obedientiam subditorum arguere, de quibus egregie loquitur idem Bald. in l. data opera, num. 28. vers. super situ, colum. 9. C. de his, qui accus. non possunt.

65 Sed an, & quando præsumatur ꝑ pro iudice, & pro his, quæ ab ipso gesta sunt, uide Innocent. in cap. innotuit, colum. fin. extra de eo, qui furtiue ordin. recep. & ibi Anton. de Butr. colum. fina. & Archid. in cap. nobilissimus, distin. 97. & plene Alcia. in præsumpt. 9. regu. 3. a quo mutuatus est omnia Menoch. in præsumpt. 67. lib. 2. de præsumpt.

Sed quoniã sepius euenit, ut iurisdictione pluribus Iudicibus simul tribuatur, ob id quaeri solet, an singuli habeant ꝑ iurisdictionem in solidum, quam materiam latè exponit Paul. de Castro in l. Pomponius, num. 2. ff. de re iud. ubi ait, quod aut loquimur in pluribus delegatis ad unam causam, aut in pluribus ordinarijs, uel delegatis ad uniuersitatem causarum, qui secundum glossam ibi positam ordinarijs æquiparantur. Priori casu si unus eorum moritur, iurisdictione aliorum expirat, nec sufficeret dare alium loco mortui, quo ad hoc, ut alij una cum illo possint cognoscere, nisi etiam alij iterum darentur, subiungens oportere, ut cautus sit, qui facit causam committi, ut non faciat alium solum subrogari loco mortui, sed causam de nouo committi tam illi, quam alijs superstitibus, idemque est in pluribus arbitris: qui si alter moreretur, non sufficeret alterum assumere loco mortui, sed debet fieri de nouo compromissum, etiam in alios superstites, quod profecto procedit in simplici delegatione, sed si adiuncta fuisset clausula, quod si non omnes, uel ipsi duo non possint iudicare, aliter eorum iudicet, tunc si collega rogatus, ut ueniat uel committat, uel se excuset, & nihil horum facit, alij procedere poterunt, sicut etiam procedere poterunt, uel quando collega datus fuit sub nomine dignitatis, uel quando unus commisit uices suas alteri, qui cepisset uti ante mortem committentis, ut ait Felyn. in c. vno delegatorum, in fine, extra de off. deleg.

Si uero collega non moritur, sed alio modo remouetur, uel se excusat, tunc iurisdictione aliorum est in suspensio, sufficitque alium loco ipsius subrogari, ut probatur in l. si longius, in prin. ff. de iudicij, ubi habetur Iudicem non esse diutius expectandum, quando aliqua occupatio, eum non patitur operam iudicio dare, incidente infirmitate, uel necessaria protectione, uel rei suæ familiaris piculo, quod idem Bartolus ibi subiungit esse iu aduocato, cuius impedimentum si est breue, debet parti dari dilatio, ut expectetur aduocatus: sed si dilatio foret longa, non est concedenda, quia pars alium ad uocatum inuenire debet.

Interdum uero contingit aliquem ex collegis esse absentem, & alios præsentem pronuntiare, quo casu quaeritur, an ualeat pronuntiatio. & Castrensis in eodem loco distinguit tres casus: Dicit enim quod quando fuerint delegati sine aliqua clausula, tunc nihil sententia ualeat, etiam si præsentem illum

illam requisierint, & noluerit venire, hac ratione, quoniam omnes iudicare debent. I. tunc autem, & l. duo ex tribus, ff. de recep. arbitr.

Quod quidem uerissimum est tam in iudicibus, quam in arbitris de iure ciuili: sed de iure canonico in arbitris hoc est limitatum, ut si præsentem illum absentem requisierint, & per eum steterit, ualeat sententia præsentis partis maioris, secus si maior pars non esset præsentis, capit. fin. de arbitr. in 6. Quod capitulum cum sit contrarium iuri ciuili seruaretur duntaxat in terris ecclesie, non autem in terris imperij, secundum glossam ibi positam.

Ampliatu autem hæc conclusio, ut procedat etiam si ille absens commisisset præsentibus animi ꝑ sui motum: quia tunc nec arbitri, nec delegati ab inferiore a Principe possent sine ipso ferre validam sententiam: at secus est in delegatis a Principe, qui sicut possunt alteri causam subdelegare, ita possunt suo collegæ animi sui motum committere, ut inquit Bartol. in d. l. si vni, nu. 12. vers. octauo quaero, col. fin. ff. de re iud.

Secundo ampliatur, etiam si ille absens examinasset causam cum præsentibus, & semper fuit in contraria opinione, nec potuit præsentem trahere in suam sententiam, quia nihilominus aliorum sententia, ipso absente, non ualebit, quid quid dixerit Innocentius, quem reprobatur Bart. in l. duo ex tribus, num. 4. colum. fin. ff. de re iud. & Castrensis. in d. l. Pomponius, sub num. 3. columna prima. ff. eo. & Fely. in c. causam matrimonij, numero nono, uersiculo, tertio limitat, col. fin. extra de off. deleg.

Limitabis tamen prædicta non procedere, quãdo partes consenserint, ut præsentem expedirent causam: tunc enim non obstante absentia collegæ possunt præsentem expedire, quia partes consensentur prorogare iurisdictionem de habitu ad actum siue ad exercitium, nam quilibet illorum habet iurisdictionem ꝑ in solidum, cum sit ius incorporale, quod non potest nisi in solidum competere, tamen exercitium non est nisi apud omnes simul. c. causam matrimonij, ff. de offic. deleg.

Et partes possunt facere, ut sit apud præsentem, siue faciant maiorem partem, siue minorem, & allegat Innocent. in c. prudentiam, quem refert notabiliter dicentem, quod licet alias iurisdictione non prorogetur per illum, qui erat in iure, uel in facto. l. si per errorem, ff. de iurisdictione omnium iud. hoc tamen uerum est in eo, qui nullam habet iurisdictionem in prorogantem, secus si habet, licet non habeat exercitium, quod potest dari per errantem in iure, quæ omnia retulit Castrensis. in d. l. Pomponius, col. 2. vers. prædicta uero, ff. de re iud. ubi subiungit, quod quidam consentiunt prædicta in secundo casu, in quo est addita clausula, quod si non omnes, de qua mox dicam: secus, quando delegatio facta fuit sine clausula.

Rursus idem Castrensis dicit, quod quando plures fuerint delegati cum clausula (quod si non om-

nes &c.) de qua in iure ciuili non fit mentio, sed solum de iure canonico in pluribus locis, & tunc si absens fuit requisitus, & constat de ipsius impedimento, ualebit ꝑ sententia præsentium, ut habetur in c. prudentiam, extra de offic. deleg.

At si non constat de impedimento, quia de illo nulla fides facta fuit alijs collegis præsentibus, tunc sententia non ualeat, etiam si ille absens re uera fuisset impeditus, & hoc paulo inferius subiungit nu. 7. vers. circa prædicta quaero, col. fin.

Si uero fuerint delegati cum clausula (vos, uel duo, aut aliquis uestrum causam expedire possit) tunc etiam absente nõ requisito præsentem, si sunt maior pars, uel minor, aut etiã unus possunt causam expedire. c. cum plures, de off. deleg. in 6.

Et quidem prædicta procedunt, quando aliquis fuit absens: ceterum si contingit, quod sint omnes iudices præsentem, tunc distinguitur casus, nam interdum omnes concordant in sententia ferenda pro actore, uel per reo, & tunc unus solus ꝑ potest proferre eam, dummodo loquatur in plurali, & nominentur omnes, interdum discordant, & ferunt diuersas sententias, & tunc sunt omnes in pendentem, quousque per delegantem aliqua approbetur, c. si. extra de sentent. & re iudic. Nec tunc attenditur, quæ sit magis fauorabilis, hoc tamen uerum, si sunt pares numero, uel etiam disparibus profert diuersam sententiam, si autem dispares, & non discordent omnes inter se, præualet sententia plurimorum. l. duo ex tribus, circa finem, & l. si vni, in fine, ff. de re iud.

In arbitris autem si sunt pares, non ualeat sententia alicuius partis, quia non est, qui possit alteram eligere, ut ait glo. in d. c. si. de sentent. & re iud.

Interdum sunt omnes præsentem, & aliquis eorum tacet, uel etiam plures, aut maior pars pronuntiat, & tunc ualeat sententia, quando illi, qui tacet, non se excusant: si autem se excusant, quod non liquet eis de causa, & iurant, tunc ualeat sententia. d. l. Pomponius, alias si uni, ff. de re iud.

Et hoc modo potest etiam intelligi textus in l. tunc autem, ff. eo. quia licet non pronuntient uniuersi, tamen habentur pro pronuntiantibus, ex quo omnes adsunt, & per istam practicam iurandi sibi non liquere de causa, potest Iudex absolute partes ab obseruatione iudicij, & uitare penam ꝑ impositam sibi non expediendi causam intra certum tempus, ut ait Ang. in d. l. Pomponius, nu. 2 & ibi Cast. nu. 5. col. 2. & Fely. in c. causam matrimonij, col. fin. in fine, extra de offic. deleg.

Secundo casu principali, quãdo agitur de pluribus ordinarijs, dicendum est, quod interdum iurisdictione ordinaria competit pluribus ut uniuersis, ut puta capitulo, uel collegio, & tunc non est penes quemlibet in solidum, sed penes totum capitulum, uel collegium, ut notat glo. in c. ut officium, in uerbo sepe ratum, de hæret. in 6. & ideo si cut alijs actibus expediendis requiritur præsentia duarum partium, & ualeat, quod agitur a maiore

72 maiore parte illorum, ita etiam valet + sententia maioris partis, & si causæ committerentur duobus collegijs, oportere maiorem partem vtriusque collegij concordare, ut inquit Anto. de Butr. in c. prudentiam, sub nu. 15. vers. ad primum dicendum est, col. 2. de off. deleg. & Castrenf. in d. l. Pomponius, col. 2. vers. si autem sint plures ordinarij, ff. de re iud. & Abb. in d. c. prudentiam, nu. 7. vers. & dic generaliter, col. 3. & Gemin. in c. fi. col. pen. vers. hęc est materia quotidiana, de arbitris, in 6.

73 Quod quidem intelligitur esse verum, dummodo ille consensus sit non solum maioris partis, sed copulatiue etiam dignioris + & sanioris, ut inquit Abb. in d. cap. prudentiam, num. 9. vers. & hoc casu, col. 3. in fi.

Cuius traditio profecto procedit, quando agitur de actibus ecclesiasticis, sed secus ubi de re seculari, & profana tractatur, quia iura ciuilia simpliciter dicunt, maiorem partem sufficere, ut egregie tradit Alex. in l. maiorem, colum. 1. ff. de pact. & Decius in d. cap. prudentiam, num. 40. vers. tertio limitatur, col. 3.

Rursum prædicta procedunt, nisi certus numerus in aliquo actu requireretur, quia tunc omnes de numero deberent consentire, nec maior pars sufficeret, ut ait Abb. in d. c. prudentiam, nu. 8. vers. vnde ualiditatem, col. 3. & ibi Decius, num. 39. vers. secundo quod dictum est, col. 3.

Aliquando uero iurisdictio competit pluribus, non ut uniuersis, sed ut pluribus, cuius rei exemplum est in pluribus consulibus mercatorum, vel alterius artis, & tunc idem, ut nec iurisdictio, nec exercitium sit apud aliquem eorum in solidum, sed est apud omnes simul, qui habentur loco vnus nisi aliud per eorum statuta disponatur, ut tradit Castrenf. in d. l. Pomponius, sub nu. 5. vers. interdum competit pluribus, col. 2. in fi. & uide Butr. in d. c. prudentiam, sub nu. 15. vers. quandoque iurisdictio spectat, col. 3. ubi uoluit singulos habere iurisdictio in solidum, sed non exercitium, & oportere, ut omnes sint presentes.

74 Si uero iurisdictio ordinaria competit pluribus, ut singulis, ut est exemplum in pluribus iudicibus unius Prætoris, vel in pluribus vicarijs vnus Episcopi, tunc apud quemlibet ipforum est iurisdictio, & exercitium, nisi per statutum sit distincta ipforum iurisdictio, & est locus + præuentioni, & post quã alter occupauit, non potest alter se introumittere: si autem omnes simul ceperunt cognoscere, tunc neuter sine altero potest expedire, ut refert idem Castrenf. in d. l. Pomponius, sub nu. 6. vers. interdum competit, col. 3. & Decius in d. c. prudentiam, nu. 4. vers. secunda conclusio, col. 3.

Nisi in casu, quo is, qui primo occupauit, postea impediatur, quia poterit alter illud finire, & executioni mandare, ut tradit Butr. in d. cap. prudentiam, sub nu. 15. vers. quandoque lex dat, col. 3. in fi. & ibi Abb. num. 11. ver. & salua istam glo. col. 4. Dec. nu. 44. ver. & prædicta conclusio, col. 3.

75 Quid uero iuris sit, quando + vnus est Iudex a

centum aureis infra, & alter est Iudex a centum aureis supra, & mouetur petitio hereditatis, cuius quantitas ignoratur, vel agitur ad factum, de cuius interesse nescitur, & dubitatur, uter ex illis sit Iudex, uide Bal. in l. fi. §. sed enim scimus, in princ. C. de appel. ubi ait, quod causa agitata est coram Iudice minoris summe, & Iudici maioris summe incumbit onus probandi, iurisdictio ad se pertinere, quia maior summa tendit ad abdicationem iurisdictiois Iudicis inferioris, & probatio incumbit ei, qui uult aliquem priuare, subiungens quod iurisdictio in dubio pertinet ad iudicem, qui non habet iurisdictioem suam fundare ex probationibus, nec elidere alterius iurisdictioem, nam elidere est quedam exceptio declinatoria: sed mihi magis placet, ut dicamus, quod aut uerisimiliter credi potest, ut causa excedat summam centum aureorum, & tunc Iudex inferior non cognoscet; aut uerisimile est, quod non excedat, & tunc cognoscere poterit, ut ait Salycet. in l. in offerendis, in glof. 2. C. de appel. Aut sumus in dubio, quia non constat de uerisimilitudine, & tunc procedit opinio Baldi.

76 At si iurisdictio ordinaria competit pluribus simpliciter, tunc distingue, quoniam aut plures + concurrunt iurisdictiones, quarum vna est uniuersalis, altera particularis tantum, & tunc is, qui habet uniuersalem, se non introumit de factis particularibus, nisi in casibus a iure expressis, ut exemplum est in iurisdictioe archiepiscopali, quo ad totam prouinciam, & de particulari suffraganeorum, quoad dioecesim.

77 Aut concurrunt iurisdictiones una generalis, & altera uniuersalis, quæ etiam est distributoria, eo quia uniuersaliter, & particulariter competit, & vna est sub alia, & tunc quilibet habet solidam iurisdictioem, & locus + est præuentioni, cuius rei exemplum est in legato respectu totius prouinciæ sibi commissæ, & in suffraganeis, & episcopis sibi subiectis: vel aliud exemplum est in episcopo, & Archidiacono, vel alijs prælatis sibi subditis, de quo per glof. in capitulo, pastoralis, extra de offic. ordin. & ita notat Butr. ad quem in ceteris te remitto, in dicto ca. prudentiam, vers. quandoque datur ordinaria, columna quarta, & Abb. ibi sub numero decimo, columna quarta, in princ. & Gemin. in dicto cap. fi. colum. fin. de arbitris, in 6.

78 Quid uero iuris sit in pluribus + tutoribus, curatoribus, institutoribus, procuratoribus, & executoribus, uide Abb. in d. c. prudentiam, num. 14. versiculo, uenio ad secundum membrum, columna quinta, & ibi Felyn. numero decimo, vers. de habentibus uero, colum. 3. & Decius, num. 76. vers. subsequenter, in secundo membro, col. 6.

Cætera uero, quæ pertinent ad plures delegatos ad uniuersitatem causarum, uidebis apud Felyn. in c. causam matrimonij, nu. 8. uer. gl. in uerbo, vnus, col. 4. de off. deleg. & ibi Decius in d. c. prudentiam, nu. 7. vers. tertio principaliter, col. 6.

Etan

Et an ea, quæ diximus de sententia diffinitiuâ, procedant in interlocutoria, & de citatione, uide Castrenf. in d. l. Pomponius, nu. 9. vers. ultimo quæro, col. 3. ff. de re iud. & de citatione, Decium in d. ca. prudentiam, nu. 9. vers. successiue Abb. col. 7. & Bald. in ca. duobus, num. 12. vers. dubitatur, col. 3. extra de sent. & re iud.

79 Et an sententia inualida, eo quia lata fuit absente vno ex collegis in casu, quo debent omnes interuenire, possit postea + validari per ratihabitionem illius, qui erat absens, uide Castrenf. in d. l. Pomponius, nu. 8. vers. item quæro, col. pen. ff. de re iud. & optime Butr. in d. c. prudentiam, num. 2. uer. restat nunc descendere, col. 1. de off. dele. & Decius ibi, nu. 98. vers. in 7. q. glof. col. antepen.

Vltimo dum hæc scriberem, contigit in quadam causa dubitari, nunquid ex duobus Iudicibus possit in causa criminali vnus dilationem breuiare. quo casu respondeo, quod si non sunt ordinarij, nec habent iurisdictioem in solidum, quæstio caret difficultate: at si sunt ordinarij, aut alijs habet quilibet solidam iurisdictioem, tunc videndus est Bald. in l. fi. ea, col. fina. uer. pone statuto cauetur, C. de his, qui accus. non possunt. ubi ait, quod stante statuto, ut reus bis citatus ponatur in banno, si non comparuit, in quo banno assignetur ei terminus octo dierum, quo lapsus, & eo non comparent, habeatur pro confesso, si Iudex per errorem assignauerit ei terminum sex dierum, queritur utrum lapsis sex diebus, habeatur reus pro confesso. & primo arguit quod non, quia in assignatione termini non fuit seruata forma statuti, postea contrarium determinauit, quia suppletur terminus a lege, l. 4. §. si quis, ff. de re iud. & c. statuimus, extra de regul.

80 Verum idem Bald. mutata voluntate alterius fuit sententiæ in l. 1. nu. 5. vers. secundo quærit, C. de requir. reis, + ubi quærens, an Iudex in criminali possit breuiare dilationem, sicut potest in ciuili: concludit, quod aut loquimur de dilatione comparitoria, & videtur terminum istarum dilationum posse breuiari sicut in ciuili, quoniam eadem uidetur esse ratio, l. absentem, ff. de pœnis. Aut loquimur de dilatione anni, quæ conceditur ipso iure sine ministerio Iudicis, & ista non potest breuiari, cuius rei duplex est ratio, prima quæ est ista dilatio non est commissæ Iudici, sed lex per se ipsam tribuit istam dilationem; altera, quoniam ubi Iudex assignat certam dilationem, & ex eius lapsu aliquid statuit, dilatio non potest mutari: quo circa si statum dicit, ut si accusatus + non comparuerit intra octo dies a die banni, habeatur pro confesso, istud tempus non potuerit abbreviari, quia istam confessionem ius non inducit, nisi sub certa forma, & post lapsum certi temporis, ergo si non seruetur certa forma, cessat legis dispositio. Præterea ista pena factæ confessionis inducitur sub quadam conditione, ergo si conditio non est impleta in forma, cessat pœna, l. in testamento, ff. de cond. & demon. subiungens ex hoc apparere, quod si Iudex errat

82 + in termino, siue in tempore banni, istud bannum habetur perinde, ac si non esset datum.

83 Vter uero debeat magis puniri, an ille Iudex, qui negligit facere + iustitiam, an is, qui malè iudicauit, uide Imolam in l. quarta, §. in eum, nu. 49. uers. ultimo nota, ff. de damno infecto, ubi tradit negligentem facere iustitiam grauius puniri, quia indistinctè tenetur ad interesse, & sic ad ueram litiæ estimationem: sed in male iudicante distinguitur, an per imperitiam, an per dolum malè iudicauerit; Primo casu tenebitur in quantum Iudici equum videbitur, quod interdum erit minus, quam uera æstimatio; secundo casu ueram litiæ estimationem persoluet, l. fin. C. de pœna iud. qui malè iud.

ADDITIONES.

- a Vniuersitatem. Quæ sit uniuersitas, & an, & quando uniuersitas professionum, vel negotiationum, ut putartium, possit sibi iudicem constituere, tradit abunde Innocent. in capitulo, cum ab ecclesiarum, sub nu. 1. extra de off. ordin.
- b Vendi. Et si uendicatur, non tenetur venditor de euctione, etiam si emptor sibi sit stipulatus, ut ait Bald. in capitulo primo, sub numero tertio, de allodijs, & Afflic. in capitulo 1. §. ad hoc, numero 20. uersiculo, nec tenetur de euctione, de pace iuramen. firman. & ibi Aluarot.
- c Credimus. Quia contrarium sentit Bald. in l. sed si hæc, §. si libera, ff. de in ius uocan. ubi notat, quod licet Romana Ecclesia sit mater Imperij, tamen si feudum tenet ab Imperatore, hoc respectu erit eius uasalla, quia feudatarij, non quia mater.
- d Nulla. Fallit, quando uasallus sub infeudat, ut ait Afflic. in cap. 1. §. si quis de manso, num. 29. de controuers. inuestit.
- e Copia. Vide Angel. & Alexan. & alios in l. secunda, ff. si quis in ius uocat. non ierit.
- f Sciente. idem est in delegato, qui si subdelegauerit sciente ordinario, ualet subdelegatio, quia ordinarius censetur ampliasse mandatum, idem quoque iuris est in compromisso facto super certis rebus: si enim coram arbitro partes litigauerint super alijs rebus in compromisso non comprehensis, ualet iudicium, quia partes censentur ampliasse compromissum, ut ait Decius in cap. prudentiam, nu. 74. de off. deleg.
- g In dubio. Hec est uerum, quando potest ualere iure ordinario, alijs ualebit iure delegationis, quia censetur precessisse eo iure, quo poterit, Alex. in cons. 55. vol. 5. & Vant. de nullit. senten. ex defect. iuris. ordin. num. 172. vers. & quod Iudex.
- h In territorio. Nam forensis citatus de eo, quod commissit extra territorium citantis, non tenetur comparere, Bartol. in l. non uidetur, nu. 1. ff. de iudicijs.
- i Perditum. Vide Bald. in l. fi. in fi. C. de re iud.
- l Si non omnes. De hac clausula uide Bart. in l. si uni, nu. 9. ff. de re iud. & omnino gl. in c. cum plures, de off. deleg. in 6. & late Ant. de Butr. in c. prudentiam, extra eo.
- m Arbitris. De arbitris uide Decium in c. prudentiam, nu. 87. uers. ult. Abbas, col. 7. de off. deleg.
- n Mercatorum. An unus possit alteri Consuli committere uices suas usque ad sententiam exclusiue: dic quod sic, ut ait Bald. in c. duobus, num. 15. uers. in Consulibus, col. 3. extra de sententia & re iud.

- 1 Iudex dicitur esse quoddam predicamentum, quod predicatur de probatione.
- 2 Iudex est Dux, & Imperator Iudicij.
- 3 Socrates obseruando facta aliorum sapientissimus euasit.
- 4 Iudex trium meminisse debet. Iudex debet habere sanctitatem, iustitiam, & prudentiam, ibid.
- 5 Imperare hominibus, quid sit.
- 6 Imperare hominibus, est omnium animalium nobilissimo imperare.
- 7 Imperare hominibus, est in omnium scientiarum capacissimos imperium exercere.
- 8 Homo est terrenus Deus, Deus uero est homo immortalis.
- 9 Magistratum actiones ad imitationem proponuntur.
- 10 Iudex priuatis hominibus melior esse debet.
- 11 Alexander Seuerus Imperator de uita, & moribus iudicum inquirebat.
- 12 Imperium hominum qua ratione sit simile diuino.
- 13 Imperium gerens Dei figuram representat.
- 14 Imperare alijs non potest, qui proprijs affectibus inseruit.
- 15 Socrates eum Iudicem laudabat, qui sibimetipsi possit imperare.
- 16 Solon eum recte imperare dixit, qui prius didicerit parere.
- 17 Iudex non potest in alijs ea reprehendere, quae facit ipse.
- 18 Patere legem, quam tulisti.
- 19 Respublica ea bona est, in qua mali non imperant.
- 20 Homini insanienti gladium dare, periculosa res est.
- 21 Iudex assimilari debet aere.
- 22 Iudices uenerari, & timere, necessarium est.
- 23 Grauitas uide consistat.
- 24 Seueritas, in quibus uersetur.
- 25 Amor uenerationis est comes.
- 26 Legis obseruantia ibi est, ubi est timor Iudicis.
- 27 Iudex quomodo seipsum cognoscet.
- 28 Iudex quomodo subditos suos cognoscet.
- 29 Medicus reprobat, qui semper eodem medicamento utitur.
- 30 Iudex non laudatur, qui semper remissus, aut semper seuerus imperat.
- 31 Diuersitas morborum diuersitatem remediorum querit.
- 32 Diuersa ingenia diuersum gubernandi rationem postulant.
- 33 Cotis Rex ingenia subditorum suorum cognouit.
- 34 Ingenia supina excitantur uehementia.
- 35 Leges varijs modis offenduntur.
- 36 Nec clementia, nec seueritatis gloria affectanda est.
- 37 Benignitas condemnationi inferenda est.
- 38 Iudex seuerus, & Iudex humanus, quomodo in condemnando differant.
- 39 In dignitate multum ualeat grauis hilaritas.
- 40 Agrippinus benignus fuit Iudex.
- 41 Medici humanissime consolantur infirmos.
- 42 Iudices qua ratione uocentur ad gubernandos populos.
- 43 Virga percutit, & baculus sustentat.
- 44 In iudice non debet esse rigor rigidus, nec mansuetudo dissoluta.
- 45 Iudex neque seueritatis, neque clementiae modum excedere debet.
- 46 Adriani uox celebris, quae fuerit.
- 47 Grauitas comitate, & seueritas mansuetudine condiri debet.
- 48 Claudius Imperator contemptui fuit.
- 49 Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
- 50 Protheus, & Vertumnus quid apud antiquos significauerint.
- 51 Vir sapiens quidquid agit, cum decore semper agit.
- 52 Magistratus uirum ostendit.
- 53 Aquila a sole, & aurum probatur ab indice.
- 54 Tribunal est res sincera.
- 55 Seueritas Iudicis superciliosa fronte non consistit.
- 56 Crudelitas comes est superbia.
- 57 Superbia, qua similitudine grauitatem imitetur.
- 58 Superbia est uilis animi affectus.

- 59 Magistratus legi, & ciues magistratui debent obedire.
- 60 Aegyptij quomodo imaginem Iudicis fingeant.
- 61 Magistratus est legis interpres, & custos.
- 62 Magistratus est lex uia, lex uero est magistratus mutus.
- 63 Alphonsi serenissimi Ducis Ferrariensis religio.
- 64 Iustinianus Imperator uoluit sacramentum fieri a Iudicibus.
- 65 Antiochus tertius, qua ratione fuit laudatus.
- 66 Rescripta principum secundum iura communia intelliguntur.
- 67 Aegyptij quod sacramentum a Iudicibus exigebant.
- 68 Imperare secundum leges, quid sit.
- 69 Iustitiae bipartita est diuisio.
- 70 Iustitia uniuersalis est fons omnium uirtutum.
- 71 Pedalij nihil a Dijs esslagitabant, quam iustitiam.
- 72 Iusto nihil deest.
- 73 Iustitia distributiuam quae sit.
- 74 Iustitia commutatiua quae sit.
- 75 Imperare secundum leges, quid sit.
- 76 Iustitia uirgo dipingitur.
- 77 Thebani iudicum imagines sine manibus pingebant.
- 78 Ephialtes Sophronidis filius munera recusauit.
- 79 Alchamenes dicit iudicem pacem cum legibus habere non posse, si munera accepisset.
- 80 Depositum, & magistratus assimilantur.
- 81 Dignitates hodie non dantur, sed uenduntur.
- 82 Alexander Seuerus nunquam uoluit uendere dignitates.
- 83 Alexander Seuerus omnibus necessarijs suos Iudices instruebat.
- 84 Iudex nec dare debet, nec accipere.
- 85 Amicus usque ad aras.
- 86 Cleon factus iudex omnium amicitias dissoluit.
- 87 Aristides factus iudex amicitias uetauit.
- 88 Amici ab amicis honesta petunt.
- 89 Magistratus ex conuersatione contemnitur.
- 90 Chilonis penitentia, quia noluit inter duos amicos iudicare.
- 91 Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica ueritas.
- 92 Bias damnaturus homines ad mortem lacrimabatur.
- 93 Vera iustitia compassionem habet.
- 94 Qui de malis poenam non sumunt, bonos iniurijs affici uolunt.
- 95 Nemo tribunal ingrediatur, nisi qui se nouit innocentem.
- 96 Iudex subditos, non semetipsum uelisci debet.
- 97 Respublica praemio, & poena conseruatur.
- 98 Alexander Mammea bonos iudices munerabatur.
- 99 Alphonsi Serenissimi Ducis Ferrariensis erga bonos indices grauitudo.
- 100 Principes meminisse debent, quod non semper imperabunt.
- 101 Memento Philippe, quod homo es, quid significet.
- 102 Homo est nomen plenum fragilitatis.
- 103 Homo est imbecillitatis exemplum.
- 104 Simonides in conuiuio admonuit Pausaniam, ut recordaretur se esse hominem.
- 105 Qui multis imperat, non paucos offendit.
- 106 Melius est uni Socrati placere, quam uniuersis improbis.
- 107 Iudicium uulgi nihil ualet.
- 108 Polyctetes nobilis statuarius, quomodo iudicium uulgi deriserit.
- 109 Papinianus fuit occisus.
- 110 Plinianus fuit a dignitate remotus.
- 111 Petrus Folleuius fuit in publica uincula coniectus.
- 112 Malis displicere, magna laus est.

ARGUMENTUM.

De officio Iudicis circa rectam populorum administrationem uilis, ac necessaria explanatio.

CAP.

CAP. XLIII.



V M superiore capitulo dictum sit de Iudice, & ipsius iurisdictione, nunc conueniens esse uidetur, ut de Iudicis officio nonnulla dicamus: quae tractatio licet non uersetur specialiter in demonstrando, cui incumbat onus probandi, non est tamen omnino extra propositam probationum materiam, cum iuris explorati sit, quae ea, quae pertinet ad Iudicem, non dicatur esse a probationibus aliena, tum quia Iudex dicitur esse quoddam predicamentum, quod predicatur de probatione, l. 2. C. de edendo, l. testium, ff. de testib. & tradit Bald. in c. si. nu. 28. vers. & nota quod omnis probatio, col. si. extra de iurciur.

Tum etiam, quia ualidae probationes debent fieri in iudicio, cuius potissima pars est Iudex, qui Dux, & Imperator iudicij appellatur, ut refert idem Bald. in rubr. C. si a non compe. iud. in fi.

Præterea parum profuisset in præcedenti capitulo demonstrare, quomodo iurisdictione Iudicibus insit, nisi etiam hoc in loco traderem, qua ratione Iudex sua iurisdictione debeat uti: quae quidem traditio ualde utilis est, ac necessaria propter multos, qui uix e scholis egressi audent ad gubernacula ciuitatum accedere, ad quarum rectam administrationem satis scimus non sufficere in Iudice solam legum peritiam, nisi etiam cum multa experientia & cum optima imperandi ratione coniungatur. Quae res licet sit non solum factu, sed etiam dictu difficilis, cum uoluntates imperantium uariae sint, & adeo diuersa subditorum ingenia, ut sicut unicuique satisfacere impossibile est, ita etiam certam regulam satisfaciendi describere non minus arduum esse censeatur, attamen propter rei difficultatem non grauior ea in medium asserre, quae si non poterunt absolutum Iudicem instituere, saltem tale efficiunt ut a bonis poterit laudari, referendo ea, quae partim ex uaria lectione percepi, partim ex rerum experientia, & ab exemplis eorum collegi, quos optimos populorum gubernatores esse obseruaui, & in dies ad me instituendum magis obseruo: sic etiam fecisse legimus I Socratem, qui obseruans ea, quae ab alijs uel laudabantur, uel uituperabantur, ita uitam suam composuit, ut omnium iudicio sapientissimus euaserit.

Iudicis itaque officium (ut ad rem veniamus) multis quidem ambagibus, & multis periodis circumscribi potest: At nos ab Agathonis sententia (quam mox sumus exposituri) non discedemus, qui (referente Stobæo) dixit, ad Magistratum maximè pertinere, I ut horum trium meminisse uelit, primū, quod imperat hominibus; deinde, quod secundum leges imperat; tertio, quod non semper imperabit.

Hæc tria sanctissima, & pulcherrima præcepta adeo notabilia sunt, ut memoriæ æternæ commendari digna esse censeantur, nam sub maiore uerborum compedio nemo unquam plura dicere po-

tuisset: ex his enim nihil aliud infertur, nisi oportere, ut Iudex præferat sanctitatem, iustitiam, & prudentiam, quæ tres animi uirtutes arma aurea intelliguntur esse illa, quibus aduersus omnem fortunam pugnandum esse Plato existimauit, & me hercule Iudicem meminisse, quod I imperat hominibus, est singulare documentum, ut ipse cogitet, & accuratè secum meditetur, quale sit eius Imperium, ut sciat hoc illi maximè elaborandum, ne illo Imperio indignus euadat.

Imperare autem I hominibus, est omnium animalium nobilissimo imperare, cui cetera omnia, quæ in mundo sunt, parere cognoscuntur.

Item imperare I hominibus, est in omnium uirtutum atque scientiarum capacissimos Imperium exercere: nam non solum hominis est excollere pietatem, diligere iustitiam, & fortitudinem præferre, uerum etiam in homine est summa intellectus perspicuitas, summa mentis intelligentia, & uera rationis gubernatio, adeo ut Mercurius eximiam humani generis nobilitatem, atque excellentiam admiratus, hominem esse terrenum Deum dixerit, Deum uero esse hominem immortalem. Quibus uerbis ostendit hominem esse Deo similem, cuius natura, atque substantia est diuina.

Quare ad gubernandos homines tam præstantia, atque nobilia animalia accitum iam secum reputare oportet, qualem uitam agere, quo morum exemplo, & quibus uirtutibus munitum se se præstare necesse sit. Nam si boni sint illi, quos regit, meliorem illum esse conueniens est, ut ex bonis optimos eos efficere possit.

At si mali sunt homines, quibus imperandum est, optimos gubernatores esse oportet, ut malos aut iure retundere, aut ex prauis bonos redere queat: nam tum demum subditorum ingenia rectè formari possunt, quando hi, quibus reipublicæ gubernacula commissa sunt, uerè sanctitatis exemplar existunt. Magistratum I enim actiones in sublimi loco positæ sunt, quæ sicuti ab omnibus inspiciuntur, ita etiam ad imitationem proponantur, quorum exempla cum possint pluribus prodesse, si bona sint, & pluribus obesse, si mala reperiantur, ob id ipsi circa omnium uirtutum genera præstantiores esse debent, quam priuati.

Et eo magis, quia cum illud a natura comparatum esse uideatur, ut inferioribus superiora præstet: Iudex I tanto priuatis hominibus melior esse debet, quanto illos honore, ac dignitate præcedit.

Hac ratione Alexander I Seuerus Imperator, ubi aliquos uoluisset Rectores prouincijs dare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quid haberet criminis, manifestis rebus probaret.

Præterea addendum est, Imperium hominum esse simile diuino I eisdem rationibus, quibus ars naturam imitatur: nam cum natura sub diuinæ rationis Imperio tradiderit ea omnia, quæ in mundo sunt, sic ars, quæ Ciuitates erexit, ipsarum quo-

que Imperia humanæ rationi subiecit, ideo sicuti se Deus ad mundum, (vt Stobæus ait) ita se gubernator ad Ciuitatem habet, & quemadmodum Ciuitas ad mundum, eodem modo se ad Deum gubernator: ciuitas enim ex multis, & diuersis concinnata, mundi structuram imitatur, atque harmoniam, Imperium tamen gerens, & lex uiua existens Dei figuram inter homines representat. Porro Iudex nequam, & scelerosus qua ratione Dei figuram representabit, qui bonus & omnium virtutum Deus est?

Iudices igitur oportet meminisse, quod imperant hominibus, vt volentes in animo, quam magnum, quam nobile, & arduum sit eorum Imperium, hanc legem inuolabilem sibi penitus constituant, ut nihil vnquam quod absurdum, nihil quod similitudine Dei sit indignum, committant: nullo enim pacto effici potest, ut is rectè alijs imperare valeat, siue Princeps, siue priuatus sit Iudex, qui proprijs tamen affectibus inseruit: Exemplo nobis esse possunt impotentissimi Neronis illi, atque omnibus libidinibus mancipati, Domitianus, Galienus, Commodus, & alij, quorum immanitas, & vecordia, & luxuries non minus ipsos, quam ciues innocentes perdidit; Proinde Socrates tamen inquitabat, eum Magistratum administratione esse dignum, atque omni laudatione celebrandum, qui sibi metipsum posset imperare. Solon etiam rectè illum imperare dixit, qui prius tamen didicerit parere, nam cum Regi didicerimus, etiam alios regere scimus.

At is, qui rationi suæ non parer, regi non didicit, ob id imperare nescius ab administratione repellendus est, & quidem libidinosus quomodo alienam libidinem, adulter aliena adulteria, & auarum avaritiam reprobabit?

Non enim tamen rectè in alijs reprehendere possimus ea, quæ facimus ipsi, & inhumanum, ac prodigio simile est, alienos affectus adhibita poena coercere, & a proprijs vinci. sic etiam Beatus Paulus exclamat, turpe esse, qui alium docet, se metipsum non docere, qui prædicat non furandum, furari, qui dicit non mæchandam, mæchari: nam diuinæ ac humanæ rationi maxime conueniens est, ut patiatur tamen quis eam legem, quam in alios tulit; Quare Pitracus laudabat eam rem publicam, in qua malis imperare non tamen daretur facultas; & Iamblicus dixit, improbo uiro magistratum tradere, perinde esse periculosum, ac si homini insanienti gladium tamen committas: Prauum enim, & corruptum ingenium magnam potestatem adeptum magnarum calamitatum causa est, nam mala facinora quanto conspectiora sunt, tanto grauius offendunt.

Idecirco Iudex, & priuata, & publica discipline causa debet esse bonus, & sic vitam suam instituat, ut secundum Architam assimilari possit tamen Aræ quam sicuri puram, candentem, & religiosam uenerantur omnes, ita candenti sinceritate, atque animo minime inquinato dignum ueneratione Iu-

dex ubique sese exhibeat. Iudices enim tamen uenerari, & timere necessarium est, illos autem boni uenerantur, timent mali, utriusque tamen ex incorrupta morum disciplina proficisci manifestum est, nam bonorum ueneratio ex grauitate, malorum uero timor ex seueritate gignitur: grauitas autem tamen non supercilij, nec uultus contractione, sed optima uitæ institutione constat, sicut & ipsa quoque seueritas tamen non ex immanitate, & sanguinaria quadam feritate comprobatur, sed ex legitima animaduersione, qua dignum est, ut impij male agendo afficiantur.

At ubi ueneratio adest, comes ibi quoque degit tamen amor, quod singulare testimonium est, summam esse in Iudice sanctitatem, quæ una est ex tribus uirtutibus supra propositis.

Item ubi timor Iudicis est, ibi quoque legis obseruantia, cuius ipse minister est.

Apparet igitur, quam multa Agathon dicere, & quam multa significare videatur, dum uult Iudicem recordari, quod imperat hominibus, quæ præceptio constat in cognitione sui ipsius, & eorum, quibus præest.

Is autem Iudex tum demum tamen rectè se cognoscet, qui ad semetipsum conuersus cauebit, ne ipse, (ut dictum est) eisdem uitijs laboret, quorum in alijs correctio ad ipsius officium spectat.

Subditos autem tamen suos cognoscet, si quemadmodum uarij sunt mores hominum, ita etiam imperandi normam summa cum dexteritate singulorum moribus, quam iustissime poterit, accommodabit.

An uero quis illum tamen Medicum laudabit, qui nulla artis distinctione diuersis morbis semper eadem medicamenta præbet? minime.

Sed neque laudandus est ille Iudex, qui uel semper tamen remissius, aut semper seuerius imperaret: nimia enim remissio contemptum, & immodica seueritas odium parit.

Ideo quemadmodum diuersitas tamen morborum diuersitatem remediorum quærit, sic diuersa ingenia diuersam gubernandi rationem tamen postulant: aliter enim cum probis uiris agendum est, aliter contra improbos, & audaces: illos enim modestum Imperium demerebit, hos autem acerbum retundet, sic ingenia subditorum suorum Rex Cotis cognouit, qui Thracibus ita imperabat, ut acriter in delinquentes animaduerneret; cui cum quidam dixisset, illud esse furere, non regnare, respondit suum furorem subditos efficere temperantes.

Item hebetiora, ac supina tamen ingenia uehementia excitabit, ac capacia, & prompta dexteritas mansuetata moderatur.

Præterea leges tamen non eodem modo offenduntur, alij enim dolo, alij culpa, quidam negligentia, nonnulli sexus imbecillitate, uel metu, ignorantia, aut alio simili modo delinquent, quorum delicta non eadem ratione cognoscuntur, aut arguuntur.

Ideo si Iudex non eius conditionis erit, ut possit ueluti Princeps poenam uel mitigare, uel

uel condonare, & ita cum iustitia coniungere misericordiam, ac saltem in modo cognoscendi dexteritatem, & in his rebus, quæ arbitrio suo committuntur, lenitate, si meretur crimen, poterit uti absque ulla tamen uel clementiæ, uel seueritatis gloriæ affectione, ut bene definiuit Martianus in l. respiciendum est. ff. de pæn.

Sed quid amplius dicam? est in ipsa quoque condemnatione tamen benignitas inserta, quæ tanti momenti est, ut minus grauem condemnationem efficiat; Vidi ego nonnullos Iudices ea humanitate in quosdam sententiam protulisse, ut condemnati adeo libenter rei iudicatae acquiescerent, ut victores eos, non victos exitimares: At e diuerso plures tanta uultus rigiditate pronunciauere, ut quamuis iuste pronunciauerint, tamen uicti se multa iniuria affectos esse putarent.

Ideo constat plerumque inter duo facta nullam differentiam esse, sed tamen uideri, ob differentiam eorum, quibus ad facta peruenitur.

Condemnat tamen seuerus Iudex, condemnat humanus, tamen ille, qui supercilij obscuritatem cum lenitate nunquam miscet, indignationem condemnationis auget, quam sine dubio mitigat humanus, tantum ualeat in dignitate tamen grauis quædam hilaritas, & tantum potest in homine, qui benignum est animal, facilitas quædam benigna, qua quis optime persuadet ea rite facta fuisse, quæ facta sunt.

Talem fuisse ferunt tamen Agrippinum, nam illis, quos condemnabant, perluadere conabatur, condemnationem expedire: aiebat enim se non tantquam illis inimicum, uel ut latronem sententiam contra eos ferre, sed ueluti tutorem, atque ipsorum curatorem. sic etiam tamen Medici solent eos, quorum membra secant, humanissime consolari, quæ res non minus accurate præstanda est a Iudicibus, qui morum, & animarum Medici existunt, & a quibus crimina plebæ debent non sauiensis animo, sed medentis, cum tamen uocentur ipsi ad gubernandos populos, non ut rem publicam destruant, sed ut ipsam rectè administrando sustentent.

Hinc sanctissime David ait, Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt: significans nimirum ex uirga tamen nos percuti, & baculo sustentari, quæ uirgæ percussio sicut nascitur ex seueritate, ita etiam baculi sustentatio procedit a lenitate, quæ semper cum seueritate miscenda est eo temperamento, ut nec rigor tamen sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta, sed alterum commendetur ex altero, ita, ut rigor secundum beatum Gregorium mansuetudinem regat, & mansuetudo, uel lenitas ornet sermone rigorem.

Ideo est quædam lam ciuilis, & urbana administratio, quæ neque tamen seueritatis, neque clementiæ modum excedit, quam qui nouerint custodire, iij rectissime imperabunt; Adriani uox tamen celebris est illa, qua professus est, quod se talem Imperatorem præstaret priuatis, qualem optaret ipse priuatus: sed illud, quod dicitur de Imperatore, idem de Iu-

dice minore dici potest, & cum nemo bonus uir existat, qui Iudicem iustum, ciuilem, & modestum non desideret, ideo ex priuato Iudex factus hoc memoriter teneat, ut talem se præstet, qualem Iudicem ipse sibi exoptauit: iudicandi enim tamen ratio non impedit, quominus grauitatem comitate, & seueritatem mansuetudine condire possimus, quod ita tamen intelligendum est, ut ex hoc condimento nulla iustitiæ offensio, & nullus contemptus Iudicis ex oriatur, nam quidam mansuetudinem, & comitatem non rectè interpretantes in eam uilitatem, atque remissam inepti animi lenitatem incurrunt, ut negligi se patiantur, sicut de tamen Claudio Cæsare narratur, qui usque eo euiluit, ut passim, ac propalam contemptui esset: Causidicos enim ferunt nonnunquam illum descendentem e tribunali non solum uoce reuocasse, sed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenso retinuisse.

Quod si de Imperatore hoc factitatum est, quò facilius in Iudice priuato contingere possit?

Sed hæc, & alia huiusmodi pericula facile poterit quis declinare, si secundum casuum, & ingeniorum qualitates eo modo, quo dictum est, grauem, seuerum, mitem, & mansuetum iudicem se præbebit: scriptum est enim,

Qui sapit, innumeris tamen moribus aptus erit.

Sed & hoc ipsum nobis antiquitas demonstrauit non solum tamen sub Proteo, sed etiam sub figura Vertumni, quem Deum fabulantur in quacumque hominis figura ex arbitrio sumpta forinosissimum uideri, de quo Tibullus:

*Talis in æterno salix Vertumnus Olympo.
Mille habet ornatus, mille decenter habet.*

& Propertius illum facit hoc ita de se loquentem:

*Opportuna mea est cunctis natura figuris.
In quacunque uoles uerte, decorus ero.*

Nam sub hac fictione sapientis uiri summam in conuersando dexteritatem depinxerunt, cuius tamen proprium illud est, ut quicquid agat: cum decore, atque honestate semper agat: nam si grauitate opus est, grauitas expressa decet; at si lenitas exhibenda est, in lenitate quoque suus cognoscitur decor.

Tales esse Iudices oportet, & hanc industriam adhibere, ut omnia cum dignitate perficiant, & siue seuerius, siue blandius, interdum magnificentius, aliquando submissius erit agendum, hoc ita efficiant, ut illesum maiestatis suæ splendorem decentissime conseruent, ob id merito Bias inquit, quod tamen Magistratus uirum ostendit. examinantur enim, & cognoscuntur ex administratione publica uiri mores, non secus, quam a tamen Sole Aquila, aut ab indice comprobatur aurum.

Tribunal enim res est tamen sincera, diuina, atque incorrupta, ideo necessarium est illum, qui talia munia suscepit, purissimum esse, & lucidissimum; ne quod dignitatis clarissimum est, suis maculis obscuret, quod profecto contingit non solum quæ-

do ex propria quis turpi tudine inficitur, verum etiam quando ex ignorantia, aut gubernandi imperitia, vel propter lenitatem in contemptum, vel in odium ex immodica seueritate incurrit: nulla enim oratione fatis exprimi potest, quam multi in hoc ipso decipiantur, qui fastosa & opinione elati, eo quia Iudicem grauem, & seuerum esse oporteat, maiestatem Iudicis superciliosa fronte, & perulanti superbia sese representare opinantur, & rectius celsitudinem Tribunalis sustinere se putant, quo truculentiores aspectu, & moribus asperiores erunt, nunc minis, nunc contumelijs subditos suos afficiendo: mirum est enim quo fastu incedant, qua rigeant pertinacia, & quo vocis tumore loquantur, vt semper eos comminari credas; Sed horum ventositates irridendae potius essent, quam obiurgandae, nisi de fortunis, aut quod grauius est, de salute hominum ageretur, qui tunc maximum discrimen ineunt, cum summa rerum in hoc genus hominum defertur: nam cum semper superbiae & crudelitas sit comes, & arrogantiae asperitas, verendum est, ne Tribunal, res aliqui venerabilis & sancta, macellum carnis humanae fiat; sed huiusmodi vitia non a liunde originem ducunt, quam ignorantia, quam sui non mediocriter habent; Quare illos admonere non desinamus, superbiam & eadem similitudine exprimere grauitatem, qua malus tumor bonam pinguedinem imitatur: Veruntamen vt hoc absolutius scire possint, ad templum Apollinis, iam mittamus illos, in quo literis aureis scriptum erat illud Chilonis memorabile praecipuum, (N O S C E te ipsum), vt iam tandem semetipsos cognoscere incipientes intelligant, se hominibus imperare, & superbiam esse vilis animi affectum, sicut sui obliuisci propter cogitationem breuis imperij, magna pusillanimitatis est argumentum.

Nunc superest, vt de secundo praecipuo dicamus, quod illud est, vt meminerit Iudex, se secundum leges imperare.

Hac praecipuum notabilis est, & memoriter a Iudice tenenda, quoniam in vim legis etiam apud nos abijt;

39 In quo proposito elegans Solonis & est sententia, qui dixit eam Republicam tum demum saluam fore, in qua ciues Magistratui, & Magistratus legi obediret, & quidem hoc rationi est conueniens: nam cum Magistratus in munere iudicandi nullus alius, quam veritatis inueniendae sit finis, dici potest, nullam esse veritatem, nisi quam leges ipsae dictauerunt. Hac ratione & Aegyptij (referente Rhodigino) ut officium Iudicis exprimerent, imaginem sub forma hominis effingebant, a cuius collo sculpta propendebat Veritas, & libraru cumulo circumiecto oculos paulominus clausos habere uidebatur. Quod quidem recte effectum est, nam Iudex nunquam aberrabit, qui veritatem decerptam ex librorum cumulo, idest ex legis traditae obseruantia constantissime sequetur; Magistratus enim nihil aliud est, nisi legis & interpretis,

& custos, quia non satis fuerat promulgasse leges, nisi magistratus adessent, qui promulgatas interpretarentur, ac defenderent, ob hanc rem Cicero 62 Magistratum legem uiuam & appellauit, legem uero Magistratum mutum, ut quae sola Magistratui uiuo potestatem largiatur, nam iudicandi potestas non in eo sita est, quod quis simpliciter Iudex sit, sed in lege posita est, ut non aliter, quam secundum placita iuris pronunciaripotest.

Hoc sanctissimum institutum seuerissime obseruatur in & Dominio Serenissimi Alphonsi secundi Estensis Ducis quinti Ferrariae, in quo quicumque Iudex promouetur, iurat, se non aliter, quam secundum statuta imposita iudicaturum, quod sacramentum efficere potest, vt si Iudex sponte iustus non esset, iuramentum religione efficiatur: Tantam curam Princeps optimus habet, vt populi eius iustos, atque incorruptos iudices fortiantur, dignus vel hoc tantum, ut incolumis diutissimo potiarur imperio, cum tam recte nouerit imperare; Quod idem quoque publica lege statuit olim Iustinianus & Imperator, qui iuramentum uoluit omnino praestari ab ijs, qui administrationem accipiunt. Hoc etiam nomine mirum in modum laudatus fuit Antiochus & tertius, qui ciuitatibus totius imperij scripsit, vt si quid ipse per literas iuberet fieri, quod aduersaretur legibus, minime curaret, perinde quasi ipse nescio scriptum esset, nam plerumque Principes non bene rerum instructi, scribunt ea fieri, quae cum legibus contraria sint, postea facta esse nolent; Hinc colligetur in iure nostro illa communis interpretatio, vt rescripta & Principum semper ita debeamus intelligere, vt potius iuuare, quam destruere iura communia intelligantur; Sed & Reges Aegyptij & pariter (vt Plutarchus ait) Iudices promotos eo iure iurando adigebant, vt siquid Rex ipse iuberet eos iudicare, quod iuri consentaneum non esset, ne iudicarent, quod etiam in rescriptis Principum idem obseruandum Theodosius, & Valentinus Imperatores prudentissime constituerunt.

Notabilis est igitur haec Agathonis praecipuum, qua Iudicem meminisse iubet, quod imperat secundum leges, ex quibus uerbis in summa hoc tantum infertur, ut iustus esse velit: nam cum legis finis sit iustitia, imperare secundum & leges, est iustum sese exhibere; At ego cum iustum dixi, omnia significauit: nam quae uirtus est, quae sub appellatione iustitiae non contineatur? Iustitiae enim bipartita & est diuisio; altera, quae potest uniuersalis dici, ex eo, quod omnia in contemplatione amplexatur; Altera uero particularis est, quae in actione consistit.

At uniuersalem & nouimus omnium uirtutum esse fontem, cuius riuulis suauissime irrigantur ingenia eorum; qui tota mente illam, & toto corde imbiberunt, cuius potentia non ignari illi, qui ex & Indis Pedalij uocantur, in sacrificijs nihil aliud a Dijs efflagitabant, quam iustitiam, arbitantes

trantes eum, qui iustitiae munus assequutus sit, omnium rerum possessionem habere: nec illud sine ratione, nam iustitia egrediatur, pacem hominibus affert, si uero in mundo, prudentia appellatur, si in animo hominis contingat, sapientia est, at si in corpore, tunc prospera dicitur ualētudo, quae homini facillime contribuitur, si uarias coercendo libidines adeo appetitum contra rationem rebellantem frenauerit, vt nunquam a regimine temperantiae discedat, quae & ipsa quoque iustitia est, quod vel ex hoc manifeste constat: nam si iustitia in eo potissimum uersatur, vt unicuique reddat, quod suum est, profecto qui iustus est, idem quoque temperatus erit, nam resistere cupiditatibus, & moderari appetitum, nihil aliud est, quam reddere rationi, quod suum est, cuius causa in hoc agitur, ut noxius appetitus sub ipsius dominatione reprimatur, cui seruire debet. Ideo sicut ille Iudex appellatur iustus, qui subditos rebellantes a legis traditione coercet, ita iustus etiam appellandus est ille, qui contra dominam rationis legem cupiditates in surgentes domat & compescit; Maximum igitur uotum erat illud Pedaliorum iustitiam exposcentium, (ut Rhodiginus ait) quia sub hoc uno nomine omnia comprehendebant: nam iusto & quae de sunt? iustus sapiens est, quia scientia a iustitia remota calliditas potius (ut ait Cicero) quam sapientia appellanda est. Similiter iustus non est avarus, quia nihil extra modum concupiscit, iustus innocens est, quia neminem laedit, iustus fortis, quia quod aequum est, fortiter audet; ob id Euripides ait, quod neq; Lucifer, neq; Hesperus tatum lucet, quantum uir iustus elucet, splendet, & uniuersam terram irradiat, & ueritas euangelica certiore fide hoc nobis demonstrauit apud Matthaeum in cap. 13. ubi dicit, quod in consummatione seculi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Huic autem iustitiae, quae interna dicitur, addenda etiam sunt illa, quae de sanctitate Iudicis supra nos sumus interpretati.

Altera uero species Iustitiae particularis est illa, quae in actione uersatur, & modo est distributiuua, quia & pecunias, honores, & cetera diuidua, quae in ciuili uersantur societate, distribuit; modo est commutatiua, quae mores, & commercia corrigit, & commutat, quibus omnibus rebus sufficienti ratione prouiderunt abunde leges, secundum quas Agathon imperandum esse animaduertit;

Imperare autem secundum & leges, nihil aliud est, ut cautum fuit etiam in cap. quatuor, 11. q. 3. quam neque muneribus, neq; precibus, neq; misericordia, nec amore, nec odio, nec ulla denique alia causa legum traditiones transgredi.

76 An nescimus, iustitiam & passim uirginem depingi? quae res omnibus est documento, ut quem admodum uirgo incorrupta est, ita Iudex animi incorrupti, & non constupratae uoluntatis esse debet. Idem etiam argumentum apud Thebanos 77 & erat, quorum iudicum imagines sine manibus

pingebantur, eorumque oculi conuieiebant, ostendentes iustitiam neque muneribus capi, neque hominum vultu flecti. Ille autem qui munera accepit, necessarium est, ut iniustitiam committat, quoniam si contra leges imperat, ob id iniustus est: si uero secundum leges, etiam iniustus est, quia ingratus est. obligationis enim leges offendit, quas ad ἀντιδωρα natura nobis comparauit.

78 Hac ratione Ephialtes & Sophronidae filius ingentia munera recusauit: aut enim coniecit aut ingratiissimum fore, si donatores minimè obseruaret; aut si eos obseruare uoluerit, coactum iri se aliquid contra iura concedere. Similiter & Alchamenes spretis Messeniorum muneribus, attestatus est, pacem se cum legibus habere non posse, si oblata accepisset, quo exemplo non solum ullis muneribus inexpugnabilem animu cognoscere possumus, sed etiam qualem oporteat esse illum, qui rempublicam administrat. An ignoramus depositum, & & Magistratum assimilari? nam quemadmodum non lucrandi, sed custodiendi causa depositum accipitur, ita Magistratum non lucrandi causa, sed custodiendi subditos accipere oportet, a quo iudices discedere debent clariores, & non ditiores. Sed hic ego nescio, an Iudicum auaritia, an secula nostra incussem, quando quidem in ea tempora incidimus, in quibus amplius & dignitates non dantur, sed uenduntur; omnia enim sunt uenalia, iam nullum honorem merentes, sed soli ementes habent. At quomodo fieri potest, vt ciuitas illa Iudices incorruptos habeat, ubi iudicandi potestatem in magno uendit is, qui dispensat? Sed ut cunquē sit, nos querimonias in alia tempora differamus, illud repetentes iustitiam nunquam aut emendam, aut uendendam esse: ambitus enim, & repetundarum leges utrunque seuerissime prohibuerunt. Alexander & Seuerus non solum honores iuris, & gladij nunquam uendi passus est, dicens necesse esse, ut qui emit, uendat: uerum etiam Iudices omnibus rebus necessarijs & instruat, ne sub colore paupertatis causam accipiendi munera praetexissent. Similiter Spartianus refert, Pescenij Nigri eam fuisse sententiam, ut Iudex & nec dare deberet, nec accipere, & ob id salaria consularijs constituisse, ne eos grauarent, quibus affidebant, & per has rationes Iustinianus dignissimus Imperator publico edicto sanxit, ut Iudices sine quoquo suffragio fiant, cum multa populorum ingemiscientium querelae atrociter furta, & crebras iniustitias Iudicum saepissime accusarent, qui tamen eo praetextu tot rapinas impune & facillime excusabant, cum singula officia sese emisse respondissent.

Oportet igitur eum, qui seruator legis, & custos est, tam incorruptum esse, quam summè fieri potest in humana natura, adeo ut iuxta summam legum rectitudinem animus eius a iustitiae semita, neque precio, neque prece deflectatur; Id nobis ostendit Pericles, qui rogatus ab amico, ut pro causa eius falsum diceret, abnuuit affirmans se qui-

85 se quidem illi esse amicum, sed usque tamen ad a-
 ras. sensit enim uir optimus eatenus indulgenti
 se amicitie, quatenus iustitia, & equitas patiantur.
 Quare Cleon cum primum reipublice gubernatione
 accipere statuisset, amicis in certum conuocatis
 86 testatus est omnium amicitias se uelle dissoluere,
 quod amici plerumque impedimento sint, ne Iu-
 dex ubique iustum sese præbeat. Idem fecit Ari-
 87 stides cognomento Iustus, qui semper amicitias
 uetavit, ne per illas adigeretur ad aliquid facien-
 dum, quod iustum non esset. Sed ego utriusque in-
 tentionem a iustitia minimè alienam summopere
 sequor, at factum minimè probo: uidetur enim
 uterque iustitiam ab amicitia separare, quod uti-
 que nequaquam ferendum est. Nam si Cleonis
 amici fuerunt mali, eorum coniunctio dissolueda
 non fuit, quia minimè constans erat: nullum enim
 cum malis certum foedus sancitur, at si cum bonis
 amicitia intercesserat, quare dissoluenda fuit? non
 enim dubitandum est, ut amicus iustus ab altero
 iniusta efflagitare uelit, cum sit illud in amoris
 88 lege sancitum, ut ab amicis honesta petamus. ead-
 dem ratio in Aristide est, nam malorum hominum
 factiones declinare, optimi uiri est, at bonorum
 amicitias, inhumani, cum potissimum humanitas
 in amicitia constare intelligatur. Ideo Iudex ami-
 cos a se alienare nullo pacto debet, sed tamen illi
 cauendum est, ne precibus amici inductus a regu-
 la legum remoueatur: in hoc enim illud tempera-
 mentum adhibendum est, ut quo modo confer-
 uat amicos, eodem etiam non patiatur illos fami-
 liaritate abuti, ad quid uis præter leges audendum,
 vel ad spernendam Magistratus dignitatem, quæ
 89 ex conuersatione æquali se pessime solet contem-
 ni, ut bene Callistratus admonuit. Quamobrem
 siue precatur amicus, siue res eius coram Iudice
 amico in controuersia fuerit, nunquam iustitia vio-
 landa est, hoc nobis dicat ipsa honestatis ratio,
 90 sed etiam exemplo Chilonis manifeste apparet,
 qui cum fuisset arbiter electus, ut dirimeret duo-
 rum amicorum controuersiam, timens ne læderet
 alterum ex amicis, noluit suscipere arbitrium, cuius
 facti postea in senectute illum ad eum poenituit,
 ut propalam affirmaret, nihil in præterita vita com-
 misisse, quod conscientiam aggrauaret, præter hoc
 unum, quoniam iustitia præferenda fuerat amico,
 qui si perfecte illum dilexisset, nulla erat ratio,
 quare ex sententia contra ipsum lata debuisset Iu-
 91 dicem amicum odisse, nam amicus Plato, amicus
 Socrates, sed magis amica ueritas, quæ sicut amo-
 re non est uiolanda, ita neque misericordia, vel ine-
 pta clementia, quæ leges offendat. Unde admo-
 dum notabile est Biantis illud, qui damnaturus
 92 hominem ad mortem, lachrimatus est: & interro-
 ganti quare fletet, cum penes illum esset absolue-
 re, & condemnare, respondisse ferunt, id eum se luge-
 re, quia necessarium erat naturæ condolare, & legi-
 bus suffragari. In quam partem accipienda est il-
 la optima Callistrati præceptio in l. obseruandū.
 de officio Præsidis, ubi licet dixerit non esse con-

stantis, & recti Iudicis motum animi uultu detege-
 re, tamen intelligendum est de illo animi motu,
 qui peruertit iudicium, & precibus calamitoso-
 rum consentit, non autem de illo, qui naturæ con-
 dolet, & legem tuetur, cum scriptum sit, quod ue-
 93 ra iustitia compassionem habet.
 Hinc concludi potest non amore, non miseri-
 cordia, nec ullo alio affectu a iustitiæ equilibrio di-
 scedendum esse: nam quamuis ex amore pietas, &
 ex humanitate proficiatur misericordia, tamen
 æquum est, ut iustorum hominum, aut humanæ
 naturæ misereamur, non autem improborum. nā
 94 qui de malis (ut Pithagoras ait) poenam non su-
 munt, bonos iniurijs affici uolunt. His rationi-
 bus iam rectè omnes intelligere opinor, quam
 magna res sit ipsum tribunal, quam difficilis,
 & ardua accessu, adeo ut quemadmodum olim
 in Eleusinijs sacris cantum erat, ita etiam nos di-
 95 cere religiosissime possumus: Nemo ingrediatur,
 nisi qui se innocentem nouit; Innocens
 autem iure optimo appellari poterit ille, qui
 Principatum gerens iustitiam cum sanctitate ad-
 ministrabit, & deposito omni alio affectu iam
 neque veterum inimicitiarum reminiscetur, ne-
 que nouas assumet, quandoquidem is, qui ma-
 96 gistratus præest, non vocatur ad gubernandū,
 ut semetipsum uiscetur, uerum ut imperio suo
 subditos ab aliorum insidijs securos, atque tutos
 custodiat. Hæc autem rectissime peragentur ab eo,
 qui secundum leges imperat, & qui meminere
 etiam, quod non semper imperabit.
 Quæ tertia Agathonis admonitio duo nobis
 97 uidetur proposuisse, premium scilicet, & poenam,
 quibus Respublica omnis diuissime pacata con-
 seruatur: nam sicuti honor, est premium uirtutis,
 propter cuius amorē boni uiri a peccatis sese ab-
 stinent, ita etiam poena est uitiorum supplicium,
 cuius metu a male agendo deterrentur improbi,
 iuxta illud:
*Oderunt peccare boni uirtutis amore,
 Oderunt peccare mali formidine pena.*
 Igitur Iudex malus electus facillimè iniustitiam vi-
 tabit, si meminerit, quod non semper imperabit,
 qua recordatione mentem eius subire poterunt
 reddendæ in syndicatu rationes, repetendarum
 supplicia, & perpetua sequentis uitæ infamia, quæ
 magis, quàm leges ipsas (ut Cleobolus ait) metuere de-
 bet. At uersa uice bonus Iudex promotus, quam-
 uis sponte secundum leges agat, tamen hoc etiam
 alacrius exequetur ex hac recordatione finiendi
 imperij, quo tunc præmia suæ uirtutis reportare so-
 let, aut in bonæ extimationis honore, aut in bonis
 98 fortunæ, prout utcumque Alexander Mameæ, qui
 sanctissime imperauit, semper suis officialibus clar-
 gitus est, quandoquidem nulli Præfecto unquam
 successorem dedit, cui nomine Reipublice gratias
 ipse non egisset, atque insuper cum ita muneraba-
 tur, ut priuatus pro loco suo posset honestè ui-
 uere.
 99 Sic etiam apud Alphonsum huius nominis se-
 cundum

cundum, Serenissimum autem Ferrariæ Ducem
 Quintum, hoc constantissimè obseruatur, ut nulli
 magistratus ab eo omnino dimittantur, sed per
 gradus officijs dispensatis, & uno in alium hone-
 stiore locum ipsi promouentur, adeo ut qui non
 indignè se gesserint, pro certo habeant, se nunquam
 magistratus honore apud optimum Principem
 carituros. Quæ ratione non solum boni præmijs
 debitis honestantur, uerum etiam qui minus boni
 sunt, hoc exemplo ad bene agendum inuitantur.
 Sed hæc præceptio tertia Agathonis ad supre-
 100 mos Princeps etiam referri debet, ut in eorum
 imperio meminerint, quod non semper impera-
 bunt, ut hac recordatione memores humanæ fra-
 gilitatis non omnia sibi licere putent: nam sicuti
 priuatus Iudex finito magistratu reddere officij
 sui rationes debet, & in syndicatu ob malam admi-
 nistrationem a Principe punitur, sic ipse supremus
 Princeps finito unquam cum uita Imperio Deum opti-
 mum Iudicem pessimi regiminis habebit. huius
 præcepti Ilionæus uoluit, ut Dido recordaretur,
 ne Tyriorum ferocitate superbiens, ac imperij ma-
 gnitudine freta aliquid iniustum perpetraret.
 Hinc illud.
*Si genus humanum, & mortalia spernitis arma,
 At sperate Deos memores sandi, atque nefandi.*
 Huius etiam documentum ne Philippus Macedo
 unquam obliuisceretur, ex Aulicis unum puero inu-
 101 xit, & suum cubiculum mane ingressus constanti-
 simè clamaret, Memento Philippe, quod homo
 es. Quæ uerba quid aliud sonare uolunt, nisi, me-
 mento Philippe, quod non semper imperabis?
 102 Illud enim nomen (homo) est nomen plenum
 fragilitatis, & eius index miseriæ, quam plurimam
 patitur in humana natura mortalitas.
 Sic nihil aliud esse hominem attestatus est Ari-
 103 stoteles, quam timbecillitatis exemplum, tempo-
 ris spoliū, fortunæ lusum, inconstantie imaginem,
 inuidie, ac calamitatis trutinam, reliquum uero pi-
 tuitam, ac bilem. Et Simonides cum Pausaniam
 104 in conuiuio admoneret, ut meminisset, se esse ho-
 minem, sub eo nomine comprehendit omnium
 ærumnarum, omnium malorum appellationes, &
 omnium morborum genera, quæ nobis agmina-
 tim miserabilis naturæ nostræ conditio compara-
 uit. Saluberrimum igitur erit Principem recordari;
 quod non semper imperabit, ut suæ sortis me-
 mor ediscat, non facere alteri, quid sibi factum non
 optaret, & magis amari enitatur, quam metui, at-
 que ea clementia utatur, quam sibi a Deo flagita-
 bit. Hoc enim Principis est proprium, nam Iudex
 priuatus cum non possit a lege scripta discedere,
 non nisi in rebus arbitrarijs clementiam, & qui-
 dem parcissimè, exercere potest. At Principis, & or-
 dinariam legis poenam mitigare, & commutare
 salua iustitia potest, ubi delicti qualitas hoc postu-
 lare uideatur. Sic imperauit Augustus, sic Traia-
 nus, sic Marcus, Alexander, & alij, quos modo pie-
 105 tas, modo uirtus, modo sapientia, & mansuetudo
 immortalitati consecrarunt: nam quamuis breue

eorum fuisset imperium, nam breuis est humanæ
 uitæ cursus, diuissimum tamen decus illis impera-
 di scientia acquisiuit. Sed quia meminisse, quod
 non semper quis imperabit, præsens, & futurum te-
 pus respicit, ob id maxima prudentia, quæ ex pro-
 positis tertia est uirtus, magistratum pollere de-
 bet, ut præsentia, ac futura cauere sciat. Ideo hæc
 eius propria cura, & proprius labor esse debet,
 omnia sic agere, ut in ipso magisterio, ac post tem-
 pus eius honestissimum iustitiæ, ac bonitatis testi-
 monium a subiectis consequatur: & quamuis hoc
 nonnullis uidetur esse difficile factum, cum necessa-
 105 rium esse putent, ut qui multum imperat, non pau-
 cos offendat, tamè hoc illi minimè curandum est,
 modo nunquam a iustitia diuertatur, quia illi, qui
 secundum iustitiam offenduntur, cum mali sint, ni-
 hil extimationi Iudicis detrahare possunt, & præ-
 106 stantius, ac honorificentius est, unquam Socrati place-
 re, quam uniuerso improborum hominum thea-
 tro, qui semper cuiuscumque honestæ actionis ini-
 qui Iudices esse cognoscuntur. Hoc nobis Anti-
 genides Thebanus declarauit, qui Ismeniæ discipu-
 lo egregiè canenti, cum tamen minus a populo
 probaretur, mihi (inquit) caue, & Musis, admones
 107 nullius esse momenti ignare, atque insipidam mul-
 titudinis iudicium; & sicut ineptissimi vulgi lau-
 des contemptui habere, sapientis est, ita eiusdem
 uituperia eadem ratione quoque sunt aspernen-
 da. In hac re oportet, ut Iudex Solem imitetur, cuius
 oculus etiam iustitia dicitur esse, qui sicuti non
 expectat preces, & incantationes, sed sponte ful-
 get, & ob id ab omnibus salutatur, sic neque magi-
 stratum (ut Stobæus ait) plausus, & laudes expecta-
 re conueniens est, ut iustitiam administret, sed spõ-
 te hoc illi est agendum, si uult a probis uiris ama-
 108 ri. Nam vulgi stolidæ, ac ineptæ esse iudicia, præter
 cetera, nobis etiam exemplum Polycleti nobilis
 statuarij demonstrat, qui duo simulachra, alte-
 rum secundum artis normam fecit, alterum ad ar-
 bitrium plebis, cui nunc addens, nunc commu-
 tans, nunc detrahens ad uoluntatem inspektan-
 tium unicuique gratificabatur. Demum absoluto
 opere utrumque simulachrum inspiciendum pro-
 posuit, & cum omnes illud, quod ex arte fuerat elab-
 oratum, admirarentur, alterum uero uitupera-
 rent; At hoc (Polycletes inquit) quid uitupera-
 tis, a uestra arte profectum est: quod uero lauda-
 tis, ego meo ingenio feci. Sic pulcherrime arguit
 ineptissima stolidæ multitudinis ingenia, quæ quo-
 niam sine ratione agitur, nemo est, qui possit illi
 placere: nam dum quisquis, aut secundum affectus
 iudicat, aut pro uoto loquitur, necesse est, ut iudi-
 cia discordantia circumferantur, quibus non so-
 lum ratio humana non potest, sed neque dispo-
 sitio diuina satisfacere. An non quotidie uidemus
 quando pluit, & quando serenat, alios pluuia lau-
 dare, alios uituperare, & quibus pluuia modo gra-
 ta fuit, paucis ab hinc horis mutata uoluntate ex-
 109 poscere serenitatem? adeo ut tragicam Sophoclis
 querimoniam iterare possumus. si neque Iupiter,
 siue

sive pluerit, sive ficitatem reliquerit, poterit omnibus gratificari, quomodo ego mortalis, & matre fata mortali prudentia, consilio, & gubernatione Iouem superabo? Nihil igitur facienda est popularis aura, quæ sicuti plerumque irrationalis est, ita etiam velocissimè euanescit, & illi, qui vulgi acclamationes affectant, & ventosa præconia in rebus gerendis quarunt, sciant circa inania, & momentanea semper anxie, & sollicitè sese habituros, ut inter metum infamiae, & spem vani honoris cōquiescere nūquam possint, Iudex igitur nullo pacto gloriam sectari debet, sed gloria Iudicis, quæ quamuis ipsum destituisset, non ideo a iustitia recedendum est, cuius in hoc casu præmiū erit honestas, & recta factorum conscientia, qua nullo maius est solatium. Sic semetipsum consolatus est Papinianus ille, & doctrinæ legalis thesaurus in morte, quam innocentissime tulit. Hæc eadem consolatio sustinuit & Vlpianum, cum fuit ab Heliogabalo a dignitate remotus, & ut taceam alios antiquos & Neotericis, ita etiam innocentie solatio usus est Petrus Follerius, & qui diu fuit a magna curia Vicariæ Neapolitana in publicis carceribus iniustissimè detentus.

Sed illud tamen hoc loco addendum est, necesse esse, ut is, qui virtutem præferat, virtutis laudes omnino adipiscatur: nam si laudabitur a probis, hoc erit proprium bene actæ uitæ: præmiū: si uerò uituperabitur a malis, & hoc gloriosum est, quia & malis displicere, summæ laudi attribuitur. Sic Antisthenes cum audisset a quibusdam improbis se laudatum esse, vereor (inquit) ne quid mali fecerim imprudens, quo malis placere possim. Quamobrem iam concludamus ita esse uiuendum, ut honorifica præteritæ uitæ memoria possit nos in omnem fortunæ euentum consolari, & hanc debere Iudicis esse propriam curam, ut malit esse iustus, quam uideri. Sic Deus Optimus Maximus, qui iustitiæ pater est, hanc virtutem penitus cordi nostro infundat, ut meditantes, & omnia iusta facientes illi soli, & non humanæ stultitiæ placeamus.

S V M M A R I V M.

- 1 Index delegatus ab Imperatore potest recusari suspectus.
- 2 Index delegatus ad vniuersitatem causarum potest iurari suspectus.
- 3 Consultor potest iurari suspectus.
- 4 Index ordinarius potest iurari suspectus, ut illi adiunctus associetur.
- 5 Index iuratus suspectus non potest procedere in causa, & si procedat, processus est nullus.
- 6 Recusationis exceptio proponenda est coram Iudice recusato ante litem contestatam.
- 7 Recusationis exceptio producitur coram ordinario loci, aut coram Principe, quando iudicis recusati copia non potest haberi.
- 8 Appellatio potest produci coram Iudice ad quem, vel coram honestis personis, quando primi Iudicis copia non habetur.
- 9 Recusationis libellus proponendus est in scriptis, & non uia uoce.
- 10 Recusatio Iudicis, & appellatio ab interlocutoria equiparantur.

- 11 Appellatio in scriptis offerenda est.
- 12 Recusationis receptio potest uia uoce proponi, & postea in scriptis redigi.
- 13 Recusatio, qua ratione debeat proponi ante litem contestatam.
- 14 Recusatio Iudicis debet proponi ante omnes exceptiones dilatorias.
- 15 Exceptionem opponens uidetur in Iudicem consentire.
- 16 Consentitur in Iudicem, vel contestando litem, vel proponendo exceptiones dilatorias.
- 17 Recusationis exceptio proposita ex interuallo post exceptiones dilatorias nihil operatur.
- 18 Recusationis exceptio mistim proposita cum alijs exceptionibus in eadem scriptura ualet.
- 19 Recusationis exceptio potest proponi post exceptionem incompetentiæ.
- 20 Exceptio quæ debeat prius opponi.
- 21 Exceptio falsi procuratoris præcedere debet suspicioni Iudicis.
- 22 Arbitri post Iudicis recusationem eligendi sunt infra triiduum de iure ciuili.
- 23 Index recusatus poterit compellere partes ad eligendum arbitros.
- 24 Ordinarius litigantium quis sit, quando Iudex delegatus iuratur suspectus.
- 25 Appellatur a sententia arbitrorum ad Principem, qui delegauit causam Iudici delegato. Appellari non potest a sententia arbitri voluntarij, ibidem.
- 26 Appellatur ab illis arbitris, qui ex necessitate statui eliguntur. Executio non debetur ex sententia arbitri voluntarij, sed secus ex sententia arbitri necessarij, ibidem.
- 27 Delegatus si subdelegauerit, ad quem appellabitur.
- 28 Delegatus a Principe si subdelegauerit in totum, appellabitur ad Principem, si in parte, ad ipsum subdelegatum.
- 29 Delegatus subdelegans simpliciter censetur in dubio subdelegasse totum.
- 30 Arbitri electi de iure canonico cognoscunt de causa suspicionis, & non de meritis cause.
- 31 Arbitrorum electio faciendâ est eommunitè.
- 32 Index delegatus, ubi causa suspicionis est probata, nihil amplius se intromittit.
- 33 Recusans Iudicem non tenetur in libello petere, ut arbitri eligantur. Index recusatus potest cogere partes ad eligendos arbitros.
- 34 Auditor quando iuratur suspectus, non recurritur ad arbitros, sed ad delegatum. ibidem.
- 35 Index ordinarius potest de iure canonico ut suspectus remoueri.
- 36 Index ordinarius de iure ciuili non in totum ut suspectus remouetur.
- 37 Index ordinarius ratione inimicitie potest in totum remoueri, ut suspectus.
- 38 Index ordinarius qui fuit aduocatus in causa, potest in totum remoueri.
- 39 Index ordinarius potest iurari suspectus, quando eset Index ex partium conuentione.
- 40 Index ordinarius remouetur, quando non est uerisimile, ut sibi futurus sit contrarius.
- 41 Causa recusandi Iudicem, quot sint.
- 42 Causa recusandi Iudicem debent esse iustæ, & legitimæ.
- 43 Recusatio Iudicis notoriè temeraria non ualet.
- 44 Recusatio frivola, & calumniosa est recipienda.
- 45 Arbitrorum iudicio committitur, quæ sit iusta, vel iniusta causa recusandi iudicem.
- 46 Index facilius recusatur, quam testis.
- 47 Modica causa suspicionis remouet iudicem.
- 48 Causæ, quæ remouent testem, multo fortius remouent iudicem.
- 49 Causæ habiles ad remouendum procuratorem, sunt habiles ad remouendum Iudicem.
- 50 Causæ iustæ suspicionis quæ sint.

- 51 Causæ suspicionis probanda est ab eo, qui eam proponit.
- 52 Suspicio notoria non est probanda.
- 53 Consultor tabellio, & procurator, & alij similes sine causa recusantur, & infra, num. 85.
- 54 Suspicionis simplex allegatio sufficit, quando petitur adiunctum dari Iudicibus ab aduersarijs impetratis.
- 55 Causa suspicionis non probatur, quando sine scandalo non potest exprimi.
- 56 Iudex sine causa de iure ciuili recusatur.
- 57 Arbitri electi post recusationem Iudicis cognoscunt de iure ciuili merita causa.
- 58 Dubitans habet animi passionem, quæ non eligit firmiter aliquam conclusionem.
- 59 Putat uerbum, refertur ad motum arbitrij.
- 60 Putatio debet esse iusta, quando tractatur de præiudicio tertij.
- 61 Suspicio an, & quando possit iuramento probari.
- 62 Recusatio simplex Iudicis de iure ciuili tantum ualet, quantum de iure canonico ualet probatio suspicionis.
- 63 Causa recusationis in libello de iure ciuili non est inferenda.
- 64 Libellus nunquid initiabitur, si causa recusationis inepta exprimitur in eo.
- 65 Iudex non tenetur exprimere causam in sententia, & si falsa expresserit, sententia uitiatur.
- 66 Causa non est exprimenda in appellatione, nec in contractibus, & si falsa exprimitur, uitiabuntur.
- 67 Exceptio temeraria, & calumniosa suspicionis non admittitur de iure ciuili, contra recusantem.
- 68 Recusans Iudicem de iure non tenetur iurare.
- 69 Recusans iudicem qua ratione teneatur iurare.
- 70 Recusans Iudicem satis est si simpliciter iuret, illum se habere suspectum.
- 71 Beroius reprehenditur.
- 72 Exclusio unius est inclusio alterius.
- 73 Recusator an debeat cum iuramento asserere, se habere Iudicem suspectum ex tali causa.
- 74 Falsum potest quis dicere, & non esse falsarius. Temerarius potest quis esse cum bona intentione, ibidem.
- 75 falsitas & temeritas possunt esse sine calumnia.
- 76 Recusatio de iure ciuili, an possit esse temeraria.
- 77 Temeritas largo modo accepta quæ sit.
- 78 Temeritas strictè accepta, quæ dicatur.
- 79 Temeritas est, quando falsa, aut incognita res approbatur.
- 80 Temeritas facilitatis ueniam continet.
- 81 Temeritas iusta quæ dicatur.
- 82 Temeritas dubia facit ualere de iure ciuili recusationem iudicis.
- 83 Iuramentum calumniæ excusat tacitam calumniam.
- 84 Iudex de communi partium consensu datus non potest sine causa recusari.
- 85 Consultor, notarius, procurator, & similes persona non possunt sine causa recusari, ubi semel fuerunt approbata, & supra, num. 53.
- 86 Iudicem approbans non potest amplius cum sine causa reprobare.
- 87 Recusationis exceptionem ex interuallo opponens debet causam super uenientem de nouo probare.
- 88 Causa suspicionis probanda est, quando recusatio fit contra litem contestatam. Suspicionis causa probanda est de iure ciuili coram superiore, & non coram arbitris, ibidem.
- 89 Iudex ordinarius an possit iurari suspectus.
- 90 Recusatio unius Iudicis ordinarij, an, & quando fiat coram alio Iudice ordinario.
- 91 Causa suspicionis probanda est, quando statutum hoc mandat.
- 92 Causa suspicionis probanda est, quando de consuetudine fuit hoc introductum.
- 93 Iudex, & omnis alia persona, quæ potest ledere partem, potest recusari.

- 94 Papa, & Imperator non possunt iurari suspecti.
- 95 Episcopus potest esse Iudex in causa sua ecclesiæ, & nihilominus potest iurari suspectus.
- 96 Consilium generale non potest tanquam suspectum recusari.
- 97 Concilium prouinciale, uel smodale, potest tanquam suspectum recusari.
- 98 Cardinales an possint, ut suspecti recusari.
- 99 Collegium Doctorum, an possit ut suspectum recusari.
- 100 Abbas a Monacho non potest recusari suspectus in processu regulari, secus iudiciali. Executor an possit recusari ut suspectus, ibidem.
- 101 Princeps an possit committere causam recusatione remota.
- 102 Mandatum speciale requiritur ad iuran. Iudicem suspectum.

ARGUMENTVM.

De recusatione Iudicis, & alleganti Iudicem suspectum, an, et quando incumbat onus probandi causas suspicionis.

C A P. XLV.

VDEX qui officium, vel prouinciam, vel ciuitatem, vel populos sibi commissos non regit, & gubernat eo modo, quo in præcedenti capitulo diximus, in suspicionem subditorum suorum uenit, & merito potest recusari tanquam suspectus, siue sit ab Imperatore delegatus, ut arbitri cognoscant, siue sit cōsultor, ut alius non suspectus detur, siue sit ordinarius, ut adiunctus illi associetur, prout de primo traditur in l. apertissimi. C. de iudicijs, quæ legis dispositio procedit siue sit delegatus ad unam causam, siue ad vniuersitatem causarum, ut ait Iacobus de S. Georgio, in l. fin. nu. 10. uerf. in glos. r. col. fin. C. de iud. & ibi Bald. num. 5. uerf. quæro primo, col. fin. & Salycet. in 6. uerf. quæro an delegatus, col. fin. & de secundo, id est de consultore, habetur in c. statum. §. affessorum, in uerbo, suspectum, de rescriptis in 6. & ibi Archid. col. fin. uerf. quicquid olim scriptum sit, in princip. & Domin. in d. §. affessorum, in quarto notab. uerf. nota, quod affessor, col. r. & Alber. in d. l. apertissimi, num. 6. uerf. sed quæro nunquid, col. fin. & facit Bald. in l. hoc modo. ff. de condi. & demonst. & Paulus de Castro in l. sed si hoc, §. cum uir uxori, num. 3. uerf. in l. sequenti, colum. fin. ff. eo. & Lanfr. de Oriano in c. quoniam contra, in uerbo, recusationes, num. 6. uerf. consultor autem, extra de probat. & Roland. in conf. 31. in causa, in fine, vol. 3.

Et de tertio, id est de Iudice ordinario, cautum est in §. si uero contigerit, Auth. ut differentes Iudices audire, & in auth. si uero, C. de iudicijs, & de eodem notat Iacobus de Arena in d. l. apertissimi, in prin. & Iacobus Butrig. uer. his expeditis textualiter, col. r. & Cynus, num. 1. uerf. modo queruntur plura, col. r. & Speculator in §. superest uideri, quis ualeat, in fine, tit. de Iudice deleg. & Barro. in d. l.

d.l. apertissimi, in q. 1. col. j. & ibi Bald. in 2. q. col. 1. & Angel. vers. ista opinio Bulgari, in fine, col. 1. & Alber. num. 2. vers. querit glossa, col. 2. in prin. & Salycet. num. 4. vers. venio ad apparatus, col. 2. & Castrenf. num. 6. vers. prima glossa, col. 2. & Iacobinus de Sancto Georgio, in principi. & Iason num. 4. vers. numquid autem ordinarius, col. 1. & Lanfran. de Oriano in d. c. quoniam contra, in verbo, recusationes, num. 7. vers. Iudex autem ordinarius, extra de probat. & Gail. in obser. 33. in prin. lib. 1. pract. obser.

Et pendente recusatione suspenditur omnis iurisdictio Iudicis, qui non potest ad aliquem actum procedere in illa causa, super qua iuratur suspectus, & si procedit, processus est nullus: & licet magna sit altercatio inter antiquos Doctores, an processus sit ipso iure nullus, an interposita appellatione veniat annullandus per sententiam: in qua controversia Bartolus contra Innocent. tenuit processum ipso iure esse nullum, ut patet in l. quia poterat, num. 3. vers. sed quare. ff. ad Trebell. & Alex. in cons. 89. diligenter, vol. 1. & Salycet. in d. l. apertissimi, num. 2. vers. ex quo collige. C. de iud. & Anchar. in c. Iudex, num. 3. vers. quarto nota, de off. deleg. in 6. & Castrenf. in cons. 121. circa primum, num. 2. vers. hoc presupposito, vol. 2. & Decius in cons. 175. in causa falsitatis, nu. 2. & Abb. in c. cum speciali, col. fin. vers. sed in decisione tenui, extra de appell. & Maran. in 4. par. in sextadecima diuisione iudiciorum, num. 4. vers. secundo dicitur, de ord. iud. & Pract. Papiens. in glos. Iudicem suspectum, nu. 2. vers. sed quid dices, de forma declination. alicuius iud.

Attamen Baldus nifus est opiniones conciliare in l. 1. num. 4. vers. ibi Vicario. C. si quacumque preedit. potestate. vbi ait, quod aut ratione suspicionis, & recusationis lex transfert iurisdictionem in alium ipso iure, & tunc processus recusati ipso iure non valet: aut sunt eligendi arbitri, & nondum sunt electi, & tunc iterum remanet Iudex, & si iterum procedit in causa, tenet processus, sed ab eo potest appellari, secundum opinionem Innocentij.

Verum elegantior distinctio mihi videtur esse illa, quam retulit Roman. in cons. 220. visa primum, sub num. 7. vers. vltimo fuit quorundam, col. 3. vbi post quinque recitatas huius controuersarum opiniones, tandem illorum probat sententiam, qui distinxerunt inter ius civile, & canonicum, ut primo casu processus ipso iure sit nullus, cum sola suspicionis allegatio sufficiat: at secus in secundo, in quo preter allegationem requiritur probatio suspicionis, ut infra dicam, quam sententiam sequitur Ioan. de Imola, in c. cum speciali, sub num. 21. vers. & hac opinio satis, col. pen. extra de appell. & in l. quidam consulebant, sub num. 27. vers. & hec opinio satis mihi placet, col. 10. ff. de re iud. & in d. l. quia poterat, num. 5. vers. an autem. ff. de Trebell. & Decius in d. c. cum speciali, num. 33. col. 4. extra de appell. & Iacobin. de Sancto

Georg. in l. apertissimi, sub num. 18. C. de iudicijs, vbi dicit hanc concordiam Ioan. de Imola habere magnam Equitatem, & Cacher. in decif. 84. stante, sub num. 5. vers. quapropter Doctores, col. 3. vbi dicit hanc esse magis communem opinionem.

Quamuis, quod attinet ad ius canonicum, quidam illud intelligunt procedere, donec electi fuerint arbitri, quibus electis ad cognoscendum de causa suspicionis, tunc processus Iudicis super causa principali esset nullus, quia cognitio esset translata in arbitros, cuius opinionis fuit Angel. in d. l. apertissimi, num. 10. vers. si Iudex, C. de iud. & Domin. in d. c. Iudex, sub num. 12. vers. conclude in ista materia, colum. pen. de off. deleg. in 6. & Decius in d. c. cum speciali, sub num. 33. col. fin. in fine, de appell.

Sed utcumque sit, non est illud omittendum, quod hac recusationis exceptio proponenda est coram ipso Iudice recusato, ante litem contestatam, si modo ipsius copia possit haberi. l. apertissimi. C. de iud. & c. secundo. §. tertio, & ibi glossa & c. cum speciali, extra de appell.

Ceterum si ipse Iudex vel fuerit absens, vel ipsius copiam non facit, sufficet, & exceptionem recusationis producere coram Iudice ordinario loci, aut coram Principe, ut ait Iacob. Butrigar. per textum expressum in l. fin. in prin. uers. possum Iudicem. C. de iud. vbi tradit, quod potest quis Iudicem delegatum sibi suspectum absentem recusare, etiam non oblato ei libello, sed defensori, vel Principi, uel ordinario loci, & sequitur ibi Iacob. de S. Georg. in prin. & Bal. in d. l. apertissimi, nu. 4. uers. oppono dicitur hic, col. 1. C. eo. & Iason in d. l. fin. in primo notab. num. 3.

Sic etiam in simili uideamus idem contingere in 8 appellatione, quae licet producienda sit coram Iudice a quo, tamen si copiam sui non fecerit in publico, poterit appellatio produci coram Iudice ad quem, uel coram honestis personis, ut traditur in l. 1. §. adeundi. ff. quando appelland. sit, & in c. fi. extra de appell. & tradit Bald. in d. l. apertissimi, num. 4. uers. simile habemus, & latissime Iason in d. l. fin. C. de iud. & ibi Iacobin. in princip.

Huiusque exceptionis libellus proponendus est in scriptis, nec sufficeret, si quis uiua uoce Iudicem sibi esse suspectum assereret, ut notat glos. in d. l. fin. in uerbo, libellum. C. de iud. & ibi Iacob. Butrig. uers. querit glos. col. 1. & Salycet. num. 7. uers. quero, an delegatus, col. 2. & Iason, num. 15. col. fin. & Iacobin. de Sancto Georg. num. 12. col. fin. & glos. in d. c. secundo. §. tertio, in uerbo, coram, extra de appell. & Specula. in §. qualiter, in prin. de recus. & Gail. in obser. 33. num. 13. uers. ut autem legitime, lib. 1. obser.

Cum enim recusatio Iudicis, & appellatio ab interlocutoria & equiparentur, & ualeat argumentum de appellatione ad recusationem, ut ait Salycet. in d. l. apertissimi, num. 2. in septimo notab. C. de iud. & Decius in c. postremo, in princip. extra de appell. & Iacobin. in d. l. fin. num. 12. col. fin.

fin. & ibi Iason, num. 15. in fi. & Cacher. in decif. 84. num. 12.

11 Infertur, quod sicut appellatio in scriptis offerenda est, c. 1. de appell. in 6. Ita eodem modo recusatio in scriptis proponi debet, secundum glossam, Butrigarium, Salycet. Iasonem, & alios in d. l. fin.

Sunt tamen, qui dicunt, sufficere, si quis uiua voce proponat exceptionem recusationis, & postea faciat eam scribi in actis curiae per notarium actorum, de qua re videbis Iacobin. in d. l. fin. nu. 12. col. fi. C. de iud.

Porro non solum huiusmodi recusatio debet 13 proponi ante litem contestatam, & ut diximus, hac ratione, quia contestando litem consentit quis in Iudicem, eumque approbare videtur, & quem semel quis approbavit, non potest amplius recusare, nisi causa de nouo superueniat, ut dicitur in c. insinuante, extra de off. deleg. & de iure civili notat idem Cyn. in d. l. apertissimi, nu. 1. uers. delegatus uero, col. 1. C. de iud. & ibi Iacob. de Arena, num. 1. uers. item dico, & late Iason, num. 18. uers. secundo nota ex textu, col. 3. & infra dicitur in 3. limitatione, & Gail. in d. obser. 33. nu. 11. uers. preterea, lib. 1. pract. obser.

Verum etiam pro eadem rationem presumpti consensus debet proponi ante & omnes exceptiones dilatorias, quae dantur contra libellum, vel contra actorem, ut tradit Bartol. in l. non uidetur, la secunda, ff. de iud. vbi notat, quod si coram Iudice quis opponeret aliquam exceptionem, vel contra libellum, vel contra personam actoris, uideretur in Iudicem consentire, nec posset postea ipsum declinare: & ratio hec est, quia quando quis 15 & opponit exceptionem, videtur uelle, quod super ea pronuntietur, & ob id, cum in Iudicem consentiat, a recusatione semetipsum excludit, quod idem rursus notauit in l. si conuenerit, num. 3. uers. & sic duobus. ff. de iurisd. omn. iud. vbi ait, quod duobus modis consentitur in Iudicem, vel contestando litem, vel proponendo exceptiones dilatorias, subiungiturque exceptionem dilatoriam debere 16 proponi ante, quam alia proponatur, & hoc idem notauit egregia glos. in c. inter monasterium, in uerbo, subeundo, extra de sentent. & re iudicata. ubi scripsit, quod quicumque habet plures exceptiones dilatorias, debet primo opponere illam de Iudice inspecto, quia naturaliter precedere debet: si enim primo opponeret exceptionem contra personam aduersarij, puta, quod ipse sit excommunicatus, uideretur approbare personam Iudicis, quam postea reprobare non poterit, & idem rursus confirmauit Bartol. in l. quidam consulebant, num. 9. uers. quero quando debet, col. 2. ff. de re iud. & Salycet. in d. l. apertissimi, sub num. 7. uers. & dicit Bartol. quod exceptio, col. 2. C. de iud. & Angel. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. & copiose Iason in d. l. si conuenerit, num. 33. uers. sed aduerte, col. 6. ff. de iurisd. omn. iud. & Misingher. in quarta centur. obseruat. 59. multae sunt, & latissime

me Felyn. qui ponit undecim declarationes in d. c. inter monasterium, num. 4. uers. proponens in iudicio, col. 3. extra de sentent. & re iud. & Natta, in cons. 152. uiso processu, num. 9. uers. non omitto etiam, vol. 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

17 Quod profecto verissimum est, quando exceptio recusationis proponeretur ex intervallo, post exceptiones dilatorias, ut ait Bald. in l. exceptionem, num. 12. uers. hic est ergo rectus modus opponendi. C. de probat. & Berouius in cons. 16. in causa, numero 15. uers. uculo, preterea quando uolum. 3.

Nisi forsitan opponens ex intervallo esset rusticus, uel mulier, aut similes aliae personae, quae non censerentur in Iudicem consentire, propter iuris ignorantiam, quae in dictis personis praesumitur, ut inquit Angel. in l. fin. C. de except. de qua re uidebis tamen Iason. in l. si conuenerit, colum. fin. ff. de iurisd. omn. iud. sed secus quando eodem tempore, & in eadem scriptura, mistim proponeretur una cum aliis exceptionibus: nam dato etiam, quod ultimo loco secundum ordinem scripturae proposita fuisset, tamen secundum ordinem intellectus praesumeretur & prius opposita, & aliae 18 exceptiones censerentur postea oppositae conditionaliter, id est si, & quatenus apparuerit eum esse Iudicem competentem, ut magistraliter tradit Bartol. in d. l. quidam consulebant, num. 11. uers. sed quid si quis simul, in fine, ff. de re iud. ubi dicit, quod si simul, & semel quis opposuerit plures exceptiones contra personam actoris, contra libellum, & contra Iudicem, semper intelligitur primo loco opposita exceptio contra Iudicem, & ceterae sub conditione, si apparuerit eum Iudicem esse, ordine scripturae non attento, quam doctrinam sequitur Iacobin. de Sancto Georgio in d. l. apertissimi, sub nu. 4. uers. vnum notabis, colum. 1. ubi inquit, quod si in eadem scheda ego oppono multas exceptiones, & ultima exceptio ibi scripta, sit exceptio recusationis Iudicis, licet sit ultima in scriptura, tamen in ordine intellectus interpretatur esse prima, & praedictam Bartoli doctrinam commendat, & dicit esse notandam Bald. in l. fin. num. 8. uers. sed quid si iste. C. de iud. & Lanfran. de Oriano in d. c. quoniam contra, in uerbo, recusationes, in prin. extra de probat. & Salycet. in d. l. fin. in fine, C. de iud. & late Felyn. in d. c. inter monasterium, num. 5. uers. prima declaratio, num. 5. extra de sentent. & re iud. & Aretin. in d. l. apertissimi, col. 2. uers. & ista exceptio, C. de iudicijs.

Rursus sciendum est, quod exceptio recusationis debet precedere illas exceptiones, quae confirmant iudicium, sed secus illas, quae infringunt, & prorsus illud euacuant, prout est exceptio incompetentiae, & aliae similes, nam tunc post illas ex intervallo potest recusatio opponi, etiam si foret secuta sententia super competentia Iudicis, cuius conclusio ea est ratio, quia qui opponit Iudicis incompetentiam, presupponit iurisdictionem non esse,

19 Rursus sciendum est, quod exceptio recusationis debet precedere illas exceptiones, quae confirmant iudicium, sed secus illas, quae infringunt, & prorsus illud euacuant, prout est exceptio incompetentiae, & aliae similes, nam tunc post illas ex intervallo potest recusatio opponi, etiam si foret secuta sententia super competentia Iudicis, cuius conclusio ea est ratio, quia qui opponit Iudicis incompetentiam, presupponit iurisdictionem non esse,

esse, & si non est, recusari non potest, quia non entis nullę sunt qualitates, & ideo si Iudex pronuntiauerit se esse competentem, reducit iurisdictionem ad esse, & cum adsit, merito post sententiam competentię recusationis Iudicis opponi poterit, & ita notat egregie Bald. in d.l. fin. num. 6. in 2. q. versiculo, Dominus Recuperus, col. fin. C. de iud. & ibi latę Salycet. num. 8. uers. quęro ab extra, columna 2. & Imola in d.l. quidam consulebant, numero 39. uersicu. item adde in quantum tangit. ff. de re iud. & latę Felyn. in d. cap. inter monasterium, num. 6. uers. secunda declaratio, col. 5. extra de sentent. & re iud.

Ad quam materiam mirum in modum confert illud, quod multa cum eruditione tradit Bald. in l. exceptionem, num. 10. uers. reuoco in dubium, col. 3. C. de probat. ubi ait, quod illa exceptio debet præmitti in ordine, quę ordinat alias exceptiones in processu earum, nõ quę ordinatur ab aliis, & ideo ista exceptio (tu non es Iudex) præcedit exceptionem suspitionis, & falsi procuratoris. Item exceptio falsi procuratoris præcedit exceptionem suspitionis, quia nisi foret procurator, non potest de suspitionis exceptione compromitti in arbitros: & si tu dixeris, ergo si Iudex habet pronuntiare super exceptione falsi procuratoris, iam est approbata persona eius, & consequenter non poterit amplius recusari; responderetur, non esse per hoc approbatum Iudicem, quia hoc fit ex ordine necessitatis opponendarum exceptionum, & necessitas non habet in se includere approbationem persone, cuius traditionem sequitur Felyn. in d.c. inter monasterium, num. 6. in 2. declaratione, uersicu. quinimo dicit, colum. 5. extra de sentent. & re iud. de qua re tamen uide eundem Bald. in l. fina. num. 7. uers. & pro hoc etiam dico. C. de iud.

Oblato itaque recusationis libello, ut diximus, infra biduum^b de iure ciuili eligendi sunt arbitri, qui de meritis negotii principalis cognoscant, & iustitiam faciant, ut probatur in l. fin. C. de iud. & tradit Beroius, in d. consilio 16. numero 5. uolumine 3.

In qua arbitratorum electione si partes, uel erunt negligentes, uel discordes, poterunt a Iudice recusato implorante auxilium ordinarij Iudicis, uel etiam ab ipso ordinario immediato compelli ad faciendam electionem, ut probatur in d.l. apertissimi, & in d.l. fi. C. de iud.

Qui ordinarius intelligitur non de illo, qui sit ordinarius loci, sed de illo, qui sit ordinarius ipsorum litigantium, ut consuluit Beroius in consilio 17. utrum, num. 2. uers. sed Reuerende Dom. Gubernator, uol. 3.

A sententia uero istorum arbitratorum appellatur ad Principem, qui delegauit causam Iudici recusato, d.l. fin. C. de iud. & Gail. in d. obser. 33. num. 18. in fine, lib. pract. obser. licet enim aliās dici soleat, quod ab arbitri sententia non potest appellari. l. 1. C. de arbitris. hoc tamen intelligitur de illis arbitris, qui ex uoluntario compromisso a par-

tibus eliguntur: sed secus in illis, qui ex necessitate legis electi uice delegati funguntur, ut ait gloss. in d.l. fin. in uerbo, prouocatum. C. de iud.

Per quam rationem dixit ibi Salyc. nu. 3. quod non solum licita erit approbatio ab illis arbitris, qui hodie ex necessitate statuti eliguntur a consanguineis ad faciendum compromissum coactis, uel etiam ex illorum sententia debetur euictio, licet ex sententia lata per arbitrum uoluntarium non debeatur. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euict. & sequitur Castrenf. in d.l. apertissimi, num. 5. uersiculo, item nota, colum. 2. C. de iud. sed circa materiam appellandi uidebis ea, quę tradit Iacobin. de Sancto Georgio, in d.l. fin. in fine, C. de iud. ubi ait, quod si delegatus a Principe, uel ab inferiore recufatur, ut suspectus, & eligantur arbitri secundum formam iuris ciuilis, tunc ab ipsis arbitris appellabitur ad primum delegantem: si uero delegatus subdelegauerit, distinguendum est, quoniam aut est delegatus ab ordinario, tunc a subdelegato illius delegati appellabitur ad ordinarium, subiungens se loqui in casibus, in quibus delegatus ab ordinario habet potestatem subdelegandi per ea, quę habentur in l. 1. in fine, ff. qui, & a quo appell.

Si uero sit delegatus a Principe, & ille delegatus subdeleger, est rursus distinguendum: quoniam aut ipse delegatus subdelegauit in totum, & tunc appellabitur ad Principem: aut subdelegauit, sed non in totum, tunc ab ipso subdelegato appellabitur ad subdelegantem, non autem ad Principem, & simpliciter subdelegando intelligitur in dubio subdelegasse totum, capitulo, super quaestionum, §. porrò, & §. si uero duo, & ibi glossa, in uerbo, uices suas, extra de off. deleg.

Arbitri uero qui eliguntur secundum dispositionem iuris canonici, non possunt cognoscere de meritis causę principalis, sed solum de causa suspitionis allegatę, ut probatur in capitulo, legitima, de appellat. in sexto, & in capitulo, suspitionis, extra de offi. delega. & in capitulo, secundo requiris. §. tertio, & in capitulo, cum speciali, extra de appell. & notat Iacobinus in l. finali, numero septimo, uersiculo, nota quod arbitri, C. de iud. & Abbas in dicto capitulo, cum speciali, numero secundo, in primo notab. columna secunda, & Beroius in dicto consilio decimosexto, numero quinto, uol. 3.

Et siue controuersia fuerit inter partes, siue inter partem, & Iudicem ex officio procedentem, electio arbitratorum fiet communiter, aut si communiter conuenire non poterunt, una pars unum, & altera pars alterum eligit, qui si nequuerint in unam concordare sententiam, debebunt eligere tertium, & quod duo ex ipsis decreuerint, robur firmitatis obtinebit, & causa suspitionis probata Iudex delegatus nihil amplius se intromittet, cum iurisdictione prorsus careat: at ordinarius recusatus poterit illam causam alteri personę delegare, uel remittere ad superiorem, ut

notat

notat glo. in dicto c. 2. & cap. cum speciali, in fi. extra eo. & Spec. in §. effectus, in prin. de recus.

Sed quamuis recusans Iudicem teneatur coram ipso recusato producere libellum recusationis, ut iam diximus, in eo que narrare^d probabilem causam suspitionis secundum dispositionem iuris canonici, non tamen tenetur in eo libello petere, ut arbitri eligantur, quoniam hæc cura pertinet ad officium Iudicis recusati, qui partes debet cogere ad electionem arbitratorum, ut dicitur in d. cap. secundo, §. tertio, extra de appell. & ita notat Abb. in d. c. cum speciali, in fine, extra eo. Et hoc idem de iure ciuili notauit etiam Salycet. in d. l. apertissimi, num. 8. uers. quęro qualiter, C. de iud. ubi ait, non esse necesse, quod recusans petat in libello, ut arbitri eligantur, uel in libello nominet eum, quem ipse elegerit, tum quia infra triduum potest eligere, tum etiam quia Iudex recusatus potest, etiam si non petatur, partes cogere ad eligendum, & idem notauit ibi Baldus, numero sexto, columna prima.

Illud autem sciendum est, quod ad arbitros nõ recurritur, quando iuratur suspectus auditor delegatus a Principe, nam tunc coram ipso delegato causę suspitionis allegandę, & probandę sunt, ut dicitur in cap. super quaestionum, §. quem uero, extra de off. deleg.

Nec solum dicta recusatio procedit de iure canonico contra Iudicem delegatum, uerum etiam contra Iudicem ordinarium, qui & ipse potest iurari suspectus, ut in totum remoueat, secundum gloss. in d. c. secundo, §. tertio, & in d. cap. cum speciali, extra de appell. & Gail. in d. obser. 33. num. 1. lib. 1. pract. obser.

- 24 Citatus si fuerit impeditus comparere, tenetur in causis minimis mittere procuratorem, si eum inuenit, & eo non inuenit, non tenetur comparere nec per se, nec per procuratorem.
- 25 Bannitus non tenetur in causis arduis mittere procuratorem, si citabitur.
- 26 Culpa nemini debet esse proficua.
- 27 Culpa potest esse proficua in consequentiam.
- 28 Bannitus si fuerit citatus, tenetur comparere, quando Iudex illi offert saluum conductum.
- 29 Saluo conductu, quando quis teneatur credere.
- 30 Credendum est licris salui conductus factis a Iudice, uel Principe.
- 31 Bannitus non tenetur credere saluo conductu, quando habet inimicitias in loco.
- 32 Bannitus allegans locum non tutum ratione banni, tenetur comparere oblato saluo conductu a Iudice.
- 33 Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, nec mittere procuratorem in causa graui.
- 34 Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, nec mittere procuratorem ad totam causam, nec ad unum articulum, ueluti ad uidendum inuare testes, ubi causa est grauis, nisi Papa, uel alius Princeps citaret.
- 35 Citatus si est impeditus perpetuo impedimento, tenetur mittere procuratorem.
- 36 Citatus simpliciter ad comparendum, debet comparere eo modo, quo de iure tenetur.
- 37 Citatus ad comparendum personaliter, excusatur si non comparereat, quando est impeditus perpetuo impedimento.
- 38 Citatus in causa criminali tenetur comparere personaliter.
- 39 Magistratus, & qui ducunt uxorem, & qui faciunt exequias mortuis, non tenentur comparere, si fuerint citati.
- 40 Impeditus impedimento uoluntario, si fuerit citatus, tenetur mittere procuratorem.
- 41 Citatus si fuerit impeditus impedimento necessario, sed non probabili, ut est perpetuum bannum, tenetur mittere procuratorem.

- 37 Impeditus impedimento necessario, & probabili, ut est perpetua legatio, uel infirmitas, tenetur mittere procuratorem, si fuerit citatus.
- 38 Impedimenta longa equiparantur perpetuis impedimentis.
- 39 Impeditus post litem motam tenetur mittere procuratorem.
- 40 Impedito ante litem captam paratur, si non miserit procuratorem.
- 41 Impeditus impedimento breui tempore duraturo tenetur mittere procuratorem, si impedimentum non est probabile.
- 42 Impeditus impedimento necessario, & probabili breui tempore duraturo, si fuerit citatus, non tenetur comparere personaliter, nec per procuratorem.
- 43 Infirmitas breui tempore duratura excusat a comparendo, si fuerit Iudici intimata.
- 44 Impeditus probabili, ac necessaria causa si fuerit legitime defensus, restituitur ad appellandum.
- 45 Impedimentum infirmitatis superuenientis ante litē contestatā excusat a comparendo. Absens ultra mare si fuerit citatus tenetur mittere procuratorem, ibidem.
- 46 Impeditus impedimento breui tempore duraturo tenetur, si fuerit citatus, mittere procuratorem, quando causa indiget celeritate.
- 47 Excusator mittendus est ab eo, qui non tenetur mittere procuratorem.
- 48 Causa grauis quæ dicatur.
- 49 Causa leuis quæ dicatur.
- 50 Impedimentum an sit longum, an breue, declarandum est a Iudice.
- 51 Arbitrio medicorum stabitur, an infirmitas futura sit longa, uel breuis.
- 52 Actor ad prescriptionem interrompendā tenetur mittere procuratorem non obstante impedimento.
- 53 Procuratorem ad negocia non tenetur quis mittere, quando negocium non cadit in notitia n. procuratoris.
- 54 Impeditus tenetur mittere procuratorem, si potest eum inuenire, aliā secus.
- 55 Procuratorem uel mandatum nemo inuitus cogitur suscipere.
- 56 Onus probandi cui incumbat, an dicenti, an neganti procuratorem potuisse inueniri.
- 57 Procuratores, Aduocati, & Medici possunt de facili inueniri in loco, & in ciuitate insigni.
- 58 Onus probandi incumbit ei, qui dicit procuratores ad negocia, uel ad mercantias potuisse de facili inuenire.
- 59 Dicens procuratorem ad lites potuisse inueniri, debet probare locum iudicij esse insignem.
- 60 Pauperi dicenti se non potuisse inuenire procuratorem, credendum est.
- 61 Procurator cum difficultate inuenitur, qui uelit de uno loco ad alium accedere.
- 62 Cui in ius est dominus, eidem est etiam inuisus familiaris domini.
- 63 Locus non tutus quis dicatur.
- 64 Citatus non tenetur accedere ad locum citantis, quando transeundum est per terram inimicorum suorum.
- 65 Locus non dicitur tutus respectu rerum.
- 66 Locus non est tutus, quando quis non potest honestum statum habere.
- 67 Aequitas, & iustitia in consideranda securitate loci, magis inspicitur, quam culpa citati.
- 68 Locus non dicitur tutus propter inimicitias ciuitatis suæ.
- 69 Citans ad locum non tutum debet citato offerre saluum conductum.
- 70 Impedito prosequi appellationem propter inimicitias capitales, non curunt fatalia.
- 71 Ad officium Iudicis pertinet prouidere, ne impotentes a potentioribus opprimantur. Timens offendi a Magnate, potest implorare officium Iudicis,

- ut illum cogat ad præstandam securitatem de non offendendo, ibidem.
- 72 Saluus conductus a quo sit procurandus.
- 73 Saluo conducto, quando credendum sit.
- 74 Locus non tutus dicitur aeris intemperies.
- 75 Causa studiorum, infirmitas, inimicitia, & aeris intemperies excusat a residentia.
- 76 Aeris pestilentia quæ excuset citatum a comparendo.
- 77 Stare in loco pestis, est Drum tentare.
- 78 Senes non sentiunt pestem.
- 79 Prescriptio non currit tempore belli, nec tempore pestis.
- 80 Sciri non potest, an complexio hominis possit resistere pesti.
- 81 Locum non tutum alleganti incumbit onus probandi.
- 82 Exceptionem loci non tuti opponens, debet exprimere causam, quare locus non sit tutus.
- 83 Inimicitia probanda est ab eo, qui eam allegat.
- 84 Notoria non probantur.
- 85 Clemens Quintus declarauit nullam sententiam Henrici Imperatoris latam aduersus Rubertum Regem Siciliae.
- 86 Citatio non ardet citatum ad locum notorie non tutum.
- 87 Excusator non est mittendus, quando quis citatur ad locum notorie suspectum.
- 88 Notorium non debet allegari, ubi agitur de loci non tuti suspicionem.
- 89 Causæ suspicionis loci non tuti probanda est coram Iudice appellationis.
- 90 Citatus ubi non potest tuto comparere, potest coram honestis uiris appellare inserendo causam, quare non compareat. Excusator, qui alleget suspicionem loci non tuti, quo casu sit mittendus, ibidem.
- 91 Appellans ab assignatione loci non tuti potest in causa appellationis probare suspicionem.
- 92 Appellanti ab interlocutoria non licet impugnare processum primi Iudicis, nisi ex actis coram eo productis.
- 93 Appellari, & probari coram Iudice appellationis potest illa exceptio, quæ non potuit proponi coram primo Iudice.
- 94 Citatus, an possit ab assignatione loci non tuti appellare, an uero sit necesse, ut prius proponat exceptionem, & requirat locum sibi tutum assignari.
- 95 Citatus propter metum iustum excusatur non solum a probanda, sed etiam a proponenda exceptione loci non tuti.
- 96 Appellans a loco non tuto, an debeat in libello appellatorio causis exprimere.
- 97 Proponens exceptionem loci non tuti non potest appellare ante quam Iudex reiciat illam.
- 98 Exceptio loci non tuti non potest amplius proponi, quando sententia in contrarium lata transiit in iudicatum.
- 99 Timor loci non tuti, an possit probari per iuramentum citati.
- 100 Probatio, an admittatur contra iuramentum sumptum de metu loci non tuti.
- 101 Iuramentum non est probatio.
- 102 Lex mandans aliquid probari, intelligitur de probatione, quæ fit per testes, & per instrumenta.
- 103 Iuramentum est uera probatio in casibus a iure expressis.
- 104 Metus loci non tuti nascitur ex causa intrinseca.
- 105 Iuramentum non datur, quando presumpcio iuris est in contrarium.
- 106 Timor uolentia non presumitur in illo, qui stat in ciuitate legebis gubernata.
- 107 Iudex pacis dicenti sibi locum non esse tutum, non debet credere.
- 108 Leges dicentes uani timoris nullam esse habendam rationem non debent esse superflue.
- 109 Iuramentum datur super timore, & non super potentia aduersarij.
- 110 Iuramento probantur ea, quæ in animo versantur, & quomodo sit hoc intelligendum.
- 111 Probatio contraria datur aduersus illum, qui iurauit illum locum non esse tutum.

ARGUMENTVM.

De exceptione loci non tuti, quis dicatur locus non tutus, item an, et quando alleganti locum non tutum incumbat onus probandi.

C A P. XLVI.

INTERDVM euenit, ut Iudex non sit suspectus, sed tamen suspectus sit locus, in quo iudicium tractatur, propter quod sepius a reo solet opponi aduersus actorem, exceptio loci non tuti: quæ quidem exceptio tantæ est efficacitæ, ut citatus non teneatur comparere, nisi si locus ei tutus assignetur, ut probatur in capit. ex parte, il primo, extra de appell. & in c. accedens, il 2. extra ut lite non constata, & in cap. statutum, §. cum uero, & ibi glos. in uerbo, non audieris, de rescript. in 6. & in c. venerabilibus. §. & hoc ipsum, de sentent. excomm. in 6. & notat Bart. in l. recusare, §. si quis alio, in fine, & ibi Doct. ff. ad Trebell. & in l. secundum. §. si accusatio, ff. de leg. & Beroius in consil. 18. in causa, numero 25. uerfic. alia causa est, volu. 3.

Nec solū oportet, ut locus sit tutus ipsi citato, sed etiam necesse est, ipsum esse tutum suis, id est procuratoribus, & aduocatis, alioqui si tutus esset domino, & non procuratori, vel procuratori, & non domino, & testi, non esset quis obligatus comparere, ut scripsit Zabarel. in clem. 1. quæstione 21. num. 29. de foro compet. ubi tradit, loca tunc demum dici tuta, quando citati possunt ad ea sine periculo accedere, & omnes testes, aduocati, & procuratores, quod idem expresse significatur in d. cap. ex parte, il 1. extra de appella. ubi habetur, quod tu, uel tui, quoties ad illos iudices uos euocari contigerit, ad quorum præsentiam uobis periculosum est ire, libere poteritis appellare, per quem textum dixit Abb. in glo. prima, quod locus iudicij exercendi debet esse securus omnibus, qui sunt uenturi ad iudicium in fauorem partium, concludens, quod non sufficit locum esse tutum ipsi domino, nisi etiam sit tutus procuratori, nec ipsi procuratori, nisi quoque sit tutus domino, cuius conclusionis ea est ratio, quia si domino, & non procuratori locus est tutus, priuabitur dominus facultate sibi concessa a iure, ut posset in causa procuratorem sibi constituere, quod est maximum commodum, l. 1. ff. de procur. sicut e conuerso si est tutus procuratori, & non domino, sequeretur, quod dominus in causa ardua compelleretur constituere procuratorem, quod est contra textum, & ibi glos. in cap. querelam, extra de procurator. & dicit hanc fuisse opinionem Hostiensis, quæ contra Innocentium communiter est approbata, licet pro Innocentio steterit Decius ibi, num. 1. uerfic. & ex hoc Abb. in

fert, columna secunda, de qua tamen materia uidebis Felyn. in cap. accedens, il 2. num. 8. col. 4. ut lite non contestata.

Hæc autem exceptio loci non tuti debet proponi, & probari coram Iudice, qui ad locum non tutum citauit: cum enim non concernat personam Iudicis, sed locum Iudicij, coram ipso probanda est, licet secus sit in exceptione recusationis, & infamiae, quæ Iudicis pudorem sugillant, ut tradit Archid. in c. hortamur, l. q. 9. & ibi Gemi. & Præposit. uterque in fine.

Quod profecto procedit, quando potest aliquo modo tuto comparere: ceterum si tuto comparere non posset, tunc coram honestis personis potest appellare inferendo causam, quare non comparet, ut tradit Bald. in l. 2. sub nu. 7. uerfic. sed aduertatis, colum. 2. C. de episcop. aud. & infra melius dicitur.

Potestque in quacunque parte Iudicij etiam post litem contestatam opponi hæc loci non tuti exceptio, non obstante, quod sit dilatoria, & quod quis comparuerit, nec prima, aut secunda vice eam proposuerit: quia cum sit grauamen, quod reiteratur, & habeat causam successiuam, potest si de nouo citetur, quodcumque opponi, ut tradit Spec. in §. restat. num. 5. uerfic. & nota secundum, de appell. & Archid. & Gemin. & Præposit. in d. cap. hortamur, & Abb. in cap. ex parte, il 1. num. 3. uerfic. item nota, extra de appell. & Bald. in l. 2. sub num. 17. uerfic. pone aliquis, colum. 3. C. sentent. rescin. non posse, & optime Roman. in l. de ætate, quam legit. sub l. quia poterat, §. si quis alio, sub num. 11. uerfic. adde hic unum, colum. 2. ff. ad Trebell. & Decius, in d. cap. ex parte, il 1. num. 6. in 3. notab. colum. 1. de appell. ubi dicit hanc esse communem opinionem, & Alexan. in d. l. recusari. §. si quis alio, num. 11. uerfic. & scias quod exceptio, colum. 4. ff. ad Trebellia. & latissime Felyn. in ca. accedens, il 2. num. 15. uerfic. decima, & ultima, usque ad finem, extra ut lite non contestata, ubi tradit quomodo in præctica sit facienda oppositio.

Tempus enim opponendi, uel appellandi in successiuo grauamine nunquam currit, ut dicunt præfati Doctores, ut notat Bald. in l. 2. num. 7. uerfic. secundo quæro, C. de episcop. aud. ubi per hanc rationem tradit, quod cum tortura, & carcer sit grauamen, & successiuum, potest semper a præfati tortura, & a præfati carcere appellari, licet nec a præfati tortura, nec a præfati carcere sit appellatum, ex quo inferit, quod si quis stetit in carcere per mensem, & tunc uellet appellare ab ista detentatione, non potest ei opponi, quod debuerat appellare infra decem dies a die præcepti facti de ipso capiendo, quia in successiuis grauaminibus tempus appellandi non currit, a qua sententia Baldi de carcere licet Alexan. discrepet in l. inficiando, §. infans, in prin. in addit. ad Barto. ff. de furtis.

Attamen mutata uoluntate eandem approbavit in l. 1. §. sed excipiuntur, sub num. 3. uerfic. nota ex eo textu, ff. de scrijs, & Felyn. in d. cap. accedens, il 2.

il. col. pen. uersic. & ideo dicit Bald. extra ut lite non contestata, & Præposit. in d. cap. ex parte, il. 1. sub num. 5. colum. 2. extra de appel. ubi dicit hoc esse generale in quocunq; grauamine successiuo, siue agatur de exceptione feriarum, siue banni, siue excommunicationis, vel alterius grauaminis successiuo.

9 Assignatio autem loci ꝛ securi pertinet ad Iudicem causæ citantem, ut dicitur in d. cap. ex parte, il. 1. in fi. extra de appel.

Nec distinguitur inter Iudicem ordinarium, & delegatum, na etiam delegatus habet facultatem mutandi locum non tutum, & assignandi alium vtri que parti securum, l. cum dies. §. si arbiter, ff. de recept. arbitr. & melius probatur in d. c. ex parte, & notat Roman. in d. §. si quis alio, in fi. & pulchrè in consil. 433. quo ad primum, in prin.

10 Infertur autem ex prædictis, quod si quis ꝛ promiserit se uelle posse conueniri vbique locorum, vel ubicunque fuerit inuentus, non poterit tamen in loco non tuto conueniri, ut notat Angel. in l. cū res, num. 2. ff. de leg. 1. ubi ait, quod licet non valeat

11 ꝛ pactum, quo quis promisit, se uelle posse conueniri in omni loco, quia larga potentia petendi cōcessa alicui respectu locorum, semper restringitur ad locum, in quo de iure peti potest, tamen bene valet, quādo obligasset se soluturum, quod debet, in omni loco, in quo reperitur: subiungit tamen, quod non propter hoc posset compelli soluere, si inueniretur in loco sibi suspecto, ubi timet potentiam aduersarij, vel Iudicis auctoritatē, de qua materia tamen videbis omnino Iason. in l. si conuenit, num. 38. uer. secundo in quantum, usque ad finem, ff. de iurisd. omn. iud.

12 Secundo infertur, quod bannitus ꝛ non potest citari, nec conueniri in loco, a quo est bannitus, cū ratione banni locus nequaquam sibi sit securus, ut ait Alex. in d. l. recusare, §. si quis alio, nu. 5. in secūdo notab. ff. ad Trebell.

13 Quod quidem intelligitur esse verum in illis bānitis, qui ex forma statutorum possunt impunè offendi: cum enim æquiparentur deportatis, & amittant iura ciuitatis, desinunt esse ciues, & habentur pro mortuis, ut conclusit Bald. si is fuit, in consil. 63. solum de subscriptione, num. 4. uer. præterea isti, vol. 5. ubi tradit, quod banniti cum bonorum confiscatione habentur pro mortuis, quo ad forū ꝛ illius ciuitatis, a qua banniūtur, nec possunt citari ad domum, ex quo habitationem deseruerunt, cuius sententiæ fuit etiam Alber. in l. 2. nu. 3. uer. item quæritur. C. de iurisd. omn. iud. ubi tradit, quod bannitus ꝛ non potest conueniri in loco, in quo exilij tempore moratur, quasi ibi sit in fuga: nec etiam potest conueniri in ciuitate, in qua bona sunt confiscata, sed ipsa ciuitas, cui bona sunt applicata, conuenienda est, nisi pro parte confiscatio facta fuisset, nam pro illa parte, quæ bannito remansit, posset conueniri, & rursus idem confirmauit Bald. in §. sententiæ, num. 1. de pace Constā. ubi ait, quod expulsi a ciuitate pro-

pter factiones si citantur, debent comparere per procuratorem, si potest inueniri, qui voluerit pro illis comparere. at banniti omnibus bonis adeptis non possunt citari, nec contra ipsos iudicia valent, quia nudi exulant, & pro mortuis habentur, quod idem nec Baldo, nec Alberico citatis tenuit Roman. in d. l. quia poterat. §. si quis alio, sub nume. 19. uer. capias tertiam quæstionem, col. 4. ff. ad Trebell. ubi scripsit, quod banniti, qui possunt impune offendi, ex eo quod desinunt esse ciues propriæ ciuitatis, non possunt in ea cōueniri, quia cum ciuitas perdidit iurisdictionem, non habet potestatem citandi eos, nisi in casu, quo ipsi ꝛ conuenirentur ratione rerum, quas in ipsa ciuitate haberent, quia ratione rei quis forum sortitur, c. fin. de foro compet. de quo tamen vide Socin. in art. 17. quæst. 1. nu. 56. de citat. & Bartol. in l. fin. nu. 8. uer. sed iuxta hoc. ff. de in integ. restit. ubi tamen non loquitur in bānito iuris ordine seruato, sed in expulso a factionibus, & a seditiosis ciuitatibus.

15 Vel nisi iudicium fuisset ꝛ inchoatum cum bannito ante bannum: tunc ratione iudicij perficiendi posset citari, tum quia iudicium debet finire, ubi cæptum est. l. ubi cæptum est. ff. de iud.

16 Tum etiam, quia mutatio superueniens iudicio pendente, non eximit ipsum agentem ꝛ a iurisdictione Iudicis a quo. l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis postea. ff. de iud.

17 Cæterum si bannitus non posset impune offendi, tunc quia remanet ꝛ ciuis suæ ciuitatis, & relegato æquiparatur, poterit in sua ciuitate conueniri, non aliter ac relegatus conuenitur, l. eius qui. §. fin. in fine, & ibi glos. ff. ad municip. & Roman. in d. l. quia poterat, §. si quis alio, nume. 20. uer. aut iste bannitus, col. 4. ff. ad Trebell. & Alber. in d. l. 2. nu. 3. C. de iurisd. omn. iud.

18 Quod verum est in causis minimis, in quibus 19 ꝛ tenetur quis mittere procuratorem, quando personaliter non potest comparere propter locum non tutum, uel aliud legitimū impedimentum, si modo procuratorem inuenire potest: alioqui si non inuenire potest, aut minus idoneum inuenit, tunc excusatur, si non comparet nec per se, nec per procuratorem, ut ait ex mente Angeli, Socin. in articulo 18. q. 5. nu. 7. de citationib. & Roman. in d. l. quia poterat. §. si quis alio, nu. 21. col. 4. & Alex. in d. l. recusare. d. §. si quis alio, nu. 5. in 2. notab. col. 2.

20 At secus in causis ꝛ criminalibus, in quibus nō admittitur procurator; item & in causis ciuilibus arduis, in quibus cum non possit quis cogi mittere procuratorem, si non vult, consequens est, ut cum bannitus non possit personaliter comparere propter bannum, ita nec etiam teneatur mittere procuratorem, per textum in c. querelam, extra de procurat. & ita notat Roman. in d. l. quia poterat. §. si quis alio, nume. 21. columna quarta, & Innocent. in c. querelam, in princ. extra de procurat. & Alex. in d. l. recusare, d. §. si quis alio, nu. 5. uer.

uere. sed Ioannes de Imola, ff. ad Trebell. & Bartol. in l. si. nu. 8. ff. de in integ. restit.

21 Nec dicatur bannitum esse impeditum culpa sua, & ob id sibi debere ꝛ imputari, si citetur, quia culpa nemini debet esse proficua, l. si merces, §. culpa, ff. locati. l. si ab hostibus, §. si. ff. sol. matrim. & l. relegatorum, in fine, & ibi glos. ff. de interd. & releg.

Respondetur enim, istam culpam non debere nocere bannito, ex quo non fuit ordinata ad hunc casum citationis, & ideo in tali casu non attenditur, l. si uehenda, §. idem iuris, ff. ad l. Rhod. de iactu, est textus in terminis in l. Papinianus, ff. de minoribus.

22 Præterea dicitur, uerum esse, quod culpa ꝛ non debet esse proficua principaliter, sed bene potest esse proficua in consequentiam, l. 1. ff. de auctor. tutor. & ita notat Rom. in d. l. quia poterat, §. si quis alio, nu. 21. uer. isti conclusioni, colum. 4. & Alex. in d. l. recusare, §. si quis alio, sub nume. 5. col. 2. & Socin. art. 18. q. 5. sub num. 7. uer. sed contra prædictam, de citationib. & Felyn. in c. quæ in ecclesia rum, numero 93. uer. nec istud repugnat, extra de constit.

23 Declarabis tamen hanc conclusionem nō procedere, quando Iudex saluum conductum offerret ipsi bannito ad remouendam suspicionem ex banno orientem: tunc enim persona liter ꝛ teneretur comparere, nec exceptio loci non tuti eum excusaret. nam quamuis aliqui uelint, saluum conductū non esse remedium efficax ad liberandum quem a metu, quia nemo tenetur credere literis ꝛ salui conductus, quando agitur de periculo uitæ, ut in terminis ait Marian. Socin. in d. artic. 18. q. 5. nu. 10. uer. sic habes ex prædictis, an Iudex possit, in fine, de citationib. & Zabarel. in clemen. 1. num. 30. uer. uicesimo secundo, de foro compet. & Imola in l. ille a quo, §. non omnis, nume. 13. uer. item nota quod non tenetur, ff. ad Trebell. & Iason in consil. 86. in causa, num. 36. vol. 1. & Roland. in consil. 68. uisio, num. 23. uer. nec uis, uol. 2.

24 Hoc tamen intelligitur esse uerum, quando saluus conductus daretur ab hostibus, uel a Iudice, aut a Principe inimico, quoniam tunc illis nō est credendū, iuxta illud Timeo Danaos & dona ferentes. & ita in terminis loquitur textus in d. c. accedens, il. 2. extra ut lite non contesta. & Imola in d. §. non omnis.

25 Sed secus est, quando Iudex, aut Princeps non esset inimicus, nam tunc illorum literis ꝛ salui conductus esset credendum, ut tradit Salyce. in l. reos, sub nume. 10. uer. ex prædictis contrarijs, colum. 6. in prin. C. de accus. ubi dicit, quod quando quis excusat se non posse venire ad locum iudicij propter timorem insidiarum, debet cautus Iudex ei offerre saluum conductum, & subiungit, quod ita uidet de facto seruari, eandemque opinionem sequitur Ioan. de Imola in d. l. pen. §. ad crimen, nu. 26. uer. in tertio casu concludit, colu. 23. ff. de pub. iud. ubi notat, quod opinio Salice. est vera, quan-

do literæ salui conductus uerisimiliter redderent illum tutum ad ueniendum, sed non redderent eū uerisimiliter tutum, ueluti quando inimicitiam haberet cum tirānizante in loco, tunc illis literis non esset fidendum, & eandem quoque distinctionem elegantissime fecit Felyn. in d. c. accedens, il. 2. nu. 9. uer. quarta conclusio, extra ut lite non contesta. ubi tradit literis salui conductus non esse fidendum, quando dantur ab hostibus: at secus, ubi datur a Iudice non inimico, cuius opinionis ante ipsos, fuit Roman. in d. l. quia poterat, §. si quis alio, num. 23. uer. si capias quartum membrum, colum. 5. ff. ad Trebell. ubi egregie, & sapienter ait, quod si bannitus allegat ꝛ locum sibi nō tutum propter capitales inimicitias, quas habet in illa ciuitate, tunc non tenetur comparere etiam cum saluo conductu, quia custodia aduersus hominis furorem parum proficit. l. si ea res, ff. de act. emp.

26 At si bannitus allegat locum non sibi tutum ratione banni, tunc non ꝛ excusatur a comparendo, si Iudex sibi offerat saluum conductum. & huius conclusionis ea est ratio, quia cessante banno propter saluum conductum cessat impedimentum, ꝛ bannitum a comparendo deterrebat: nec est præsumendum, quod Iudex non sit seruaturus fidem, quam dedit, quia quilibet in dubio præsumitur bonus, & fidelis, & maxime Iudex, arg. l. 2. C. de offic. ciuili. iud. & sequitur Iason in l. 2. §. quod diximus, num. 11. ff. si quis caut. & ibi Angel. sub num. 2. uer. de uolentia enim iuris, col. fi. & Roman. in consil. 332. quod ad primum, num. 2. uer. sed suspicio, colum. 1.

27 Tertio infertur, quod qui non potest comparere personaliter propter locum non tutum, non tenetur ꝛ mittere procuratorem, si agitur de causa graui, & ardua, ut supra dixi, num. 2. & nume. 19. & tradit Alexan. in l. recusare, §. si quis alio, nume. 5. in secundo notabili, ff. ad Trebell. ubi tradit, ꝛ in causa ardua non tenetur quis mittere procuratorem ad locum non tutum, sed in causa leui tenetur si locus est tutus procuratori, & idem confirmauit Iason in d. l. 2. §. si quis in iudicio, num. 12. uer. ultimo adde, cum sequen. colum. fin. ff. si quis caut. ubi ait, quod impeditus nō tenetur in causa ardua mittere procuratorem, nedum ad totam causam, sed nec ꝛ etiam ad vnum articulum, puta ad uidentum iurare testes, nisi citas esset Papa, uel alius supremus Princeps, nam tunc etiam in causis arduis procurator esset mittendus. sed pro maiori huius illationis declaratione distinguere oportet infra scriptos casus, quorum cognitio ualde utilis est, cū ad omnia impedimenta pertineat, quæ uel non comparentem in iudicio possunt excusare, uel operantur, ut teneatur mittere procuratorem.

28 Primus itaque casus est, quando is citatur, qui propter priuilegium perpetuum ꝛ non tenetur personaliter comparere in iudicium, quales sunt personæ illustres, & illi, qui sunt impediti officio perpetuo, uel dignitate perpetua, & tunc isti tenentur mittere procuratorem, ut ait gl. in c. cum dilecti,

dilecti, in verbo, responsalem, in fine, extra de dolo, & contum. & probatur in c. fi. 5. q. 3. & tradit Bartol. in l. 1. nume. 4. vers. secundo casu. ff. de diuers. & temp. præscript. & in l. 2. §. si quis in iudicio. nume. 2. ff. si quis caut. & ibi Angel. de Per. vers. si autem forma. col. fin. sub nu. 2. colum. 2. & Imola in l. quæsitum, sub nume. 8. vers. si vero est ex parte rei, colum. 3. ff. de re iud. & Socin. in art. 5. q. 28. nu. 50. de citat. & Geminianus in c. si ægrotans, col. 2. vers. aut impedimentum est perpetuum, 5. q. 3. & Abb. in d. c. cum dilecti, sub nu. 13. vers. ex quibus dictis, col. 5. extra de dolo, & contumacia, & in c. querelam, nu. 7. extra de procur. & Butr. in d. cap. cum dilecti, uers. tu dic. col. pen. & Decius in cons. 699. accepi, nu. 12. vers. & hoc idem comprobatur, colum. penult. vbi consuluit Regem Angliæ teneri mittere Romam procuratorem in causa separationis matrimonij, cuius rei tamen contrarium consuluit Beroius, in cons. 18. vol. 3.

Nec refert, an tales personæ citentur, ut compareant per se, vel per procuratorem, aut citentur ad comparandum simpliciter: quia cum teneantur comparere per procuratorem, debent illum mittere, & simplex citatio ad comparandum, resoluitur, vt quis veniat eo modo, quo de iure tenetur, ut tradit Angelus in d. l. 2. §. si quis in iudicio, uers. si autem forma citationis, colum. fin. & Archid. in c. si ægrotans, sub num. 4. vers. unum tamen concedas. 5. q. 3. & Innocent. in d. c. querelam, sub nu. 1. uers. bene fatemur, extra de procur. & Alex. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, nu. 11. vers. ultimo dicit. ff. si quis caut.

Limitabis tamen hunc primum casum, ut non militet, quâdo Iudex tales personas citaret, ut comparerent personaliter, quia cum sint excusatæ perpetuo priuilegio, citatio non afficit eas, & si Iudex habet notitiam talis priuilegij, & vigore prædictæ citationis processerit in causa, processus erit nullus, ut concludit Socin. in d. artic. 5. quæstio. 28. sub numero 50. versiculo, quod procedit, de citat.

Rursus prædicta limitantur in causa criminali, in qua quis tenetur comparere personaliter. cap. si quando, & ibi glos. quæ ponit fallentias, 2. quæstio. 6. & capitulo, in criminalibus. 5. quæstio. 3.

Secundus casus est, quando is citatur, qui non tenetur comparere priuilegio temporali, quales sunt magistratus, & ij, qui ducunt uxorem, aut exequias mortis faciunt, & similes, de quibus habetur in l. 2. cum sequen. ff. de in ius vocan. & tunc nec isti in contumaciam incurrunt, si nec ipsi citati veniunt, nec procuratorem mittunt, ut tradit Bartol. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, sub numero 2. ff. si quis caut. & in d. l. 1. nume. 4. vers. aut impedimentum. ff. de diuers. & temp. præscript. & Butr. in d. c. cum dilecti, sub nume. 16. uers. tu dic, colum. pen.

Tertius casus est, quando non agitur de impe-

dimento dignitatis, uel alterius priuilegij, sed de alio impedimento quod impedit, ne quis personaliter interesse possit, an tenebitur mittere procuratorem? & tunc retenta eadem distinctione; inter impedimentum perpetuum, & temporale, dicendum est, quod aut impedimentum perpetuum est uoluntarium, & tunc tenetur mittere procuratorem. l. 1. ff. cum qui appel. in prouincia, & notat Innoc. in d. c. querelam, col. fin. vers. qui autem uoluntariè, extra de procur. ubi tradit, quod qui uoluntariè, vel contumaciter abest, nullo modo restituitur contra iura, vel actiones præscriptas, & si uenerit Iudice ad hoc pro tribunali sedente restituetur de equitate forte ad appellandum, vel iure communi appellat, & tenet idem Abb. in c. cum dilecti, col. 5. vers. item ubi impedimentum est perpetuum, extra de dolo, & contum. & ibi Butr. sub nu. 16. vers. si impeditur propter aliud, col. pen. & Bartol. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, sub nu. 2. uers. sed Petrus dicit. ff. si quis caut. & in l. 1. nume. 4. vers. aut est absens. ff. de diuersis, & temp. præscript. & Imola in d. l. quæsitum, sub nu. 9. versiculo, unde potest sic dici, col. 4. ff. de re iud. & Socin. in d. artic. 5. quæstio. 28. numero 50. de citat.

Aut impedimentum est necessarium, sed non probabile, ut est perpetuum bannum, & tunc tenetur mittere procuratorem. l. Papinianus. ff. de minorib. & Bartol. in d. l. 1. sub nume. 4. uers. aut est impedimentum necessarium, sed non probabile, ff. de diuers. & tempo. præscript. & in d. §. si quis in iudicio, nume. 2. vers. aut non tenetur venire ex alia causa, & Imo. in d. l. quæsitum, sub nu. 9. vers. aut est impeditus impedimento necessario, colum. 4. & Iafon in d. l. 2. §. si quis in iudicio, nume. 8. vers. item adde, colum. 2. ff. si quis caut. & Inn. in d. cap. querelam, vers. item dicimus, colum. fi. extra de procur. & Butr. in d. cap. cum dilecti, nu. 16. vers. si impedimentum est necessarium, sed non probabile, col. pen. extra de dolo & contum.

Aut impedimentum est necessarium & probabile, ut est perpetua legatio, vel perpetua infirmitas, vel perpetua, ac iniusta carceratio, uel quid aliud simile, & tunc tenetur mittere procuratorem, ne alias periret ius aduersarij, ut concludit Ioan. de Imola, in d. l. quæsitum, sub nu. 9. uers. si autem impedimentum sit probabile, columna quarta, & Butr. in dicto cap. cum dilecti, sub numero 16. uers. si impedimentum est perpetuum, colum. pen. in fine.

Quæ quidem traditio ampliatur, ut procedat etiam in impedimento temporali, longo tamen tempore duraturo, ut est temporalis legationis officium, aut longa infirmitas, aut iniusta relegatio ad longum tempus: in his enim impedimentis longo tempore duraturis tenetur quis mittere procuratorem, cum talia impedimenta æquiparentur perpetuis impedimentis, ut ait Barto. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, sub nu. 2. vers. sed Petrus dicit, ff. si quis caut. & ibi Angel. uers. si autem forma citationis,

tationis, colum. fin. & Butr. in d. c. cum dilecti, col. pen. in fine.

Refert tamen scire, an huiusmodi longum impedimentum nascatur post litem motam, an ante litem inchoatam, priore casu citatus tenetur mittere procuratorem, at in posteriore secus, nisi forsitan sciuerit litem sibi fuisse motam, cuius conclusionis ea est ratio, quia magis uidetur fauendum illi, cui superuenit impedimentum ante litem captam, cum non possit illi imputari, quare non prouiderit de procuratore, sicut imputatur ei, qui ante impedimentum sciuit litem esse motam, quæ doctrina summo opere notanda est ad limitandum textum in cap. querelam, extra de procur. & ita tradit Ioan. de Imola in d. l. quæsitum, colum. 4. uers. ubi autem impedimentum, ff. de re iud. & ante ipsum glos. in l. 2. ff. cum qui appel. in princ. & Bart. in l. 1. colum. fi. ff. de diuers. & temp. præscript. & Butr. in d. cap. cum dilecti, sub num. 16. colum. penult. in fine, de dolo, & contum. & Socin. in d. art. 5. q. 28. sub num. 50. uers. item quod dixi, de citat. & Angel. in d. l. 2. d. §. si quis in iudicio, uers. fallit si ante, colum. fi. ff. si quis caut. & Aret. in cons. 16. nume. 4. uers. & primo quod impedimentum, col. fi.

Subiunxit tamen in allegato loco Ioannes de Imola, quod quando impedimentum nascitur post litem captam, ita demum tenetur mittere procuratorem, si causa est leuis, non autem si est ardua: tunc enim non tenetur per procuratorem litigare, quæ doctrina non placet Socino in dicta quæstio. 28. eaque ratione mouetur, quia sicut impeditur perpetuo impedimento, tenetur mittere procuratorem, nulla dubitatione habita inter grauitatem, & leuitatem causæ, ita nec etiam distinguendum est cum eo, qui impeditus est impedimento longo tempore duraturo, & super hoc dicit esse cogitandum. Aretinus tamen tenuit opinionem Imolæ in d. cons. 16. num. 5. vers. secundo responderetur, colum. penult. & Alex. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, sub nu. 7. uers. uel dicas, ff. si quis caut. & Beroius in d. cons. 18. num. 81. uers. quinimo, uol. 3. de qua re uide Abb. in cap. cum dilecti, colum. 5. uers. si uero similiter esset longum, extra de dolo, & contum.

Quartus casus est, quando impedimentum est breui tempore duraturum, & tunc siue sit uoluntarium, siue sit necessarium, modo non sit probabile, ut contingit in eo, qui est relegatus, uel bannitus ab breue tempus, tenetur mittere procuratorem, si ue sit causa leuis, siue sit ardua, ut tradit Socin. in d. arti. 5. q. 20. sub nume. 50. uers. aut impedimentum erit, de citat. & Abb. in d. cap. cum dilecti, col. 5. uers. si uero impedimentum est breue, extra de dolo, & contum.

Sed ubi impedimentum est necessarium, & probabile, ut puta infirmitas, uel absentia causa reipublicæ, uel quid aliud simile, tunc affirmandum est, non posse quem citari, quia non tenetur nec personaliter, nec per procuratorem comparere, & si citabitur non ualebit processus, nec sententia, si iudi-

ci notum erat impedimentum, at si ignorabat, ualebit quidem sententia, sed rescindetur per restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa uidebitur, per textum in l. quæsitum & ibi glosa in uerbo, iudicata, ff. de re iud.

Ob quam rationem Bar. in d. §. si quis in iudicio, in fine, consuluit, quod quando tale impedimentum superuenit, mittatur aliquis excusator, qui iudici notificet, talem infirmitatem superuenisse: talis nam ex quo iudex nouit impedimentum, non poterit sententiam ferre, & si uoluerit pronuntiare, sententia erit nulla, quod idem confirmauit etiam Socin. in dicto artic. 5. quæstio. 28. numero 51. versiculo, tertio casu, de citat. ubi subiungit, hoc esse generaliter verum non solum in causa infirmitatis, & absentia causa reipublicæ, sed etiam in quocumque alio impedimento necessario, & probabili, ut puta captiuitatis, vel carcerationis non legitime factæ, aut alio simili impedimento per identitatem rationis, licet talia impedimenta non sint in iure expressa, quibus accedit quoque Innocent. in dicto capitulo, querelam, columna fina. versiculo, ubi autem probabile, extra de procurat. ubi ait, quod impeditus probabili, ac necessaria causa si legitime fuerit defensus, restituetur ad appellandum, sed minus legitime, aut nullo modo defensus, restituetur ad totam causam, & ubi restituitur ad appellandum, debet illud petere infra decem dies a die sententiæ computandos, ut ibi tradit Ioan. Andr. sub numero septimo, columna secunda, & ibi pulchrè Anch. col. fin.

Nec facienda est differentia inter causam leuem, & arduam, quia nullo casu tenetur mittere procuratorem de iure ciuili, licet secus sit de iure canonico, secundum Ioan. de Imola in dicta l. quæsitum, sub numero 9. vers. si autem impedimentum non sit perpetuum, columna quarta, ff. de re iud. & Alex. in dicta l. 2. §. si quis in iudicio, numero 7. in princip. vers. sed dico quod ista, ff. si quis caut. & Socin. in dicto artic. 5. quæstio. 28. numero 52. vers. primo limitatur, de citat. & Abb. in cap. cum dilecti, columna quinta, uersiculo, aut est impedimentum necessarium, extra de dolo, & contum.

Quod me hercule intelligitur esse uerum, quando impedimentum uenisset ante litem captam, secus si post litem inchoatam: tunc enim se defendere tenetur per textum in l. pen. §. 1. ff. de legat. & satis super dictum est, & ita notat in eodem loco Socin. numero 53.

Sed ego non puto hoc uerum in impedimento necessario, & probabili breui tempore duraturo, licet secus esse dixerim, quando impedimentum est longo tempore duraturum, quia textus in dicta l. quæsitum, loquitur in lite iam inchoata, quando infirmitas superuenit, & tamen excusat eum, qui ad sententiam audiendam non uenit, & ita hanc materiam intelligunt omnes, & præcipue Cyn. in l. prima, numero 3. uers. aut est causa probabilis, C. de restitu. milit. ubi ait, quod impedi-

45 mentum infirmitatis † aut superuenit ante litem contestatam, & tunc non tenetur constituere procuratorem; & licet constituat, non procedatur contra eum; aut superuenit lite iam contestata, & tunc si impedimentum est breui tempore duraturum, ut quia febrem habeat, non tenetur constituere procuratorem, dicta l. quæsitum. si vero impedimentum est longum, vt quia abest ultra mare per quinque annos, vel aliud simile, tunc tenetur mittere procuratorem, & si non mittit, procedatur contra eum, & sequitur Anchar. in dicto ea. querelam, sub num. 7. versic. secundo casu, col. 2. extra de procur.

46 Si tamen causa illius naturæ † foret, vt indigeret celeritate, ut est uocatio ad consilium faciendum, item & electio, & illæ causæ, quæ possunt tractari tempore feriarum, tunc non obstante impedimento breui tempore duraturo, citatio possit fieri, & mittendus esset procurator, non obstante, quod causa foret grauis, vt scripsit Bartol. in dicta l. secunda, §. si quis in iudicio, sub numero secundo, versiculo, addo ultra, ff. si quis caut. & Socin. in dicto articulo quinto, quæstione 28. numero 55. versiculo, quarto limitatur, de citat. & Innocent. in dicto capitulo, querelam, sub numero secundo, versic. sed si sit vocatus ad consilium, columna 2. extra de procurat. & ibi Ioan. Andr. nu. 5. versic. si vero quis vocatur, colum. 2. & Decius in conf. 699.

47 Sciendum est autem, quod in quibus casibus † non tenetur quis mittere procuratorem, tenetur tamen mittere excusatorem, qui denotet iudici impedimentum, ut ait Alexan. in dicta l. recusare, §. si quis alio, numero quinto, sub secundo nota bi. versic. si autem potuisset, ff. ad Trebell. & ibi Bartol. in fine: subiungit tamen in eodem loco Alexander, quod si non fuerit missus excusator, licet processus teneat de rigore, tamen impeditus poterit restitui in integrum, cum agatur de causa graui, de qua materia an admittatur excusator sine mandato, vide Socin. in capitulo, veniens, numero 158. versiculo, secundo quæro, cum multis sequentibus extra de accus. & plenissime Beroius in consilio decimo octauo, in causa, numero 122. versiculo, veniendum nunc est, vsque ad finem, volumine tertio, & iste excusator multum operatur, si offert probationes impedimenti iudici, ut ait Abb. in c. querelam, num. 4. de procur.

48 Dicuntur autem causæ graues † non solum illæ, quæ sunt magni momenti, sed etiam illæ, quæ sunt intricatæ, ac inuolutæ, quæ de facili non possunt explicari per procuratorem, vt notat Innocent. in dicto capitulo, querelam, in princip. extra de procurat. vbi Ioan. Andr. supplendo tradit, causas graues dici grandes, periculosas, & maiores, vt matrimoniales, vel causas liberales, cum venditur quis in seruum, non autem cum quis proclamatur se in libertatem: item dicitur causa grauis quando agitur ad remotionem prælati, vel agitur de toto patrimonio, vel maiori parte, vel vbi

vertitur periculum animæ, vel infamia, vel agitur de pœna corporis afflictiua etiam si solus istus fustium veniret infligendus, vt inquit Socin. in dicto articulo quinto, quæstione vigesima octaua, numero quinquagesimo octauo, versiculo, sed circa prædicta quæro, de citat. & Archid. in capit. si egrotans, in fine, quinta, quæstione tertia, & ibi Gemin. columna secunda, & Abb. in dicto capitulo, querelam, numero nono, in secundo notabili, columna fina. & Archid. in fine, & Iason in dicta l. secunda, §. si quis in iudicio, numero decimo tertio.

49 At causæ leues dicuntur † superioribus oppositæ, quæ cum non sint præcise omnes in iure descriptæ, arbitrio Iudicis relinquuntur, qui earum leuitatē arbitrabitur, inspecta qualitate personarum, & causæ, ut refert Soc. in d. art. 5. q. 28. sub n. 58. de citat. & in art. 5. nu. 39. versic. uigesimo fallit, de libelli oblat. & plenissime Tiraquell. in l. si unquam, in verbo, omnia, uel partem, numero trigesimo, versiculo, quin & alias quoque, C. de reuo. donat. & Menoch. in casu 72. lib. 2. de arbitr. iud.

Idem est etiam dicendum de impedimento. nam iudicis † arbitrio stabitur, an illud sit breui tempore, an longo tempore duraturum, ut ait Cyn. in dicta l. prima, numero quinto, C. de restit. mili. de qua re uidebis Ioan. de Imola in dicta l. quæsitum, numero decimo octauo, columna fina. ubi ait ex facti accidentia perpendi, an impedimentum sit breue, uel longum: quia si citatus breui tempore est reuersus coram Iudice, apparebit clarè illud fuisse breue impedimentum: si autem infirmus dubitet, an infirmitas † futura sit breuis, aut longa, stabitur iudicio medicorum, & si medici ponant rem dubiam, iudicandum erit, quod futura sit longa, & sequitur Socinus in dicto articulo quinto, quæstione 28. numero 59. de citat. & Alexand. in dicta l. secunda, §. si quis in iudicio, numero sexto, columna prima, ff. si quis caut. ubi tradit standum esse arbitrio Iudicis, qui in dubio impedimentum arbitrabitur esse perpetuum.

Et prædicta sunt uera ex parte rei, quo ad excusandum ipsum a contumacia, sed ex parte actoris, quo ad præscriptionem interrumpendam, dicendum est, ipsum teneri mittere procuratorem, † non obstante impedimento, ut notat Cyn. in d. l. 1. num. 3. C. de restit. milit. & Bartol. in l. 1. num. 3. ff. de diuers. & tempo. præscriptio. & Socin. in d. quæstione 28. num. 57. versic. sexto limitatur, & Anchar. in dicto capitulo, querelam, numero 8. versiculo, sed hic incidenter quæro, columna secunda, extra de procurat. & Angel. in dicta l. secunda, §. si quis in iudicio, numero secundo, ff. si quis caut. & Abb. in dicto capitulo, cum dilecti, columna 5. versiculo, ex quibus dictis, extra de dolo, & contum.

Et prædicta procedunt in procuratoribus mittendis quo ad iudicia, sed quo ad negotia † uide Bald. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, sub nu. 6. col. 2. versic.

uers. tu uero aliquo aliter. ff. si quis caut. ubi ait, quod si negotium est arduum, uel tale, quod non cadit plenè in notitiam procuratoris, tunc mittere non tenetur, alias secus.

54 In quibus autem casibus diximus † impeditum debere mittere procuratorem, intelliges esse uerum, quando ipsum inuenire potest: at si non poterit illum inuenire, aut minus idoneum inuenierit, excusabitur, quia cum nullus possit cogi suscipere procuratorem, † uel mandatum alicuius, ut patet in l. inuitus, C. de procurat. & in §. rectè, & §. pen. Inst. mand.

Non potest imputari ei, qui fecit, quod potuit, ut procuratorem inueniret, quia impossibile nulla est obligatio, capitulo, impossibile, de regulis iur. in sexto, & ita tenet Angel. in dicta l. 2. §. si quis in iudicio, columna fina. versiculo, vbi cūque dixi, ff. si quis caut. & Abb. in capitulo, cum dilecti, numero decimo quarto, versic. sed dices tu, columna sexta, extra de dolo, & contum. & Bald. in l. idemque erit, in lect. antiq. ff. pro socio, & Fulgos. in l. si conuenerit, numero quinto, versiculo, item nota, ff. eod. & Alexan. in l. recusare, §. si quis alio, numero quinto, versic. secundo nota, ff. ad Trebell. & Felyn. in dicto capitulo, accedens, il secundo, numero quinto, versiculo, tertia conclusio, extra ut lite non contesta. & Iason in dicta l. secunda, §. si quis in iudicio, numero decimo, versiculo, secundo limita, ff. si quis caut. & Roman. in dicta l. quia poterat, §. si quis alio, numero vigesimo primo, versic. & resultat, ff. ad Trebell. & rursus Ang. in l. si quis instituat, §. fin. in fine, tit. de hæred. instit.

Sed difficultas est scire, cui incumbat onus probandi, an neganti se † potuisse inuenire procuratorem, an affirmanti illum potuisse inuenire? & Baldus in ea fuit opinione, ut onus probandi incumbat ei, qui affirmat procuratorem facile potuisse inueniri, ut hoc scriptum reliquit in l. si conuenerit, numero tertio, ff. pro socio, & in dicta l. idemque erit, in lectu. antiq. ff. eo.

Pro cuius opinione facit, quod notauit Bartol. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, numero trigesimo, versiculo, hoc autem, ff. de oper. noui nunciat. vbi ait, quod onus probandi incumbit ei qui dicit aduersarium habuisse, vel de facili habere potuisse nuntium idoneum ad opus nouum denunciandum.

Sed Angelus contrarium tenuit in dicta l. secunda, §. si quis in iudicio, columna fin. ff. si quis caut. vbi ait, quod neganti potuisse inueniri procuratorem, incumbit probatio, quia in dubio præsumitur procuratorem inueniri posse, si sumus in loco insigni, vbi est copia peritorum: subiungitque ipsum debere mitti cum instrumento procuratorij, & cum facultate ad substituendum, ne propter casum fortuitum procuratori contingentem dominus possit reputari contumax, cuius opinionis etiam fuit Bartol. in l. idemque erit, numero tertio, ff. pro socio, ubi ait præsumi,

57 quod procuratores, † Aduocati, & medici eo ipso, quod ciuitas, vel locus est insignis, poterint de facili inueniri, & idem sequitur Fulgos. in l. si conuenerit, numero quinto, versiculo item nota, ff. eodem. & quis dicatur locus insignis, vide Specula. in §. contra, numero decimo septimo, de citat.

Quod quidem in primis limitatur, esse uerum in procuratoribus ad lites, sed secus in nuncijs, & procuratoribus ad † negotia, vel ad mercantias, nam tunc onus probandi incumbit ei, qui dicit tales personas potuisse inueniri, vt consuluit Arctin. in consilio decimo sexto, præsupponitur, numero quinto, versiculo, tertio dato, columna penult. & Bartol. in dicta l. idemque erit, sub numero 3. ff. pro socio, & Fulgos. in dicta l. si conuenerit, num. 6. ff. eo.

59 Rursus prædicta limitantur, quando is, † qui dicit procuratorem potuisse commode inueniri, probasset locum iudicij esse insignem, alias secus, & ita uoluit Bartol. in dicta l. idemque erit, una cum alijs Doctoribus allegatis, & Beroius in dicto consilio decimo octauo, sub numero 91. versic. & quamuis probato, volum. 3. & Bald. in d. l. si conuenerit, nu. 3. ff. pro socio.

60 Tertio prædictam † conclusionem limitabis, ut procedat in persona diuite, sed secus in paupere, cui dicenti se non inuenire procuratorem, standum erit, nisi aduersarius probet contrarium, vt refert Abb. in capitulo, cum dilecti, numero decimo quarto, versiculo, sed dices tu, columna sexta, extra de dolo, & contum. ubi tradit, non esse præsumendum, quod diues non inueniat procuratorem, quia pecuniæ omnia obediunt. at secus in paupere, qui nihil fingit, & si perpetuo impediretur, perpetuo etiam excusaretur a constitutione procuratoris, subiungens quod in tali casu debet Iudex accedere ad ipsum occupatum, vel mittere delegatum, qui de plano, & sine strepitu causam decidat, & idem notat ibi Ioan. Andr. numero decimo quarto, versiculo, in glos. ex hoc, columna secunda, in fine, & Anton. de Butr. sub numero 16. versiculo, & hanc regulam, columna 5. & Beroius in dicto consilio 18. numero 91. versic. & præsumendum est, uol. 3.

Ultimo prædicta limitantur, quando agitur de inueniendo procuratore in loco iudicij agitandij, qui si fuerit in signis, præsumendum erit, vt possit a diuite faciliter inueniri, & ita loquitur Bart. in d. l. idemque erit, sub nu. 3. ff. pro socio, & Fulg. in d. l. si conuenerit, nu. 6. ff. eo. & Ange. in d. l. 2. §. si quis in iud. col. fin. ff. si quis caut.

At secus, quando ageretur de inueniendo, & mittendo procuratore de uno loco ad aliū locum, quia non ita facile inuenietur, qui velit relinquere patriam, & in externas regiones proficisci, argum. textus in l. sed si quis, ff. quemadmodum testamen. aperiunt. ubi dicitur onerosum esse, ac periculosum, homines a rebus suis reuocare, & hoc modo habebit locum opinio

Baldi dicentis, oportere probare, quod facile procurator potest inueniri, cuius opinio minus dubitabilis erit, si tractabitur de mittendo procuratorem ad locum non tutum domino, quia tunc homines timidiore erunt ad suscipienda ipsius negotia, cum experientia doceat, quod cui inuisus est dominus, eidem est etiam inuisus domesticus, & familiaris domini, ut ait Bartol. in l. sciendum, §. 1. ff. de legat.

63 Dicitur autem locus non tutus non solum quando ipse locus iudicij non est tutus vel ratione banni, ut diximus, vel ratione inimicitarum, quas cum citante, vel cum amicis, & consanguineis citantis habet, l. sciendum, §. si accusatio, ff. de legat. vel propter inimicitias, quæ cum alijs potentibus, vel cum familiaribus alicuius potentis exercentur, etiam si de odio potentis non constaret, vel propter factiones, aut seditiones, quæ sepe uigent in ciuitatibus, ut patet in capitulo, cum Reuerendus canonicus, extra de off. deleg. & Fely. in dicto capitulo, accedens, il secundo, numero decimo, versiculo, quinta conclusio, extra ut lite non contest. & Bartol. in l. fin. numero 8. ff. de in integr. restit. & Socin. artic. 18. quæstione 5. numero 6. de citat.

64 Verum etiam quando ipse quidem est tutus, sed tamen ad ipsum non potest citatus accedere, nisi transeat per terram inimicorum suorum, vel per alia loca alio respectu non tuta, ut probatur in c. accedens, il secundo, extra ut lite non contest. & notat Iacob. de S. Georg. in l. apertissimi, numero 31. in fine. C. de iud. & Aufrer. de recus. nu. 37. cum seq. & Iason in conf. 86. in causa, num. 36. vol. 3. & Roland. in conf. 68. viso, nu. 21. vol. 2.

Quod quidem obtinet, quando ad locum citationis non posset iri nisi per vnã viam, quæ si suspensa fuerit, excusabit non comparentem in iudicio: at secus, vbi per plures vias posset perueniri ad locum iudicij, tunc enim non sufficeret et probare unum accessum non esse tutum, sed oporteret probare nullam ex dictis vijs esse securam, quod est in practica sum mopere notandum, ut inquit Socin. in art. 18. q. 5. sub nu. 6. vers. adde tamen, de citationibus, & Fely. in d. c. accedens, il 2. sub num. 10. vers. quinta conclusio, extra ut lite non contest.

65 Quæ quidem conclusio in primis ampliatur, ut habeat locum etiam respectu rerum, quæ sunt deferendæ ad locum citationis: nam si timor est, ut ei auferantur, non tenetur comparere, ut tradit Socin. in dicto artic. 18. quæstione 5. sub num. 7. vers. sed tu aduerte, de dilat. uel citat. & Fely. in dicto capitulo, accedens, il 2. sub num. 4. in secunda conclusione, extra, ut lite non contestat. & Decius in c. ex parte, nu. 16. de appell.

66 Secundo ampliatur, ut procedat etiam si locus esset tutus citato, sed tamen in eo non posset honestum, vel bonum statum habere, ut puta si Gibellinus citaretur ad locum, in quo Guelfi regnarent, & econuerso, ut notat glo. in c. statutum, §. cum uero, in uerbo, non accedens, de rescript. in 6. ubi habe-

tur, eum excusari, si non comparet, qui non audeat intrare ciuitatem, in qua Guelfi regnant, & ipse est Gibellinus, per quod exemplum subiungit ibi Anchar. quod talis inimicitia licet non sit specialis, nec extrinsecus appareat, tamen præbet iustum metum, ex quo odium inter tales factiones est mente retentum, & possunt nocere, si uolunt, licet non noceant, ut hoc scripsit sub num. 3. vers. item quinto, col. 2. & ibi confirmauit idem Francus, nu. 10. col. 3. & Fely. in d. c. accedens, il 2. nu. 14. vers. tertia conclusio, extra ut lite non contesta.

67 Nec quicquã refert, an ista inimicitia, & iste metus proficiscens ex loco non tuto, nascatur culpa ipsius citati, an non, quia in tali casu potius attenditur æquitas, & iustitia, quam factum, vel culpa ipsius delinquentis, ut tradit Archid. in dicto capitulo, statutum, colum. 7. in princ. in uerbo, non accedens, de rescript. in 6. & ibi Gemi. in §. cum uero, numero 13. vers. nota bene, colum. 4. & Frac. num. 10. colum. 3. & pulchrè Anchar. sub num. 3. vers. item quinto, col. 2. & Alex. in d. l. recusare, §. si quis alio, sub nu. 6. vers. prædictis adde, col. 3. ff. ad Trebell. & supra, nu. 21.

Rursus prædicta conclusio ampliatur, ut procedat non solum ratione propriæ inimicitia, sed etiam ratione inimicitia publicæ, quam patria citati habet cum loco, ad quæ citatur, ut tradit Abbas per illum egregium textum in d. c. cum R. canonicus, in primo notab. extra de off. deleg. ubi ait, quod potest quis recusare locum nedum propter inimicitias proprias, sed etiam propter inimicitias ciuitatis suæ, ut quia fortè locus est malè animatus aduersus ciuitatē suam, & sic locus ratione ciuitatis, ciuibus non uidetur esse securus, cuius dictum sequitur Fely. in d. c. accedens, il 2. sub nu. 14. vers. & adde, quod si ciuitas, extra, ut lite non contest. & Aufrer. de recus. nu. 37. vers. sexagesima causa, & Præpos. in d. c. ex parte, il 1. nu. 3. extra de appell.

68 Per quam sententiam limitatur quædam traditio Rotæ, in decis. 12. alias 315. licet guerra, de dolo, & contum. in nou. vbi dicitur, non posse quem se excusare propter generales guerras patriæ suæ, quominus compareat ad locum citantis, quia ista esset excusatio nimis uaga, & generalis, præsertim si detur, & probetur, quod tales personaliter citati cum literis salui conductis Principis illius patriæ, uel inimicorum guerram facientium possent venire, & illas obtinere, sicut alias obtinuerunt, & cum illis ad curiam illorum, uel aliorum Principum transuerunt, quam decisionem sequitur Alex. in d. l. recusare, §. si quis alio, nu. 6. vers. item adde, ff. ad Trebell. & Roman. in d. l. quia poterat, d. §. si quis alio, nu. 11. vers. primo nisi locus. ff. ad Trebell. & Beroius in d. conf. 18. nu. 91. uol. 3.

Respondetur enim, quoad guerram generalem non posse illam decisionem habere locum, quæ generalis guerra esset inter patriam citati, & locum, ad quem citatur: quo uero ad saluum conductum dicitur, onus petendi saluum conductum ab hoste publico non incumbit ei, qui citatur, sed ei, qui citari facit illum-

69 illumque offerre debet citato, ut consuluit Aretin. in d. conf. 16. sub nu. 4. col. 2. ubi inquit prædictam decisionem esse intelligendam, uel quando securitas offertur ab eo qui facit citari ad locum non tutum, uel quando uerisimile est quod talis securitas de facili potest obtineri ex eo, quod passim omnibus perentibus concedi solet, sed hoc non probato, standum est regulæ, quæ dicit, quod in loco non tuto non tenetur quis comparere. & licet Bald. dixerit, quod impedito prosequi appellationem propter inimicitias capitales non currunt fatalia, nisi per iudicem potuerit remoueri impedimentum, & non remouerit, volens inferre, quod si potest obtinere securitatem a iudice, debet eam petere, alias non uidetur fecisse quicquid potuit, imo ex quo non agit ad submouendum impedimentum uidetur illud pati uolens, quemadmodum hoc scriptum reliquit in l. quibus diebus, nu. 2. ff. de condit. & dem. & ibi eum sequitur Castrenf. sub nu. 3. col. 1. & Ioan. de Imola, nu. 2. col. 2.

70 Subiungit tamen in eodem loco et Aret. quod illud procedit, quando saluus conductus, uel quid aliud potest impetrari a iudice, qui de necessitate iustitiæ tenetur hoc facere, ut in his terminis tradit Bar. in l. illicitas, §. si potentiores, in princ. ff. de off. præsid. ubi ait, quod ad off. iudicis pertinet prouidere, ne impotentes a potentioribus opprimantur, ex his inferens, quod timens offendi a Magnate potest implorare officium iudicis, ut illum cogat ad præstandam securitatem de ipso non offendendo, quod idem in materia loci non tuti probat Socin. in d. art. 18. q. 5. in fine, de citationibus.

71 At secus, quando saluus conductus, uel quid aliud est impetrandum ab inimico, & de gratia: tunc enim non imputatur ei, qui saluum conductum non procurauit, cuius doctrinam sequitur Fely. & dicit esse bene notandum in d. c. accedens, il 2. sub nu. 4. vers. secundo aduerte, col. 3. extra, ut lite non contesta. & in c. ex transmissa, nu. 4. vers. quod autem est dictum, col. 2. extra de præscrip.

Pro cuius confirmatione facit, quod notauit Alber. in d. l. quibus diebus, nu. 2. vers. ergo tenetur, col. 1. ff. de condit. & dem. ubi ait, quod aut illud, quod est impetrandum, de iure fulcitur, & tunc tenetur quis superiorem adire, & quantum in se est, petere impedimentum tolli, alias sibi imputatur: aut petitio sola gratia innititur, & tunc secus. Præterea literis salui conductus ita demum creditur, quando uerisimiliter secundum morem patriæ, & qualitatem facti reddunt hominem sicurum ut diximus supra, & notat etiam Socin. in c. ueniens, nu. 163. vers. facit etiam, extra de accus. ubi tradit, quod non tenetur quis comparere, quando saluus conductus non reddit citatum tutum ad ueniendum secundum morem patriæ, quia fortè fidefragi sunt, uel fortè quia nimis maxima inimicitia est, ut puta interfectionis parentum, filiorum, uel similibus, propter quam uix seruatur fides etiam apud bonos uiros, & maxime si foret cum tyranno illius loci.

74 Accedat præmissis, quod locus non tutus is etiam dicitur, ad quem non potest quis propter aeris intemperiem sine periculo salutis accedere, & hoc modo perhibetur, Gregorium duodecimum se excusasse, quare non uenerit ad Concilium Pisanum timens insalubritatem cæli illius regionis, ut retulit Socin. in d. c. ueniens, nu. 171. vers. & per prædicta, extra de accus.

Quæ quidem conclusio probatur in c. ad supplicationem, extra de renuntiat. ubi habetur, quod potest quis cedere beneficio, quando secure non potest in loco morari, & si ad illum haberet accessum, mortis sibi periculum immineret, vel propter inimicitias, uel propter aeris intemperiem, ut ibi glossa subiungit, facit quod alia glossa notauit in clem. 1. §. cæterum prioratus, in uerbo, causa rationabili, de statu monach. ubi habetur, quod non solum causa studiorum excusat studentem a residentia, sed etiam infirmitas, capitalis inimicitia, & aeris intemperies, uel alia similis causa, quod quidem eximie probatur in c. quorundam, distin. 74. ubi dicitur, quod præbyter, qui ex nimia tristitia, & ex loci qualitate uehementer affligitur, debet de uno loco ad alium transferri, & in terminis quod exceptio loci non tuti habeat locum, ubi est malus, & corruptus aer, tenuit expresse Bartol. in d. l. recusare, §. si quis, in fine. ff. ad Trebell. & gloss. in c. communis filius, distin. 23. & Socin. in d. c. ueniens, nu. 171. vers. & per prædicta, extra de accus. & in d. art. 18. q. 5. colum. 3. de citat. & Iason in d. l. secunda, §. quod diximus, nume. 12. vers. adde etiam, ff. si quis caut. & Fely. in d. cap. accedens, il 2. nume. 11. vers. sexta conclusio, extra ut lite non contesta. & Alex. in d. l. recusare, §. si quis alio, sub nume. 16. vers. & ea, quæ dicta sunt, col. 3. ff. ad Trebell.

76 Porro hanc conclusionem quidam intelligunt esse ueram, quando tam grauis esset aeris pestilentia, ut indicto iustitio forum clauderetur: at secus, ubi in loco tempore pestis ius redderetur, tunc enim exceptio loci non tuti minimè excusaret citatum, ut tradit Anton. de Butr. in d. c. cum dilecti, colum. fin. vers. nota hoc dictum, extra de dolo, & contumac. ubi subdit, quod si pestis esset Romæ, in qua non obstante peste iura redduntur, non excusaretur quis a prosequenda appellatione, nisi aliter ferre indicerentur, cuius opinionem sequitur Alexand. in dicta lege secunda, §. si quis in iudicio, in primo notabili. ff. si quis caut. & ibi Iason, in dicto §. quod diximus, in fine.

77 In qua materia alij tamen dixerunt, quod si aeris corruptio sit uehemens, & complexio citati sit talis ut uerisimiliter ex accessu dubitaretur de morte, non tenetur comparere ad locum, ubi de morte timetur, nam stare in loco et pestis est Deum tentare, & homo, quantum in se est, debet laborare, ut mortem effugiat, & demum committere se Dei misericordiae: at si non est aer ita corruptus, seu complexio citati non est talis, pro-

Curia, quo in literis appellationis dicitur. Quia talis iudex diligenter, & humiliter requisitus locum tutum assignare denegauit, id eo ad nostram audientiam appellauit, &c. cuius opinionem dicit Ioan. Andr. esse veram de æquitate, alteram vero Innocentij esse veram de iure in dicto capit. ex parte, il. 1. sub num. 2. columna 2. extra de appell. & Abb. ibi sub num. 6. vers. sed in principali quaestione, col. pen.

Sed distinguendo eo modo, quo dictum est, omnis difficultas cessabit: quoniam aut periculum est tale, quod eo non obstante potest uel per se, uel per alium proponere exceptionem loci non tuti coram Iudice primo, & tunc habet locum opinio Hostiensis; aut periculum est tale, ut nullus audeat ad dictum locum etiam modica mora accedere, & tunc opinio Innocentij obtinebit, quoniam propter iustum metum non solum citatus a probanda, sed etiam a proponenda exceptione excusabitur, ut concludit Abb. in dicto capit. ex parte, il. 1. columna fin. versic. aut non potest secure, extra de appellat. & ibi Ioan. de Imola, columna 1. in fi. & Boich. col. fi. nu. 7. & Ripa de priuilegijs iudiciorum causa pestis, num. 33. versic. octauo dubitatur, de peste.

96 In libello autem appellatorio non sunt a causa exprimentæ, quare locus appellanti non sit securus, sed tantum sufficit dicere, appello, quia locus, quem mihi assignastis, non est mihi tutus, ut scripsit Innocent. in cap. fin. colum. fi. extra de noui oper. nunciat. & sequitur Alber. in l. sciendum, §. accusatio, in fine, ff. de legat. & Henrich. Boich in d. ca. ex parte, il. 1. in principio, & Alex. in l. recusare, §. si quis alio, num. 10. ver. uide etiam Innocentium, col. 4. ff. ad Trebel. & Imola in d. c. ex parte, col. 1. in fi. extra de appell.

97 Similiter adhuc sciendum est, quod ubi quis coram Iudice proposuit a exceptionem loci non tuti, non licet ei appellare ante, quam Iudex reiiciat illam, ut tradit Imola in d. c. ex parte, il. 1. col. fina. ver. fateor tamē extra de appell. & Alex. in d. l. recusare, §. si quis alio, num. 9. vers. hoc bene fatendum est, col. 4. ff. ad Trebel.

98 Qui Iudex si pronunciauerit locum esse tutum, & infra decem dies non appellabitur, sententia trā sibi in iudicatum, nec a amplius exceptio admitteatur, ut ait Decius in c. ex parte, il. 1. nu. 8. vers. tertio communis, extra de appell.

99 Ille vero timor propter quem non audet citatus, ad locum citantis accedere, probabitur a iuramento ipsius citati, secundum opinionem quorūdam, quæ fundatur in c. statutum, §. cum vero, de rescript. in 6. ubi habetur, quod impetrans causam committi extra diecesim, quia perhorrescit sui aduersarij potentiam, debet de isto timore facere fidem Iudici saltem per iuramentum, pro qua re facit, quod metus est passio, quæ in mente timentis consistit, ob id sufficere debet iuramentum, quoniam ea, quæ in animo consistunt, non possunt aliter probari, c. si uero, extra de senten. excom. & De

cuius in conf. 56. nu. 9. & dixi in c. 39. nu. 9. versic. hoc enim generale, lib. 1.

Per quas rationes in hanc partem inclinauerunt Domini de Rota in deci. 3. alias 42. si impetretur, de rescript. in nouis, ubi dicitur, quod si commissio impetretur de speciali mandato, in qua narrauerit impetrans se non sperare posse consequi in partibus iustitiæ complementum, sufficet hoc probare per solum iuramentum impetrantis, quod idem confirmatur in decisione 23. alias 494. nota si impetretur, de probat. in antiq.

100 Cuius quidem iuramenti in hoc casu a tanta virtus est, ut non admittatur probatio in contrarium, ut iisdem Domini censuerunt in decisi. 61. alias 79. nota, quod ubi quis, de rescript. in antiq. ubi traditur, quod adeo creditur iuramento dicentis se perhorrescere, uel timere potentiam ad uersarij, ut pars aduersa allegans commissionem surreptitiam, non audiatur, si uelit probare contrarium, & ad præstandum dicti timoris iuramentum admittitur procurator, modo habeat mandatum ad iurandum in animam constituentis in casibus licitis ac honestis, ut ait Cassador. in decisi. 1. de iur. reuran.

Verum aduersus hanc sententiam, ut scilicet non sufficiat iurare, sed opus sit alio modo probare, locum non esse tutum, multa adducuntur, & in primis valde stringit textus in dicto c. uenerabilibus, §. & hoc ipsum, de sentent. excom. in 6. ubi aperte patet, quod allegans locum a tutum, debet probare, ergo non debet iurare, quia iuramentum non est probatio, sed probationis releuatio, ut notat Bal. in l. actor, nu. 5. C. de probat. & Socin. in cap. super his, nu. 96. vers. tertio fallit, col. 22. extra de accus. & late Iason in l. 3. §. iurare, nu. 7. in 4. notab. & in l. eum qui, nu. 3. in secundo notab. ff. de iureiur.

102 Secundo dicitur quod quando lex a mandat aliquid probari, intelligitur de uera probatione, quæ fit per testes, & per instrumenta, c. forus, §. causa, extra de uerb. signi. Ergo iussus probare, non potest iurare, quia iuramentum non est uera probatio, ut omissis alijs concludit Fely. in rub. extra de probat. nu. 7. vers. ulterius ex prædictis, col. fi.

103 Et quamuis ibi Decius, nu. 114. affirmet a iuramentum debere dici ueram, & liquidissimam probationem in casibus, in quibus a iure pro plena probatione habetur, & allegat textum in d. c. statutum, §. cum uero, de rescript. in 6. & Rom. in l. 2. §. quod diximus, in fine, ff. si quis caut. & Ioann. de Imola in l. quæ situm, numero decimo quarto, col. pen. ff. de re iud.

Attamen respondetur, illum textum ualde a casu nostro differre, prout infra declarabo.

104 Tertio adducitur, quod metus loci non tuti licet in animo consistat, tamen a nascitur ex causa extrinseca inimicitarum: sed inimicitia debent aperte probari, ut dixi, ergo nisi constet prius de causa, non potest causa cum iuramento probari.

105 Quarto in terminis efficacissime dicitur, quod iuramentum etiam in subsidium a non competit, quando

quando præsumptio iuris est in contrarium, ut tradit glos. in l. non est uerisimile, in uerbo, præsumptioni, ff. quod met. causa.

106 Sed timor uolentia non præsumitur in illo, qui degit a in ciuitate, quæ legibus, & magistratibus gubernatur, ut dicitur in dicto textu, ergo qui metum allegat, debet illum per apertissimas probationes demonstrare, & non per iuramentum, ut adnotauerunt glos. Bartol. Bald. Angel. Albericus, & Fulgosius in dicta l. fin. ff. quod metus causa.

Pro qua re facit, quod uoluit Iason in l. admo uendi, in secunda lectura, numero 239. versiculo, octauo principaliter, columna 100. ff. de iureiur. ubi per illam glos. dixit, quod iuramentum necessarium non defertur ad faciendam probationem, quando lex requirit apertissimas probationes.

107 Quinto pro hac parte stetit uidetur Ioann. Andr. in dicto capitulo, ex parte, il. primo, sub numero secundo, versiculo, sed multum facit, colum. secunda, extra de appellat. ubi dicit, quod Iudex a asserenti sibi locum non esse tutum, non debet credere, nisi ille hoc probet, quod idem confirmat ibi Abb. col. fi.

Et si diceres, Ioannem Andr. posse intelligi de probatione iuramentali, hoc esset somnare, quoniam & ipse, & alij intelligunt de reali, & uera probatione, ut ex lectione ipsorum cognosci potest, & idem confirmat ibi Præposit. numero undecimo, versiculo, secundo casu, columna fina. ubi ait, quod quando necessarium est excipere, est etiam necessarium probare, quia Iudex non tenetur credere parti, locum non esse tutum.

108 Sexto si talis probatio per iuramentum indistinctè admitteretur, essent a superflua leges, quæ dicunt, uani timoris nullam esse habendam rationem, l. uani timoris, ff. de regulis iuris, & l. si quis ab alio, ff. de re iud. nam quilibet inaniter, ac temerarie timens, iurando se timere, eluderet dispositionem legis, quod nequaquam est ferendum. Imo dixit Stafilaus, quod hodie in causis profanis secundum aliquos praticos non fit consideratio ad iuramentum perhorrescentia in dicto capitulo expressum, & hoc propter periculum animarum, cum multi sint faciles ad iurandum, & faciliores ad deierandum, subiungens propterea, quod si appellans obtineat committi causam in partibus, non auditur appellatus si petat causam a partibus aduocari, & committi in Rota, non obstante, quod dicat se paratum iurare, quod non sperat posse consequi iustitiæ complementum in partibus, ut hoc adnotauit de literis iustitiæ in fine, folio 105. in edit. Veneta, de anno 1539.

Ultimò in terminis hanc sententiam sequutus est Anchar. in dicto capitulo, statutum, §. cum uero, numero 4. versic. circa hoc querit, columna 3. de rescript. in 6.

Nec obstant allegata in contrarium, & in primis textus qui contraria sententia præcipuum est fundamentum in d. §. cum uero.

Quia respondetur, illum textum procedere in terminis suis, id est quoad obtinendam gratiam, ut causa committatur extra diecesim: tunc enim ad mouendam signaturam, simplex iuramentum sufficit, at secus, quo ad iustificationem rescripti impetrati, quia tunc oportet causam timoris aliter probare, quam simplici iuramento, alioqui facillimum unicuique foret sub prætextu uani timoris, declinare Iudices ordinarios, & abducere reum procul a laribus suis, quod non est ferendum in ea patria, quæ bene regitur, d. l. fin. ff. quod metus cau.

Vel alio modo respondetur illum textum debere intelligi, quando præsumptiones, & indicia timoris præcesserunt, ueluti quia constat de inimicitia: tunc enim super metu perhorrescentia conceditur iuramentum, & ita utroque modo respondet Anchar. in dicto capitulo, statutum, §. cum uero, nu. 4. col. 3.

109 Alioqui ualde foret absurdum, ut cum non constaret neque de inimicitia, neque de potentia aduersarij, ex abrupto tam super illis, quam super metu illius daretur iuramentum, nec ad tantam iniquitatem se extendit ille textus si recte intelligatur, nam ibi dicitur, quod si quis merito sui aduersarij potentiam timeat, debet de suo timore fidem facere per iuramentum, ergo ille textus dat iuramentum super timore, & a non super potentia aduersarij, præsupponendo, quod de illa constet, immo si illa non constaret, ille talis reiiceretur, ut ibi tradit glos. in uerbo, merito, quæ subiungit, quod si quis timeret uel dubitaret, ubi non est dubitandum, non excusaretur, quia uani timoris nulla est æstimatio, & sic uides, quod ille textus probat nostram intentionem, quare uera sine multo absurdo non potest aliter interpretari.

Similiter non obstat, quod ea, quæ consistunt in animo, debent iuramento probari: respondetur enim hoc esse a uerum de his, quæ solo animo intrinsecus uersantur, at secus de illis, quæ a causa, uel a facto extrinseco producuntur, quia tunc oportet, ut prius constet de causa, uel de facto apto ad faciendum timorem. quod si postea dubitabitur, an propter illam causam quis timeat, an non, tunc de timore stabitur ipsius iuramento secundum ea, quæ dixi in capitulo 50. testibus affirmantibus, numero 28. versic. quo circa possemus, lib. 1.

111 Si quis tamen priorem sententiam, quæ uera non est, maluerit indistinctè sequi, aduertat, quod aduersus illud iuramentum contraria a probatio admittitur, quicquid dixerit Rota superius allegata, contra quam scripsit Fel. in dicto ca. accedens, il secundo, numero decimotertio, versiculo, octaua conclusio, columna antepen. extra, ut litæ non contestata, ubi ait, quod contra rescriptum fun-

datum super horrescentia, potest opponi non per horrescentia, maxime quia probatio iuramenti est leuis, & extraordinaria, & licet excipiēs alleget negatiuam, & dicat contra id, quod pendet ex animo, tamen per indicia, & facta exteriora potest probare falsitatem allegatę perhorrescentię, puta si reus probat actorem esse per omnia in partibus, vel in ciuitate propria potentiorem: tunc enim timor esset vanus, & reiiciendus, & idem ante ipsum notat Ioan. Andr. in d.c. statutum, sub nu. 5. vers. dubitare uidi, col. 3. de rescript. in 6. & plenissime apud Specul. in §. fin. in additio. pen. de off. omni. iud. & Anton. de Butr. in d. cap. statutum. §. cum vero, numero sexto, in septimo notab. de rescrip. in sexto.

Alij distinguūt, quod aut iuramentum actori datum fuit präesente reo, & tacente, & tunc probatio non admittitur in contrarium: aut reo präesente, & contradicente, & tunc potest contrarium probari, vt tradit Gemin. in d.c. statutum. §. cum vero, nume. 8. vers. sed an contra. colum. 4. de rescrip. in sexto.

ADDITIONES.

a Hostiensis. Quem sequitur Ioan. Andr. in d.c. ex parte, il 1. in princ. de appellat. & ibi Imola, numero quinto, col. 1. & Henrich. Böich, in fine, & Beroius in conf. 18. nu. 27. vol. 3.

b Locorum. Quid si debitor promiserit soluere in certo loco, ad quem postea non possit accedere creditor, an debitor poterit in alio loco conueniri? vide Rom. in sing. 71. Senensis, sequitur Decius in c. ex parte, nu. 5. extra de appel. & Fely. in c. accedens, il 2. sub nu. 3. in prima conclusione, extra vt lite non contest.

c Deportatis. Tales enim nequeunt constituere procuratorem, ut refert Specul. in §. ratione quoque, nu. 1. de procur. tu adde, quod banniti, qui bona retinent perdunt domicilium in ciuitate, a qua exulant, in his, quę recipiunt eorū fauorem, secus in respicientibus odiū bannitorum, ut ait Alex. in addit. ad Bar. in l. eius, quę §. Celsus, ff. ad municip.

Hinc est, quod bannitus non potest agere, quia respicit ipsius commodum, sed bene poterit conueniri in ciuitate bannientiū, quoniam istud respicit odium, ut de primo notat Bar. in q. 1. nu. 24. uers. sed si aliquis promitteret, col. 6. & Bald. in auth. habita, nu. 23. uers. quidam sunt. C. ne filius pro patre, & de secundo tradit idem Bar. in l. adulter, ff. ad l. iul. de adulter. & in l. tu telas. §. item cum ciuitas. ff. de cap. dimin. similiter hinc est, quod bannitus uenebitur subire onera personalia per procuratorem, vel substitutum, ut consuluit Rom. in conf. 73. num. 3. Item contra bannitum currit präscriptio, ut ait Beroius in glos. 19. nu. 28. de statut. vr bis präscript.

d Personaliter. Citare personaliter non potest Iudex, neque ordinarius, neque delegatus, Princeps aut bene potest, vt ait Alex. in l. secunda §. si quis in iudicio, numero quinto, ff. si quis caut. & Imola in l. quę situm, numero 9. uers. sed aduerte. ff. de re iud. & infra vide in cap. 48.

e Iniusta. In dubio tamen carceratio präsumitur iusta, vt ait Roman. in l. 2. §. quod diximus, sub nu. 5. uers. si

tamen dubitatur, colum. 3. ff. si quis caut. & dicitur in capit. sequen.

f Sciisset. Idem si esset causa parata, & reus hoc sciisset, ut notat Iason in l. secunda. §. si quis in iudicio, numero 11. uersiculo, limita tertio. ff. si quis caut. & ibi Alex. nu. 4.

g Grauitatem. In causa enim ardua tenetur quis mittere procuratorem, quando impedimentum est perpetuum, vel longissimum, ut ait Butr. in ca. cum dilecti. sub nu. 16. uersiculo, si non aratur, extra de dolo, & contumacia.

h Absentia. Quando absentes restituantur vel ad totam causam, vel ad appellandum, & de multiplici absentia tradit Barto. in l. fin. nume. 4. ff. de integrum restit. & uide omnino Fely. in c. cum Bertold. nu. 19. extra de re iud.

i Actoris. Fallit in actore impedito ex causa necessaria & iniusta, ut ait Abb. in c. querelam, sub nume. 7. extra de procur.

l Plinium. In cap. 10. lib. 7.

m Causam. Contrarium tenuit Alex. in l. recusare. §. si quis alio, nu. 9. col. 4. ff. ad Trebel. & uide, quę infra addidi in uerbo sequitur.

n Excusator. Prudenter tamen faceret, si mitteret etiam in hoc calu excusatorem, ut inquit Innocent. in c. präterea, sub nu. 3. uers. si autem non exprimeret, col. pen. extra de dilat. nec quicquam ualet distinctio Menochij inter locum non tutum generaliter, & locū non tutum particulariter, quam posuit in conf. 100. nu. 202. uol. 1. quia est contraria communi sententię, qua dicitur, ideo non esse mittendum excusatorem, uel quia in ardua causa non tenetur quis mittere eum, uel quia acta notorię sunt nulla.

o Allegare. Dicitur etiam, quod aut notorium respicit principium iurisdictionis, id est citationem, & tunc non est opus illud allegare, aut respicit aliū actum, & tunc licet non sit probandum, est tamē allegandum, ut ait Beroius in conf. 18. nu. 25. uol. 3.

p Sequitur. Contrarium tenuit idem Alb. sibi contrarius in l. apertissimi, nu. 3. C. de iud. & Barto. in l. recusare. §. si quis alio, nu. 3. in fine. ff. ad Trebell. sed cum Innocentio stetit ibi Alex. nu. 10. col. 4. Tudic, utranque opinionem esse bonam, nam opinio Innocentij sustinebitur, modo in processu postea causę specificentur, ut dictum est in c. 68. Reo excipienti, nu. 14. uers. sed alij dicunt, cum seq. lib. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Onus probandi incumbit ei, qui impedimentum allegat.
- 2 Onus probandi incumbit ei, qui casum fortuitum allegat.
- 3 Impeditus debet probare se omnia fecisse, vt impedimentum leuaret.
- 4 Impeditus non dicitur, qui poterit remouere impedimentum.
- 5 Producent testes, & eos faciens citari, non restituitur ei terminus, si testes non ueniant, nisi tempore debito petierit ipsos multari.
- 6 Electoribus si fuerit mandatum, ut sine licentia superioris non eligant, tempus eligendi ipsis curret, si non procurauerint licentiam habere.
- 7 Impeditus ex factio tertij non excusatur, si non adit superiores pro remouendo impedimento.
- 8 Präsumptio non currit propter impedimentum iuris.
- 9 Petens reductionem ad arbitrium boni uiri, post terminum statutum,

- statuū, non auditur, licet affirmet se fuisse impeditum eam petere propter iuramentum de non petendo.
- 10 Paria sunt, quem non fuisse impeditum, uel potuisse impedimentum tollere.
- 11 Citatus si non potuit comparere propter vim fluminis, excusatur, si fecit omnem conatum pro transendo.
- 12 Impedito prosequi appellationem datur biennium.
- 13 Appellans debet apostolos intra triginta dies petere.
- 14 Apostoli si non fuerint präsentati debito tempore propter mortem nuntij debebit appellans probare, quod nuntius in termino comparuisset, nisi fuisset morte impeditus.
- 15 Appellantes cauti faciunt protestationes coram testibus, de initio professionis suę.
- 16 Restitutio datur contra präscriptionem decursam propter ferias repentinas insolitas.
- 17 Clericus infirmus debet habere quotidianas ecclesie distributiones.
- 18 Clericus infirmus debet probare infirmitatem esse impedimento quominus possit diuinis officijs interesse.
- 19 Präscriptio in actione hypothecaria contra tertium possessorē, an incipiat currere a tempore excussionis principalis, an ante.
- 20 Präscriptio non currit impedito agere.
- 21 Impedimentum non suspendit suspicionem, quando potuit ab impedito remoueri.
- 22 Impediti diligentia in remouendo impedimento non est probanda, quando notorię constat, quod illa fuisset superflua.
- 23 Impeditus, an debeat protestari de impedimento.
- 24 Impedimentum, & casus fortuiti sunt plene probandi.
- 25 Impedimentum iuramento impediti probatur.
- 26 Impedimentum debet probari testibus, quando testes haberi possunt, alias iuramentum sufficit.
- 27 Impedimentum probatur coniecturis, ac inditijs.
- 28 Probatio facta per uerisimiles coniecturas equipollet probationi concludenti in re difficilis probationis.
- 29 Feneratori dicenti se perdidisse librum in mari, sufficit si probauerit, quod nauis naufragium passia est, licet non probet, quod ibi librum habebat.
- 30 Feneratori, uel notario dicenti familiarem suum fugisse cum libris, uel se perdidisse illos in tumultu populi, sufficit probare fugam familiaris, uel quod in tumultu fuerit prädatas.
- 31 Violentia latronum probatur per coniecturas.
- 32 Infirmitas probatur non solum testimonio medicorum, sed etiā per signa, & coniecturas in facie infirmi apparentes.
- 33 Impedimentum probatur per iuramentum una cum quali quali probatione.
- 34 Impedimentum, an testibus, an iuramento sit probandum, relinquatur arbitrio Iudicis.
- 35 Impedimentum iuramento probatur, quando quis erat obligatus aliquid facere ex contractu, & fuerit impeditus.
- 36 Impedimentum debet testibus plene probari, quando quis erat obligatus aliquid facere ex contractu, & fuerit impeditus.
- 37 Casus, uel impedimentum tendens ad excusationem obligationis nunquam probatur per iuramentum.
- 38 Amissio rei probatur per iuramentum, quando quis erat obligatus rem exhibere officio iudicis, alias secus.
- 39 Arbitrio Iudicis statuitur, an impedimentum debeat testibus, & iuramento probari.
- 40 Iuramento statuitur, quando Iudex ita arbitrat.
- 41 Iudex non potest arbitrari, vt impedimentum iuramento probetur, quando potest testibus probari.
- 42 Iuramentum est probatio subsidiaria, ad quam non recurritur nisi in defectum alterius probationis.
- 43 Impedimentum est testibus probandum, & non cum iuramento quando quis ex impedimento uult consequi actionem contra impediens.
- 44 Dicenti se non fuisse institutum heredem ex factio Sempronij, qui impeditur, ne defunctus faceret testamentum, incumbit onus probandi per testes tale impedimentum.

- 45 Casus fortuitus debet plene probari, quando est causa actionis.
- 46 Impedimentum est per testes probandum, quando quis erat obligatus ex contractu, uel iure actionis, secus si fuisset obligatus ex officio Iudicis.
- 47 Impedimentum ex parte rei ad consequendam exceptionem, an testibus, an iuramento si probandum.
- 48 Impedimentum ad excusandum a pœna, an testibus, an iuramento sit probandum.
- 49 Impedimentum, uel casus fortuitus probandus est testibus, quādo präsumptio est contra impedimentum.
- 50 Amissio rei, quam quis prius penes se habebat, probanda est per testes.
- 51 Rem semel habens, präsumitur adhuc eam penes se habere.
- 52 Impedimentum est testibus probandum, quando agitur de magno präiudicio.
- 53 Impedimentum, an possit iuramento probari, quando lex, uel statutum requirit euidentissimas probationes.
- 54 Arbitrium Iudicis circa probationem impedimenti non habet locum nisi in casibus a iure non expressis.
- 55 Impedimentum non potest iuramento probari nisi semel.
- 56 Impedimentum iuramento probatur pro obtinenda secunda dilatione, secus pro obtinenda tertia.
- 57 Iuramentum non est deferendum pro uiro.
- 58 Iuramentum est a parte petendum, & a Iudice deferendum, alioquin si quis iuraret Iudice non deferente, non esset probatum per iuramentum.
- 59 Impedimentum debet esse iustum, ac necessarium.
- 60 Non est succurrendum ei, qui se arctauit.
- 61 Impedimentum affectatum non producit impedito.
- 62 Impedimentum, an sit iustum, uel iniustum, arbitrio Iudicis relinquatur.
- 63 Arbitrio Iudicis relinquatur declarare, an quis se respectui periculi arctauerit.
- 64 Impedimenta iusta, quę dicantur.
- 65 Carceratus iniuste habet actionem contra Iudicem incarcerationem.
- 66 Paupertas, & ferig, sunt iusta impedimenta.
- 67 Vocatus a maiori Iudice excusatur si non compareret coram minore.
- 68 Absentia aduocati est iustum impedimentum.
- 69 Impedimentum superueniens non excusat in obligationibus dandi.
- 70 Impedimentum proueniens ex factio priuati, contra quem potest haberi regressus, non excusat impeditum.
- 71 Reus impeditus ex factio tertij, si conueniatur ab actore ad pœnam, liberabitur, si cesserit illi actionem, quam habet aduersus impediens.
- 72 Impedimento exceptionem opponens, debet exprimere in specie qualitatem impedimenti.

ARGUMENTVM.

Alleganti impedimentum, uel casum fortuitum, an, & quando incumbat onus probandi.

C A P. XLVII.

HVCVSQVE dictum est de impedito comparere coram Iudice propter locum notutum: uerum quia multi sunt casus, & multa sunt alia impedimenta, quę non solum a contumacia, sed etiam excusant ab actu, quę quis facere

facere debebat, ob id æquum visum est in hoc loco generaliter de impedimentis nonnulla tractare, quæ ad propositum nostræ materiæ faciunt. In primis itaque dicetur, cui incumbat onus probandi impedimentum, Deinde exponam, quibus modis impedimentum probetur.

Circa primum, hæc erit vniuersalis regula, quæ onus probandi incumbit ei, qui impedimentum allegat, vt eximiè probatur in l. in exceptionibus. §. cum quis. ff. de prob. & in l. qui commeatus. ff. de re milit. & in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. & in l. 2. C. quib. ex caus. maior. & in l. 2. §. vtrum. ff. de legat. & Innocent. in c. ex transmissa, sub num. 1. vers. necesse tamen est, colum. 1. extra de prescript. & Salycet. in d.l. in exceptionibus. §. cum quis, in prin. ff. de prob. & ibi Florian. in prin. & Iacob. de Arena in l. scire oportet. §. consequens, vers. & nota quod ex hac litera. ff. excus. tutor. & Alber. in d.l. qui commeatus. ff. de re milit. & in d.l. scire oportet. §. sufficit, sub num. 2. vers. & nota quod ex hac litera. ff. de excus. tutor. & Bar. in d.l. qui commeatus. ff. de re milit. & Bald. in d.l. 2. in fine, C. quib. ex caus. maior. & Felyn. in c. si pro debilitate, nume. 5. vers. quæritur vtrum, extra de off. iud. & Abb. in cap. plerumque, num. 6. vers. dic tamen, extra de rescrip. & Franc. in c. cupientes. §. quod si per viginti, in prin. de elect. in 6. & Bartol. in l. 2. §. quod diximus, in fine, ff. si quis caut. & ibi Bald. in §. si quis tamen, num. 3. vers. primo casu de bet, colum. 2. & ibi Castrenf. num. 3. & Ange. in d. §. quod diximus, num. 3. vers. vltimo est videndū, colum. 1. & ibi Roman. num. 5. vers. Iudex hic, col. 2. & Iason in prin. & Iacobin. num. 6. colum. 2. & Decius in conf. 454. iudicas, num. 6. ver. & ad hoc adduco, col. 2. & in c. ex ratione, num. 61. vers. tertio, & vltimo, extra de appell.

Et hoc quidem non solum procedit in impedimento, sed per eandem rationem habet quoque locum in casu contingenti, qui similiter probandus est ab eo, qui casum allegat. l. si quis. §. fin. ff. de eden. & glos. in l. prætor, in verbo, cognouerit. C. de appell. & Alber. in d.l. qui commeatus. ff. de re milit. & Iacobin. in d.l. 2. §. quod diximus, num. 8. vers. aduertite, colum. 2. ff. si quis caut. & Angel. in d.l. si quis. §. prætor, num. 6. in glossa magna, ff. de eden. & ibi Bal. num. 3. in quarto notab. & rursus eleganter Angel. in l. si creditor, num. 3. C. de pignor. act. & egregiè Salycet. in l. fin. num. 6. vers. ex prædictis, col. 3. C. de fide instrum. & in l. prætor, in prin. vers. item nota. C. de appell. & infra dicetur in secunda limitatione.

Nec sufficit probare simpliciter impedimentū, vel casum fortuitum, si superuenisse, nisi impeditus probauerit se pro actu faciendū debitam adhibuisse diligentiam, & nihilominus actum non potuisse expedire, vt constat in l. qui commeatus. ff. de re milita. vbi habetur, quod militi, qui commeatus spatium excessit, non satis est probare se nauigatione, vel infirmitate fuisse impeditum, sed etiam necesse est probare, se iter tam tempestiue

incoepisse, vt potuisset rediisse intra tempus statutum nisi impedimentum superuenisset, per quem textum notat ibi Bartolus, quod quando tu allegas impedimentum debes probare, te tantum fecisse, vt perfecisses illud, quod facere debebas, nisi superuenisset impedimentum, & idem confirmauit in l. præses, num. 2. ver. & aduertit. C. de appell. & in auth. item si appellatione, nu. 2. C. de temp. appell. & in l. 2. §. quod diximus, num. 2. ff. si quis caut. & ibi Angel. sub num. 3. vers. attende tamen, colum. fin. & Alex. num. 6. vers. dicit etiam, col. 2. & Roman. num. 5. vers. quomodo id intelligendū, colum. 2. & Salycet. in d.l. præses, sub num. 2. vers. sed est necesse, colum. 1. C. de appell. & Iason in l. properandum. §. si autem vterque, sub nume. 4. vers. quinto adde. C. de iud. & Abbas in c. ex transmissa, num. 5. vers. secundus est, colum. 2. extra de prescript. & in c. plerumque, nume. 6. vers. dictamen, colum. 1. extra de rescrip. & Anton. de Butr. in cap. cum non liceat, sub num. 6. vers. in quantum dicit necesse, colum. pen. extra de prescript. & Felyn. in ca. ex transmissa, in prin. extra eo. & Franc. in d. cap. cupientes. §. quod per viginti, in prin. de elect. in 6. & Iacobin. de S. Georg. in d.l. 2. §. quod diximus, nume. 8. vers. aduertite etiam, colum. 2. vbi dicit hanc esse communē opinionem, & Ruin. in conf. 49. inspectis, nume. 5. vers. accidit, col. fin. uolum. 2. & Paris. in d. cap. ex transmissa, num. 11. vers. aduertendum autem, colum. 3. extra de prescrip. & Boer. in decis. 20. & dico, num. 4. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & Vant. de nul lit. processus, ex defectu iurisd. ordin. sub nu. 166. vers. & erit aduertendum, & Crau. in conf. 151. neminem, num. 22. vers. quarto, & in conf. 179. in causa, num. 9. vers. quinto respondeo, colum. 3. & Gail. in obser. 143. restitutio, num. 2. vers. nec sufficit, lib. 1. pract. obseru.

A qua sententia licet dissenserit Fulgos. in d. §. quod diximus, num. 2. vers. ego autem puto, col. 1. & ibi Castrenf. in §. si quis tamen, num. 3. vers. notat etiam hic Bartolus, col. 1.

Attamen ab ea nequaquam est recedendum, quia communiter est approbata, pro qua facit illud, quod notauit Bald. in l. sed si per prætorem. §. 1. ff. quib. ex caus. maior. vbi ait, eum non dici impeditum, qui facile potuit remouere impedimentum, & si non constiterit de ipsius diligentia, non dicitur legitimè impeditus, vt scripsit Bartol. in l. quibus diebus, num. 3. ff. de condit. & demonstra. vbi tradit, quod ei, qui allegat impedimentū potest opponi, quod potuit reclamare, & non fecit, per quem textum dixit ibi Baldus, quod si impeditus non agit ad submouendum impedimentum videtur illud pati volens, subiungitq; quod si quis producit testes infra terminum, & facit eos citari, non propterea debet restaurari sibi terminus, si testes non ueniant, nisi tempore debito petierit ipsos mulctari, & grauari faciendū quicquid potuerit, pro eorum contumacia propulsanda, quam doctrinam ante ipsum notauit Butrig. in l. 1. col.

1. col. 2. vers. modo pone, C. de dilat. vbi inquit, quod non debet quis restitui ad examinandum illos testes, quos non fecit citari, & pignoriari, ubi non venerunt ad testificandum, facit etiam textus in c. fin. extra de elect. vbi dicitur, quod si mandatum fuerit eis, qui debent infra certum tempus eligere, vt sine licentia superioris non eligant, tempus eligendi ipsis curret, si debito tempore non procurauerunt eligendi habere licentiam, in qua petenda debent esse diligentes, & facere quicquid possunt, ut eam obtineant, quod idem quoque affirmavit Roman. in conf. 352. quæritur, num. 10. vers. cæterum impedimentum, col. 3. vbi ait, quod quando quis est impeditus ex facto tertij, non excusatur, si non adit superiorem, & facit, quantum potest pro impedimento remouendo, & licet alias dici soleat, quod tempus, uel prescriptio non currit propter impedimentum iuris, etiam si tale impedimentum procefferit culpa, vel facto impediti, capit. quia diuersitate, extra de concess. præben. & notat Decius in l. 1. in 1. lect. sub nu. 27. vers. similiter dicta regula. C. qui admitti.

Hoc tamen non intelligitur procedere, vel quædo impedimentum processit ex facto impediti ad hoc ordinato, vel quando impeditus potuit remouere tale impedimentum, & fuit negligens in remouendo, vt consuluit Roman. in conf. 9. quod pars cõdemnata, vbi tradit, quod petes reduktionem ad arbitrium boni viri post terminum statutum, non auditur, licet affirmet, se fuisse impeditum eam petere, propter iuramentum de non petendo illam, tum quia huiusmodi impedimentum natū fuit ex facto impediti ad hoc ordinato, tum etiam quia potuerat in illo termino petere absolutionē a iuramento, quod cum facere neglexerit, sibi imputandum est, quam doctrinam sequitur Balbus in 1. par. sextæ par. princip. in vigesimo secundo casu, num. 22. vers. primo limita, tracta. de prescrip. vbi ait, quod quando excommunicatus, vel suspensus est negligens in petenda absolutione, vel relaxatione, sibi currit tempus, licet non potuerit agere, nec restituitur, quia paria sunt, quæ non fuisse impeditū, vel potuisse impedimentū tollere, nam qui potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur. l. qui potest, la secunda, ff. de reg. iur. & idem notat Felyn. in d. cap. ex transmissa, col. 1. vers. pro tanto dixit, extra de prescript. & Decius in d.l. 1. in 1. lect. num. 27. vers. similiter dicta regula. C. qui admitti, & in cap. cum inter, num. 48. vers. prædicta conclusio, colum. 8. extra de excep. & Paris. in conf. 44. absolutio, num. 2. volum. 1. & Socin. iun. in conf. 117. facti contingentia, nume. 6. vers. verum hoc non obstante, vol. 2.

Ex qua conclusione infertur, quod si quis fuerit citatus, nec potuerit comparere propter vim fluminis, aut tempestatem maris, aut quia pons solutus sit, aut solitum nauigium non adfuerit, non sufficet talia accidentia probare, nisi probetur citatum uenisse ad flumen tempore debito, & fecisse omnem conatum pro transcundo, sed fuisse impe-

ditum a tempestate, quæ tunc temporis in mari, vel in flumine immanebat, vt bene concludit Bar. in d.l. 2. §. quod diximus, in fine, ff. si quis caut. & ibi Iacobin. sub num. 8. vers. aduertite, col. 2. cum supra citatis, & Abb. in d. c. ex transmissa, nume. 6. vers. ex quo tene menti, colum. 2. de prescript.

Secundo infertur, quod licet impedito prosequi appellationem detur biennium, auth. ei qui appellat. C. de tempor. appell.

Attamen non sufficit probare simpliciter impedimentum, nisi probetur etiam quod impedimentum tanto tempore durauit, ut si litem appellationis fuisset prosequutus, illo tempore non potuisset finiri, secus si minori tempore fuisset impeditus, vt tradit Bartol. in auth. item si appellatione, num. 2. C. de tempor. appell. de qua re tamen omnino vide Decium in c. ex ratione, nu. 58. extra de appell. & Oldrad. in conf. 60. est tempus, vers. quid si impeditus, col. pen. & Ioan. Andr. in d. c. ex ratione, num. 20. extra de appell.

Tertio infertur, quod licet appellans debeat apostolos intra triginta dies petere, alioqui deserta censetur appellatio. l. præses. l. Iudices. C. de appell.

Tamen si nuncius, qui ferebat apostolos, desererit, & propter hoc debito tpe non potuerit presentari, excusabitur ita demum dominus propter casum contingentem in personam nuncij, si probabit, quod ille nuncius comparuisset in termino, nisi fuisset propter casum mortis impeditus, secundum Bartol. in d.l. præses, num. 2. C. de appell. & ibi Salycet. col. 1. in fine subiungit, quod cauti appellantes faciunt protestationes coram testibus de initio professionis suæ, & de his faciunt scribi instrumenta publica, vt ex his probare valeant suam professionem, si opus erit.

Quarto infertur, quod licet restitutio detur contra prescriptionem decursam propter ferias repentinas insolitas, oportet tamē, vt constet de diligentia actoris, id est quod probet se uoluisse interim agere, aliàs non purgaret negligentiam, nec posset apparere ipsum fuisse impeditum a feriis, ut tradit Butr. in cap. cum non liceat, sub nume. 6. vers. in quantum dicit, extra de prescrip. & Spec. in §. nunc breuiter, num. 8. vers. necesse est tamen, de appell.

Quinto infertur, quod licet clericus infirmus debeat habere quotidianas Ecclesiæ distributiones, ut patet in c. 1. extra de cler. ægrot.

Nō tamen sufficit probare simpliciter ipsius infirmitatem, nisi etiam probetur infirmitatem esse impedimento quominus ipse diuinis officiis interfit, vt puta quia tempore sanitatis residentiam faciebat, secus si prius non resedisset, vt refert Abb. in c. plerumque, columna fina. extra de rescrip. & Decius in c. ex ratione, num. 67. extra de appell.

Sexto, & ultimò, ne in singulis morer, infertur, non bene consuluisse Alexandrum in conf. 58. uisof. num. 10. vers. dico quod creditori, colum. fina. uol. 5. vbi ait, quod hodie creditori contra tertium possit-

19 † possessorem in actione hypothecaria non currit præscriptio, nisi à tempore excussionis, idest quo principalis debitor fuit excussus, & non repertus soluendo: moueturque ea ratione, quia creditor contra tertium possessorem non potest agere nisi excusso prius principali, ergo si non potest agere propter impedimentum iuris, excusatur, quia nõ valenti agere † non currit præscriptio. l. 1. in fine, C. de an. præscrip.

20 Respondetur enim hanc consultationem esse falsam, quia cum illud impedimentum excussionis faciendæ cum principali debitore potuisset ab ipso creditore remoueri, agendo contra ipsum, ob id non excusatur, quia impedimentum non suspēdit † præscriptionem, quando poterat ab impedito remoueri, ut iam diximus, & in specie Alexandrum reprobat Balbus in 1. parte sextæ part. nu. 25. vers. & per hæc infero, de præscript. & latius in quarta parte quartæ partis princip. in 3. quæst. nu. 6. uers. sexta conclusio, & Negufant. in secundo membro sextæ partis, nu. 3. vers. secundo queritur, tract. de pignorib. & Decius in c. cum inter, nume. 48. vers. & per ista uidetur, col. 8. extra de rescript. & Crauet. in conf. 263. agitur, sub nu. 7. vers. nec videtur curadum, col. pen. & Paris. in d. c. transmissa. nu. 29. vers. ex prædictis superius potest, col. fin. extra de præscript.

21 Et licet Crotus dixerit, prædictam Alexandri traditionem esse cordi tenendam, quia in practica obseruaretur, cum non habeat contradicentem, & non nulla ad eius confirmationem adducit in l. si is, qui pro emptore, fol. pen. col. 67. uers. ponit etiam ad hoc propositum. ff. de usucap.

Attamen ipse Crotus non vidit Alexandrum, qui sibimet ipsi contradicitor fuit in conf. 220. in fine, vol. 6.

22 Cæterum illud quod supra diximus, oportere, ut constet non solum de impedimento, sed etiam de diligentia impediti, limitatur, ut nõ procedat, quando † notoriè constaret, quod omnis diligentia fuisset inanis, ac frustratoria, ut tradit Felyn. in d. c. ex transmissa, nume. 2. vers. quæ omnia, col. 1. & numero 6. vers. limita tamen, columna 2. extra de præscript. & Afflict. in decis. 29. quidam exterus, nu. 3. vers. fuit per Dominos, & in decis. 50. iudices, nu. 5. uers. sed ubi impedimentum, col. 2. & Boer. in decis. 40. & dico, nume. 7. uers. & ad prædicta, col. 3. & Vant. de nullit. & defec. iurisd. ordin. nu. 116. uers. præmissa itaque, & Gail. in d. obser. 143. nume. 4. vers. fallit singulariter, lib. 1. Pract. obser. & Ripa de priuilegijs iudicior. ex causa pestis, nu. 26. uers. & hæc conclusio, & nu. 27. vers. septimo dubitatur, tract. de peste. Alios limitationum casus vide apud Decium in d. c. ex ratione, nu. 68. uers. pro resolutione, col. pen. extra de appell.

23 Sed an, & quando † impeditus debeat protestari de impedimento, & an huiusmodi protestatio sit utilis, an uero potius necessaria, vide Iason. in d. l. 2. §. quod diximus, nu. 7. uers. subdit successiue.

ff. si quis caut. & melius per Felyn. in d. c. ex transmissa, nume. 5. vers. dum subdit, cum seq. extra de præscrip. & ibi Paris. nu. 14. uers. ulterius aduertendum, col. 4. & Crau. in conf. 253. responsiones ad dubia, nu. 5. vers. sed super hoc, colum. 5. & Alex. in conf. 114. uisa, nume. 4. uolum. 5. & Decius in l. in omnibus causis pro facto, nume. 10. uers. tertio queritur. ff. de reg. iur. & Afflict. in decis. 50. & ibi Virfill. & latissime Ripa in 3. par. secundæ par. nu. 21. vers. sexto dubitatur, de priuileg. iudiciorum ex causa pestis.

24 Nunc secundo loco videndum est, quibus modis impedimenta probentur. in quo iuris articulo septem Doctorum opiniones inueniuntur.

Prima fuit Iacobi de Arena dicentis impedimenta † uel casus fortuitos esse plene, idest per testes, vel per instrumenta probandos, ut patet ex his, quæ ipse scripsit in l. scire. §. consequens, uersiculo, cuius fidem. ff. de excus. tutor. cuius sententiam ipse fomet non citato sequitur Alber. in d. l. qui commentatus. ff. de rem. mili. ubi tradit casus fortuitos esse probandos testibus, uel alijs modis legitimis, & idem confirmauit in d. l. scire. §. sufficit, sub nu. 2. vers. & nota quod ex hac litera. ff. de excus. tutor. & Felyn. in cap. si pro debilitate. numero 5. uers. queritur utrum, extra de offic. deleg. & Anton. de Butr. in c. 1. nu. 3. uers. sed quomodo, de dolo, & contum. in 6.

25 Secunda fuit aliorum, qui dixerunt † impedimentum iuramento impediti probari, maxime si concurrat unus testis, cum in tali casu videatur semiplena probatio sufficere, quorum opinionem retulit Ioan. Andr. in d. c. 1. sub nu. 3. uers. alij quod per iuramentum. col. 1. de dolo, & contumacia, in 6. & ibi Anch. in fine. & Anto. de Butr. col. fi. & Archi. nu. 1. col. 1. & Rom. in l. 2. §. qd diximus, col. fi. uers. secundo fuit opinio. ff. si quis caut. & Guid. Papæ in decis. 64. si altera pars, & in decis. 205. in causa appellationis, & Feder. in conf. 114. super pñcto.

26 Tertia opinio fuit Speculatoris † distinguētis, quod aut impedimentum potest probari testibus, & tunc prior opinio habet locum: aut impeditus, super impedimenta nullos habet testes, & tunc stabitur iuramento impediti inspecta qualitate causæ, & personæ honestate, pro ut hoc scripsit in d. §. nunc breuiter, nume. 6. vers. quid ergo si appellator, de appell. & idem sequitur Salycet. in l. præses, sub nu. 2. uers. quero qualiter. C. de appell. & Alber. in l. 2. §. si quis in iudicio, col. 1. in fine. ff. si quis caut. & ibi Bartol. in d. §. quod diximus, in prin. & ibi Fulgos. nume. 1. vers. sed unum tangitur, & Franc. in c. cupientes. §. quod si per uiginti, numero septimo, de elect. in sexto. quæ sententia absque dubio procedere potest, quando in casu iuramenti deferendi non agitur de magno præiudicio tertij, ut ait Iason in d. l. secunda. §. quod diximus, nu. 2. uers. pro concordia. ff. si quis caut. & ibi Angel. nu. 3.

27 Quarta fuit Baldi, qui dixit † impedimenta probari coniecturis, ac indicijs, ut ipse scripsit in conf.

conf. 453. super facto, in prin. vol. 4. & in l. scire. §. sufficit, col. fin. ff. de excus. tutor.

28 Cuius quidem sententia procedere potest in illis casibus, in quibus veritas directò non potest haberi, ut tradit Angel. in l. si quis. §. prætor, num. 6. vers. probat autem plenè. ff. de eden. ubi tradit probationem factam † per uerisimiles cōiecturas æqui pollere probationi cōcludenti in re difficilis probationis, cuius rei exemplum est, quando scenerator dicit se perdidisse librum in mari: nam si probat, quod † nauis naufragium passa est, licet non probet, quod liber ibi fuerit, ei creditur. l. non omnes. §. a Barbaris. §. de rem. mili.

29 Vel si dicit familiarem suum fugisse cum libro, vel se perdidisse cum fuit tumultus in populo, nã † probata fuga familiaris, vel probato, quod in tumultu fuerit deprædatus sufficet, prout dicit se uiddisse Perusij in pluribus Hebræis.

30 Vel si dicit se perdidisse librum furto facto de nocte, & inuentum est sibi ostium apertum, & fractum, sicut subiungit, se uiddisse Perusij in quodam fullone, qui omnes pannos retinebat in apotheca existente in platea, quæ de nocte fracta fuit, & omnia ablata, quæ supradictæ coniecturæ sufficiunt, & loco plenæ probationis habentur, ubicumque aliter veritatem scire quasi impossibile est, cū quibus pariter concordat Cyn. in l. si creditor, in fine, C. de pignor. actio. ubi ait, quod si quis uil latronum † amiserit equum, & non habeat testes hoc scientes, poterit huius uolentis casum probare per cōiecturas probando, quod intrauit nemus equitās, & quod postea fuit uisus exire sine equo, & quod per famam consueuerunt mali homines ibi esse, quem sequitur ibi Angel. colum. 2. in prin. & Alber. in fine.

31 Pro qua materia facit, quod notat Bartol. in l. quæsitum, in fine. ff. de re iud. ubi inquit, quod si quis fuerit impeditus comparere, vel quid aliud facere propter aduersam ualitudinem, poterit † infirmitatem probare non solum per testimonium medicorum, vel aliorum domesticorum sibi astantiu, sed etiam per signa, & coniecturas in ipso apparetes, ut puta quia facies eius est pallida, & extenuata quasi hominis surgentis ab infirmitate, quæ signa adhibito ipsius iuramento efficacem facient probationem, quem sequitur ibi Imola, num. 15. col. 4. & Butr. in c. querelam, sub num. 16. col. pen. in fine, de procur.

32 Quinta fuit eiusdem Baldi, qui distinguendo dixit, quod impedimentum, aut est tale, quod potest de facili probari, tunc non † sufficit simplex iuramentum, sed vna cum iuramento opus est, ut cõcurrat qualisqualis probatio, vel coniectura impedimenti: aut impedimentum est difficilis probationis, & tunc si non agatur de magno præiudicio aduersarij, stabitur simplici iuramento aliàs secus, & hanc distinctionem tradit in l. j. sub nu. 3. col. 2. C. de dilationib.

33 Sexta opinio fuit aliorum, qui dixerunt † hoc arbitrio Iudicis esse relinquendum, qui ponderata

qualitate causæ, & honestate personarum, & modo impedimenti arbitrio suo decernet, an testibus, an iuramento impedimentum sit probandum, cuius opinionis fuit Hostiensis, quam sequitur, & satis æquam appellat Archid. in cap. 1. nu. 1. vers. sed qualiter poterit, de dolo, & cõtum. in 6. & ibi ante ipsum Ioan. Menoch. sub num. 1. vers. sed qualiter constabit, col. 1. & Ioan. Andr. sub num. 3. vers. & propter hoc tractant, colum. 1. & Anton. de Butr. num. 3. vers. sed quomodo constabit, col. 2. & Gemin. num. 6. vers. sed quia citatus, col. 1. & Anchar. in fine, & Fran. num. 3. colum. 1. & in c. cupientes. §. quod si per uiginti, num. 7. vers. item nota ex glos. col. 2. de elect. in 6. & Zabarel. in conf. 87. videndum est de duobus, vers. quomodo autem proberur, col. fi. & Alex. in d. l. 2. §. quod diximus, num. 2. ff. si quis caut. ubi dicit hanc esse magis cõmuni opinionem, & leuiter Menoch. in casu 118. num. 3. lib. 2. cent. 2. de arbit. iud. & Mysinger. obser. 92. frequenter, cent. 3. & Iacobin. de Sancto Georg. in d. l. 2. §. quod diximus, num. 6. vers. extra glossam Doctores, ff. si quis caut. ubi refert hæc esse magis communem conclusionem.

34 Septima, & vltima fuit Salyceti in l. præses, sub num. 2. vers. ista opinio. C. de appell. ubi ait, quod aut quis † tenetur aliquid facere ex officio Iudicis, & tunc si fuerit impeditus, poterit impedimentum iuramento suo probare, inspecta causæ, & personæ qualitate: aut tenetur aliquid facere ex contractu, & tunc casus fortuitus, vel impedimentum debet † testibus plenè probari, quam opinionem ante ipsum sentit Bald. in l. fina. in fine, C. de fide instrum. ubi notat, quod quando casus tendit † ad excusationem obligationis nunquam probatur cum iuramento, sed quando uenit ad excusationem alterius æquitatis, tunc in probando casu iuramentum admittitur, & idem expressius tradidit Bartol. in l. si quis, §. an nec heredi, numero 2. vers. si uero probatur. ff. de eden. ubi faciendo differentiationem inter obligatum † rem exhibere officio Iudicis, & obligatum ex contractu, vel iure actionis: in primo casu dicit amissionem rei ex casu fortuito posse probari iuramento, at in secundo casu oportet, casum fortuitum manifestis probationibus probare, per textum in l. si creditor, C. de pignor. acti. & idem tenait Salycet. in l. fin. sub nu. 5. in 3. oppositione, col. 3. C. de fide instrum.

35 Quid tenendum? ego dico, omnes prædictas opiniones esse bonas, sed singulas non esse generaliter, ac indistinctè ueras. Quocirca, ut facilius huius materiae cognitio percipiatur, facienda est hæc generalis conclusio, quod ad officium Iudicis † pertinet declarare, quibus modis impedimentum, an testibus, an iuramento sit probandum, hoc enim totum est in ipsius arbitrio positum, iuxta magis communem sententiam, de qua mentionem feci in sexta opinione, pro qua facit, quod tradit Bald. in l. 1. colum. 2. uers. quicquid autem sit. C. de dilat. ubi ait standum esse iuramento quando † Iudex ita arbitratur: tunc enim defertur iuramentum

mentum, & presumitur rectè factum.

Hanc autem conclusionem limitabis pluribus modis: in primis enim dicitur, eam non habere locum, quando impedimentum, uel casus fortuitus potest testibus, uel instrumentis probari, ut dictum est in tertia opinione. tunc enim Iudex non potest arbitrari in tali casu iuramentum esse deferendum: nam cum iuramentum sit probatio subsidiaria, ut patet in cap. secundo, de probat. & in cap. statutum. §. cum uerò, in uerbo, saltem, de rescript. in 6. & notat Roman. in dicta l. secunda, §. quod diximus, num. 6. vers. unde concludo, ff. si quis caut.

42 Non potest Iudex ad illud recurrere, nisi quando alia probatio ad eruendam veritatem non inuenitur, d. c. 2. extra de probat. & textus in l. serui responso. l. ob carmen, §. fin. ff. de testib.

43 Limitabis secundo, ut Iudicis arbitrium nihil operetur, quando quis ex impedimento uult consequi actionem, puta contra impedientem: tunc enim impedimentum plene testibus probandum est, non autem cum iuramento. l. pen. §. docere, ff. ne quis eum, & ita notat Bald. in d. l. 2. §. si quis tamen, nume. 2. vers. tu dic cum queritur, ff. si quis caut. & ibi Iason in §. quod diximus, sub num. 2. vers. secundo intellige, colum. 2. & Mascard. in conclus. 882. nume. 8. vers. quinto limitanda est, lib. 2. de probat. & Castren. in d. l. si creditor, num. 5. vers. nam aut querimus. C. de pignor. act.

44 Ex quo inferitur, quod si quis praetendens hereditatem defuncti, dicat se non fuisse institutum heredem ex facto Sempronij, qui impediuit, ne defunctus faceret testamentum, debet tale impedimentum plene per testes probare, cum per illud actionem consequi uelit, ut consuluit Paris. in consil. 67. querela, num. 90. vers. requiruntur, vol. 3.

45 Quam quidem doctrinam prius adnotauit Bartolus a nemine ex praedictis allegatus in l. si quis. §. an nec heredi, num. 2. vers. & eodem modo, ff. de eden. ubi ait, quod quando casus contingens, ut puta in amissione rei, & causa actionis, is qui agit, debet probare manifestis probationibus renuuisse casu amissam, pro quo facit Bald. in l. 2. nu. 2. C. quib. ex caus. maior. ubi tradit, quod ille, qui allegat impedimentum, debet probare, quod ita est in veritate, quando scilicet impedimentum est principalis petitionis fundamentum.

46 Tertio limitabis, quando quis est obligatus ex contractu, uel iure actionis: tunc enim casus, uel impedimentum probandum est per testes, secus si fuisset obligatus officio Iudicis, iuxta septimam opinionem superius relatam, & ita notauit gloss. in l. fin. in uerbo, sacramentum. C. de fide instrument. & Ioan. de Imola in l. quaesitum, nume. 15. vers. & secundum praedicta, colum. pen. ff. de re iudi. ubi ait hoc modo intelligendas esse leges dicentes allegantem casum, siue impedimentum debere probare, quia ubi quis tenebitur ex contractu, debet plene probare, alias autem erit arbitrarium, & poterit interdum dari iuramento inspe-

cta qualitate personae, cuius opinionis ante ipsum fuit Alber. in l. si creditor, num. 1. vers. Odofredus autem hic sensit. C. de pignor. act. ubi notat, quod sacramento non est standum, sed casus rei amissae, quam quis habebat, probandus est ab eo, qui ex contractu erat obligatus, & idem refert Bartol. in d. l. si quis. §. an nec heredi, num. 2. vers. si uero tenebatur, ff. de eden. ubi tradit, quod quando quis tenetur officio Iudicis exhibere rem, quam prius penes se habebat, potest probare per iuramentum se illam casu fortuito amisisse: sed quando ex contractu, uel iure actionis tenetur illam exhibere, debet probare casum amissionis per manifestas probationes, quod idem confirmat in d. l. si creditor, num. 4. vers. quando apparet. C. de pignor. act. & Salycet. in l. fin. num. 6. vers. ex praedictis habes. C. de fide instrum. & Specul. in §. 1. num. 16. vers. sed nunquid sufficit, de pignor. & Angel. in d. l. si creditor, num. 3. C. de pigno. act. & Castren. in d. l. si quis ex argentarijs. §. praetor ait, num. 5. vers. item nota, ff. de eden.

47 Nec istud solum procedit, quando quis casum allegat ad fundandam suam actionem, ut supra uidimus in secunda limitatione, sed etiam procedit ad consequendam, ut probandam exceptionem, ut eximie retulit Salycet. in d. l. fin. num. 6. vers. ex praedictis habes, colum. 3. C. de fide instrum. ubi ait, quod quando actor allegat casum pro fundamento suae petitionis, debet ipsum probare, aliter, quam per sacramentum, sed quando reus allegat casum pro sua defensione, tunc si ex contractu, uel quasi est obligatus, tenetur probare casum aliter, quam per iuramentum, d. l. si creditor, at si est obligatus solum Iudicis officio, sufficit probare per iuramentum, & idem confirmat tam in actore, quam in reo, Castren. in d. l. si creditor, num. 5. vers. nam aut querimus, colum. fin. C. de pign. act. & ibi Alber. colum. fin. & Angel. in l. si quis. §. praetor, nume. 6. ff. de eden. & Corn. in consilio 318. pro dicto uecturali, in littera D. colum. 3. uolumine 4.

Vnde licet Iason simpliciter dixerit impedimentum iuramento probari quoad consequendam exceptionem, secus quoad consequendam actionem, ut patet in d. l. 2. §. quod diximus, sub num. 2. vers. secundo intellige, ff. si quis caut. quem distinctè sequitur Mascard. in d. conclus. 884. numero 8. uersiculo, quinto limitanda, libro 2. de probat.

Attamen respectu exceptionis illi Doctores debent intelligi cum ea distinctione, quam paulò ante retuli, alioquin ipsorum traditio esset imprudens, & temeraria.

48 Rursus praedicta intelliguntur esse uera, non solum quando agitur de probatione casus fortuiti, quoad consequendam liberationem propter casum, sed etiam procedunt, quando agitur de impedimento ad excusandum a poena illum, qui ratione impedimenti dicit se non fecisse illud, quod facere debebat, ut concludit Angel. in d. l. si creditor,

tor, num. 3. C. de pignor. act. ubi tradit, quod qui casum perditionis rei, uel alium casum fortuitum allegat, debet illum plenarie probare, quando casus fortuitus est causa liberationis allegantis casum: sed ubi casus fortuitus est excusatiuus a poena, ne incurratur, tunc si testes haberi possunt, debet testibus probari, ut dictum est in tertia opinione: at si difficilis sit probatio, potest iuramento probari, & idem tenuit Roman. in d. l. 2. §. quod diximus, num. 6. vers. unde concludo, ff. si quis caut. & Imola in d. l. quaesitum, vers. aut tractatur de dicta, ff. de re iud. quod ultimum tamen intelligendum est secundum modificationes superius adductas, & inferius adducendas.

49 Quarto limitabis, quando praesumptio est contra impeditum: tunc enim arbitrium Iudicis nihil operatur, quia tali casu impedimentum est testibus probandum. l. fin. ff. quod met. causa, & ibi gloss. & Doct. & hoc idem notat Archid. in c. 1. nu. 1. de dolo, & contum. in 6. & Ioan. de Imola in d. l. quaesitum, nu. 15. vers. sed potest responderi, col. pen. ff. de re iud.

50 Hinc est, quod quando agitur de amissione alius cuius rei, quam quis prius penes se habebat, debet perditionem probare per testes, si iure actionis eam exhibere tenebatur, ut dixi in tertia limitatione. cuius conclusionis ea est ratio, quia ex quo trem semel habuit, praesumitur adhuc eam penes se habere, ut ait Iason in l. si quis ex argentarijs. §. praetor, nume. 12. vers. circa istam doctrinam, ff. de eden. ubi subiungit, quod hoc non solum procedit in re immobili, sed etiam in re mobili, quando agitur contra obligatum actione personali habentem causam a me, & eum sequitur Cacher. in decisio. 39. Dominus, num. 10. col. fin.

51 Quinto limitabis, quando agitur de magno praedicio, nam tunc impedimentum est testibus probandum, non autem iuramento, ut inquit Bal. in l. qui accusare, sub nu. 3. vers. tunc aut tractatur, col. 2. C. de eden. ubi notat, quod impedimentum probatur per iuramentum in his, quae sunt modici praedicii: sed ubi tractatur de magno praedicio, imputet sibi, quia probare non potest, quod idem confirmat in l. 1. col. 2. vers. vel dic quod aut agitur. C. de dilat. & Fran. in d. c. cupientes. §. quod si per viginti, nu. 7. vers. item nota ex glossa, col. pen. de elec. in 6. & Castren. in d. l. 2. §. si quis tamen, sub nu. 2. vers. qualiter autem, ff. si quis caut. & ibi Iason in d. §. quod diximus, sub nu. 2. vers. si uero impedimentum, col. 2. & Decius in c. ex ratione, nu. 53. vers. quarto principaliter, extra de appell. & ibi Abb. nu. 11. vers. quarta quaestio, col. 4. & Angel. in d. §. quod diximus, col. fin. & Gail. in d. obser. 143. sub nu. 4. vers. quod intellige, lib. 1. pract. obser. & Anan. in consil. 1. num. 5.

52 Sexto limitabis, quando lex, uel statutum in probatione impedimenti exigeret euidentissimas, uel apertissimas, uel liquidas, aut indubitatas, aut plenas, uel perspicuas, aut legitimas probationes: tunc enim iuramentum non sufficeret, nec ad illud ar-

bitrium Iudicis se posset extendere, ut tradit Iason in l. admonendi, in 2. lect. num. 239. vers. octauo principaliter, col. 10. ff. de iureiur. & Soc. in reg. 252. iuramentum in probationis, de reg. iur.

Ex quo inferitur, quod quando petitur secundum fatale, id est secundus annus ad prosequendum appellationem propter impedimentum in primo anno occursum, non potest illud impedimentum iuramento probari, tum quia agitur de magno praedicio, iuxta praecedentem limitationem, tum et quia lex in tali casu requirit euidentissimas probationes, & summam diligentiam appellantis. l. si. §. illud etiam, in uerbo, euidentissimas, & in uerbo, summa ope. C. de tempor. appell. & ita notat Ioan. de Imola in d. l. quaesitum, sub nu. 17. vers. aut tractatur col. 1. ff. de re iud. & Abb. in c. ex ratione, num. 11. vers. quarta quaestio, col. 4. extra de appell. & Anan. in consil. 1. nu. 5. & Roma. in sing. 208. tu scis, & Paris. in consil. 108. pro solutione, nu. 11. uol. 4.

Quae res ad eam esse censetur, ut non desint, qui dixerint, quod etiam si constaret de impedimento semiplene per unum testem, nihilominus iuramentum in supplementum probationis non esset deferendum, ut inquit Romanus hoc ualde magnificans in d. sing. 208. & Iason in d. l. admonendi, in 2. lectura, nu. 242. vers. secundo inferitur, col. 102. ff. de iureiur. & Anan. in d. consil. 1. nu. 5. & Mascard. in d. conclus. 884. num. 16. vers. nono uelim, libro secundo, de prob.

Contrarium, ut scilicet in hoc casu iuramentum sufficiat, ad probandum impedimentum, tenuit Roman. sibi contrarius, in d. l. 2. §. quod diximus, sub nu. 6. vers. aliquando allegatur, col. pen. in fine, ff. si quis caut. ubi dicit non obstare, quod lex requirit euidentissimas probationes, quia iuramentum potest dici probatio euidentissima, quando lex illud accipit loco probationis, & quod istud sit Iudici arbitrium, tenuit etiam Decius in d. c. ex ratione, nu. 53. uers. quarto principaliter, col. 11.

Sunt qui distinguunt, quod aut sumus in impedimento contingenti in partibus ualde remotis, & agitur de causa modici praedicii, & tunc habet locum iuramentum si Iudici uidebitur: aut agitur de magno praedicio, & probatio facienda est in loco uicino, & tunc plena probatio adhibenda est secundum primam opinionem, quae uerior est, & ita notat Anan. in d. consil. 1. nume. 5. cui uidetur adhaerere Decius in dicto cap. ex ratione, numero 53. colum. 11.

Stylus tamen Romanae curiae seruat, ut aliquando uigore bullae Innocentianae, aliquando uigore commissionis fatalia prorogentur bis, ter, quater, & pluries arbitrio Iudicis, & prima prorogatio datur ad annum, secunda, & ulterius ad sex menses, modo petantur ante decursum fatale, aliàs eo in totum decurso non datur prorogatio, ut inquit Staphil. de literis iustitiae, fol. 184. uers. fatalia prorogentur.

Quod ultimum debet intelligi, quando non adfuit legitimum impedimentum, secundum praemissam

missam declarationem .
 54 Septimo limitabis , ut arbitrium † Iudicis non habeat locum , nisi in casibus a iure non expressis , ut concludit Alex. in d. l. 2. §. quod diximus , nu. 2. ff. si quis caut. vbi tradit quod præterquam in casibus , in quibus est expressum qualiter sit probandum , magis communis conclusio est , ut probatio sit arbitraria , id est , ut iudex inspecta paruitate , uel grauitate præiudicij , & inspecta qualitate impedi menti , an scilicet illud fuerit in loco longinquo , & solitario , uel non , & inspecta qualitate personæ impeditæ , id est an sit persona bonæ famæ , nec ne , arbitretur , an iuramentum sit sufficiens probatio . qui vero sint casus in iure expressi , quibus probatio per iuramentum admittitur , vide apud Roma. qui non nullos refert in d. l. 2. §. quod diximus , col. pen. uers. ego uero facio . ff. si quis caut. Illud autem sciendum est , quod quando impedimentum probari debet per iuramentum , non † potest illud super eodem facto præstari , nisi semel , ut concludit Angel. in d. §. quod diximus , in fine , ubi scripsit , quod qui semel casum per iuramentum probauit , si dicat iterum contigisse casum , non amplius auditur iurando , sed alia probatione opus est , cuius doctrinam ibi sequitur Alexan. nu. 3. uers. & subdit signanter , col. 2. & Baldus in lectura antiqua , nu. 4. uers. nota tamen quod ubi casus , col. fin. & Iason sub nu. 1. uers. tertio limita , col. 1. & Menoch. in d. casu 118. nu. 5. lib. 2. cent. 2. & Mascard. in d. conclus. 884. nu. 5. uers. secundo loco , lib. 2. de probat. & Castrenf. in l. ueluti . §. hæc uox . ff. de eden. & optimè Iacobi. in d. l. 2. §. quod diximus , numero septimo , uersiculo , aduertite tamen , colum. 2.
 55 Ex quo inferitur , quod licet pro obtinenda † secunda dilatione sufficiat impedito probare impedimentum per iuramentum quando non potest aliter probari , ut ait Angel. in l. fin. nu. 9. uers. sed hic incidenter . ff. de ferijs , & hoc modo intelligendus est Federic. in cons. 114. super puncto , numero primo . Tamen si postea uoluerit tertiam , uel quartam dilationem , asserens se nouiter fuisse impeditum , non amplius admittetur ad iurandum , sed opus erit , ut testibus probet impedimentum , ut scripsit Specul. in §. uidentur restat , nu. 19. uers. in summa nota , quod regulariter , de dilat. ubi ait dilationem semel tantum indulgeri , ex causa tamen plures conceduntur . prima datur cum leui causæ cognitione , scilicet eo ipso , quod petitur : secunda cum graui , scilicet petito iuramento , quod in prima dilatione fuit impeditus : tertia , & quarta cum grauiissima causæ cognitione permittuntur , quocasu non sufficit iuramentum , sed alia probatio requiritur : quintam uero subiungit non esse concedendam , cuius traditionem sequitur Castrenf. in d. oratione , sub nume. 3. colum. 1. & in l. fin. nume. 1. uersiculo , qualiter autem probetur , colum. 3. ff. de ferijs , & ibi Iason , nume. 48. uersiculo , circa tertiam , columna nona , & dixi in cap. 64. de edi-

tionem instrum. nume. 81. uersiculo , sic etiam uide mus , lib. 1.
 Rursum inferitur , quod in quibus casibus sufficit probare amissionem instrumenti per iuramentum ad finem , ut sibi secunda editio fiat , non poterit hoc fieri nisi semel : at si pluries uoluerit quis sub prætextu nouæ amissionis nouas editiones sibi fieri , debet casum non iuramento , sed testibus probare , ut dixi in d. c. 64. nu. 79. uers. an autem amissio , lib. 1.
 57 Accedat prædictis , quod nec † tali iuramento deferendum est periuro , ut inquit Alex. in d. l. 2. §. quod diximus , nu. 4. uers. perdit etiam , col. 2. ff. si quis caut. & ibi Iason , num. 3. uers. quarto limita , col. 1. & latissime Marsil. in l. maritus , numero 36. uersiculo , modo queri potest . ff. de quæst. & Mascard. in d. conclus. 884. numero sexto , uersiculo , tertio limita , lib. 2. de probat. & Socin. in d. reg. 252. in fallentia 46. de reg. iur. & Iacobi. in d. l. 2. §. quod diximus , numero 8. uers. item perdit , col. 2.
 58 Nec ultro sumendum † est a parte , sed debet primo a parte peti , ut ait Socin. in d. reg. 252. in fallent. 39. de reg. iur. Postea debet a Iudice deferri , alioqui si quis iuraret iudice minime deferente , non esset probatum impedimentum , quia iuramentum nihil ualeret , ut consuluit Bartolus , cuius consilium ab omnibus sine numero allegatur , quod tamen reperitur in cons. 97. in quaestione prædicta , sub nu. 5. uers. præterea iuramentum , colum. fin. in fine , & Alex. in d. l. 2. §. quod diximus , nume. 5. uers. & sit cautus impeditus , col. 2. ff. si quis caut. & ibi Iacobi. sub nume. 8. uersiculo , caueat etiam impeditus , colum. 2. & Iason in d. l. fin. nume. 48. uersiculo , circa tertiam , colum. antep. ff. de ferijs , & Mascard. in d. conclus. 884. numero decimonono , libro secundo , de probat. & Cacher. in decisio. 70. cum in castro , nu. 5.
 59 Porro debet huiusmodi † impedimentum esse iustum , necessarium , ac inuitabile , ut iā diximus , nec debet esse a parte impedita , uel ob negligentiam uel ex proposito procuratum , alioquin nihil ei prodesset , quamuis esset inuitabile , ac fortuitum , tum quia indignum est , ut † succurratur ei , qui se negligenter arctauit , ac in necessitate posuit , ut dicitur in dicta lege secunda . §. nam neque sic arctandus est , & ibi glos. in uerbo , arctauerit . ff. si quis caut. & ibi Iason , in d. l. quod diximus , nume. nono , uersicu. secundo principaliter , colum. pen.
 Tum etiam , quia ab omni æquitate alienissimum est , ut quis ex dolo suo fructum consequatur , & ob id iure merito cautum est , ut † impedimentum affectatum non proffit impedito , dicta lege secunda , §. simili modo , ff. si quis cautio .
 60 Quod autem sit iustum , uel iniustum † impedimentum , arbitrio iudicis relinquitur , ut tradit Fran. in capitulo , cupientes . §. quod si per uiginti ,

ginti , num. 7. uers. & ad prædicta facit , de elect. in 6. & Alexan. in l. si uideatur . §. hoc iudicium , num. 14. uers. & quæ dicatur iusta . ff. si quis ius dicenti non obtemp.
 63 Sicut etiam † in eodem arbitrio collocatum est discernere , an quis se respectu periculi arctauerit , an non , ut ait Bald. in l. 2. §. si quis tamen , in prin. ff. si quis caut.
 64 Inter iusta uero † impedimenta enumeratur infirmitas , non solum propria , ut habetur in l. 2. §. si quis in iudicio . ff. si quis caut. Sed etiam suorum , ut notat glossa per illum textum in c. communis , distin. 23. ubi ait , quod propter timorem , ac propter infirmitatem suorum potest quis se excusare . Dicitur etiam iustum impedimentum onus a publico iniunctum , item & uis fluminis , & tempestas siue maris , siue terræ , ut probatur in d. l. 2. §. si quis municipalis , cum sequen. ff. si quis caut. Item nuptiæ , & cura exequiarum , cum cæteris expressis in l. 2. cum seq. ff. de in ius uocan. Item iusta carceratio : si enim fuisset quis iniuste carceratus , non † excusaretur , sed haberet actionem aduersus Iudicem iniuste carcerantem , ut tradit Bald. in d. l. 2. §. simili modo . ff. si quis caut. vbi tradit , quod quando magistratus detinuit citatum ab alio magistratu iuste , tunc excusatur , si non compareret : sed si fuerit iniuste detentus , non excusatur , sed habet regressum contra magistratum , oportet tamen , ut de iniustitia constet , nam in dubio ceterum iuste detentus , quia presumitur pro magistratu in eo , quod pertinet ad suam iurisdictionem , & ad suum officium , & sequitur Roman. ibi in §. quod diximus , sub nu. 5. uers. si tamen dubitatur , col. 3. ff. si quis caut. Pestis etiam , ac alia pessima aeris intemperies , item & inimicitia in loco iudicij , uel alio modo impediens iter , enumerantur inter iusta impedimenta , de quibus in præcedenti capitulo effusus loquuti sumus , de quibus notat etiam Bal. in d. §. simili modo , & glos. in dicto capitulo , communis , distin. 23.
 66 Item feriæ , & paupertas † pro iustis impedimentis habentur , ut notat Bal. in d. l. 2. §. si quis in iudicio , in fine . ff. si quis caut. & Specul. in §. nunc breuiter , num. 3. de appell.
 67 Item uocatus † a maiore iudice excusatur , si non compareret coram minore , a quo prius fuit citatus , ut tradit Castrenf. in d. l. 2. §. si quis municipalis , num. 3. ubi declarat quis dicatur maior magistra . ff. si quis caut.
 68 Item absentia Aduocati est iusta causa , † propter quā debeat in causa supersederi , uel noua dilatio concedi , de qua te alias dixi , & notat Feder. in dicto consilio centesimodecimo quarto , columna prima. Item multa alia refert Speculator , ad quem te remitto , in §. nunc breuiter , nu. 2. uers. præmissa uero fallunt , de appell.
 69 Hæc autem omnia dicuntur excusare . §. in obli-

gationibus facti ; at secus in obligationibus dandi , in quibus superueniens difficultas † non excusat obligatum , ut notat Iason in l. secunda , §. si quis in iudicio , in secundo notabili . ff. si quis caut. ubi ait , quod in obligationibus facti impedimentum , uel difficultas superueniens parit exceptionem , & excusat ab effectu pœne , sed secus in obligationibus dandi , in quibus per difficultatem superuenientem quis non excusatur , de qua materia , tu tamen uide Ripā , in l. quod te , numero 37. uersiculo , examinemus ueritatem , columna duodecima , & ibi Doctor . ff. si cert. petat. & Tiraquel. in §. primo , glossa secunda , numero 58. uersiculo , Roman. autem , de retractu conuentionali . & Bolognet. in consilio 16. in hac consultatione , nu. 5. uers. item procedit , col. 2.
 Similiter superiora procedant in impedimentis prouenientibus ex facto nature , uel ex facto hominis , contra quem impeditus nullum haberet regressum , ut puta ex facto magistratus exercentis suum officium , ut patet in d. l. 2. §. simili modo . ff. si quis caut.
 70 Cæterum si impedimentum prouenisset ex facto priuati , contra quem impeditus de iure , & de facto haberet regressum ad interesse , tunc impedimentum non excusat a pœna contumaciæ , sed soluta pœna poterit agi aduersus impediens , d. l. 2. §. fin. in fine , cum l. sequen. ff. si quis caut. & notat Bar. in d. cons. 97. sub nu. 5. uers. potuit enim impediri , col. fi. ubi ait , quod petenti secundam dilationem sub prætextu impediens non est concedenda , quando impedimentum uenit ex facto tertij , hac ratione , quia contra impediens potest habere regressum , quod idem notauit egregiè Castrenf. in rubr. ff. de eo per quem factum est , uers. nec obstat se dicatur , circa medium , & in l. 1. §. si reus , in prin. ff. eo.
 71 Sunt tamē , qui dicunt , quod si reus † impeditus conueniatur ab actore ad penam , liberabitur , si cesserit illi actionem , quam habet aduersus impediens , cuius opinionis fuit Barto. in l. 2. §. simili modo , in fine , uers. ultimo uides , ff. si quis caut. & Castrenf. in d. rubr. ff. de eo per quem factum est , uers. uidetur tamen , propè finem , & apertius in d. l. 2. §. fin. in fine , numero quarto , uers. ultimo nota . ff. si quis caut.
 Postremò illud in practica obseruandum est , quod opponenti exceptionem impediens non sufficit probare , uel iurare simpliciter se fuisse impeditum , sed opus est exprimeret in specie qualitatem impediens , alioquin succumberet , quia impedimentum potest esse iniustum , uel esse tale , quod impeditum non excusaret , ueluti si ueniret ex facto tertij , quo casu non excusatur impeditus , sed ei datur aduersus impediens actio ad interesse , ut iam diximus , & sigillatim notat Bartol. in dicto consilio 97. numero 5. uersiculo , sed posito , quod terminus , columna finali , & Iason in l. si sub numero 48. uersiculo , adde quod etiam , col. 9. de ferijs .

- a** Fortuitum. Casus fortuiti, qui sint, & an incedium, & futurum sint casus fortuiti, tradit Salycet. in l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. & ibi Alber. & uide Sebast. Medicem in tract. de fortuit. casib.
- b** Coniecturas. Adde omnino Iason. in l. si quis. §. prætor, num. 16. ff. de eden. & Marfil. in §. principum, num. 13. pract. crim.
- c** Casus. Adde quod propter difficultatem probationum admittuntur testes, parte non citata, ut est in naufragio, in quo potest naufragus adire Iudicem loci, in quo passus est naufragium, & infra annum re-examinari testes super naufragio ad æternam rei memoriam, qui ubique probabunt, nec est necesse, citare partem, ut ait Bald. in l. 2. C. de naufrag. in 2. lect. libro 11. & ibi Bartol.
- d** Secunda. Propter impedimentum datur una dilatio ad illud tantum, quod abtulit impedimentum: unde si abtulit duos dies, dabuntur duo; si impediuit unam, uel duos testes examinari, ad unum, uel duos examinandos noua dilatio dabitur, ut scripsit Ang. in l. si. nu. 10. ff. de feriis, & ibi Roman. col. 2. in prin. ubi admonet, cautius esse petere dilationem, quia fuit impeditus facere sibi incumbentia, non exprimendo particulariter se fuisse impeditum circa talem, & talem actum faciendum.
- e** Quintam. Contrarium tenuit Bald. in l. fin. ff. de feriis, de quo uide Castren. in l. oratione, nu. 3. ff. eo.
- f** Magistratum. Contrarium tenuit Angel. in l. sed & si quis. §. illud sciendum, nu. 8. ff. si quis caut. & Bart. in l. 2. §. simili modo. ff. eo & ibi Iason, & Iacobin.
- g** Excusare. Excusatio admittitur, ubi agitur de damno ui-tando, fecus ubi agitur de lucro, uide Tiraq. in §. 1. gl. 10. num. 124. de retract. consanguin. ubi dicit in iure congrui tractari de lucro, quia lucrum est ius sibi speciale conferuare.
- h** De facto. Id est, quia est soluendo, fecus si non foret soluendo, tunc impedimentum excusaret, ut ait Castren. in rubr. ff. de eo, per quem factum est, circa medium, uers. idem si haberet regressum.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio est actus iurisdictionis contentiosæ.
- 2 Citans est maior quocumque citato.
- 3 Citatus etiam si Cardinalis esset, debet comparere per se, uel per procuratorem, nec expectare, quod Iudex uadat ad ipsum.
- 4 Iudex citans, an possit esse gradu inferior illi, qui est citatus.
- 5 Episcopus ratione rei sitæ, an possit conueniri coram Episcopo, in cuius diocesi est res sita.
Ratione rei sitæ, an quis subijciatur Iudici, qui sit inferioris gradus, ibidem.
- 6 Asinus intumescit, si per comparem se uidet apprehendi.
- 7 Cause possunt Iudicibus inferioribus committi, etiam de personis gradu maioribus.
Iudex in causa sibi commissa est maior in illo actu litigantibus, ibidem.
- 8 Archiepiscopi cause possunt committi Abbati.
Cardinalis causa potest committi Auditori Rotæ, ibidem.
- 9 Iudex neminem potest citare, ut personaliter compareat.
- 10 Potestas comparandi in iudicio per procuratorem, est beneficium indultum a lege, quod a Iudice non potest auferri.
- 11 Iuramentum calumniæ præstandum est ab ipso principali.
- 12 Iurare de calumnia potest quis per procuratorem specialem.
- 13 Positionibus respondere debet principalis.
- 14 Responderi positionibus potest per procuratorem specialem.

- 15 Princeps supremus potest citare, ut quis personaliter compareat.
- 16 Iudices inferiores, quibus casibus possint quem citare, ut personaliter compareat.
- 17 Citatus a Iudice, ut personaliter compareat, non est obligatus comparere, nec mittere procuratorem.
- 18 Præcepta, uel citationes factæ, ut quis sub tali pœna compareat personaliter pariturus mandatis, non ualent, nec obligat citatum ad comparandum.
- 19 Superiori in dubio est obediendum.
- 20 Iudex non potest procedere in causa tempore feriarum.
- 21 Prætor non potest iuri derogare, & tollere beneficium feriarum.
- 22 Citatus ad comparandum personaliter, non tenetur mittere procuratorem.
- 23 Citatus simpliciter, ut compareat, potest mittere procuratorem, etiam in causa, in qua tenetur personaliter comparere.
- 24 Citari prius debet principalis, si adest, & eo non reperto, procurator eius.
- 25 Citari quis debet ad domum, si non reperitur personaliter, nec habet procuratorem.
- 26 Pragmatio uxoris intimanda est marito, aut eius parenti, aut ad domum, si nullus eorum inuenitur.
- 27 Tutela datio intimanda est tutori, uel in faciem, uel ad domum.
- 28 Missio contra absentem non fit, nisi prius ad domum denunciatio fiat.
- 29 Domus in materia citationis, quæ esse intelligatur.
- 30 Citatio debet fieri, quando quis non habet habitationem, ad locum rei sitæ, si est immobilis: at si est mobilis, debet citari in illo loco, ubi conuersari consuevit.
- 31 Capitulum quomodo sit citandum.
- 32 Citatio si fuerit data Prælati, uel Reçtori capituli, & ipse illam occultauerit, an totum capitulum intelligatur contumax.
- 33 Procurator non est citandus, quando dominus est præsens.
- 34 Procurator, qui factus est dominus litis post litem contestatam, debet solus citari.
Sententia debet ferri in personam procuratoris, uel in utrumque, id est in dominum, & procuratorem, ibidem.
- 35 Procurator est citandus prius, quam citatio domi fiat absente domino.
- 36 Citatio priusquam fiat ad domum, an discutiendum sit apud consanguineos, nunquid principalis reliquerit procuratorem.
- 37 Absente quis dicatur, ut citari possit ad domum.
- 38 Iudex simpliciter mandas talem citari, debet intelligi, ut in citando iuris ordo seruetur.
- 39 Nuncio referenti se citasse ad domum non creditur, ut prius principalem perquisiuerit principaliter.
- 40 Citationes debent fieri secundum consuetudines curiarum.
- 41 Statutum mandans alternatiuè, ut citatio fiat ad personam, uel ad domum, quomodo sit intelligendum.
- 42 Citari iudicialiter non potest, nisi qui habet iurisdictionem.
- 43 Forensis citatus de re facta extra territorium citantis, non tenetur comparere.
- 44 Citatio est actus iurisdictionis.
- 45 Citari uerbaliter quis potest in Ecclesia a nuncio.
- 46 Citatio non potest a Iudice committi in die festo, uel feriato.
- 47 Citatio non potest a Iudice committi extra suum territorium.
Nuncius habita licentia a Iudice potest citationem exequi extra territorium Iudicis, ibidem.
- 48 Citari quis potest extra territorium per litteras subsidiarias.
- 49 Arbitr, an possit citare.
- 50 Arbitr potest citare compromittentes, sed non alios.
- 51 Arbitr non potest citare testes.
- 52 Arbitri non possunt, sicut nec etiam delegati Iudices, citare per edicta.
Iudices delegati non possunt citare affixa schedula in albo, uel in foribus Ecclesiæ, nisi id habeant in mandatis, ibidem.
- 53 Delegati ab inferiore debent partes requirere, si non sunt præsentem.
- 54 Lotharius fuit uir mulierosus.
- 55 Iudices pedanei, & delegati ab inferiore, possunt citare.

Citatio

- Citatio per edictum non est concessa, nisi maioribus magistratibus, ibidem.
- 56 Delegati a Principe possunt de iure civili citare per edictum.
- 57 Citatio per edictum non potest fieri de iure canonico, nisi de speciali commissione Papæ.
Citatio per edictum fit contra illos dumtaxat, qui procurant, ne citatio ad eos perueniat, uel quorum loca non possunt tuto accedi, ibidem.
- 58 Iudices in foro civili, citando per edictum, debent seruare formam iuris canonici.
Citari ubi quis potest per nuncium, uel per epistolam, nunquam debet citari per edicta, ibidem.
- 59 Citatio per præconem, quo casu fieri possit.
- 60 Citatio una, uel trina, quando requiritur.
- 61 Citationum quatuor sunt species.
- 62 Citatur quem fuisse assumptum incumbit onus probandi.
- 63 Contumacia citati ab actu suo est accusanda.
- 64 Omnis probandi incumbit ei, qui citationem negat, quando præsumptio iuris est in fauorem affirmantis.
- 65 Neganti citationem incumbit probatio, quando istud est principale fundamentum negantis ad aliquid consequendum.
- 66 Arbitrio Iudicis est positum, utri magis creditur, an nuncio dicenti se citasse, an parti neganti se fuisse citatam.
- 67 Iuramento quis probat se ignorasse primam dilationem domi notificatam.
- 68 Nuncio incumbit onus probandi sibi datam fuisse commissionem citandi.
- 69 Citatio, an præsumatur facta ad instantiam partis.
- 70 Citatio dicenti se non esse obligatum comparere ratione priuilegij, quod habet, incumbit onus probandi priuilegium.
Citatus, an possit recedere illicentiat, ibidem in add.

ARGUMENTVM.

De citatione, & cui incumbat onus probandi quem fuisse, uel non fuisse citatum.

C A P. XLVIII.



ARTIS dictum est de impedimentis impediens eum comparere, qui fuit a Iudice citatus, nunc pauca de citatione dicenda sunt, quoniam iste actus ad Iudicem, & ipsius iurisdictionem maxime pertinet, tum quia est actus iurisdictionis contentiosæ, ut ait Ioan. de Imola in cap. nouit, col. 2. uers. si autem legatus non sit reuocatus, extra de officio legati.

Tum etiam, quia citatio dignitatem citantis, de qua loquimur, arguit, cum citans sit maior quocumque citato, ut scripsit Bald. in l. iubemus. §. omnes. C. de episcop. & cler. ubi notat, quod citans semper uenerabilior, & maior est eo, qui citatur, in causa scilicet, quæ coram citante agitur, ob id inferens quemcumque citatum, cuiuscumque sit dignitatis, etiam si Cardinalis esset, debere comparere per se, uel per procuratorem, nec expectare, quod Iudex uadat ad ipsum. & licet dici soleat honestum esse, ut causæ committantur iudicibus, qui sint litigatoribus conuenientes, quia non debet quis conueniri coram Iudice, qui sit gradus inferioris, ut inquit Anton. de Butr. in c. sanè, nu. 4. uers. nota quod ratione, extra de foro com-

per. ubi tradit, quod nec etiam ratione rei sitæ subicitur quis Iudici, qui sit inferioris gradus, ob id que infert, quod Episcopus ratione rei sitæ non potest conueniri coram Episcopo, in cuius diocesi est res sita, sed coram primate, id est Archiepiscopo conueniendus est, in cuius prouincia res sita inuenitur, pro quo facit glos. in l. i. §. ueteres, in uerbo, per unam. ff. de acq. possess. ubi dicit, quod Asinus intumescit, si per comparem se uidet apprehendi.

Attamen hoc non est de necessitate circa causarum commissionem, quæ possunt iudicibus inferioribus committi etiam de personis gradu maioribus, si quidem in unum iudicium facit, ut Iudex omnibus dignitatibus extraiudicialibus anteponat, ut diximus, & notat Bal. in l. fin. nu. 6. uers. ultimo quæro, in fine, C. de procur. ubi inquit, quod omnes iurisdictionem habentes, siue sint ordinarij, siue sint delegati, dicuntur in causa coram ipsis uertere esse maximi respectu litigantium, nec est uera traditio Antonij de Butr. quem nuncupatim Abbas reprobat in d. c. sanè, sub num. 4. uers. sed circa hoc quæro, col. 2. & hoc idem tenuit And. Barbat. ad Bal. in d. l. iubemus. §. omnes. C. de episcop. & cler. ubi tradit, causam Archiepiscopi posse committi Abbati: & refert, quod cum Rex Franciæ carceraisset quandam Cardinalem suæ coronæ proditorem, Paulus Secundus misit unum Auditorem Rotæ, unum Aduocatum, & duos alios ad examinandum dictum Cardinalem.

